ARISTOPHANIS

EQUITES.

ARISTOPHANIS

EQUITES.

CUM PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

EDIDIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

LITT. HUM. DR., IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA PROF. ORD.

LUGDUNI BATAVORUM

APUD A. W. SIJTHOFF

MDCCCC

AMICISSIMO COLLEGAE

IACOBO IOHANNI HARTMAN

HANC EDITIONEM FABULAE

DE QUA SAEPE CUM EO DISPUTAVI

D. D. D.

PROLEGOMENA [1].

I.

E minima maxima evaserat Atheniensium res publica, quaeque olim inter colles suos delitescebat urbs hominum agris inhaerentium, ictibus Persarum veluti e longo sopore fuerat excitata, utque poeta ille Britannus expergefacta inclutam se viderat. Quippe ipsa numina Atticae incolas adiuverant hostes a patria sua propulsantes, et stupenda facinora, quibus infinitae illae barbarorum copiae fuerant fusae, ipsis aequalibus digna videbantur scena tragica [2]) palliove Minervae [3]), quae arcem suam ab exterorum invasione defendisset.

---

[1]) Quae in his prolegomenis leguntur ea fere sunt quae patrio sermone in Academia nostra Regia recitavi mense Martio anni 1900 (over strekking en samenstelling der Ridders van Aristophanes, Verslagen en Mededeelingen der Kon. Acad. v. Wetenschappen afd. letterkunde 1900). Praeterea Equitum locos complures tetigi in Mnemosyne 1900 p. 201—225.

Plurimum autem editio mea debet copiosissimis Blaydesii commentariis et Velseni accuratae fabulae recensioni, quae anno 1897 multo etiam emendatior denuo prodiit cura Zacheri. Nec non honorifica mihi facienda est mentio editionis bonae frugis plenae, quam curavit Kock. Ceteros editores nominatim nunc indicari non est opus, sed commemorandi sunt libelli qui sequuntur:

I. Vahlen, in Ind. lect. Berol. hib. 1884/5, aest. 1898, hib. 1898/9.

E. Piccolomini, Studi italiani di Filologia Classica, 1893 p. 571 sqq.

— Rendiconti della Academia dei Lincei, 21 gennaio 1894 e 17 febbraio 1895.

K. Zacher, Aristophanesstudien I. Zu Aristophanes' Rittern. 1898.

— Parerga zu Aristophanes, Philologus 1899 Supplem. VII.

A. Willems, Notes sur les Cavaliers d'Aristophane, Bulletins de l'Académie royale de Belgique, 1899.

[2]) Phrynichus Phoenissarum fabulae, Aeschylus Persarum argumentum fecit. Vid ad Vesp. 220.

[3]) *ἄξια τοῦ πέπλου*, Ar. Equit. 566, ubi vid.

Iamque caput erant Athenae imperii potentissimi, et e rusticorum oppido facta erat urbs marium domina. In immensum creverat eius dicio, creverant opes, et ex cornu copiae, quod in eius gremium effundebatur, cum opulentia etiam artes scientiaeque — veluti e Iovis capite Minerva — adultae prosiluerant omnes simul. Saeculum vixdum erat elapsum post aetatem Pisistratidarum — et novum hominum genus Atticae solum premebat, novis studiis intentum, nova ratione vitam instituens, novos redituum fontes sibi recludens, alia omnia denique appetens atque prisci illi viri ruris amantissimi, qui terrae suae veros filios se senserant nec facile patrum instituta moresve migrarant. Navigatorum mercatorumque succreverat natio industria rerumque novarum studiosa, qui famam nomine antiquo longaque avorum serie partam nihili faciebant neque Atticae glebam gracilem sollicitabant potissimum, sed late per terrarum orbem circumspiciebant, ut novis semper incrementis et suas ipsorum augerent opes et patriam bearent.

Impetus autem ille, qui civitates maritimas partis contentas esse non sinit, ut maiora semper appeterent eos instigabat, „ibi est fortuna ubi ipse non es" cum viatore illo sibi canentes [1], et post insulas maris Aegaei Cyprum Asiaeque oram, Siciliam et Aegyptum, Carthaginem totumque mare Mediterraneum cum terris adiacentibus oculis avidissimis intuebantur, sibi ea omnia nata esse in dies firmius sibi persuadentes et Atticae fines ibi demum statuentes ubi terra frumentum vinum olivas ferre desineret.

Tanta prosperitas non fugerat famae umbram invidiam. Invidebant vicini urbi nimis felici, nimis cultae, nimis sollerti. Sed quominus in pristinas rerum angustias et tenuitatem reiceretur caverat Pericles ille, qui nimios appetitus et tumultuaria conamina fortiter compescens auctoritate sua prohibebat ne cives fines imperii distendere temere conarentur, quamdiu proxima instaret civitatum florentium belloque infractarum aemulatio [2].

---

[1]) „Dort wo du nicht bist ist das glück".
[2]) Vid. Thucyd. II 65 § 7.

Sed virum fortem prudentem constantem, qui cum gentis nobilissimae splendore et cultu feliciter iungebat recentioris aevi studia, abripuit mors brevi postquam efflagravit bellum, quod patriae suae necessarium cum intellexisset, sperasset autem salutare, ut strenue susciperetur civibus suaserat.

Alterum Periclem illa aetas non ferebat. Mox tamen extitit qui eius consilia exsequeretur, vir haud indignus cuius manui civitatis crederentur habenae. Novus hic erat homo, nullo gentis splendore commendatus, nullo cultus decore nitens, sed rebus agendis natus, audacis vehementisque ingenii [1]), non delenire adversarios sed refellere et perturbare studens, odio opponens odium, criminibus crimina, minis minas. Non ille ut admirationem plausumque multitudinis captaret ad dicendum consurgebat [2]), sed ut attonitam secum raptaret assensumque etiam invitis extorqueret, non artibus valens oratoriis sed pectore disertus factus, toto enim pectore rebus publicis incubuit [3]); mentis autem acutissimae quamque non facile deciperent adversariorum artificia; integer denique in tanta illius aevi contagione quique peculatus crimina in se coniecta aequo animo posset ferre, patriae amantissimus legumque acerrimus vindex.

Hic vir, cuius cunis non musae gratiaeve adstiterant sed genius laboris, animos civium belli aerumnas aegre ferentium et nunc etiam pestilentia afflictorum confirmavit et erexit; et cum illo Hyperbolus Cleonymus Theorus alii, quos ex adver-

---

[1]) Nimis cautum ei visum esse Periclem testari videntur Hermippi (fr. 46) de Pericle verba: *δηχθεὶς αἴθωνι Κλέωνι.* Unde temere Idomeneum olim effecisse *accusatum* a Cleone esse Periclem, acute perspexit Müller Strübing Aristoph. p. 573 not. — Fide autem vix videtur dignior Sotionis opinio, quam affert Diogenes Laertius II § 12, Cleonem *Anaxagorae* extitisse accusatorem; cui a Thucydide Melesiae f. diem dictum esse autumabant alii teste Diogene, qui certi nihil ea de re traditum esse sic ostendit.

[2]) Egregio cum contemtu cives oratorum flosculis inhiantes *σοφιστῶν θεαταῖς εἰκότας μᾶλλον ἢ περὶ πόλεως βουλευομένοις* vocat apud Thucydidem III 38 § 7.

[3]) Cleonem, cum primum remp. capessere coepit, amicis convocatis *διαλύσασθαι τὴν φιλίαν πρὸς αὐτούς, ὡς πολλὰ τῆς ὀρθῆς καὶ δικαίας προαιρέσεως μαλάσσουσαν ἐν τῇ πολιτείᾳ καὶ παράγουσαν*, refert Plutarchus Mor. 806 *f*, — idque cum vituperatione, testis igitur non suspectus.

sariorum tantum criminibus et calumniis hodie habemus cognitos, Athenas nisi debellatis hostibus florere non posse persentiebant et segnia consilia nobilitatis Spartae tecte faventis [1]) quo digna erant contemtu reiciebant.

Turrium autem cacumina ut non fulmina tantum in se devocant sed etiam aviculas alliciunt, sic caput demagogorum inter gravissimas partium contentiones circumstrepere solent ioci comicorum. Habebant autem Cleonis coria voxque nimis sonora, habebant Hyperboli lucernae obscurique natales, habebant Cleonymi statura ingens et rei domesticae tenuitas, quae largam iocandi materiem suppeditarent hominibus dicacissimis, quicquid spectatorum cachinnos ciere posset cupide semper arripientibus, ea praesertim quae pertinerent ad homines cuivis notissimos ipsisque parum acceptos. His autem annis nos, qui nunc vivimus, eosdem iocos vidimus eadem de re repetitos, cum viro, quem fors ab origine tenuissima ad summum in Gallia locum evexit, oblatum est aurei velleris insigne; fuit tunc qui in ephemeride ilocaliter depingeret Felicem Faurium iuvenem ὑποζωσάμενον vellusque ovinum manibus tenentem — βυρσοπώλης enim ille fuerat — et Faurium virum veste picta novique honoris insigni de collo dependenti ornatum. Qui si forte fortuna istas comicorum hodiernorum imagunculas oculis usurpaverit, non ira opinor excanduit, neque de sua populive Gallici maiestate agi putavit, sed — erat enim vir acutulus neque invenustus — subrisit.

Sic Cleon comicorum facetias quantumvis mordaces sprevit aut — sed iocis et facetiis et omnino bonis artibus parum delectatus esse videtur — risit. At non risit conamina adversariorum in re publica, sed strenue obstitit perniciosis consiliis Niciarum ceterorumque λακωνιζόντων. Demosthenes vere anni 425 ineunte invitis paene belli ducibus ipsisque militibus occupaverat

---

[1]) *τοῦτο γὰρ καλῶς ἠπίσταντο, ὅτι ἄλλως οὐχ οἷοί τ' ἔσονται περιγενέσθαι* (Lys. XII § 45). „Die permanente verschwörung des von seiner machtfülle gestürzten adels „ist der „rothe faden", der immer wieder in der athenischen geschichte von „Kleisthenes bis zum archontat des Euklides zum vorschein kommt". Müller Strübing Aristoph. p. 239. Cf. Vesp. Prolegom. p. XXXII.

Pylum [1]) et Lacedaemoniorum lectas copias in insula Sphacteria tenebat inclusas; sed non procedebat res, insula illa neque satis arte includi neque vi capi posse videbatur, multosque aut metus invadebat aut spes fore ut praeterlapsa aestate procella dispelleret Atheniensium naves insulam cingentes. Lacedaemonii autem legatis Athenas missis pacem obtulerant, sed — pacem quae Atheniensibus nullum promitteret emolumentum: obstiterat Cleon; plura poscenda esse, plura mox impetraturos, si obsides tenerent illos viros, qui e manibus elabi nullo modo possent. Iamque verendum videbatur ne elaberentur tamen, ipsis naturae viribus liberati. Tunc ira excanduit Cleon, et coram populo more suo rugiens tonansque „proditorum esse'' denuo clamavit „de „victoria desperare! Ipsam teneri victoriam, sed viros non esse „classi copiisque terrestribus praepositos; dudum auxilia illuc „mittenda fuisse, incursionem faciendam, quidvis denique „audendum potius quam nihil agendo tereretur tempus.'' Qui

[1]) Munere publico Demosthenes tunc temporis non fungebatur (Thucyd. IV 2 § 4), strategus igitur non erat creatus in comitiis, quae mense Februario anni 425 sunt habita. Aliquot tamen mensibus postea strategum extra ordinem factum esse statuamus oportet, nisi sumamus parum accuratis verbis usum esse Thucydidem IV 29 § 1, ubi Cleon dicitur *τῶν ἐν Πύλῳ στρατηγῶν ἕνα* sibi assumsisse *Δημοσθένη*. Sequenti dein anno — m. Februario a. 424 — ex ordine denuo est creatus. Quo tempore collegas habuit Hyperbolum, Niciam, Hippocratem, Thucydidem, Euclem, Pythodorum, Eurymedontem, Sophoclem.

Cleonem vero non anno 424, ut opinatur Müller Strübing, sed sequenti demum anno strategum esse creatum, e Nubium vs. 581—594 apparet; ubi non de *continuata* Cleoni praetura fit sermo, sed de *primum* praetore creato nuper Cleone optimatibus ipsisque coelitibus invitis. Quo autem tempore agebantur Equites, instabant *ἀρχαιρεσίαι*, quae brevi post Lenaea — septima prytania — fieri solebant. In nostra igitur fabula quod Paphlago suo iure senatum adiisse et legatos illuc introduxisse dicitur (vs. 475 sqq. et 668 sq.), id ita videtur explicandum ut fecit Keck (Quaest. Ar. p. 61—63), Cleonem etiam per reliquam anni 425/4 partem usque ad novas *ἀρχαιρεσίας* praetura extra ordinem esse functum, et in nostra fabula *τὸν στέφανον*, magistratuum insigne, *περιαιρεῖσθαι* (vs. 1227), ut significetur in annum sequentem eum strategum ex ordine creatum non iri.

Quicquid id est, anno 424 Cleon strategus non est creatus, sive in concione praevaluerunt sententiae eorum qui pacem fieri cupiebant, sive strategi munus *non petivit* Cleon, cum rei militaris minus peritum se sciret, rem autem etiam sine ipso satis strenue gestum iri confideret. Sed anno proximo Atheniensibus victis ad Delium, mortuo Sitalce, amissa Sicilia, amissa Thraciae ora, petivit munus, in quod sincerum certe afferebat patriae amorem fortemque animum, quibus collegas instigaret tergiversantes. Praetor tum est creatus, item anno 422.

cum probris sic cumularet strategos [1]) et „res minime ardua!" adderet „quam sat cito, si strategus essem, conficerem equidem!" post multos clamores nec sine risu ipsi mandatum est imperium extraordinarium. Quam provinciam ea audacia in se recepit, qua anno huius aevi septuagesimo Gambetta — alter ille Cleon — ex Gallofrancorum urbe inclusa per aera evolavit eque patriae solo novas mox legiones pedis ictu civit, vir iurisconsultus et in arte militari hospes.

Pylum cum paucis copiis, velitibus praesertim [2]), profectus est Cleon, intra viginti dies se Lacedaemonios illos vivos mortuosve Athenas adducturum confidenter professus. Riserunt multi: cachinnati sunt adversarii, qui in certam cladem eum ruere arbitrabantur. At ille perfecit quod promiserat, et sic probavit non vana se promisisse, neque vanis criminibus insectatum esse illorum tarditatem. Catenis onustos in urbem adduxit Spartiatas, quos non fames fregerat [3]) sed ipsa militis Atheniensis virtus, et arma iis detracta in foro resplenduerunt ingentis gloriae monumenta.

Obsides iam tenebantur talis pacis, qualem speraverat Pericles, speraverant Cleon et quicunque patriae bene volebant: pacem quae a Sparta tutam eam esset factura. Splendide autem victrix e longa contentione evasura videbatur Atheniensium civitas [4]), et evasisset profecto, nisi proditorum artibus mox effectum esset ut variis cladibus afflictaretur. Sed ineunte anno 424 deorum adhuc in gremio ea iacebant, plurimum autem tunc in re publica valebat Cleon fama recenti florens [5]), — obtrectatorum igitur crimina magis etiam quam antea suscitans. Qui cum vicisse eum negare non possent, *casu* vicisse perhibebant,

---

[1]) Non *Demosthenem* tamen eius verba spectabant. Qui si solus copiis ad Pylum praefuisset, dudum opinor confecisset rem; mox autem ipse Cleon eum sibi adscivit expeditionis ducem. Sed ad Eurymedontem Sophoclem Niciam alios haec crimina pertinebant.

[2]) Quos praesertim desiderari aut ipse intellexerat aut a Demosthene audiverat.

[3]) Vid ad vs. 1167.

[4]) Cf. vs. 583.

[5]) *μάλιστα πάντων ἐν τῇ πόλει εὐδοκιμῶν*, ut Demosthenis (XL § 25) verbis utar.

vel etiam *fraude* aliis viris surripuisse gloriam reportatae victoriae, quae etiam sine illo reportari potuisset. Quod autem „casum" illum praedixerat ipse, neque appetiverat illam „gloriam", sed praeturam ultro oblatam accipere aliquantisper recusaverat [1]), nihil haec curabat livor, qui non quid aequum verumque sit rogare solet, sed quid plurimum possit nocere, probe autem novit quam obliviosa sit multitudo.

Itaque osoribus *fur iactator* iam audit dux partium popularium recenti victoria insignis [2]). Furatus est illam victoriam: spoliat

---

[1]) Abunde haec omnia constant e Thucydidis loco notissimo (IV 27 sq.), qui comici habet nescio quid, quod in huius scriptoris opere frustra quaeras alibi.

[2]) Praetor extra ordinem creatus erat Cleon hoc tempore (vid. pag. V not. 1). Non vero assentiendum est iis qui munere *τοῦ ἐπὶ τῇ διοικήσει* sive *ταμίου τῆς κοινῆς προσόδου* eum functum esse statuerunt. Qua de re in hac nota aliquid videtur dicendum.

In libro igitur Aristotelico de Rep. Atheniensium vix quidquam est aptius ad movendam admirationem, quam quod neque alibi in hoc opere neque in capite 43, ubi enumerantur magistratus *χειροτονητοί*, ulla fit mentio *τοῦ ταμίου τῆς κοινῆς προσόδου*, qui inde ab Aristotelis certe aetate quin Athenis extiterit magistratus in quadriennium creatus, nemo dubitat aut dubitavit unquam; gravissimum autem illud munus fuisse inter omnes constat. Quapropter fuit qui pro verbis *τοῦ τῶν κρηνῶν ἐπιμελητοῦ* illic rescriberet *τοῦ τῶν κοινῶν ἐπιμελητοῦ*, vel potius *τοῦ τῶν κοινῶν* deleto *ἐπιμελητοῦ*, praecedit enim vox *ταμίας*, et magistratus non curator erat quaestor ille. Qui autem coniecturae illi fidem non habent, aut verba quaedam interiisse sumant necesse est, in quibus mentio huius *ταμίου* facta fuerit, aut reip. Atheniensium illa lineamenta descripta esse ex opere vetustiore, ea aetate composito quae munus illud nondum nosset.

Quicquid id est, liber Aristotelicus *τὸν ἐπὶ τῇ διοικήσει* aut omnino non commemorat aut in transitu et ita ut nihil prosit ea notitia ad dirimendam quaestionem spinosam, quae est de tempore quo munus illud Athenis fuerit institutum; tacent autem Thucydides Xenophon alii, tacent saeculi V[i] inscriptiones. Argumentando vero qui rem ad liquidum perducere conatur, intellegit locum ei magistratui in rep. non fuisse quo tempore aerarium collegio hellenotamiarum esset creditum, fieri autem vix et ne vix quidem potuisse ut virorum, qui per singula quadriennia toti fere reip. fuissent praepositi, nullum in huius temporis monumentis litteratis appareret vestigium. Itaque probabilis videtur Gilberti opinio Lycurgi demum tempore — anno 339 — *τὸν ἐπὶ τῇ διοικήσει* fuisse creatum, alii aliquot annis prius institutum esse illud munus suspicati sunt, sed qui inde ab Aristophanis aetate vel etiam prius extitisse contenderet inter recentiores inventus est nemo praeter Muellerum Struebingium. Qui ingeniose sane, et ita ut ex eius erroribus saepe plus proficias quam ex aliorum cautis circumspectisque argumentationibus, in libro de Aristophane demonstratum ivit Cleonem annis 426—422 munere *ταμίου τῆς κοινῆς προσόδου* („Präsident der Athenischen Symmachie") esse functum, id quod ante eum statuerant Valesius aliique, quos p. 136 enumerat; primum omnium

etiam commune aerarium, et rem publicam sibi soli natam censet. Honores de more ei decreti sunt proedria et coena in Prytaneo: mera irrisione hoc dignum videtur, quod homo, quem neque vitae quotidianae decursus neque rerum publicarum turbae bellive strepitus musis conciliassent, in primo subselliorum ordine iam spectet; famelicus autem et gulosus propterea dicitur quod mensae publicae — satis tamen frugali — cum senatoribus iisque qui de rep. bene sunt meriti assideat. Cibis illic ingurgitare se, dein ventrem eduliis oppletum vix trahere domum, eum perhibent irrisores maligne dicaces, — et ridebantur absurda illa crimina [1]), a nobis quoque ridetur comoedia qua talia Cleoni facete exprobrantur. Sed in spectatorum mente relinquebatur amari nescio quid; qui ex theatro domum cum rediissent, non potuerunt non aliquanto minore cum admiratione suspicere virum, qui quam aptam ridendi praeberet materiem modo sensissent. Nempe hominum animos nimis bene notos habebat is qui etiam apertissimam calumniam aliquid valere dixit.

Aristophanes autem vehementi prae ceteris in Cleonem instigabatur odio. Amabat enim patriam, et pacem petebat votis neque minus sinceris neque minus caecis quam sunt eorum, qui nostris diebus populorum foedera irrupta inter ipsum armorum

---

hoc munere functum esse Aristidem, post hunc Ephialtem, dein Periclem, tum Eucratem; Cleoni autem successisse Hyperbolum.

Quae si admittenda esset opinio, Equitum fabulae versus 948, ubi „οὐκέτι ταμιεύσεις μοι" Demus dicit Paphlagoni, novam sane vim acciperet, et Populi sigillum, quod isti concreditum esse ibidem dicitur, eodem posset referri. Sed in contrariam partem ex ipsa hac comoedia afferri potest argumentum, quod aliquanto mihi videtur validius; nam versu 774 Paphlago sive Cleon „ὅτ' ἐβούλευον" ait „sollertia mea implebam civitatis aerarium", — nunc igitur neque βουλεύειν se neque omnino ea uti condicione in qua urbis reditus augere facile possit, aperte satis ostendens. Qui autem Pylum pro praetore navigavit aestate anni 425, et annis 423 et 422 praetor est creatus (vid. supra pag. V not. 1 et ad Nub. 581—594), is quaestor iis certe annis esse nullo modo potuit, quoniam lege cautum erat ne quis duobus simul fungeretur muneribus. Sed προστάτης τοῦ δήμου (vs. 1128, cf. Thucyd. III 36 § 6 IV 21 § 3) Cleon erat, dux partium popularium, ut ante eum fuerant Pericles Ephialtes Aristides; vid. [Aristot.] Rep. Athen. 28.

Itaque Muelleri ingeniosissima illa disputatio ad nihil redit et optimo iure a multis est reiecta (cf. Keck Quaest. Ar. 1876 p. 25 sqq.).

[1]) Quae non serio dici nemo ignorabat; vid. ad Nub. 591.

strepitum vanasque debiliorum querelas augurantur. Qualia *ἐγρηγορότων ὀνείρατα* illum certe non dedecebant, quippe poetam et iuvenem. Cleon vero auream illam aetatem arcere ei videbatur, homo turbulentus, plebeius, et — quod gravius — invenustus quique comicorum facetiis quidlibet concessum nollet [1]). Itaque fieri non potuit quin quicquid in partium popularium ducem evomeret adversariorum odium internecivum, cupide ille arriperet et pro iustis criminibus haberet. Verine studium in tali homine esse ullum? Prudensne aut salutare consilium ab eo expectari posse? Patriaene eum curare gloriam civiumve prosperitatem? Immo largitionibus popellum sibi devincire studet, quo liberius in aerario publico grassari possit ipse [2]). Pacem oblatam repellit — non ut devictis hostibus firmiore mox fundamento pacem condere possit ipse, sed ut inter aerumnas communes latitent ipsius fraudes et scelera [3]). Nihil non turpe in eo, nihil

---

[1]) Ante biennium Cleon in ius vocaverat histrionem, qui Aristophanis Babylonios scenae commiserat; vid. infra pag. XI not. 1.

[2]) Nonne similia de Pericle, de eo igitur viro cuius inter omnes semper nota fuit integritas, sunt dicta, non a comico aliquo, nam comicorum iocos nunc mitto, sed a Platone Socratis ore in Gorgia dialogo? Ubi Periclis *ἀρετὴν* Socrates fuisse ait *τὸ τὰς ἐπιθυμίας ἀποπιμπλάναι καὶ τὰς αὑτοῦ καὶ τὰς τῶν ἄλλων* (503 *c*), cives autem *διαφθαρῆναι ὑπ' ἐκείνου*, eum enim fecisse *ἀργοὺς καὶ δειλοὺς καὶ λάλους καὶ φιλαργύρους, εἰς μισθοφορίαν πρῶτον καταστήσαντα* (515 *e*). Quid autem historiarum scriptores? Periclem, pueri scilicet Alcibiadis consilio usum, bellum Peloponnesiacum concitasse ut laterent ipsius rapinae scribere non erubuerunt. Vid. Diodor. XII 38.

[3]) „Pauper ad remp. accessit Cleon, mortuus autem quinquaginta reliquit talenta". Quis dicit? Critias (apud Aelianum X 17 § 5), adversarius unus omnium acerrimus. Vide igitur quam recte Müller Strübing Equitum fabulam vocaverit „die künstlerisch zusammenfassende verarbeitung dessen was die oligarchischen „freunde des dichters alle tage auf den gassen predigten" (pag. 373; vid. etiam infra ad vs. 834). Testimoniis autem si testimonia opponenda sunt, — Cleoni iuveni censum equestrem fuisse Theopompus aut sumsit aut invenit traditum (vid. schol. ad vs. 225 sq.).

Ipsa autem Critiarum mendacia superant quae nostro aevo vir doctus scripsit: „fictum quidem crimen videri posse quod Cleon quadraginta minas e Mytilena „lucratus esse dicatur Equit. vs. 834, minime tamen absurdum esse et fortasse „verum, denn es war das sicherste mittel die geschenke, die man für die „rettung der begütertsten unter den Mytilenäern erhalten hatte, zu verheimlichen, „wenn sämmtliche Lesbier getödtet wurden." Totum scilicet populum extingui iussisse Cleonem — non ut terrore civitates foederatae in ordinem cogerentur et Athenarum imperium confirmaretur, sed ut talenti partes duas impune furari

non scelestum, nihil non ridiculum. Apage igitur monstrum istud teterrimum bonisque viris abominandum, quod malo omine ex obscuris latebris in vitae publicae hanc lucem nuper emersit! Ferte opem, vos omnes quibus patriae salus cordi est, ut in suas tenebras repellatur iste cerberus! Quo extincto sponte prosiliet pax alma musisque amica!

Aristophanis hanc in Cleonem iram fovebant amici quibuscum consueverat, viri e nobilibus gentibus orti [1]), qui poetam festivissimum in eo admirabantur, et probe sentiebant quantum optimatium causae prodesse posset vir dicacissimus. Nam prima eius fabula Daetalenses anno 427 scenae commissa egregium ostenderat artificem eundemque rerum novarum osorem et aevi Cimonei admiratorem. Incitarunt igitur iuvenem gloria recenti elatum — nam alieno quidem nomine eam comoediam in certamen proposuerat dicis causa, sed veri poetae nomen diu latere non potuit — incitarunt comicum in populi ducem, quem civitati infestum esse perhibebant illi, musis non admodum favere videbat ipse, et e communi illo odio procrevit Babyloniorum fabula, quae Liberalibus anni 426 scenae commissa ipsam rem publicam propudio habuit [2]) sociorumque in theatro assidentium obiecit cachinnis [3]), Cleonem autem turpissimum furem ostendit in ipsa scena rapinas suas evomentem [4]).

Fabula placuit secundoque praemio est ornata, sed Callistratus histrio, cui docendam eam dederat Aristophanes, laesae

---

posset ipse! Eisdem autem viris doctis quinque illa talenta, quae Cleoni extorsisse creduntur equites, tam exigua videbantur multa ut eam per ludum iocumque potius quam serio a populo esse impositam in animum sibi inducerent (vid. infra pag. XIII not. 5).

[1]) Cf. Equit. 510.

[2]) In ea fabula poeta *ἔδειξε τὰς πόλεις ὡς δημοκρατοῦνται*, quae ipsius sunt verba Acharn. 642: ostendit cuiusmodi esset Athenarum illud imperium in civitates foederatas. Et clementia Atheniensium qualis esset, ante paucos menses experti tunc erant Mytilenaei.

[3]) Vid. Acharn. 502 sq. et 630 sq.

[4]) Derisum esse Cleonem — non in transitu, sed ita ut argumenti aliqua haec esset pars — luculenter satis testatur schol. Ach. 378. Huc autem refero Dicaeopolidis verba Ach. 5 sq.: „gavisus sum *τοῖς πέντε ταλάντοις οἷς Κλέων ἐξήμεσεν* (vid. infra pag. XIII not. 1).

maiestatis apud senatum est accusatus [1]. Qua re cautior factus Aristophanes in annum sequentem hilarius multo elegit argumentum; pacis enim bona in Acharnensium comoedia festive admodum laudavit. Quae fabula longe venustissima cum primum ei rettulisset praemium, maius quid sibi sumsit, populi favore non minus quam amicorum dicteriis instigatus. Hactenus sub nomine Callistrati latuerat, nunc ipsum se suo nomine pestem illam rei publicae aggressurum inter sodales professus est, et partibus primariis in se receptis [2] personatum Cleonem in scena protriturum, quoniam ipsum demagogum in foro vel in concione male mulcare non sinerent tempora aut mores.

Nam civitas, quae talem bestiam admiraretur honoribusque cumularet, novo quodam et nefario furore correpta ei videbatur; non viros publicis commodis invigilantes cernere se putabat sed mente captorum turbam ad scelestissimi nebulonis nutum sine lege aut ordine aestuantem. Pro aureo illo aevo, quod mentis oculis saepe viderat votisque vocarat, iam ferrea venerat aetas, et *„μηκέτ᾽ ὤφειλον ἐγὼ τούτοισι μετεῖναι ἀνδράσι!"* prisci poetae verbis secum mussitabat identidem. Ultimane igitur haec est malorum et scelerum et stultitiae colluvies? Minime: potest etiam in deterius ruere res publica, et in ipso pulpito poeta monstraturus est id quod unum superest. Post Periclem urbs praepositum sibi vidit pistorem, dein lanarium, iamque ad coriarii istud regnum est delapsa, — unum etiam gradum faciat ochlocratia et suo fato concidit redeuntque tempora Cimonea; *ἥλῳ γὰρ τὸν ἧλον χρὴ ἐκκρούειν* [3]. Fartor est is quem Atheniensium symmachia post Cleonem expectat dominum fatis sibi debitum, homo impudentissimus et impurissimus et vix homo, e plebis faecula ipsoque angiportuum coeno prognatus, inter porcorum haras enutritus, pugnis fustibusque dolatus, qui praeter mendacia et iurgia et furta nihil novit, nihil didicit — hic est

---

1) Vid. Ach. 377—382 et Vesp. Prolegom. p. IX sq.

2) Vid. ad personarum indicem pag. 2 not. 1.

3) Cf. Antiphanes fr. 300: *οἴνῳ δὲ χρὴ τὸν οἶνον ἐξελαύνειν, | αὐθαδίαν αὐθαδίᾳ Καλλίστρατον μαγείρῳ* — quaeque plura habet illic.

successor Cleoni destinatus, cuius adventum dudum nunciarunt deorum vaticinia et praesagia.

En novae fabulae argumentum feracissimum. Poeta ingeniosus inducit servum quendam Paphlagonem sive Bullionem [1] in aedibus Populi heri impudenter grassantem, sed tandem superatum a fartore, qui ipso etiam impudentior est et magis etiam valet lateribus atque lacertis. Huic Bullio ille cedit, huic fidenter se credit Populus senex minime malus sed annis tardus et veternosus.

Iamque novus integratur rerum ordo redeuntque Saturnia regna, redeunt Populo robur iuvenile et pristinum ingenium. Quae quomodo misellus ille fartor, Medeae artibus subito imbutus, seni reddere potuerit, ipse autem ex homine nequam omniumque contemtu dignissimo quomodo probus fidusque subito civis et alter fere Aristides evaserit, de quo in fabulae exitu felicissima quaevis augurari liceat, — ea praestat non rogare, versamur enim in poetica illa regione, ubi licet quod placet.

Neque facile descripserit quispiam partes chori ex optimatibus compositi. Quos homuncioni improbissimo ipsoque Cleone nequiori favere creditu esset difficile — nisi poeta ingenio luxurianti obtemperans nos secum abriperet artisque dialecticae oblivisci cogeret, ita ut etiam incongrua absurdaque aliquantisper probabilia videantur et fere necessaria [2]).

II.

Equites nomen novae fabulae indidit Aristophanes. Etiam antea in scena equitum mentionem aliquam fecerat. Nam ad

---

[1]) Nominis *Παφλαγόνος* vim ex parte certe reddunt nostrae linguae voces *Bulderbast*, *Blaaskaak*, *Bullebak*, anglice autem non male dixeris *Bully*. Sed accurate in aliam linguam transferri vix potest, quoniam mancipiorum gentile satis vulgatum, quod *strependi* turbarumque notionem sono revocet, frustra in lingua latina aut in hodiernis quaeras. E. g. *Hottentot* si vertimus, non prorsus quidem male erit redditum, sed negligitur notio *τοῦ παφλάζειν*.

[2]) Quamquam fabula clamorum minarum pugnarum plena mihi certe multo minus placet quam hilares pacis laudes quas proximo anno cecinerat poeta, vel iudicialis furoris irrisio facetissima, qua biennio post cives delectavit. Cf. Vesp. Prolegom. p. XI.

Babyloniorum argumentum refero quae initio Acharnensium fabulae dicit is qui primarum est partium: „φιλῶ τοὺς ἱππέας διὰ τοὔργον τοῦτο" — propter quinque nimirum talenta quae Cleon evomuerit [1]). Quae verba ad litem Cleoni nuper intentatam spectare non posse, licet prisci interpretes id perhibuerint [2]), inter prudentes constat. Neque enim equites — nisi forte in scena comica — Cleonem ullumve hominem accusare aut multare potuerunt, neque Cleon peculatus nuper damnatus fuerat; qui si fuisset, infamis factus non eas profecto quas novimus his annis in rep. sustinuisset partes [3]). Itaque nisi *ad scenam comicam* pertinent Dicaeopolidis illa verba de redditis a Cleone talentis quinque, merae mihi certe sunt tenebrae. Aliorum autem comicorum laudes quoniam in Aristophanis indolem haud quaquam cadunt, de *sua ipsius fabula* eum haec scripsisse ut statuamus cogimur. Denique de fabula *anno proximo* acta ut sermonem esse sumamus movet nos quod mox [4]) additur: τῆτες δέ κτἑ. Verum autem divinavit Wachsmuth [5]): „Kleons busse, „zu der er, wahrscheinlich nach aufführung von Aristophanes „Babyloniern, von den rittern gezwungen wurde, erscheint nur „als in lustiger laune vom volke aufgelegt". Quae verba suo quidem iure risit Müller Strübing [6]), quoniam *in rep. administranda* ita iocari vesanorum fuisset hominum, sed aptum eadem

---

[1]) Vid. supra pag. X not. 4.

[2]) Vid. schol. ad Ach. 6 et Eq. 226.

[3]) Accedunt alia argumenta superflua quidem, ut in re aperta, sed minime debilia. Neque enim de re eiusmodi tacuisset Thucydides, qui vix leviore quam Aristophanes in Cleonem flagrabat odio, neque in Nubium fabula (vs. 591) noster scribere potuisset: „optime, o cives, de rep. meriti eritis ἢν Κλέωνα, τὸν λάρον, δώρων „ἑλόντες καὶ κλοπῆς, | εἶτα φιμώσητε τούτου ἐν τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα", si iamdudum peculatus convictus fuisset Cleon.

[4]) Ach. 15.

[5]) Hell. Alterthumsk. I p. 613.

[6]) Aristoph. p. 130. Qui quam absurda esset vulgata de Cleonis illa lite opinio luculenter admodum primus demonstravit l. l. p. 121 sqq.; multi autem ei sun adstipulati, in his Fränkel ad Boeckhii Oecon. Publ. II[3] p. 86*. Nemo autem eiusmodi quid in mentem ducere sibi potuisset unquam, nisi comici facetiae hic quoque fucum fecissent legentibus. Nempe sero didicerunt homines in Aristophane interpretando iocos ab historiis distinguere et plus confidere suo iudicio quam commentatorum notulis.

praebent sensum si *in scenam comicam* — id quod perhibui — iocum illum admissum esse sumimus [1]).

Meo igitur iure statuere mihi videor in Babyloniis comicum ostendisse Cleonem ab equitibus nescio quomodo [2]) oppressum. Denuo autem hoc argumento uti decrevit quo tempore scribebat Acharnenses, in qua fabula Callistrati ore promisit se Cleonem *τεμεῖν τοῖσιν ἱππεῦσι καττύματα* [3]).

En igitur fabula quam anno proximo mente volvebat [4]), en demagogus turbulentus et clamosus in scena devictus ope bonorum virorum, inter quos plurimos amicos habebat poeta, plurimos adversarios coriarius et quicunque rei populari favebant.

Sed *ἀνδρῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν* chorus nihil habuisset festivi, nihil quod admirationem movere oculosve percellere posset. Itaque, ut una tamen voce Cleonis adversarios designet, *equitum* utitur nomine, inter quos vix quisquam erat quin Cleoni adversaretur [5]).

Equitum autem numerus hoc saeculo mire creverat. Nam olim

---

[1]) Quod vero Müller Strübing derisis aliorum commentis ipse e scholiis ad Ach. 6 effecit (l. l. p. 134), cum insularum quarundam tributa quinque talentis aucta essent ab Eucrate, Cleonem anno 426 auctorem extitisse ut ad pristinum censum rediretur, huic vero in populi concione obstitisse equites, id de nihilo est fictum et cum Muelleri de quaestura illa hypothesi concidit (vid. supra pag. VII not. 2), per se autem spectatum dissimillimum est vero. Nam quaestor cum pecuniam, quam remittere vellet debitori, exigere cogitur, quomodo *evomere* illam pecuniam dici possit, me certe latet. Vide igitur quam absurda nascantur nisi in scena comica haec acta esse sumimus, vide autem quam vivax sit superstitio, a qua ne Muellerus quidem Struebingius in libertatem vindicare se potuerit.

[2]) Nam male feriati esset locum illum Babyloniorum fabulae, de qua nonnisi paucissima nota sunt, accuratius definire velle.

[3]) Ach. 301.

[4]) In fabula elaboranda Aristophanem adiutum esse ab Eupolide, certe parabasim totam partimve Eupolidi deberi (vid. schol. vs. 1291), multi statuerunt — ipsius scilicet Eupolidis fide. Qui aperte sane aliquot annis post gloriatus est: „*ἐκείνους τοὺς Ἱππέας | ξυνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ καὶ ἐδωρησάμην*" (fr. 78; vid. infra ad vs. 190), sed aemuli invidiosi haec erant verba et ad ipsius Aristophanis crimina respondentis (vid. Prolegom. Nub. p. XIV, ad Nub. 540 et 553). Vix autem credibile videtur Aristophanem anno 425, cum Eupolidem Acharnensibus fabula sua nuper vicisset, ab illo aemulo auxilium petivisse ad novam fabulam concinnandam, et minus etiam credibile victum victori opem tulisse.

[5]) Quod autem etiam extra eorum ordines multi Athenis erant viri nobiles et demagogum illum pessime perosi, id nihil nunc ad rem.

in Attica, cuius solum equis alendis parum est aptum [1]), equitatus nihilo maioris momenti fuerat quam apud Lacedaemonios [2]), neque ad Marathonem ingentibus turmis barbarorum ulli equites opponi potuerant [3]); Peloponnesiaco vero bello ineunte mille erant [4]), in decem centurias secundum tribus divisi, quarum singulis praepositus erat phylarchus, cunctis duo hipparchi praeerant. Inter divitum [5]) autem liturgias [6]) erat τὸ ἱπποτροφεῖν, et ex iis qui equos alebant decemviri καταλογῆς quotannis delectum habebant [7]) senatui deinde probandum; huic enim equitatus cura mandata erat [8]). Flos igitur et decus civitatis iure habebantur hi adolescentes splendidis natalibus, equis nitidis insidentes, sine quibus civium pompae sollemnes sordebant [9]); Panathenaicae autem pompae quanta pars fuerint etiamnunc oculis nostris cernimus in nobilibus Parthenonis anaglyphis, in quibus eam repraesentavit Phidias. „Ἱππέας ὁρῶ!" cum per plateas clamabatur [10]), Athenienses perinde atque plebecula nostras concurrebant in locum ubi cerni possent splendidae illae turmae, et inter lectissima spectacula habebantur certamina equestria.

Cum hostibus autem ubi proelio erat conflictandum, in aciei cornibus locus iis assignari solebat [11]), et nuper strenue sic dimicaverant in agro Corinthio [12]); saepius autem his annis hostium incursiones ab ipsis urbis moenibus propulsarunt [13]). Quamquam aliquanto minoris momenti belli tempore quam pacis eos fuisse

---

1) Herodot. IX 13 Thucyd. VII 27 § 5.
2) De Lacedaemoniorum equitibus vid. Xen. Hellen. VI 4 § 10.
3) Herodot. VI 112.
4) Ar. Equit. 225 Thucyd. II 13 § 8 Xen. Hipp. 9 § 3. Quadraginta quotannis in equitatum publice insumta esse talenta ait Xenophon l. l. 1 § 19.
5) Primae secundaeque classium.
6) Xen. Oecon. 2 § 6 Lycurg. Leocrat. § 139.
7) [Aristot.] Rep. Athen. 49 § 2 Xen. Hipp. 1 § 9 Eq. 2 § 1.
8) Xen. Oecon. 9 § 15 Hipp. c. 1 et 2 [Aristot.] ibid. c. 49.
9) Cf. Xen. Hipp. c. 3.
10) Cf. Ran. 653.
11) Thucyd. IV 94 § 1 V 67 § 3.
12) Thucyd. IV 44 § 3.
13) Thucyd. II 22 III 1 VII 27 § 5. Cf. etiam IV 72 § 3 sq.

haud immerito contenderit quispiam; ignaviae certe insimulatus est miles gravis armaturae, qui equitatui ut adscriberetur malis artibus effecerat [1]), et ab equorum motibus subitis vix minus cavendum fuisse equitibus Atticis quam ab hostium telis perlecto Xenophonte dixeris.

Sed si adversus hostes non ita multum valebant, suis ipsorum civibus vel nimis strenue adversati sunt plus semel, et recte „seminarium triginta virorum" sunt dicti [2]). Anno autem 404 veros factionis oligarchicae satellites se praestiterunt [3]), et cum triginta viris Eleusine saevierunt adversus partem popularem [4]), Thrasybulo autem ferocissime obstiterunt [5]). Itaque non est quod miremur, post exulum reditum in equites severam habitam esse quaestionem [6]), quinquennio autem post Thimbroni in Asiam proficiscenti trecentos *τῶν ἐπὶ τῶν τριάκοντα ἱππευσάντων* auxilio miserunt Athenienses, sperantes fore ut ex illa expeditione numquam redirent [7]). Vix enim videbatur probus civis esse posse qui eques his annis fuisset; quapropter fuit qui in senatorum *δοκιμασίᾳ* reiceretur quod equo meruisset [8]).

Horum igitur virorum turmae in orchestram irruunt ut Paphlagonis adversario opitulentur. Viginti autem quatuor sunt numero, e tribu choregi more solito desumti omnes. Unde statim intellegitur non veros hipparchos in scena cerni iis praepositos, sed fingi haec omnia. Equis tamen insidentes quin spectatoribus ostenderit comicus, dubitare nos non sinunt ipsius verba; nam nisi ad equitantes apte dici non potuit: *οὐκ ἐλᾶτε;* [9]). Sed verendum erat ne negotia facesserent equi viginti quatuor per horas complures aut stare aut lente et composite vel etiam incitatiore

---

1) Alcibiadis dico filium cognominem, in quem scripta est Lysiae oratio XIV.
2) A Georgio Curtio; cf. Müller Strübing Aristoph. p. 105, 115.
3) Lys. XII § 44.
4) Xen. Hellen. II 4 (Lys. XII § 52).
5) Xen. ibid., [Arist.] Rep. Ath. 38 § 2.
6) Vid. Lysiae oratio XVI.
7) Xen. Hellen. III 1 § 4.
8) Qua de re agitur in Lysiae oratione XVI[a], quae circa annum 390 est scripta.
9) Vs. 243. Alia res est Soph. Oed. C. 311 sqq.

cursu per spatium haud ita magnum moveri iussi. Quapropter suspicetur fortasse quispiam pedibus tamen orchestram intrasse choreutas. At si secum reputaverit nihil praeter ipsos equos habuisse equites quo populi in se converterent oculos, — nam chlamys petasusve admirationem movere non poterat, — illa quoque opinio quanta habeat incommoda persentiet [1]), citoque opinor eam abiciet, cum praesertim cernatur chorus comicus equis vehens in amphora Musei Berolinensis [2]). Itaque statuendum videtur non veros quidem equos sed imagines, quae equos iocose referrent, choreutas sibi habuisse subditas; qualia ludibria et nostra aetas habet multa et habuit aetas Aristophanis, quae *avium* ostendere posset chorum vel choreutas *delphinis* et *struthiocamelis* inequitantes [3]). Eiusmodi autem equi aptissimi erant ad risum spectatorum movendum, aptissimi ad saltationes choricas peragendas, quibus ne hanc quidem fabulam caruisse testantur versuum numeri.

Quae si probabiliter sunt disputata, fictis equis non veros equites insedisse ut sumamus sequitur [4]).

III.

Notitia didascalica, quam inter multas quisquilias praebet altera fabulae hypothesis, testatur Equitum fabulam scenae commissam esse Lenaeis Ol. LXXXVIII 4 sive ineunte mense Februario anni 424. Quae si interiisset notitia, vel sic tamen de fabulae tempore abunde constaret; nam Lenaeorum festum

---

[1]) Quod ne Acharnensium quidem aut heliastarum chorus oculos adspectu insolito captare potuit, id minus nunc ad rem.

[2]) N° 1697. Cf. Poppelreuter de comoediae Atticae primordiis, 1893.

[3]) Aves ex ipso Aristophane novimus, delphinos et struthiocamelos ostendit amphora Neapolitana.

[4]) Parabasis verba in fictorum equitum ore nihilo minus fuisse apta quam in verorum, non est quod data opera demonstrem. Iniuria autem a Muellero Struebingio allatus est Vesparum versus 1023, ut ipsos equites chorum effecisse demonstraret (Aristoph. p. 119). Qui versus ab hac quaestione plane alienus est me iudice, et cum iocosis poetae laudibus quas Acharnensium parabasis habe comparandus potius.

disertis verbis poeta commemorat [1]), post captam autem Sphacteriam [2]) Niciaeque expeditionem Corinthiacam [3]) sed ante pugnam ad Delium datam esse fabulam ipsum argumentum clamat.

Primum praemium hoc anno, ut priore, poeta reportavit; utroque autem certamine vicit Cratinum. Quod cum reputamus, statim apparet cur in perstringendo Cratino tam multus sit noster totis Acharnensium Equitumque fabulis: aemulum multis victoriis insignem quo magis metuebat eo magis contemnere se proterve est professus. Sed de Cratini Aristomenisque fabulis, quas Equitibus suis superavit noster, dici nihil potest nisi hoc unum, non admodum festivas fuisse videri, quae nullis vestigiis relictis interierint.

Hodierno autem lectori, rerum brevi post hos ludos gestarum non ignaro, iurgia quibus Cleon in scena petitur similia videntur clamoribus male ominatis avium tempestatem praecurrentium. Nam ingruebat procella quo tempore acta est nostra fabula, et undique per coelum adscendebant nubium atra volumina. Post laetos Olparum Sphacteriaeque dies Atheniensibus tristissimi instabant nuncii amissae Thraciae roborisque iuventutis ad Delium elisi [4]).

---

1) Vs. 547; cf. vs. 883.
2) Vs. 54 etc.
3) Vs. 595 sqq.
4) Cf. Vesp. Prolegom. p. XXIX sqq.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

ΙΠΠΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

Ἀνώνυμος α΄ (Νικίας)
Ἀνώνυμος β΄ (Δημοσθένης) } *οἰκέται Δήμου* [1]).
Παφλαγών (Κλέων)
Ἀγοράκριτος ἀλλαντοπώλης [2]).
Χορὸς ἱππέων.
Δῆμος γέρων.

Personae tacitae: servi (in exitu fabulae).

---

[1]) In codicibus nomina *Niciae Demosthenis Cleonis* constanter leguntur praefixa. Cum tamen in ipso dramate neque Nicias neque Demosthenes suo nomine compelletur, sed de utroque ut de *mancipiis* fiat sermo (vid. etiam vs. 358), Cleon autem *Paphlagonis* nomine designetur, Dindorf iussit rescribi *οἰκέτης α΄, οἰκέτης β΄, Παφλαγών*, neque aliter primitus fuisse exaratum iure suo effecit e verbis scholii ad vs. 1: „*λέγουσι τῶν οἰκετῶν τὸν μὲν εἶναι Δημοσθένην, τὸν δὲ Νικίαν*" (item Hypothes. II 2; vid. etiam schol. vs. 50, 237, 240, 320). Cui multi obsecuti sunt; ipse tamen Dindorf tradita nomina servavit, item Bergk et nuper Zacher, qui recte observavit nullum unquam aut spectatorem aut lectorem potuisse dubitare quinam viri in scena repraesentarentur (vid. vs. 54 etc.), lectorum autem commodo multo melius consuli si sequamur codices, quam si *servorum prioris* et *alterius* notis (ut in Pacis fabulae exordio) utamur. Equidem cum huius viri docti tum Dindorfii argumentis permotus vocibus *οἰκέτης α΄* et *β΄* ipsa nomina virorum qui designantur in parenthesi subiunxi constanter, et in meis ipsius notulis hisce nominibus usus sum. *Paphlago* autem quominus dicatur is quem Cleonem vocant codices, nihil obstat, et ipse poeta Demi hunc atriensem inde a fabulae initio festivo hoc nomine, de quo vid. ad vs. 2, designavit.

De *Cephisophontis* nomine in Acharnensibus, *Aeaci* in Ranis eadem fere observari possunt quae de nominibus Niciae et Demosthenis in nostra fabula.

[2]) Proprium huius hominis nomen usque ad vs. 1257 ignorari voluit comicus;

Actor primus (ipse Aristophanes) *Isiciarium* agit [1]),
secundus *Niciam*, dein *Paphlagonem*,
tertius *Demosthenem*, dein *Demum*.

Fabula agitur Athenis, ante domum Demi.

---

itaque non recte iubebat Hirschig *Agoracritum* eum per totam fabulam vocari. Notum autem civem aliquem eum vultu rettulisse credibile non duco. Id quidem certum est, non repraesentari Cleonymum vel Hyperbolum, quod olim fuere qui putarent teste scholio ad vs. 149. Immo *suas ipsius* partes agens Aristophanes cum Paphlagone conflictatur. Quod autem *Eubulum* sub isiciarii persona latitare alii statuerunt (vid. ibid.) errore multo magis aperto, qui temporum ratione refellitur, id fortasse fluxit e Theopompi verbis, quae extant apud Athenaeum 166 *e*, cum nostrae fabulae versu 1352 collatis.

[1]) *Paphlagonem* egisse Aristophanes perperam dicitur in scholio ad vs. 230; quem errorem peperit ipse ille versus male intellectus (ubi vid.). Rem multis verbis demonstrare inutile duco, nam primas in hac fabula partes non Paphlagonis esse, ut etiamnunc sunt qui sumant, sed isiciarii, id tam certum mihi videtur ut mirer quomodo in dubium vocari potuerit unquam.

ΥΠΟΘΕΣΕΙΣ [1].

I.

τὸ δρᾶμα τοῦτο ποιεῖται εἰς Κλέωνα, τὸν Ἀθηναίων δημαγωγόν. ὑπόκειται δὲ ὡς Παφλαγὼν νεώνητος, δουλεύων τῷ Δήμῳ, καὶ προαγόμενος παρ' αὐτῷ περιττότερον. ἐπιτιθεμένων δὲ αὐτῷ δυοῖν τοῖν ὁμοδούλοιν, καὶ κατά τινα λόγια πονηρίᾳ διάσημον ἀλλαντοπώλην Ἀγοράκριτον ἐπαγόντοιν, ὃς ἐπιτροπεύσει [2]) τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, αὐτοὶ οἱ Ἀθηναίων ἱππεῖς συλλαβόντες ἐν χοροῦ σχήματι παραφαίνονται· ὑφ' ὧν προπηλακιζόμενος ὁ Κλέων ἀγανακτεῖ, καὶ διενεχθεὶς ἱκανῶς περὶ τοῦ ἀλογώτερος [3]) εἶναι τῶν ἐναντιουμένων, σφὰς ὡς συνομωμοκότας κατὰ [4]) τῆς πόλεως διαβαλὼν [5]) πρὸς τὴν βουλὴν ἵεται. διώξαντος δὲ καὶ τοῦ ἀλλαντοπώλου κατὰ πόδας, οἱ ἱππεῖς περί τε τοῦ ποιητοῦ τινα καὶ τῶν προγόνων, ἔτι δὲ καὶ τῶν συγκινδυνευόντων σφίσιν ἐπὶ ταῖς μάχαις ἵππων [6]), πρὸς τοὺς πολίτας ἁδροτέρως διαλέγονται. ὅ τε ἀλλαντοπώλης περιγεγενημένος ἐν βουλῇ μάλα γελοίως τοῦ Κλέωνος καὶ λοιδορούμενος αὖθις αὐτῷ προσέρχεται· ἐκκαλεσαμένου δέ τοῦ Κλέωνος τὸν Δῆμον, προσελθὼν οὗτος διαφερομένων ἀκροᾶται. λόγων δὲ πολλῶν γενομένων κατὰ τοῦ Κλέωνος, τοῦ Ἀγορακρίτου μάλ' ἐντέχνως τοῖς

---

[1]) Argumenta habent V (III et II 4, 5 in margine) alii; in R desunt. Sola notitia didascalica, quae in fine argumenti II legitur, est utilis; non plane spernenda est II 2, cetera nullius sunt pretii.

[2]) Sic Ribbeck pro ἐπιτροπεύει.

[3]) ἀναγωγότερος Vatic., ἀνώτερος alii.

[4]) ἐκ codd.

[5]) Participium addidit Bergk, equidem dubito an in σφὰς aoristi latitet participium, e. g. *καὶ συστὰς ὡς συνομωμοκόσι.

[6]) Addidit Brunck.

ἐπινοήμασι καὶ ταῖς θωπείαις καὶ προσέτι ταῖς ἐκ τῶν λογίων ὑπερβολαῖς κρατοῦντος, κατὰ μικρὸν ὁ Δῆμος τοῖς λόγοις συνεφέλκεται. δείσαντος δὲ τοῦ Κλέωνος κἀπὶ τὸ ψωμίζειν τὸν Δῆμον ὁρμήσαντος, ἀντιψωμίζειν ἅτερος ἐγχειρεῖ. καὶ τέλος τοῦ Δήμου τὴν ἑκατέρου κίστην συνέντος, εἶτα τῆς μὲν κενῆς, τῆς δὲ τοῦ Κλέωνος μεστῆς εὑρεθείσης, ἐλεγχθεὶς αὐτὸς ὡς περιφανῶς [1]) τὰ τοῦ Δήμου κλέπτων εἴκει θατέρῳ τῆς ἐπιτροπείας. μετὰ ταῦτα δὲ τοῦ ἀλλαντοπώλου τὸν Δῆμον ἀφεψήσαντος, εἶτα νεώτερον ἐξαῦθις [2]) εἰς τοὐμφανὲς γεγονότα προάγοντος, Κλέων [3]) περικείμενος τὴν Ἀγορακρίτου σκευὴν ἐπὶ παραδειγματισμῷ [4]) διὰ μέσης πόλεως ἀλλαντοπωλῶν ἀνὰ μέρος καὶ τῇ τέχνῃ χρησόμενος [5]) πέμπεται, καὶ ἡ ἐπιτροπὴ τῷ ἀλλαντοπώλῃ παραδίδοται. τὸ δὲ δρᾶμα τῶν ἄγαν καλῶς πεποιημένων.

II.

1. ὁ σκοπὸς αὐτῷ πρὸς τὸ καθελεῖν Κλέωνα. οὗτος γὰρ βυρσοπώλης ὢν ἐκράτει τῶν Ἀθηναίων ἐκ προφάσεως τοιαύτης. Ἀθηναῖοι πόλιν Πύλον [6]), λεγομένην Σφακτηρίαν, ἐπολιόρκουν διὰ Δημοσθένους στρατηγοῦ καὶ Νικίου· ὧν στρατηγῶν χρονισάντων ἐδυσχέραινον οἱ Ἀθηναῖοι. καὶ εἰς ἐκκλησίαν συνελθόντων αὐτῶν καὶ ἀδημονούντων, Κλέων τις βυρσοπώλης ἀναστὰς ὑπέσχετο δεσμίους φέρειν τοὺς ὑπεναντίους εἴσω εἴκοσιν ἡμερῶν, εἰ στρατηγὸς αἱρεθείη· ὅπερ καὶ γέγονε. κατὰ τὰς ὑποσχέσεις οὖν ἐστρατήγει κυκῶν τὴν πόλιν. ἐφ' οἷς μὴ ἐνεγκὼν Ἀριστοφάνης καθίησι τὸ τῶν Ἱππέων δρᾶμα δι' αὐτοῦ, ἐπεὶ τῶν σκευοποιῶν οὐδεὶς ἐπλάσατο τὸ τοῦ Κλέωνος πρόσωπον διὰ φόβον. καὶ τὰ μὲν πρῶτα κύπτει φοβούμενος· εἶτα προφανεὶς αὐτὸς ἀνεδίδαξε τὸ δρᾶμα.

2. ἔοικεν ὁ προλογίζων εἶναι Δημοσθένης, ὃς ἐκεκμήκει περὶ τὴν Πύλου πολιορκίαν, ἀφῃρέθη δὲ τὴν στρατηγίαν ὑπὸ Κλέωνος, ὑποσχομένου τότε τοῖς Ἀθηναίοις παραστήσεσθαι τὴν Πύλον εἴσω εἴκοσιν ἡμερῶν· ὃ καὶ κατώρθωσε διὰ τὸ τὰ πλεῖστα τῆς ἁλώσεως προπεπονη-

[1]) Sic Brunck pro -νής.
[2]) Codd. ἐξαυτῆς.
[3]) Sic Kuster pro Κλέωνος.
[4]) Sic Kuster pro -μοῦ.
[5]) Codd. -σάμενος.
[6]) Del. Ribbeck.

σθαι Δημοσθένει. ἔοικε δὲ ὡς ἐπὶ οἰκίας δεσποτικῆς ποιεῖσθαι τὸν λόγον. εἴη δ' ἂν δεσπότης ὁ δῆμος, οἰκία ἡ πόλις· οἰκέται δὲ δύο τοῦ Δήμου προλογίζουσι, κακῶς πάσχοντες ὑπὸ Κλέωνος· ὁ δὲ χορὸς ἐκ τῶν ἱππέων ἐστίν, οἳ καὶ ἐζημίωσαν τὸν Κλέωνα πέντε ταλάντοις ἐπὶ δωροδοκίᾳ ἁλόντα. λέγουσι δὲ τῶν οἰκετῶν τὸν μὲν εἶναι Δημοσθένην, τὸν δὲ Νικίαν, ἵνα ὦσι δημηγόροι οἱ δύο.

3. ἰστέον ὅτι εἰς τέτταρα μέρη διῄρητο ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων, εἰς πεντακοσιομεδίμνους, εἰς ἱππέας, εἰς ζευγίτας καὶ εἰς θῆτας.

4. ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ Στρατοκλέους ἄρχοντος [1]) εἰς Λήναια [2]), δι' αὐτοῦ τοῦ Ἀριστοφάνους. πρῶτος ἐνίκα· δεύτερος Κρατῖνος Σατύροις· τρίτος Ἀριστομένης Ὑλοφόροις.

5. οἰκία ἡ πόλις, δεσπότης ὁ δῆμος, θεράποντες οἱ στρατηγοί.

III [3]).

παράγει τινὰ Κλέωνα, τὸν καλούμενον
Παφλαγόνα κἄτι βυρσοπώλην, πικρότατα
κατεσθίοντά πως τὰ κοινὰ χρήματα,
καὶ [4]) παραλογισμῷ διαφέροντ' ἐρρωμένως
ἀλλαντοπώλην, εὐθέως δὲ [5]) σκατοφάγον,
πεισθέντα τ' ἐπιθέσθαι σὺν ἱππεῦσίν τισιν
ἐν τῷ χορῷ παροῦσι τῇ τῶν πραγμάτων
ἀρχῇ Κλέωνός τ' ἐν μέσῳ κατηγορεῖν [6]).
ἐγένετο τοῦτ'· ἐξέπεσεν ὁ Κλέων παγκάκως,
ὁ δὲ σκατοφάγος ἔτυχε προεδρίας καλῆς.

---

[1]) *δημοσίᾳ* vocem otiosam addit V.
[2]) Mense Gamelione (d. 19—25) Ol. 88,4, mense Februario ineunte anni 424.
[3]) Aristophanis grammatici nomen hae nugae metricae, ut aliae eiusdem generis, ementiuntur.
[4]) Sic Bekker pro *ἐν*.
[5]) Add. vVelsen, *τε* Kuster.
[6]) Sic Bergk pro *κατηγορεῖ*.

EQUITES.

PROLOGUS.

(vs. 1—246).

(In scena conspicitur domus Demi senis, ante quam versatur *servus* (*Nicias*), gestu significans dolere sibi tergum et crura.)

SCENA PRIMA.

Servus prior (Nicias), mox Servus alter (Demosthenes).

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nicias*).

ἰατταταιὰξ τῶν κακῶν! ἰατταταί!
κακῶς Παφλαγόνα, τὸν νεώνητον, κακὸν

1 sqq. Demostheni tribuuntur in codd. et in schol., item versus 7^b et 8^b sq., Niciae autem 6 sq.^{a} et 8^a. Quae mutavi, quoniam flebiles versus 1 et 9 Niciae videntur aptiores.

1. *ἰατταταιάξ*] redit haec exclamatio Thesm. 945 [1]. Cf. *βαβαιάξ* [2], *παπαιάξ* [3], quae ex *ἰατταταί, βαβαί, παπαί* vocibus excreverunt. Videantur quae de *substantivis* in -ᾱξ desinentibus observata sunt ad vs. 361, et de interiectione *πυππάξ* ad vs. 680.

— *τῶν κακῶν!*] nimirum modo vapulavit a Paphlagone accusatus, item alter servus.

2. *κακῶς ... κακόν*] vid. ad Nub. 551.

— *Παφλαγόνα*] ut *Lydi Phryges Cares* [4], sic *Paphlagones* erant inter vilissima mancipia [5]. Cleonis autem turbulenta facundia hoc nomine felicissime indicatur; nam a verbo *παφλάζειν* deduci id voluit poeta [6]. Nempe Aristophanis est hominum nomina detorquere in significationem, quae stirpi unde ducta sunt aut primitus sit propria aut per iocum possit tribui [7]. *Bullionem* haud inepte dixeris latine.

[1]) Ex Bentlei emendatione. — [2]) Ach. 64, 1142 sq. Pac. 248 Lys. 312 Ran. 63 Platon. fr. 46[9]. — [3]) Vesp. 235 Lys. 924 Eur. Cycl. 153. — [4]) Vid. ad Vesp. 1309. — [5]) Cf. Lucian. Alex. 9. — [6]) Ut recte in scholiis observatur. Vid. vs. 919 et ad Nub. 581, Vesp. Prolegom. p. XI, 2. — [7]) De qua re vid. ad Vesp. 84.

„αὐταῖσι βουλαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοί.“
ἐξ οὗ γὰρ εἰσήρρησεν εἰς τὴν οἰκίαν,
πληγὰς ἀεὶ προστρίβεται τοῖς οἰκέταις.

(Foras proruit alter servus (Demosthenes).)

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Demosthenes).

κάκιστα δῆθ' οὗτός γε πρῶτος Παφλαγόνων
αὐταῖς διαβολαῖς . . .

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

ὦ κακόδαιμον, πῶς ἔχεις;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

κακῶς, καθάπερ σύ.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

δεῦρο δὴ πρόσελθ', ἵνα
„ξυναυλίαν κλαύσωμεν Οὐλύμπου νόμον.“

---

3. βουλαῖς] pedestris sermonis cum non sit *βουλή consilium*, olim proposui *βύρσαις coll. vs. 44 et 104; quod nunc tamen reicio, quoniam parum tempestiva haec foret coriorum Cleonis mentio, et διαβολαῖς quod sequitur aptius est si βουλαῖς quam si βύρσαις antecedit.

4. εἰσήρρησεν] εἰσέφρησεν alii olim male, teste scholio (vid. ad Ran. 1192); quo Alberti iure rettulisse videtur Hesychii glossam εἰσέφρικεν (i. e. εἰσέφρΗCεν) εἰσεπήδησεν.

5. τοῖς οἰκέταις] τοὺς οἰκέτας R.

7. αὐταῖς R] αὐταῖσι V et plerique.

8. δή R] νυν cett.; cf. Nub. 340 Pac. 1099.

---

3. αὐταῖσι βουλαῖς] vid. ad Vesp. 119. Poeticae dictionis est βουλαί *consilia* neque alias apud nostrum invenitur; nempe παρατραγῳδεῖ servulus furore percitus.

4. εἰσήρρησεν] cf. Thesm. 1075 et ad Ran. 1192 et verbi ἀποφθαρῆναι usus vs. 892.

5. προστρίβεται] non *infligere* significat sed *affricare* [1]). Nimirum criminando efficit ut mox a domino vapulent insontes [2]). Vid. Aesch. Prom. 329 ζημία προστρίβεται, Demosth. XXII § 75 πλούτου τινὰ δόξαν προσετρίψατο, XXV § 52 συμφορὰν ἢ βλασφημίαν ἢ κακόν τι προστριψάμενος, Plut. Nic. 8 Κλέων ἄλλας τε τῇ πόλει προσετρίψατο συμφορὰς ... καὶ ... etc.; simillimus autem est usus verbi ἐξομόργνυσθαι [3]).

6. πρῶτος] *primus omnium*, ante ceteros Paphlagones quoslibet.

7. αὐταῖς διαβολαῖς] vid. ad Vesp. 119.

9. E tragoedia aliqua videtur desumtus [4]), certe Οὔλυμπος pro Ὄλ. non est dictionis comicae. — *Olympus* Phryx a Marsya tibiae cantum didicisse ferebatur [5]).

— ξυναυλίαν] *tibiarum concentum* [6]).

---

[1]) *Aansmeeren.* — [2]) Cf. vs. 64 et 67. — [3]) Ach. 843 Eur. Bacch. 343. — [4]) Vid. Eur. Iph. A. 578. — [5]) Plat. Min. 318 *b* Plut. Mor. 1133 sq. — [6]) Voce etiam Aesch. Sept. 839 Soph. fr. 79 Antiphan. fr. 47[1] Anaxandr. 70 obvia; vid. etiam ad Ran. 212.

ΑΜΦΟΤΕΡΟΙ.

(tibiarum sonum voce imitantes:)

μὺ μῦ μὺ μῦ μὺ μῦ μὺ μῦ μὺ μῦ μὺ μῦ.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

τί κινυρόμεθ' ἄλλως; οὐκ ἐχρῆν ζητεῖν τινα
σωτηρίαν νῷν, ἀλλὰ μὴ κλάειν ἔτι;

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

τίς οὖν γένοιτ' ἄν;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

λέγε σύ.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

σὺ μὲν οὖν μοι λέγε,
ἵνα μὴ μάχωμαι.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὔ.

---

10. Demostheni et Niciae tribuit *Θ*, Demostheni continuat R, Niciae dant ceteri.

11 sq. Ab eo qui mox versum 21 dicturus est proferri putat schol.

13 sq. In codd. *τίς — σύ* sunt Niciae (cf. Nub. 847 Vesp. 346 etc.), *σὺ μὲν — μάχωμαι* Demosthenis, *μὰ τὸν κτἑ.* cum versu 15 Niciae. Correxit Beer; quicquid autem de ceteris statuitur, id quidem constat, verba *ἵνα μὴ μάχωμαι* Niciae unice esse apta.

13. *τίς*] *τίς ἂν* Hirschig (ut Lys. 191). || *μοι*] om. V¹.

14. *μὴ*] *σοι μὴ* V et plerique. || *μὴ μάχωμαι*] *μηχανῶμαι* Bergk infeliciter.

---

10. Etiam Av. 1170 et Plut. 895 e meris clamoribus constant. A vocis autem sono *μῦ* ductum est verbum *μύζειν*, *μῦξαι* [1].

11. *κινυρόμεθα*] etiam Aesch. Sept. 123 hoc verbum extat, et Alexandrinorum locis compluribus [2]. Apud Aeschylum tamen *μινύρονται* rescribunt Dindorfii ex Hesychio, et nostro quoque loco *μινυρόμεθα* legendum esse fortasse suspicetur quis coll. Eccl. 880 *μινυρομένη* [3] et eiusdem potestatis verbo *μινυρίζειν* [4]. Sed *κινύρεσθαι* de *lugubri cantu* usurpatur [5], *μινύρεσθαι* autem vel *-ρίζειν* *cantillare* significat; nostro igitur loco illud aptius. Ex eodem autem fonte, unde ductus est vs. 9, poeticum hoc verbum nunc manasse suspicor.

— *ἄλλως*] vid. ad Nub. 1203.

14. *ἵνα μὴ μάχωμαι*] = *ἵνα σοι μὴ διαφέρωμαι* [6], *ne tibi repugnem.* Item Platon. Cratyl. 430 *d* *ἵνα μὴ μαχώμεθα ἐν τοῖς λόγοις.* Cf. Axionici fr. 6⁹ *φίλερις τίς ἐστι καὶ μάχεταί τί μοι*, etc. [7]. Sed ex Niciae

---

[1]) Vid. Thesm. 231 Hom. *Δ* 20. — [2]) Callim. h. Ap. 20 Apoll. Rh. I 292 etc. — [3]) Item Aesch. Ag. 16 Soph. Oed. C. 671. — [4]) Vesp. 219 Av. 1414 Thesm. 100. — [5]) Cf. *Cinyrae* nomen. — [6]) Plat. Rep. 351 *d*. — [7]) Neque longe distant Eccl. 621 Plut. 1076.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

16 „πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἁμὲ χρὴ λέγειν!“

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

15 ἀλλ' εἰπὲ θαρρῶν, εἶτα καὶ ἐγὼ σοὶ φράσω.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

17 ἀλλ' οὐκ ἔνι μοι τὸ θρέττε.
(Aliquantisper secum reputat.)
πῶς ἂν οὖν ποτε
εἴποιμ' ἂν αὐτὸ δῆτα κομψευριπικῶς!

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

μή μοί γε, μή μοι, μὴ διασκανδικίσῃς!

---

15 sq. Versuum ordinem et personarum vices mutavit Sauppe; in codd. vs. 15 est Niciae, vs. 16 Demosthenis.

15. ἀλλ'] om. R. || σοὶ] σοι codd.

17—20. Demostheni codd. nonnulli dant vs. 17^b sq., dein Niciae vs. 19 sq., et sic pergunt usque ad vs. 40. Tenendum autem est in personarum vicibus distribuendis, versus 36 et 40 sqq. Demostheni esse dandos propter versum 54.

18. αὐτὸ] αὐτὰ R.

---

ore quoniam haec verba percipiuntur, — hunc enim in meticuloso hocce mancipio vellicari dudum sensere spectatores, — nemo non suspicatur eum nunc quoque, ut paucis mensibus abhinc [1]), id potissimum curare ut bellum gerat sine proeliis [2]).

— *μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὔ*] vid. ad Nub. 732.

16. Felicissime usus Phaedrae Euripideae ad nutricem verbis [3]) *utinam* — exclamat homo anxius — *tu id diceres quod mihi nunc est proloquendum* [4])*!* Et mox pro sua in periculis declinandis sollertia viam invenit qua sodali extorqueat id quod ipse effari veretur, ita ut „*σοῦ τάδ', οὐκ ἐμοῦ, κλύεις*" ei dicere possit, perinde atque Phaedra illa nutrici [5]).

17. *θρέττε*] hortativa haec vocula substantivi loco nunc usurpatur [6]). Vix huc faciunt illa *θρετταναλό, τήνελλα, φλαττόθρατ*, quae citharae sonum imitantur [7]).

18] *δῆτα*] vid. ad Nub. 399.

— *κομψευριπικῶς*] adverbii huius comice ficti pars prior est adiectivum *κομψός*. Cf. Thesm. 93, ubi ad Euripidem Mnesilochus *τὸ πρᾶγμα* ait *κομψὸν καὶ σφόδρ' ἐκ τοῦ σοῦ τρόπου*, et vid. ad Ran. 967. Cum terminatione euphoniae causa decurtata conferri possunt *γνωμιδιώκτης* (i. e. *γνωμιδιο-διώκτης*) apud Cratinum [8]) aliaque multa [9]).

19. *μή μοί γε*] vid. ad Nub. 84.

— *διασκανδικίσῃς*] hoc quoque aliunde ignotum est verbum [10]). Significat autem *scandice opplere* [11]), neque potuit spectatoribus obscurum esse, nam *scandicem*

---

[1]) Vid. ad vs. 599. — [2]) Idem postea de eo testatus est Hermocrates Syracusanus Plut. Nic. 16: „*γελοῖός ἐστιν ὁ Νικίας, ὅπως οὐ μαχεῖται στρατηγῶν.*" — [3]) Eur. Hipp. 345. — [4]) Particularum *πῶς ἂν* optativo praemissarum idem est usus Ach. 991 Pac. 68 Thesm. 22 et frequens apud tragicos. — [5]) Hipp. 352. — [6]) Angl. *pluck*. — [7]) Vid. ad Ran. 1285—1295. — [8]) Fr. 307. — [9]) Vid. Enchirid. dict. ep. p. 58. — [10]) Nam licet etiam in Teleclidis fr. 38 sit traditum, vitio ibi deberi probabiliter statuit Kock. — [11]) *Verkervelen* pro *verkerven*.

ἀλλ' εὑρέ τιν' ἀπόκινον ἀπὸ τοῦ δεσπότου.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

λέγε δὴ „μο-λω-μεν", ξυνεχὲς ὡδὶ ξυλλαβών.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

καὶ δὴ λέγω· μολωμεν.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

ἐξόπισθε νῦν

„αὐ-το" φάθι τοῦ „μολωμεν".

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

αὐτο.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

πάνυ καλῶς.

ὥσπερ δεφόμενος νῦν ἀτρέμα πρῶτον λέγε

---

20. Post hunc versum vVelsen addit <*ΝΙ. λέγε νυν μόλω. ΔΗ. μόλω. ΝΙ. ἐπίθες τὸ μεν. ΔΗ. ποιῶ*>, Müller Strübing *ΝΙ. λέγε νυν* <*μολω. ΔΗ. μολω. ΝΙ. μετὰ τοῦτο μεν. ΔΗ. μολω | μεν. ΝΙ. νῦν*> *μολωμεν κτέ.*, Zacher *ΝΙ. λέγε δὴ* <*μολω. ΔΗ. μολω. ΝΙ. ἐπίθες τὸ μεν. ΔΗ. μεν. ΝΙ. εὖ. | λέγε νῦν*> *μολωμεν κτέ.* — Equidem integrum duco textum traditum; vid. commentarius.

---

illam ex Acharnensium fabula [1]) noverant. Nempe *Aristophanes Euripidi poetae obicit iculariter, matrem eius ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem* [2]). Non enim colebatur scandix sed *τῶν αὐτομάτως φυομένων* erat, perinde atque *κόρκορος* [3]) et *ἀκαλήφη* [4]) et *ἀτράφαξυς* [5]) et *βλίτον* [6]) et quod item Euripidis mater venditasse fertur *ἴφυον* [7]). In pratis igitur erat anquirenda; sed pacis certe tempore vix cuiquam operae pretium videbatur vilissimas istiusmodi herbas colligere. Itaque Andocides tristissima belli peloponnesiaci tempora in memoriam revocans ita aliquando declamavit: *μὴ γὰρ ἴδοιμέν ποτε πάλιν ἐκ τῶν δρῶν τοὺς ἀνθρακευτὰς ἥκοντας καὶ πρόβατα καὶ βοῦς καὶ τὰς ἁμάξας εἰς τὸ ἄστυ, καὶ γύναια καὶ πρεσβυτέρους ἄνδρας καὶ ἐργάτας ἐξοπλιζομένους, μηδὲ ἄγρια λάχανα καὶ σκάνδικας ἔτι φάγοιμεν* [8]).

20 sqq. Vid. ad Nub. 5.

20. *ἀπόκινον*] voci, quae proprie saltationis genus quoddam lascivum significabat [9]), iocose nunc eam vim tribuit comicus, quam habet stirps unde ducta est; cf. *ὑπαποκινεῖν clam se subducere* [10]).

21. *ξυνεχὲς ὡδὶ ξυλλαβών*] *sic iungens.* Hoc dum dicit, manus protendit, dein iungit, quo significet sonos, quos modo separatim edidit, in unum verbum a sodali esse colligandos [11]).

---

[1]) Vs. 478. — [2]) Plin. H. Nat. XXII 38; vid. ad Ran. 840. — [3]) Vesp. 239. — [4]) Infra vs. 422. — [5]) Infra vs. 630. — [6]) Diphil. fr. 14 etc.; vid. ad Nub. 1001. — [7]) Thesm. 910 fr. 560. — [8]) Vid. Suidas s. v. *σκάνδιξ.* — [9]) Vid. scholion et Athen. 629*c* (Cratin. fr. 120 Cephisodori 2 Aristoph. 275) et Poll. IV 101. — [10]) Av. 1011 Thesm. 924. — [11]) Cf. vs. 77.

τὸ „μολωμεν“, εἶτα δ᾿ „αὐτο“, κᾆτ᾿ ἐπάγων πυκνόν.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

μολωμεν αὐτο μολωμεν αὐτομολῶμεν.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

ἤν,

οὐχ ἡδύ;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

νὴ Δία, — πλήν γε περὶ τῷ δέρματι

δέδοικα τουτονὶ τὸν οἰωνόν.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

τί δαί;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

ὁτιὴ τὸ δέρμα τῶν δεφομένων τρίβεται.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

κράτιστα τοίνυν τῶν παρόντων ἐστὶ νῷν,

---

25. *κᾆτ᾿ ἐπάγων* Enger] *κατεπάγων* vel *κατεπάδων* (sic V) codd.; *κατεπᾴδων* Bergk. — Idem vitium Bentley sustulit Nub. 1076. || *πυκνόν*] *πύκνου* Zacher coll. Nub. 701, ne desit verbum finitum.

26. *μολωμεν*] Niciae hoc verbum continuat Piccolomini. || *ἤν*] *ἦν* V R et plerique.

29. **τρίβεται*] *ἀπέρχεται* codd. invitis versus numeris. Brunck metri causa scribebat *τὸ δέρμ᾿ ὁτιὴ* cum uno cod., Reisig *ὁτιὴ τὸ δέρμ᾿ ἀπέρχεται τῶν δεφομένων*. Bentley articulum *τῶν* delebat, metro melius consulens quam sententiae, praeterea autem proponebat *δεφομένοις*. Sed cum verbum *ἀπέρχεται* nullum praebeat sensum, contextus autem verborum aliquem lusum imperiose flagitet, in hoc verbo vitium esse quaerendum certum duco equidem, ut olim Bothe (qui *οἴχεται* proposuit), coll. autem Vesp. 739 et 1344 rescripsi quod vides. Blaydes proposuerat *ὁτιὴ τὸ δέρμ᾿ ἀνατρίβεται τῶν δεφομένων* (cf. Ach. 1149).

---

25. *ἐπάγων πυκνόν*] vid. ad Nub. 390.

26. Simillimo artificio usus Socrates apud Platonem [1]) demonstrat *Herae* nomen ab *aëre* voce esse ductum, palam enim id fieri *εἰ πολλάκις λέγοις τὸ τῆς Ἥρας ὄνομα (ηρα ηρα ηρα — αηρ)*.

— *ἤν*] item Pac. 327 Ran. 1390 Plut. 75; cf. *ἐνί*(?) Ach. 610.

27. *οὐχ ἡδύ;*] item Antiphan. fr. 144⁹.

— *πλήν γε*] *quamquam hoc sane molestum est.* His particulis utitur qui gravissimum incommodum, quo id quod alter proposuit premitur, cum leni quadam ironia indicat [2]).

— *δέρματι*] cf. Nub. 1395.

28. *τουτονί*] *istum tuum.*

— *οἰωνόν*] de huius vocis usu (= *ὄρνις*) vid. Av. 719-721.

30. *κράτιστα*] pluralis etiam alias [3]) sic usurpatur; singularis legitur e. g.

---

[1]) Cratyl. 404*c*. — [2]) Item Pac. 675 Thesm. 240 Ran. 1466 Plut. 199. — [3]) Vs. 73 Ran. 277 Aesch. Prom. 216 Ag. 1053 Eur. Med. 384.

θεῶν ἰόντε προσπεσεῖν του πρὸς βρέτας.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

ποῖον βρέτας· σύ γ'; ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ θεούς;

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

ἔγωγε.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

ποίῳ χρώμενος τεκμηρίῳ;

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

ὁτιὴ θεοῖσιν ἐχθρός εἰμ'. οὐκ εἰκότως;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

εὖ προσβιβάζεις μ'. ἀλλ' ἑτέρᾳ πῃ σκεπτέον.

(Post breve silentium:)

---

31. *του* R] *ποι* cett.

32. *σύ γ'*] supplevit Kock, *ὦ τᾶν* Dobree (coll. Lys. 1178), *φέρ'* Meineke, *φράζ'* Stadtmüller, *εἶπας* ORibbeck, *πρός* Dindorf (cf. Aesch. Sept. 185), *θεῶν* Reisig. In V est *ποῖον βρεττέτας*, in Vaticano 1294 *βρέτας; ποῖον βρέτας;* || *γὰρ*] *σὺ* R.

34. Sententiam post *εἰμ'* incidit Bergler.

35b. Alteri servo tribuunt codd., Demostheni continuavit Elmsley. || *πῃ*] *ποι* V R alii.

---

loco simillimo: *ἐμοὶ | κράτιστόν ἐστιν εἰς τὸ Θησεῖον δραμεῖν, | ἐκεῖ δ' ἕως ἂν πρᾶσιν εὕρωμεν μένειν* [1]). Cf. *δεινά γε!* et *οὐ δεινά;* [2]).

31 sq. *βρέτας*] tragica hac voce [3]) servulus nunc utitur *παρατραγῳδῶν*. Sunt autem *βρέτη* antiquissima deorum *ἀγάλματα* rudi arte confecta vel etiam omnis artis expertia, quale Athenis fuit Minervae illud simulacrum, quod in Erechtheo colebatur. Hoc *βρέτας* dicitur Lys. 262 quasi nomine proprio.

32. *ποῖον*] vid. ad Ran. 529.

— *ἐτεὸν*] vid. ad Vesp. 8.

— *ἡγεῖ*] *extare existimas* [4]), *νομίζεις* [5]).

34. *θεοῖσιν ἐχθρός*] *perditus*. Nimirum in unam notionem concreverunt haec vocabula [6]). *Nisi dii essent, deos iratos habere non possem* — et tamen habeo, nam etiamnunc dolet tergum. Simillimo argumentandi genere usus Prometheus [7]) *sunt sane barbari dii quidam*, inquit, *nam nisi essent, undenam Execestides ille Car haberet suum „πατρῷον"* quem invocare solet? Nostri hoc ioco usi esse feruntur Diogenes Cynicus [8]) et Theodorus [9]), Cicero autem eum repetivit in Pisoniana [10]).

— *οὐκ εἰκότως;*] item Pac. 1230 *οὐ δεξιῶς;* Nub. 310 *οὐχὶ δικαίως;* Vesp. 1496 *οὐκ εὖ;*

35. *προσβιβάζεις*] *in tuam sententiam adducis, argumentando* (*τῷ λόγῳ*) *vincis* [11]). Cf. Nub. 372 *τοῦτο τῷ λόγῳ εὖ προσέφυσας.*

— *ἑτέρᾳ*] vid. ad Ran. 64.

---

1) Fr. 567, de quo vid. ad vs. 1312. Item infra vs. 80 Eur. Hipp. 402 Hel. 298 etc. — 2) Vid. ad vs. 609 et Ach. 770. — 3) Aesch. Sept. 95 Eum. 80 Eur. Alc. 974 Iph. Taur. 1477 etc. — 4) Item Eur. Hec. 800 El. 583 Hel. 919 Bacch. 1327. — 5) Eur. Suppl. 732 etc.; vid. ad Nub. 248. — 6) Vid. ad Vesp. 418. — 7) Av. 1526 sq. — 8) Diog. Laert. VI § 42. — 9) Ibidem II § 102. — 10) § 59. — 11) Item Av. 426 Aeschin. III § 93 Xen. Mem. I 2 § 17 Plat. Menon. 74*b*.

βούλει τὸ πρᾶγμα τοῖς θεαταῖσιν φράσω;

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

οὐ χεῖρον. ἓν δ' αὐτοὺς παραιτησώμεθα·

(Ad spectatores:)

ἐπίδηλον ἡμῖν τοῖς προσώποισιν ποιεῖν,
ἢν τοῖς ἔπεσι χαίρωσι καὶ τοῖς πράγμασιν.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

λέγοιμ' ἂν ἤδη.

(Ad spectatores:)

νῷν γάρ ἐστι δεσπότης
ἄγροικος ὀργήν, κυαμοτρώξ, ἀκράχολος,

---

41. *κυαμοτρώξ*] *κυαμότρως* insulsa quorundam coniectura in schol. commemoratur.

---

36. Cf. Vesp. 54 Pac. 50 sqq.

37. *οὐ χεῖρον*] *non abs re fuerit.* Frequens hic est comparativi usus; vid. e. g. Hom. ϱ 176 *οὔ τι χέρειον*, Plat. Phaedon. 105 *a οὐ χεῖρον πολλάκις ἀκούειν*, Clearch. fr. 4 *λάβ', ὦ ἀγάθ'· οὐδὲν χεῖρον*, Xen. Oecon. VII § 25 *οὐ κάκιόν ἐστι*, Plaut. Asin. II 1, 1 *nunc te meliust expergiscier.* — *παραιτησώμεθα*] de verbo vid. Vesp. 1257 et cum toto versu cf. Vesp. 55.

38 sq. *Ut, si fabula nostra iis placuerit, vultu gaudium suum ostendant.*

39. *Dictio* (*τὰ ἔπη*) ab *argumento* (*πράγμασι*) distinguitur.

41. *ἄγροικος ὀργήν*] *moribus rusticis* [1]), ut Dicaeopolis ille [2]) et Strepsiades [3]) et Trygaeus et quicquid priscorum virorum erat in Attica [4]). Vox igitur *ὀργή* nunc non *iram* significat sed *studium* vel *ingenium* [5]), ut saepe apud veteres [6]). Cf. *εὐόργητος facilis* [7]).

— *κυαμοτρώξ*] *rustico victu gaudens.* Etiam in versiculo [8]) *κρινεῖ δὲ τούτους οὐ κυαμοτρὼξ Ἀττικός* hoc adiectivum adhibuit noster [9]). Etiam loci, ubi cognatorum ciborum *ἔτνους* [10]) et *φακῆς* [11]) fit mentio, huc faciunt; simillimum autem est Boeotorum Thessalorumque epitheton *κολλικοφάγος* [12]). Simul tamen nunc respici usum qui fiebat fabarum in sortitione magistratuum *τῶν ἀπὸ κυάμου*, probabiliter statuerunt veteres [13]).

---

[1]) *Een boer in zijn hart.* — [2]) Ach. 32. — [3]) Nub. 43. — [4]) Vid. infra vs. 805 sqq. et ad Vesp. 1076. — [5]) *τρόπον* recte schol. — [6]) H. Cer. 205 (?) Soph. Ant. 355 Thuc. I 31 § 1 VIII 83 § 3 Cratin. fr. 230 Herodot. VI 128 etc. — [7]) Eubul. fr. 25; id quod *εὔκολος*. — [8]) Apud Suidam s. v. — [9]) De quo vid. (Pac. 1144) Lys. 537, 690. — [10]) Infra vs. 1171 etc. — [11]) Vesp. 811 etc. — [12]) Ach. 872 Ephipp. fr. 1. — [13]) Quamquam in scholiis prudenti huic observationi absurdae nugae sunt admixtae; ubi quod legitur *κυάμοις δὲ ἐχρῶντο οἱ δικασταὶ διὰ τὸ μὴ καθεύδειν* e Vesp. 811—816 videtur fluxisse. Aliena autem hinc sunt, nisi fallor, quae disputarunt viri dd. Kalff Tijdschr. d. Maatsch. v. Ned. Letterk. IX p. 263, Borchardt Sprichwörtl. Redensarten p. 86, Verdam Sporen van volksgeloof in onze taal en letterkunde 1898 p. 10: de hominibus obtusioris ingenii apud gentem nostram et vicinas haud raro dici — certe olim dictum esse — „fabas edit ille" („*er hat bohnen gegessen*"); quacum vulgi opinione conferunt praeceptum illud Pythagoreorum, quo fabas edere vetiti esse feruntur (at vid. Cobet Collect. Crit. p. 420). — In scholiis contrarium legitur, nimirum *acres vigilesque* fieri

Δῆμος Πυκνίτης, δύσκολον γερόντιον
ὑπόκωφον. οὗτος τῇ προτέρᾳ νουμηνίᾳ
ἐπρίατο δοῦλον, βυρσοδέψην Παφλαγόνα,
πανουργότατον καὶ διαβολώτατόν τινα.
οὗτος καταγνοὺς τοῦ γέροντος τοὺς τρόπους,
ὁ βυρσοπαφλαγών, ὑποπεσὼν τὸν δεσπότην

— *ἀκράχολος*] *iracundus, cerebrosus* [1]). Fruticem spinosam *ἀκραχολωτάτην* [2]) vocat Pherecrates [3]). Idem valent *ὀργὴν ἄκρος* [4]) et adiectivum poeticum *ὀξύχολος*, similis autem est conformatio adiectivorum *ἀκραής* [5]) *vehementer flans*, *ἀκροπενθής* [6]) *summo dolore perculsus*, *ἀκροσφαλής lubricus*, *ἀκρόσοφος sapientissimus*. In aliis vero compositis *ἀκρο-* non summam rei significat sed *initium*: *ἀκρομανής* [7]), *ἀκροθώραξ* [8]), *ἀκροκνέφαιος* [9]).

42. *Δῆμος Πυκνίτης*] *Demus Pnycis* urbis civis. Fictum hoc gentile quid sibi velit quivis statim intellegit, nec minus disertum est proprium domini nomen; hoc tamen e vitae communis usu desumsit comicus suosque nunc in usus detorsit, nam minime inauditum virorum nomen erat *Demus*, et vel notissimus ea aetate erat formosus ille Pyrilampis filius [10]). *Populum* autem artifices Graeci saepius postea certe repraesentaverunt: statuae Populi apud Pausaniam commemorantur Atheniensium [11]) et Lacedaemoniorum [12]), pictae imagines Demi et Democratiae [13]); longe autem clarissima fuit tabula, qua Parrhasius Populum Atheniensem pinxit *varium: iracundum iniustum inconstantem, eundem exorabilem clementem misericordem, excelsum gloriosum humilem, ferocem fugacemque;* cui noster locus totaque Equitum fabula videtur esse obversata.

— *δύσκολον*] vid. quae ad Ran. 82 observavi.

43. *ὑπόκωφον*] *surdaster*, et ita quidem ut nihil audiat nisi quod sibi gratum sit [14]). Vix dubito quin hunc locum in mente habuerit Plato [15]), cum dixit *εἰς τὸν δῆμον ὅτι ὅμοιος ναυκλήρῳ ἰσχυρῷ μὲν ὑποκώφῳ δέ* [16]).

— *τῇ προτέρᾳ νουμηνίᾳ*] *proximis nundinis* [17]).

47. *ὑποπεσὼν τὸν δεσπότην*] *domino se insinuans* [18]). Propria *subeundi* vis apparet Thucydidis loco [19]), ubi Syracusanorum cymbae dicuntur in pugna navali *ὑποπίπτειν εἰς τοὺς ταρσοὺς* triremium Atheniensium. Simillima autem sunt observanda de verbo *ὑποτρέχειν*, quod proprie significat *succurrere ictui* [20]), translato vero sensu dicitur de eo qui *obsequio aliquem colit* [21]). Etiam verbum *ὑπιέναι τινά blanditiis decipiendi* sensu solet usur-

homines esu fabarum. Et hoc quidem de nihilo finxit hic grammaticus *τοῦ κακίστου κόμματος*, quisquis fuit; quamquam eius opinio nondum plane intermortua esse videtur, certe apud Blaydesium eam reperio excriptam. — [1]) Cf. fr. 594 Epinic. 1^7 adesp. 575 Plat. Rep. 411 *c* Leg. 791 *d*. — [2]) *Allernijdigst.* — [3]) Fr. 164. — [4]) Herodot. I 73. — [5]) Hom. *β* 421 etc. — [6]) Aesch. Pers. 135. — [7]) Herodot. V 42, = *ὑπόμαργος* VI 75, *on the brink of madness.* — [8]) Diphil. fr. 46, = *ὑποπεπωκώς*, vid. ad Vesp. 1194. — [9]) Hes. Oper. 567. — [10]) Vid. Vesp. 98. — [11]) I 1 § 3 et 3 § 4. — [12]) III 11 § 8. — [13]) I 3 § 2; item apud Plinium H. Nat. XXXV 40. — [14]) *Oostindisch doof.* Vid. vs. 1346 sqq. — [15]) Rep. 488 *a*. — [16]) Quae verba sunt Aristotelis Rhetor. III 4. Adiectivo *ὑποκώφῳ* Plato etiam Protag. 334 *d* usus est. — [17]) Cf. Vesp. 171. — [18]) Item *ὑποπίπτειν* Demosth. XLV § 65, *ὑποπεπτωκώς* fr. 625 Aeschin. III § 116 Demosth XLV § 63. — [19]) VII 40 § 5. — [20]) Hom. *Φ* 68 *κ* 323 Antiphont. Tetral. II 2 § 4. — [21]) Vid. Eur. Or. 670.

ἤκαλλ', ἐθώπευ', ἐκολάκευ', ἐξηπάτα
κοσκυλματίοις ἄκροισι, τοιαυτὶ λέγων·
„ὦ Δῆμε, λοῦσαι πρῶτον ἐκδικάσας μίαν"·
„ἔνθου, ῥόφησον, ἔντραγ', ἔχε τριώβολον"·

49. ἄκροισι] σαθροῖσι Helbig, σαπροῖσι Kock. Sed quid sint κοσκυλμάτια aliunde nescimus; fac autem scholiis fidem esse habendam, non facile dixerit quispiam quomodo servus dominum „putribus loris decipere" potuerit.

---

pari [1]). Artissime autem cognatus est praepositionis ὑπο- usus ad *impedimentum* aliquod significandum in verbis ὑποθεῖν [2]), ὑποτρέχειν [3]), ὑποφωνεῖν [4]), ὑπόμνυσθαι [5]), ὑπομνάεσθαι [6]), ὑπολαμβάνειν *subducere* [7]) vel *interpellare*, ὑποκρούειν *interpellare* [8]), ὑφαρπάζειν *praeripere* [9]), aliis.

48. ἤκαλλε] rarum hoc est verbum; quod proprie, ut latinum *adulari*, dicitur de canibus [10]). Itaque mordacissima sunt Pelei verba [11]) Menelao exprobrantis quod προδότιν κύνα αἰκάλλων cum uxore adultera in gratiam redierit; nam *adulari* si turpe est, *cani adulari* eique perfidissimae, id demum ultimi est opprobrii [12]). In eadem autem imagine versatur verbum σαίνειν τινά, quod propria vi *caudam iactandi* utitur [13]), translato vero *abblandiendi* sensu a poetis usurpari solet [14]).

49. κοσκυλματίοις ἄκροισι] obscura et vix integra. Voce κοσκυλματίοις *coriorum ramenta* significari perhibet scholion; quod si verum est, conferri possunt quae ad Ran. 819 sunt allata et latinum *quisquiliae*.

50. *O Deme, litem unam iudica prius quam balneatum eas.* Etiam Vesp. 595 in simillima sententia omissum est obiectum δίκην [15]), quod e verbo δικάσαι facillime repetitur; qui locus commentarii est instar. Vid. etiam ad Ran. 693. Verbum ἐκδικάζειν legitur etiam vs. festivo Eccl. 984 [16]), nostro autem loco praeter expectationem intermiscetur verbis *coenandi*, ut mox vocabulum τριώβολον.

51. ἐνθοῦ] cf. substantivum ἔνθεσις vs. 401.

— ἔντραγε] cf. versus nostro simillimus Vesp. 612. Seriis autem verbis reddita haec habes apud Demosthenem [17]): ἐξ οὗ δὲ οἱ διερωτῶντες ὑμᾶς οὗτοι πεφήνασι ῥήτορες „τί βούλεσθε; τί γράψω; τί ὑμῖν χαρίσωμαι;" προπέποται τῆς παραυτίκα χάριτος τὰ τῆς πόλεως πράγματα.

— ἔχε] *en accipe, tene* [18]). Cf. imperativi αἶρε φέρε οἶσε [19]).

---

[1]) Vid. infra vs. 269 (459?) Epicrat. fr. 9¹ Platon. Criton. 53*e* Soph. Oed. R. 386 Philoct. 1007 etc. — [2]) Infra vs. 1161 Xenoph. Venat. III § 8. — [3]) Vs. 676 (ubi vid.) et 742. — [4]) Ach. 842. — [5]) Plut. 725. — [6]) Hom. χ 38. — [7]) Herodot. VI 27 Thuc. I 68 § 4, 121 § 3, 143 § 1 etc. — [8]) Ach. 38 Eccl. 256, 588, 596 Plat. Eryx. 395*e* Aeschin. I § 35. — [9]) Herodot. V 50 etc. — [10]) Bekk. Anecd. p. 21. — [11]) Eur. Andr. 630. — [12]) Cf. praeterea infra vs. 211 Thesm. 869 Soph. Oed. R. 597 οἱ σέθεν χρῄζοντες αἰκάλλουσί με (sic Musgrave, cod. ἐκκαλοῦσί με). — [13]) Vs. 1031 Hom. ρ 302 Hes. Theog. 771 etc. — [14]) Pind. Ol. IV 4 Pyth. I 52 II 82 Aesch. Prom. 835 Sept. 383, 704 Agam. 725, 1665 Choeph. 194 Soph. Ant. 1214 Oed. Col. 320 fr. 508 Rhes. 55 Eur. Hippol. 862 Ion. 685 etc. — [15]) Perperam in scholio dicitur: λείπει „ἡμέραν". — [16]) Vid. praeterea [Xen.] Rep. Athen. III § 2. — [17]) III § 22. — [18]) *Tenez, daar hebt ge*...; item vs. 490, 493, 948, 1187, 1384 Ach. 1121 Vesp. 1135, 1149 Pac. 1193 Av. 935 Lys. 534 Ran. 270, 532. — [19]) De quibus vid. ad Ran. 498.

„βούλει παραθῶ σοι δόρπον;“ — εἶτ' ἀναρπάσας
ὅ τι ἄν τις ἡμῶν σκευάσῃ τῷ δεσπότῃ,
Παφλαγὼν κεχάρισται τοῦτο. καὶ πρῴην γ' ἐμοῦ
μᾶζαν μεμαχότος ἐν πυέλῳ Λακωνικήν,
πανουργότατά πως παραδραμὼν ὑφαρπάσας

52. δόρπον] δεῖπνον P perperam.

53. Post δεσπότῃ interpunxit Hartman.

55. πυέλῳ CFHermann] πύλῳ (Πύλῳ) codd.; ἐν Πύλῳ non pinsitur sed pugnatur, et ab iocosa hac argumenti expositione proprium illud nomen alienum est. Cf. vs. 1060.

56. παραδραμὼν V et Suidas s. v. μᾶζα] περιδραμὼν R et plerique; quod suo loco legitur compositum e. g. Vesp. 138 Ran. 193, hic vero *circumvenire*, περιιέναι (vs. 1142) deberet significare, quo sensu alias non invenitur usurpatum.

52. *Vin etiam coenam vespertinam tibi apponam* [1])? Hac aetate τὸ ἄριστον, unde olim homines diei initium fecerant, medio fere diei tempore sumebatur [2]), τὸ δεῖπνον autem non brevi post meridiem fiebat, ut aevo heroico [3]), sed circa diei finem [4]), quo tempore δορπῆσαι homines olim fuerant soliti [5]). Itaque δόρπου vix ullus iam erat usus, nisi forte gulosis homuncionibus vel senibus aegrisve, quorum vires crebro cibo essent sustentandae. Remansit tamen vox δορπηστὸς ad noctis ingruentis tempus significandum [6]). Sic inter nostrates coena pergit *middagmaal* vocari, etiamsi quinta vel sexta hora pomeridiana sumatur.

— παραθῶ] *apponam* [7]).

54. κεχάρισται] *in posterum huius beneficii χάρις αὐτῷ κεῖται.* Cf. νενόμικα *persuasum habeo* [8]).

55. μεμαχότος] *cum paratam haberem equidem* [9]). Eadem metaphora comicus utitur infra [10]).

— ἐν πυέλῳ] polentam ἐν μάκτρᾳ sive καρδόπῳ [11]) depsere solebant homines; minime tamen absurde servulus *alveo* aliquo [12]) ita usus esse ioci causa nunc fingitur, quemadmodum Cleonymus in *mortario* polentam olim sibi parasse perhibebatur [13]). Vid. ad Vesp. 141. Contrario usu Eupolis (?) *labrum* aliquando voce μάκτρα nescio quam ob causam designavit [14]). Similis autem verborum lusus est infra [15]).

56. παραδραμὼν] *praevertens* [16]). Cf. παριέναι eodem sensu adhibitum [17]), item παρελαύνειν [18]). Similis est metaphora in usitatissimo *superandi* verbo ὑπερβάλλειν vel ὑπερβάλλεσθαι [19]) eiusque synonymis ὑπερτοξεύειν [20]), ὑπερακοντίζειν [21]), ὑπερπαίειν [22]), cf. etiam verbum poeticum

[1]) *Will ge soms ook nog soupeeren?* — [2]) Vid. e. g. Vesp. 300 sqq. — [3]) Vid. ad *A* 86 *ι* 58. — [4]) Vid. e. g. Eccl. 652 vel Lys. I § 22 vel Eubul. fr. 119. — [5]) *T* 208 *Ω* 2 *ν* 34 etc. — [6]) Vesp. 103 Xen. Anab. I 10 § 17. — [7]) Verbum redit vs. 57, 778, 1205, 1223 Ach. 85 Cratet. fr. 14^5 Eubul. 80 Alex. 152 Sosipatr. 1^{53} etc.; vid. etiam vs. 1215. — [8]) Vs. 714, item Ach. 993 Vesp. 1049 Antiphan. fr. 68^{11} Axionici 6^8 Timocl. 8^8. — [9]) *Toen ik ... klaar had staan.* — [10]) Vs. 1166 sq. — [11]) Ran. 1159. — [12]) Nam haec est primitiva vocis vis, vid. Hom. *τ* 553. — [13]) Nub. 676. — [14]) Fr. 136. — [15]) Vs. 1060 et 1062; vid. etiam ad Ran. 427. — [16]) Item vs. 1353. — [17]) Vs. 277, 330 Hom. *A* 132 etc. — [18]) Vesp. 1050, ubi propria verbi vis clare apparet. — [19]) Vs. 409, 890 etc. — [20]) Ach. 712 Aesch. Suppl. 473 et ad Nub. 944. — [21]) Vs. 659 Av. 363, 825 Plut. 666 Diphil. fr. 66^5. — [22]) Eccl. 1118.

αὐτὸς παρέθηκε τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην.
ἡμᾶς δ' ἀπελαύνει, κοὐκ ἐᾷ τὸν δεσπότην
ἄλλον θεραπεύειν, ἀλλὰ βυρσίνην ἔχων
δειπνοῦντος ἑστὼς ἀποσοβεῖ... τοὺς ῥήτορας.
ᾄδει δὲ χρησμούς· εἶθ' ὁ γέρων σιβυλλιᾷ,
ὃ δ' αὐτὸν ὡς ὁρᾷ μεμακκοακότα,
τέχνην πεποίηται· τοὺς γὰρ ἔνδον ἄντικρυς

57. *αὐτὸς*] *αὐτὴν* Suidas l. l.
60. *ῥήτορας*] fuit cum *οἰκέτας* conicerem, vulgatum nimis apertum esse ratus.
61. *εἶθ' ὁ*] *ὁ δὲ* R.
62. *μεμακκοακότα*] *-ηκότα* R. In futuro *μακκοάσω* scribendum esse dicitur Etym. M. 202,7, primitus autem fuisse *μακκοιᾶν* observat Zacher. || Post hunc versum aliquid intercidisse, significandum enim fuisse *quid* in artis aliquam formam redegerit Paphlago, suspicatus est Piccolomini; sed vid. commentarius.

ὑπερβαίνειν et pedestre *παραβαίνειν* de iis qui *ius transgrediuntur* dicta [1]).

57. *παρέθηκε*] vid. ad vs. 52.

58 sq. *τὸν δεσπότην | ἄλλον θεραπεύειν*] vid. ad Vesp. 429.

59. *βυρσίνην ἔχων*] pro *μυρσίνην ἔχων*. Eidem ioco infra [2]) noster indulsit. Ambigua autem haec sunt; nam aut possunt verti *coronatus* [3]) aut *virgulam myrteam* — immo coriaceam *μυιοσόβην* nescio quam [4]) — *manu tenens*, qua fuget muscas Demi coenam avide circumvolitantes, *μονοφαγίστατος* scilicet ipse [5]).

60. *ἀποσοβεῖ τοὺς ῥήτορας*] de verbo vid. ad Ran. 45 et cum toto versu cf. infra vs. 1038 et Vesp. 597.

61. *ᾄδει δὲ χρησμούς*] quod vs. 818 dicitur *χρησμῳδεῖν* [6]). Teste Thucydide bello ingruente *χρησμολόγοι ᾖδον χρησμοὺς παντοίους, ὡς ἀκροᾶσθαι ἕκαστος ὥργα* [7]).

— *σιβυλλιᾷ*] *malo sibyllino corripitur*. Cum novo hoc verbo, quo novum suae aetatis morbum designavit comicus, conferantur *κορυβαντιᾶν* [8]), *σοφιστιᾶν* [9]), alia [10]).

62. *μεμακκοακότα*] verbum de *fatuis* hominibus fuisse usurpatum [11]) docet contextus, sed ignotae est originis et ut prorsus obsoletum commemoratur a Luciano [12]). Ad eandem stirpem referendum videtur nomen *Maccus*, quod stupidae fabularum Atellanarum personae erat proprium. Cum voce Laconica *μάκκορ* [13]) *ligo* componit Zielinski, a verbo *μακεῖν μηκᾶσθαι* vix probabiliter repetit Zacher [14]).

63. *τέχνην πεποίηται*] *eodem semper artificio utitur* [15]). Cf. e. g. Lys. I § 16 *ταύτην γὰρ τέχνην ἔχει* de adultero dictum, cui studium est unicum mulierculas captare [16]), vel Demosth. XXXVII § 53, ubi feneratores inclementes dicuntur *τέχνην τὸ πρᾶγμα πεποιημένοι* nihil praeter suum ipsorum lucrum curare. Qualibus locis locutioni *τέχνην ποιεῖσθαι* (*ἔχειν*) constanter addi solet *accusativus* [17]) vel *infinitivus*, servuli vero nostri negli-

[1]) Item nostra *overtreffen* et *overtreden*. Vid. etiam quae de verbo *περιελαύνειν* et similibus ad vs. 290 sunt observata. — [2]) Vs. 449. — [3]) Vid. infra vs. 1227 sqq. — [4]) Cf. Menandr. fr. 503 Anaxipp. 7. — [5]) Cf. Vesp. 923. — [6]) Vid. etiam vs. 961 sqq. — [7]) II 8 § 2 et 21 § 3. Cf. etiam Herodot. V 90 sq. et 93 et infra ad vs. 123. — [8]) Vesp. 8. — [9]) Eubulid. fr. 1. — [10]) Vid. ad Nub. 183. — [11]) Vs. 396 et fr. adesp. 1210 redit. — [12]) XXXIV § 19. — [13]) Hesych. — [14]) Coll. Cratini fr. 43. — [15]) *Dan houdt hij er een vast systeem op na.* — [16]) *Daar maakt hij zijn beroep van, dat is zijn specialiteit.* — [17]) Ut supra *ταύτην* et *τὸ πρᾶγμα*.

ψευδῆ διαβάλλει. κᾆτα μαστιγούμεθα
ἡμεῖς, Παφλαγὼν δὲ περιθέων τοὺς οἰκέτας
αἰτεῖ, ταράττει, δωροδοκεῖ, λέγων ταδί·
„ὁρᾶτε τὸν Ὕλαν δι' ἐμὲ μαστιγούμενον;
„εἰ μή μ' ἀναπείσετ', ἀποθανεῖσθε τήμερον."
ἡμεῖς δὲ δίδομεν· εἰ δὲ μή, πατούμενοι
ὑπὸ τοῦ γέροντος | ὀκταπλάσια χέζομεν.

(Ad conservum:)

νῦν οὖν ἀνύσαντε φροντίσωμεν, ὦ ἀγαθέ,
ποίαν ὁδὸν νῷν τρεπτέον καὶ πρὸς τίνα.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

κράτιστ' ἐκείνην τὴν „μολωμεν", ὦ ἀγαθέ.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

ἀλλ' οὐχ οἷόν τε τὸν Παφλαγόν' οὐδὲν λαθεῖν·
ἐφορᾷ γὰρ αὐτὸς πάντ'. ἔχει γὰρ τὸ σκέλος

---

66. *ταράττει*] *μεταιτεῖ* Naber (ut vs. 775). || *ταδί* Brunck] *τάδε* codd.
68. *ἀναπείσετ'*] *-σητ'* V R et plerique.
70. *ὀκταπλάσια* R] *-ον* V et plerique.
72. Niciae dat R, item vs. 74—79 et 80[b] sq., Demostheni autem vs. 73 et 80[a]. || *νῷν* Pierson] *νῶ(ι)* vel *νώ(ν)* codd. (*νῦν* A). Cf. Vesp. 1514 Av. 1237.
73. *τὴν*] *ἥν* R, *ἧν* Bergk male, nam *μολεῖν* non est verbum dictionis comicae, et post *κράτιστόν ἐστιν* (id quod observavit Sobolewski) requiritur infinitivus.
75. *αὐτὸς*] *οὗτος* R (cf. vs. 1062).

---

gentius nunc procedit sermo. Qui accuratius loquenti sic fere fuerat concinnandus: *τέχνην δὲ ταύτην πεποίηται· χρησμῳδεῖν ἄρχεται, καὶ ἔπειτα τοῦ γέροντος σιβυλλιῶντος καὶ μεμακκοακότος, τῶν ἔνδον τινὰ ἄντικρυς ψευδῆ διαβάλλει· κᾆθ' οὗτος μὲν μαστιγοῦται, Παφλαγὼν δὲ τοὺς ἄλλους περιθέων αἰτεῖ κτέ.*

64. Fortasse conferendae sunt Callistrati querelae Ach. 380.

66. Cf. fr. 219: *ἔσειον, ᾔτουν χρήματ', ἠπείλουν, ἐσυκοφάντουν.* Praeterea vid. vs. 775 et de verbo *ταράττειν* ad vs. 251, de verbo *δωροδοκεῖν* ad Ran. 361.

67. *Ὕλαν*] non de nihilo hoc nomen nunc fingi suspicetur quispiam, qui tamen vir eo significetur hodie nescimus.

69 sq. *πατούμενοι . . . χέζομεν*] vid. Lys. 440 Nub. 1387 et de verbo *πατεῖν* ad Nub. 1359.

71. *ἀνύσαντε*] vid. ad Vesp. 30 et ad Ran. 606.

72. *τρεπτέον*] i. e. *χρὴ τραπέσθαι.*

73. *κράτιστα*] vid. ad vs. 30.

— *ἐκείνην*] *quam primo commendavi.*

— *τὴν „μολωμεν"*] cf. Vesp. 666 *οἱ „οὐχὶ προδώσω κτέ."*, infra vs. 945 *οἱ πολλοὶ τοῦ ὀβολοῦ.* Fortasse etiam in verbis corruptis Ach. 1093 eiusmodi quid latet.

75. *ἐφορᾷ . . . πάντα*] perinde atque *sol* [1]). Ipsius Cleonis aliquod dictum nunc

---

[1]) Hom. *Γ* 277 etc.

τὸ μὲν ἐν Πύλῳ, τὸ δ' ἕτερον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.
τοσόνδε δ' αὐτοῦ βῆμα διαβεβηκότος
ὁ πρωκτός ἐστιν αὐτόχρημ' ἐν Χάοσιν,
τὼ χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ νοῦς δ' ἐν Κλωπιδῶν.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

κράτιστον οὖν νῷν ἀποθανεῖν.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

ἀλλὰ σκόπει
ὅπως ἂν ἀποθάνοιμεν ἀνδρικώτατα.

---

79. νοῦς δ'] δὲ νοῦς V alii.
80ᵇ sq. In codd. excepto R (vid. ad vs. 72) continuantur Niciae, vs. 82 vero datur Demostheni, versus 83 autem in V aliisque est Niciae. Correxit Sauppe.
81. ἀποθάνοιμεν] -νωμεν V R alii (*ut moriamur*, cf. vs. 917, 925 sq.).

---

rideri verisimile fit collatis Eupolidis verbis in Aurea Aetate [1]), quae hisce annis data est fabula: ὦ καλλίστη πόλι πασῶν ὅσας Κλέων ἐφορᾷ. Vid. etiam infra [2]) Paphlagonis verba: ἔμ' οὐ λέληθεν οὐδέν.

77. τοσόνδε] hoc dum dicit servus, pedes suos latissime divaricat: *tam ingenti quam ego nunc passu crura diducens* [3]).

78. Cf. Vesp. 1493. Falsissimum est quod in scholio V dicitur: ἅμα δὲ τοὺς εὐρυπρώκτους διασύρει, falsius etiam quod in R: ὡς εὐρύπρωκτον διαβάλλει. Immo vel nimis severum morum magistrum se praestabat Cleon [4]). *Chaonum* nomine etiam Ach. 604 verbum κεχηνέναι iocose indicatur. Saepe autem his annis mentio facta est illorum barbarorum Corcyrae vicinorum, qui anno 429 ad Stratum ab Acarnanibus Atheniensium sociis gravi clade sunt affecti [5]).

— αὐτόχρημα] idem fere valet quod ἄντικρυς. Cf. adesp. fr. 26 αὐτόχρημα Χαιρεφῶν, fr. 1525 αὐτόχρημα κακόν, Lucian. LXXIII § 13 κλύδωνα αὐτόχρημα θαλάττιον et vulgatum παραχρῆμα. Similis conformationis sunt αὐτόδηλος [6]), αὐτόδαξ [7]), αὐτόπρεμνος [8]), αὐτοβοεί [9]), αὐτόκακον [10]), et epica αὐτοσχεδόν (αὐτοσχεδίῃ, αὐτοσταδίῃ), αὐτόδιον, αὐτόϝετες, αὐτῆμαρ, αὐτονυχί.

79. Simillimus verborum lusus est in Marci Argentarii epigr. 5 [11]): Ἀντιγόνη, Σικέλη πάρος ἦσθά μοι· ὡς δ' ἐγενήθης | Αἰτωλή, καὶ ἐγὼ Μῆδος ἰδοὺ γέγονα. — *Aetolorum* frequens iam erat nomen post proelia a Demosthene anno 426 illic gesta [12]). Κλωπιδῶν autem, i. e. *furum* (κλωπῶν), festive fingitur regio quaedam ad imitationem nominis Κρωπιδῶν, qui demus erat tribus Leontidis [13]). Cf. Κόπρειος vs. 899, Βαλλήναδε Ach. 234, Χωλίδης Ach. 406, Ἀχραδούσιος Eccl. 362, Κεφαλῆσιν Av. 476, Παιονίδης Lys. 852, Ἀναφλάστιος Ran. 427 (ubi vid.), Ὀρνεαί Av. 399. Quod autem notatu est dignissimum, ipsa illa, quae ex Aristophanis nunc ingenio ludibundo prodiit, nominis forma in inscriptione quadam saeculi IVi extat absque omni ioci suspicione [14]).

80. κράτιστον] vid. ad vs. 30.

---

1) Fr. 290. — 2) Vs. 862. — 3) Cf. supra vs. 21 Ach. 120 Ran. 1029. — 4) Vid. vs. 877. — 5) Thucyd. II 80 sq. — 6) Vesp. 463. — 7) Pac. 607 Lys. 688. — 8) Ran. 902. — 9) Thucyd. al. — 10) Fr. adesp. 658. — 11) Contulit Brunck. — 12) Thucyd. III 94 sqq. — 13) Cf. Thucyd. II 19 § 2. — 14) CIA. II 788 *A* 13, Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.² p. 63.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

πῶς δῆτα, πῶς γένοιτ' ἂν ἀνδρικώτατα;

(Aliquantisper secum reputat.)

βέλτιστον ἡμῖν αἷμα ταύρειον πιεῖν·
ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτατος.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

μὰ Δί' ἀλλ' ἄκρατον οἶνον ἀγαθοῦ δαίμονος·
ἴσως γὰρ ἂν χρηστόν τι βουλευσαίμεθα.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

ἰδού γ', „ἄκρατον"! περὶ πότου γοῦν ἐστί σοι!

---

84. *αἱρετώτατος* vHerwerden] *-τερος* codd.
86. *βουλευσαίμεθα*] *-σώμεθα* V alii, *-σαίμεθ' ἂν* Meineke.
87. Ante vs. 86 collocat Meineke, pro *πότου γοῦν* scribens *πότον νοῦς*. Vulgatam sanam duco; vid. commentarius. || *πότου*] *ποτοῦ* codd. fere omnes. || *γοῦν*] *γάρ* V², *οὖν* R.

---

82. *πῶς ... πῶς*] vid. ad Nub. 79.

83 sq. In ultima rerum desperatione *παρατραγῳδῶν* servus imitatur Sophoclis versiculum in scholiis allatum: *ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταυρεῖον πιεῖν* [1]). Quem cum scripsit Sophocles, fortasse Herodoti sui, ut saepe, recordabatur, Psammenitum *αἷμα ταύρου πιόντα ἀποθανεῖν παραχρῆμα* referentis [2]). Nempe sanguinem taurinum subitam mortem afferre veteres credidere miro errore, quem vocem aliquam Asiaticam vel Aegyptiacam male intellectam peperisse suspicor; atque inventus est adeo qui rei causam exponeret [3]): nimirum citissime coagulari taurorum sanguinem [4]), itaque eos qui biberint suffocare. Ad Themistoclem autem quod adtinet, morbo extinctum scripsit rerum gravissimus auctor Thucydides [5]), spreta quorundam opinione *ἑκούσιον φαρμάκῳ* eum vitam finivisse. Nempe *cum taurum immolavisset, excepisse sanguinem patera et eo poto mortuum concidisse* fuere qui perhiberent [6]). Ingeniosissima autem est Rubensohni coniectura, Magnesiae natam esse hanc fabellam; nimirum in huius urbis foro statuam ei publice fuisse dedicatam ut urbis *ἀρχηγέτῃ*, in illo autem monumento eum fuisse repraesentatum bove recens mactato ad aram adstantem pateramque manu tenentem [7]).

85. *ἀγαθοῦ δαίμονος*] vid. ad Vesp. 525 [8]).

87. *ἰδού γε*] vid. ad Ran. 1205.

— *γοῦν*] *scilicet* [9]). Etiam Thesm. 845 Eccl. 794 Eur. Med. 504 Hel. 1227 ironice sic usurpatur particula.

— *ἐστί σοι*] *agitur de* ... [10]). Cf. Eur. Iph. Taur. 813 *χρυσῆς ἀρνὸς ἡνίκ' ἦν πέρι*, Lys. XII § 74 *οὐ περὶ πολιτείας ὑμῖν ἔσται ἀλλὰ περὶ σωτηρίας*, Isocrat. XXI § 12 *ὥστε μὴ περὶ τούτου εἶναι Νικίᾳ ὅπως συκοφαντῶν τἀλλότρια λήψοιτο, ἀλλ' ὅπως*

---

1) Fr. 185. — 2) III 15. — 3) Vid. schol. ad Nicandr. Alexiph. 312. — 4) Aristot. Hist. An. III 19. — 5) I 138 § 4. — 6) Vid. schol., Cic. Brut. § 43, Diod. Sicul. XI 58, Plut. Themist. 31, Nepot. Themist. 10. Etiam Plutarch. Mor. 168*f* Pausan. VII 25 § 8 Plin. H. Nat. XXVIII 41 sunt conferendi. — 7) Teste numo aereo, de quo vid. Athen. Mitteil. 1896 p. 18—26 et Wachsmuth Rh. Mus. 1897 p. 140—143. — 8) Athen. p. 38*d*, Preller Myth. I^4 p. 542 sq. — 9) Nos: *dan ook nog al ...!* — 10) *Het is om ... te doen, es geht um ...*

πῶς δ' ἂν μεθύων χρηστόν τι βουλεύσαιτ' ἀνήρ;
ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).
ἄληθες, οὗτος; κρουνοχυτρολήραιον εἶ.
οἶνον σὺ τολμᾷς εἰς ἐπίνοιαν λοιδορεῖν;
οἴνου γὰρ εὕροις ἄν τι πρακτικώτερον;
ὁρᾷς, ὅταν πίνωσιν ἄνθρωποι, τότε
πλουτοῦσι, διαπράττουσι, νικῶσιν δίκας,

89. κρουνοχυτρολήραιον] -ος duo codd. habent a manu secunda; Bentley οὑτωσὶ κρονοχυτρολήραιον εἶ (coll. Plutarch. Mor. 13*b*) vel ὦ κρονοχυτρολήμιον (coll. Plut. 581), Bergk κρουνοχυτρολημαῖος (coll. Diogenian. V 63) vel κρονικοχυτρολημαῖος, Fritzsche κρουνοχυτρολήναιος, -ληρός τις Blaydes, alii alia. || εἶ] *ὤν (sine interpunctione)?
90. ἐπίνοιαν] ἀπόνοιαν Sylburg male, hoc enim significaret: *ideone vinum spernis, quod ad rerum desperationem homines adducat?* — qualis hinc aliena est sententia.
91. Aliunde invectum putat Kock.
92. ἄνθρωποι] ἄνθρωποι codd.

μηδὲν ἀδικῶν κακόν τι πείσοιτο, Demosth. XXIV § 5 περὶ τοίνυν αὐτοῦ τούτου νῦν ὑμῖν ἐστι, πότερον ... ἢ κτέ.; fortasse etiam Thucyd. IV 63 § 2 huc facit, si verba tradita sic sunt supplenda: οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα <ἔσται>. Qualibus locis mente addi potest ὁ ἀγών [1]).

89. ἄληθες, οὗτος;] item Vesp. 1412 Av. 1048. De pronominis usu vid. ad Vesp. 1.

— κρουνοχυτρολήραιον εἶ] *nugaris*, quippe ὑδατοπωτῶν [2]), ἄνθρωπος ὢν ὑδατοπότης [3]), *aquae potor*, quales homines οὐδὲν σοφὸν τίκτουσιν [4]). In epitheto ioculariter ficto quid sibi velit κρουνοῦ nomen apertum est, sed χυτρῶν sive *ollarum* mentio non satis perspicua.

90. *Tune audes perhibere vinum ad ingenium acuendum parum valere?* Praepositio εἰς h. l. valet *quod adtinet ad*, ut Xenoph. Anab. II 6 § 30 οὐδεὶς εἰς φιλίαν αὐτοὺς ἐμέμφετο vel Hellen. VII 4 § 30 οἱ Ἠλεῖοι εἰς τὰ πολεμικὰ κατεφρονοῦντο.

91. Vinum non corporis tantum vires reficit [5]) sed etiam mentem reddit acutiorem et velociorem: ἡ τρὺξ ἄριστόν ἐστιν εἰς εὐβουλίαν [6]). Quapropter Persae et Germani inter pocula deliberare solebant [7]); vid. etiam Aristophanis iocus Lys. 1228 sqq.

92 sqq. *Quid non ebrietas designat? Operta recludit, | spes iubet esse ratas, ad proelia trudit inertem, | sollicitis animis onus eximit, addocet artes. | Fecundi calices quem non fecere disertum! | Contracta quem non in paupertate solutum* [8]). — Festivus est commentator nescio quis in scholiis ex hisce vini laudibus efficiens ipsum Aristophanem nonnisi ebrium comoedias scripsisse, ἵνα μὴ νήφων δειλιάσῃ κωμῳδεῖν μεγάλους ἄνδρας. Sic igitur aliquando lectus est comicus! Quamquam etiam a recentioribus huiuscemodi nugae nimis diu sunt repetitae.

92. ὁρᾷς] vid. ad Nub. 662 et 826.

93. διαπράττουσι] cf. Plut. 217, 378.

— νικῶσιν δίκας] item Vesp. 581; cf. Nub. 99.

[1]) Quod legitur e. g. Thuc. III 44 § 1 VI 11 § 7. — [2]) Cratin. fr. 288 Herodot. I 71. — [3]) Phrynich. fr. 69. — [4]) Cratin. fr. 199 (Athen. 39*c*) Hor. Epist. I 19 init.; vid. etiam infra vs. 349. — [5]) Hom. *Z* 261 etc. — [6]) Theopomp. fr. 62⁴. — [7]) Herodot. I 133 Tacit. Germ. 22. — [8]) Hor. Ep. I 5, 16 sqq.

εὐδαιμονοῦσιν, ὠφελοῦσι τοὺς φίλους.
ἀλλ' ἐξένεγκέ μοι ταχέως οἴνου χόα,
τὸν νοῦν ἵν' ἄρδω καὶ λέγω τι δεξιόν.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

οἴμοι, τί ποθ' ἡμᾶς ἐργάσει τῷ σῷ πότῳ;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ἀγάθ'· ἀλλ' ἔνεγκ'.

(Domum intrat Nicias.)

ἐγὼ δὲ κατακλινήσομαι.
ἢν γὰρ μεθυσθῶ, πάντα ταυτὶ καταπάσω
βουλευματίων καὶ γνωμιδίων καὶ νοιδίων.

(Recumbit Demosthenes. Redit Nicias cum lagena et poculo.)

SCENA SECUNDA.

Eidem.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

ὡς εὐτυχῶς ὅτι οὐκ ἐλήφθην, ἔνδοθεν
κλέπτων τὸν οἶνον.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

εἰπέ μοι, Παφλαγὼν τί δρᾷ;

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

⟨ἐπίπαστα λείξας δημιόπραθ'⟩ ὁ βάσκανος

97. *πότῳ*] *ποτῷ* V R et plerique.
101. *εὐτυχῶς*] *ηὐτύχησ'(α)* Reiske (ut Plat. Hipp. Mai. 258 *e*).

96. *ἄρδω*] translato hoc verbi sensu etiam Xen. Conv. II § 24 Plat. Phaedr. 276 *d* Rep. 550 *b* utuntur. Cf. *κατάρδειν* Ach. 658.

97. *τῷ σῷ*] *isto de quo tam multus es.* Cf. e. g. infra vs. 275, Eur. Hipp. 113 *τὴν σὴν Κύπριν*, Herc. 295 *τὴν σὴν ἐλπίδα* [1]).

98. *κατακλινήσομαι*] vid. Vesp. 1208.

99. *πάντα ταυτί*] vid. Pac. 319 et ad Nub. 1037.

— *καταπάσω*] vid. ad Nub. 912. Quod ad loci sensum adtinet, cf. Vesp. 1044, ubi cives dicuntur poetam cum Nubes scenae commisisset inique tractasse *καινοτάταις σπείραντ' αὐτὴν* (Atticam) *διανοίαις*, et Cratini [2]) de se ipso verba: *ἅπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασιν.*

100. Expectabantur *dativi*, sed verbo *καταπάττειν* genetivos nunc iunxit poeta ad analogiam verborum *copiae.*

103. *ἐπίπαστα λείξας*] etiam vs. 1089 delicatioris huius cibi fit mentio, item Pherecrat. fr. 130[3], ubi *λιπαρὰ* vocantur.

[1]) Non facit huc Vesp. 1393 *διὰ τὸν σὸν οἶνον.* — [2]) Fr. 186.

ῥέγκει μεθύων ἐν ταῖσι βύρσαις ὕπτιος.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ἴθι νυν, ἄκρατον ἐγκάναξόν μοι πολὺν
σπονδήν.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

λαβὲ δὴ καὶ σπεῖσον ἀγαθοῦ δαίμονος.
(Poculum replet vino, dein Demostheni praebet.)
ἕλχ', ἕλκε τὴν τοῦ δαίμονος τοῦ Πραμνίου.
(Bibit Demosthenes.)

---

104. *ῥέγκει*] *ῥέγχει* R alii.
106. Del. Halbertsma. ‖ *σπονδήν*] Niciae dant V alii cum ceteris huius versus verbis. Qua in re sequendos esse suspicor, scribendum autem esse **σπονδή!* coll. Pac. 433 *σπονδή! σπονδή!* et Menandr. fr. 292 *σπονδή! δίδου σὺ σπλάγχν' ἀκολουθῶν. ποῖ βλέπεις; | σπονδή! φέρ' ὦ παῖ Σωσία. σπονδή! καλῶς. | ἔγχει. κτέ.*
107. Demostheni tribuit GHermann, quem secutus pro *ἕλχ', ἕλκε τὴν* Blaydes coniecit *φέρ' ἑλκύσω.*

Sale conditos paniculos — ad sitim excitandam nimirum — ita dictos fuisse perhibent scholia.

— *δημιόπρατα*] praeter expectationem additur hoc epitheton, de quo vid. Vesp. 659. Tecte sic Cleon insimulatur e bonis publicatis suum sacculum implere. Ad locutionem quod adtinet, cf. Vesp. 511 *δικίδιον ἐν λοπάδι πεπνιγμένον*, Vesp. 1367 *ἐξ ὄξους δίκη*, Nub. 924 *γνώμας τρώγειν* [1]).

— *βάσκανος*] *malignus.* Proprie *fascinatorem* [2]) significat, ut in proverbio *τῶν γειτόνων γὰρ δυσμενὴς καὶ βάσκανος οὐφθαλμός* [3]). Sed convicii loco vox apud veteres rara etiam Plut. 571 est adhibita, item a Sophocle [4]) et Euripide [5]) testibus grammaticis. Sic etiam Pherecrates [6]): *ὁ λαγώς με βασκαίνει τεθνηκώς,* — quod *λυπεῖν* non satis accurate interpretantur veteres [7]).

104. *ῥέγκει*] vid. ad Nub. 5.

— *ὕπτιος*] *stertit supinus* [8]), perinde atque Cyclops ille, postquam multo mero gravatus recubuit [9]).

105. *ἐγκάναξον*] item ad Ulixem Silenus [10]): *φέρ' ἐγκάναξον* [11]), cui postquam meri aliquid gustandum praebuit Ulixes, *μῶν τὸν λάρυγγα* — ait — *διεκάναξέ σου καλῶς;* [12]). Ex Eupolidis autem Amicis [13]) servata sunt verba: *τὴν δ' αὐτὸς ἐκκανάξει.* Vox *καναχή* clarum sonum significat [14]), et *ἐγ- ἐκ- διακανάξαι* dicitur de liquore qui non tacite lenique motu delabitur, sed sic temere cum claro strepitu *infunditur, effunditur, perfunditur.*

106 sq. Vid. vs. 85 et ad Vesp. 525.

107. *ἕλκε*] ut latina *trahere* [15]) et *ducere* [16]) et germ. *zechen* de strenuo poculorum usu dicitur; sic de Polyphemo vinum oblatum deglutiente: *ἐδέξατ' ἔσπα-*

---

[1]) Vid. etiam Vesp. 462 et fr. 151. — [2]) *Jettatore.* — [3]) Fr. adesp. 160; item Arist. fr. 592. — [4]) Fr. 855. — [5]) Fr. 1108. — [6]) Fr. 174. — [7]) Praeterea vid. Antiphan. fr. 80^8, 159^4. — [8]) Hor. Sat. I 5, 19. — [9]) Hom. ι 371. — [10]) Eur. Cycl. 152. — [11]) Ex emendatione Piersoni; codd. *ἐκπάταξον.* — [12]) Vs. 157. — [13]) Fr. 272. — [14]) Hom. Π 105 ζ 82 etc. — [15]) Hor. Epod. 14, 4 Verg. Aen. I 741 etc. — [16]) Hor. Od. I 17, 22 etc.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ὦ δαῖμον ἀγαθέ, σὸν τὸ βούλευμ᾽, οὐκ ἐμόν.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

εἴπ᾽, ἀντιβολῶ, τί ἐστι;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

τοὺς χρησμοὺς ταχὺ
κλέψας ἔνεγκε τοῦ Παφλαγόνος ἔνδοθεν
ἕως καθεύδει.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

ταῦτ᾽.

(Secum:)

ἀτὰρ τοῦ δαίμονος

111. Post *ταῦτ᾽* interpunctionem omittunt V R et plerique.

σὲν τ᾽ ἄμυστιν ἑλκύσας [1]. Etiam *ἀέρα ἕλκειν* vel *σπᾶν* Graece dicitur [2], ut latine *spiritum ducere.*

— *τὴν*] sc. *κύλικα.* Cf. verba lenae, quae mulieris cuiusdam pudicitiae insidiatur: „maritus tuus *ἐκλέλησται* (*σου*) *καὶ πέπωκεν ἐκ καινῆς*“ [3].

— *Πραμνίου*] primitus regionis alicuius videtur hoc fuisse nomen [4], quam alii in Caria, alii alibi quaesiverunt; sed postea omnis loci notio inde aberat, quemadmodum hodie qui de vino Burgundiaco vel Rhenano vel Campanico loquitur, non patriam uvarum cogitare solet sed vini qualitatem, ita ut Africa iam et California ferant vites Burgundiacas ceterasque. Nempe vinum *austerum* [5] quoddam sic vocabant [6]; Ephippus [7] *πράμνιον Λέσβιον* aliquando dixit *οἶνον παχύν τινα καὶ πολυφόρον* quem vocat Athenaeus [8], *densum multumque aquae ferentem admixtum.* Qualis vini sapor dulci suavique potioni opponitur in Phrynichi comici de Sophoclis arte verbis [9]: *οὐ γλύξις οὐδ᾽ ὑπόχυτος, ἀλλὰ πράμνιος* [10].

108. Cf. Promethei Aeschylei verba [11]: *βούλευμα μὲν τὸ Δῖον, Ἡφαίστου δὲ χείρ,* Eur. Cycl. 285 *θεοῦ τὸ πρᾶγμα,* Herodot. I 129 *Ἅρπαγος ἔφη, αὐτὸς γὰρ γράψαι, τὸ πρῆγμα δὴ ἑωυτοῦ δικαίως εἶναι* [12].

109. *ταχὺ*] nunc, ut vs. 648 (ubi vid.) sententiae praemittitur, revera enim ad verba *ἕως καθεύδει* pertinet.

111. *ταῦτα*] *libenter tibi obediam* [13]. Mente addi potest *δράσω* vel *χρὴ δρᾶν*: *id quod mandas statim peragam atque adeo peragere nunc incipio* [14]. In tragoedia idem dicitur *δράσω τάδε* [15]. Vehementius autem affirmantis est *ταῦτα δρῶ*: *id ip-*

---

[1]) Eur. Cycl. 417; item Pac. 1131 fr. 109 (?) Cratin. fr. 250 Teleclid. 24 Eubul. 56 Alex. 85, vid. etiam Nub. 540 et de cognatis verbis ad Ran. 576. — [2]) Philemon. fr. 119 Menandr. 531[7]. — [3]) Herod. Mimiamb. I 25. — [4]) Hom. *Λ* 639 *κ* 235. — [5]) *Dry, sec.* — [6]) Vid. Athen. 30 *b—e* Plin. H. Nat. XIV 6. — [7]) Fr. 28. — [8]) Athen. 10 *a*, nam sic ibi lego pro *πολυτρόφον*. Vid. Plut. 853 et infra ad vs. 1187 sq. — [9]) Fr. 65. — [10]) Eadem est oppositio in Aristophanis fr. 579, vid. etiam fr. 317. — [11]) Vs. 619. — [12]) Similia dicuntur vs. 1203 et 1253. Vid. etiam vs. 277. — [13]) *Parfaitement, c'est ça.* — [14]) Item *ταῦτα* (*δή* vel *νυν*) Ach. 815 Vesp. 142, (843), 851, 1008 Pac. 275; vid. etiam Plat. Phaedon. 78 *a* et ad Ach. 1064. — [15]) E. g. Eur. Herc. 606.

δέδοιχ' ὅπως μὴ τεύξομαι κακοδαίμονος.

(Denuo domum intrat.)

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

φέρε νυν ἐγὼ ἐμαυτῷ προσαγάγω τὸν χόα, —
τὸν νοῦν ἵν' ἄρδω καὶ λέγω τι δεξιόν.

(Poculum denuo repletum ebibit. Redit Nicias cum volumine.)

SCENA TERTIA.

Eidem.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

ὡς μεγάλ' ὁ Παφλαγὼν πέρδεται καὶ ῥέγκεται!
ὥστ' ἔλαθον αὐτὸν τὸν ἱερὸν χρησμὸν λαβών,
ὅνπερ μάλιστ' ἐφύλαττεν.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ὦ σοφώτατε,
φέρ' αὐτόν, ἵν' ἀναγνῶ. σὺ δ' ἔγχεον πιεῖν
*(ἀνύσας τι.)**

(Volumen a Nicia acceptum inspicit.)

φέρ' ἴδω, τί ἄρ' ἔνεστιν αὐτόθι;

---

113. *προσαγάγω*] *προσαγάγωμεν* V.

114. Del. Wieland utpote e vs. 96 repetitum; cf. Ach. 436 (= 384). Sed si abest, admodum exilia evadunt haec Demosthenis verba. Vid. commentarius.

115. *πέρδεται καὶ ῥέγκεται*] *ῥ. κ. π.* codd. nonnulli male, nam verbo *ῥέγκειν* cur insolitam formam tribuerit comicus frustra rogatur, nisi praecedit alterum verbum cui assimulatum sit.

119. Interrogandi signum in fine scripsit Blaydes coll. vs. 953, 1002, 1214; item vs. 1365.

---

sum quod iubes facio [1], vel (*ἐγὼ δὴ*) *τοῦτο δρῶ* [2], vel *ἀλλὰ δρῶ τοῦτο* [3], — *nihil opus est te id mihi mandare, quod vel sponte mea facturus eram atque adeo nunc facio* [4].

114. Cum leni risu verba sua repetit Demosthenes spectatores alloquens: „ingenium scilicet meum incitare, non gulam rigare cupio."

115. *πέρδεται καὶ ῥέγκεται*] vid. ad Nub. 9 et 5. Medialis forma *ῥέγκεται* praeter morem nunc est adhibita ad proximi verbi analogiam. Simili linguae lapsu „Datis" ille *χαίρομαι* dixisse fertur [5]. Praeterea vid. infra vs. 1057.

118. *φέρε*] vid. ad Ran. 498.

119. *ἀνύσας τι*] vid. ad Vesp. 30 et ad Ran. 606.

---

[1]) Infra vs. 495. — [2]) Thesm. 1209 Eccl. 1166. — [3]) Vesp. 457. — [4]) Vid. etiam Ran. 527. — [5]) Pac. 291; vid. ad Ran. 86.

ὦ, λόγια! — δός μοι δὸς τὸ ποτήριον ταχύ.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

(poculum praebens:)

ἰδού. — τί φησ' ὁ χρησμός;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

ἑτέραν ἔγχεον.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

(ut supra:)

ἐν τοῖς λογίοις ἔνεστιν „ἑτέραν ἔγχεον“;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

ὦ Βάκι.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

τί ἔστι;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

δὸς τὸ ποτήριον ταχύ.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

(ut supra:)

πολλῷ γ' ὁ Βάκις ἐχρῆτο τῷ „ποτηρίῳ“.

---

120. δός μοι δὸς V^1 R] δὸς σύ μοι V^2 (cf. Plut. 935), δὸς σύ μοι δὸς complures (metro invito).
121. φησ'] φη/ V recte, φησὶν R ceteri; verum restituit Bentley. Vid. ad Nub. 214.
122. λογίοις] λόγοις R.
123. δὸς τὸ] δός μοι τὸ V.

---

120. ὦ, λόγια!] vid. ad Nub. 219.

122. Cf. Av. 974 ἔνεστι καὶ τὰ πέδιλα; et vs. 976 καὶ σπλάγχνα δοῦναι ἔνεστι; Demosth. XXIV § 151 ἐνταῦθ' οὐκ ἔνι ὦ ἄνδρες δικασταί „οὐδὲ δήσω Ἀθηναίων οὐδένα“. Vid. etiam vs. 127 et 955.

123. Multi illa aetate circumferebantur χρησμοί [1]), Bacidis autem, quem Boeotum fuisse νυμφόληπτον homines credebant [2]), praesertim inclaruerant carmina [3]). Versus quibus Xerxis in Graeciam invasionem praedixerat affert Herodotus [4]), vaticinia de Messeniorum reditu et de sorte Thebarum Pausanias [5]), his autem annis omnium in ore erant eius versiculi de Athenarum rebus futuris [6]). Huius igitur vaticinium aliquod Paphlagoni surripuisse nunc fingitur Demosthenes [7]). Complures Bacides, ut Sibyllae, fuisse credebantur postea [8]), nec dubium quin vaticiniorum quoque, quae iis tribuebantur, sensim creverit numerus.

124. τῷ „ποτηρίῳ“] *voce* „*poculo*“ [9]).

---

[1]) Cf. vs. 61. — [2]) Pac. 1070 sq. Pausan. IV 27 X 12. — [3]) Cf. Cic. de Divin. I 18 § 34. — [4]) VIII 20, 77 et IX 43, cf. etiam VIII 96. — [5]) IV 27 et IX 17. — [6]) Vid. infra ad vs. 1013. — [7]) Vid. etiam infra vs. 1003 Pac. 1119 Av. 962, 970. — [8]) Aelian. Var. Hist. XII 35. — [9]) Idem articuli est usus vs. 847 Ach. 152, 638, 640.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

ὦ μιαρὲ Παφλαγών, ταῦτ' ἄρ' ἐφυλάττου πάλαι,
τὸν περὶ σεαυτοῦ χρησμὸν ὀρρωδῶν;

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

τιή;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

ἐνταῦθ' ἔνεστιν, αὐτὸς ὡς ἀπόλλυται.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

καὶ πῶς;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

ὅπως; ὁ χρησμὸς ἄντικρυς λέγει,
ὡς πρῶτα μὲν στυππειοπώλης γίγνεται,

---

125. *ἐφυλάττου*] *ἐφύλαττες* male Blaydes coll. vs. 117 et v. l. 1039, deleta autem virgula post *πάλαι*; vid. commentarius.

---

125. *ταῦτ' ἄρ' ἐφυλάττου*] simillimus est versus Thesm. 649 *ταῦτ' ἄρ' ὑπὲρ Εὐριπίδου | ἡμῖν ἐλοιδορεῖτο*, vertatur autem: *hancce igitur ob causam dudum tantopere sibi cavebat* [1]. Dein quae sit illa causa servus exponit sodali: *vaticinium de se editum metuebat.* Simillima Xerxi de Thessalis verba tribuit Herodotus [2]: *ταῦτ' ἄρα πρὸ πολλοῦ ἐφυλάσσοντο γνωσιμαχέοντες καὶ τἄλλα καὶ ὅτι χώρην ἄρα εἶχον εὐαίρετόν τε καὶ ταχυάλωτον*, ubi item per epexegesin explicatur praemissum illud *ταῦτα*.

127. *ἐνταῦθ' ἔνεστιν*] cf. vs. 122 et vid. ad Vesp. 991.

— *ὡς ἀπόλλυται*] *quomodo sit periturus.* Particula *ὡς* sic usurpatur etiam ab Eupolide in Marica fabula [3]: *ἄκουε νυν Πείσανδρος ὡς ἀπόλλυται*, vel a nostro Ach. 642 Ran. 400 [4]. Praesentis usus idem est infra vs. 129—136, 176 sq., 180, 199, 1087 [5].

128. *καὶ*] vid. ad Nub. 210.

— *ἄντικρυς λέγει*] cf. vs. 1025 Av. 962 etc.

129. *στυππειοπώλης*] Eucrates, qui suo nomine infra [6]) indicatur, nostro loco *linum* vel *cannabum* [7]) venditasse dicitur; *κυρηβιοπώλην* autem Aristophanes eum vocavit his verbis: *καὶ σὺ κυρηβιοπῶλα Εὔκρατες στύππαξ* [8]). Habebat igitur *pistrinam* et *officinam funibus fabricandis*, quarum in urbe maritima belli praesertim tempore plurimus erat usus, quapropter erant *τῶν ἀπορρήτων ἐξάγειν* [9]). Pro *farina* autem et *rudentibus* ab eo venumdatis *stuppam* nunc et *furfures* commemorat comicus, quo magis in contemtum adducat hominem, qui reip. aliquantisper fuerat praepositus. Neque

---

[1]) Vid. ad Nub. 319 et de imperfecti usu ad Vesp. 183. Cave ne coll. Aesch. Suppl. 1012 (et infra vs. 1039) virgulam post *πάλαι* deleas et sic Demosthenis verba vertas: *hancce igitur ob causam vaticinium quod de te editum est dudum tibi servabas propter metum.* — [2]) VII 130. — [3]) Fr. 182. — [4]) Cf. etiam Eur. Cycl. 322. — [5]) Item Herodot. VII 169 *εἴ σφισι ἄμεινον γίνεται* (quod sine causa addubitasse mihi videtur vHerwerden) Thuc. I 121 § 4 Aesch. Prom. 948 Soph. Philoct. 113 etc. — [6]) Vs. 254. — [7]) *στυππεῖα*, Herodot. VIII 52, cf. IV 74. — [8]) Fr. 69[6], in scholiis ad vs. 254. De termino -*ᾶξ* vid. ad vs. 361. — [9]) Vid. ad Ran. 362.

ὃς πρῶτος ἕξει τῆς πόλεως τὰ πράγματα.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

εἷς οὑτοσὶ πώλης. τί τοὐντεῦθεν; λέγε.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

μετὰ τοῦτον αὖθις προβατοπώλης δεύτερος.

---

130. ὃς πρῶτος ἕξει] πωλεῖν ὃς ἄρξει Müller Strübing (coll. Suida s. v. πώλης) ingeniosius quam probabilius, ὃς πράσιμ' ἕξει Kock (coll. Xen. Cyr. IV 5 § 42 Plat. Leg. VIII p. 847).

132. δεύτερος] ὁ δεύτερος R.

---

magis est credibile eum in foro cum merce sua prostitisse ipsum, quam Hyperbolum [1]) lucernas ibi venditasse. Eodem autem ioco usus Cratinus δασὺν ἔχειν τὸν πρωκτὸν ἅτε κυρήβι' ἐσθίοντα eum dixerat [2]); nam illa verba a Bergkio [3]) iure ad eum esse relata testis est Aristophanes, qui in Γήραι fabula Μελιτέα κάπρον eum vocavit utpote δασύν [4]). Quod autem Photius [5]) dicit μυλῶνας eum habuisse, componendum id est cum voce comice ficta ὀνοστύππαξ, quam servavit Hesychius, recte addens ὄνον in hoc composito significare *lapidem molarem*; sic igitur dictus est *homo inter molas stuppamque vitam terens* [6]). Eiusdem viri mentionem fieri Lysistr. 102 et Lys. XVIII § 4 sqq. [7]) minime certum est, et multo etiam incertiore coniectura Fritzschius sumsit in Babyloniis nostrum Eucratis μυλῶνος multam fecisse mentionem [8]). Tres viros homonymos statuit Bergk [9]).

130. ἕξει...τὰ πράγματα] *summam habebit apud nos, primum in rep. administranda locum obtinebit* [10]). Item παραλαβεῖν τῆς πόλεως τὰ πράγματα [11]) vel κατασχεῖν τὰ πράγματα [12]) vel κατασχεῖν τὰν τῇ πόλει [13]) *rerum potiri*, et οἱ ἐν τοῖς πράγμασιν ὄντες [14]) sunt *ii penes quos summa est rerum potestas*. Alia est vis notissimae locutionis πράγματα ἔχειν sine articulo [15]).

131. πώλης] hanc vocem iocans nunc fingit comicus [16]); digna autem quae conferatur est longa huiusmodi compositorum series, quam in anapaestos coegit Nicophon [17]). Alias in comoedia πρατίαν quendam dictum fuisse docet Pollux [18]), institorem igitur mercem suam extrudere cupientem καὶ ὥσπερ πρατιῶντα [19]).

132. Stupparium quem vocat noster excepit *pecuarius Lysicles*. Huius viri etiam infra [20]) fit mentio; ubi cur simul cum meretriculis duabus commemoretur, intellegitur collatis Hesychii verbis [21]): Λυσικλῆς γήμας Ἀσπασίαν τὴν πόρνην. Nempe cum Plato in exordio Menexeni dialogi, qui anno 431 habitus esse fingitur, fecisset Socratem pro sua ironia dicentem: Aspasiam se proximo

---

[1]) De quo vid. ad Nub. 1065. — [2]) Fr. 295. — [3]) Apud Meinekium Fr. Com. Att. II p. 1003. — [4]) Phot. s. v., Aristoph. fr. 143. — [5]) Phot. l. l. — [6]) De termino -αξ vid. ad vs. 361. — [7]) Quod perhibet Suidas s. v. ἄπεστιν. — [8]) Vid. tamen infra ad vs. 254. — [9]) L. l. — [10]) Locutio invenitur etiam Herodot. VI 83 Thucyd. III 72 Xen. Hellen. I 6 § 13 etc., voce autem τοῖς πράγμασι (τῆς πόλεως) res publicae indicantur etiam Ach. 939 Eq. 187, 241 Lys. 32 Eccl. 175 Plut. 908, 919. — [11]) Eccl. 107. — [12]) Thuc. IV 2. — [13]) Infra vs. 839. — [14]) Thuc. III 28 § 1 Demosth. IX § 56 etc. — [15]) De qua vid. ad Vesp. 1392. — [16]) Haud male nostris *venter* et *vent* potest reddi, nec non vocibus *koop* et *koopje*. — [17]) Fr. 19. — [18]) VII 8. — [19]) Cf. ληματίας Ran. 494. — [20]) Vs. 765. — [21]) S. v. προβατοπώλης.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

δύο τώδε πώλα. καὶ τί τοῦτον χρὴ παθεῖν;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

κρατεῖν, ἕως ἕτερος ἀνὴρ βδελυρώτερος
αὐτοῦ γένοιτο· μετὰ δὲ ταῦτ᾽ ἀπόλλυται.
ἐπιγίγνεται γὰρ βυρσοπώλης ὁ Παφλαγών,
ἅρπαξ, κεκράκτης, Κυκλοβόρου φωνὴν ἔχων.

---

133. *δύο τώδε πώλα*] Demostheni haec verba continuat R. || *τοῦτον* V] *τόνδε* R alii. || *χρὴ*] *χρῆν* Elmsley propter optativum qui sequitur.

134. *ἕτερος* V R] *ἂν ἕτερος* codd. multi, hinc *ἂν ἕτερος αὖ* Bentley (ut vs. 949 Pac. 295), non male, si praeterea in vs. 135 legatur *γένηται* (quod est in codd. nonnullis).

---

die audivisse orationem funebrem recitantem, hanc autem mulierem *καὶ ἄλλους πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς πεποιηκέναι ῥήτορας, ἕνα δὲ καὶ διαφέροντα* [1]) *τῶν Ἑλλήνων, Περικλέα τὸν Ξανθίππου*, ad Socratis Platonici haec verba veteres grammatici et alia de Aspasia annotarunt et haec: post Periclis mortem eam *ἐπιγήμασθαι* Lysicli pecudum venditori, hunc autem *ῥήτορα δεινότατον κατασκευάσασθαι* et filium *ποριστὴν* (?) ex eo habuisse, testibus — haudquaquam sane locupletibus — Aeschine Socratico [2]) et Callia comico [3]). Non diu tamen nova felicitate et honore frui contigit Lysicli, nam uno anno post Periclis mortem vixdum elapso [4]) *πέμπτος αὐτὸς στρατηγὸς* in Asiae oram missus cum duodecim navibus *ἀργυρολόγοις* [5]) a Caribus in insidiis est interfectus [6]) cum multis militibus [7]), perinde atque biennio antea illic perierat Melesander [8]): bellandi scilicet artem neque inter oves suas neque in uxoris cultissimae amplexu didicerat. Ad Aspasiam autem ut redeam, de qua quid non dicere sustinuerunt comici maledicentissimi hominum, — aut fallor aut *Cynno* et *Salabaccho* illae, quae cum Lysicle coniunctim nominantur infra [9]), sunt quae in Acharnensibus [10]) vocantur *Ἀσπασίας πόρνα δύο*. Id quidem certum est, meretricularum illarum nomina eo potissimum consilio ibi commemorari, ut ipsa Aspasia auditoribus contumeliose in mentem revocetur [11]).

134 sq. *ἕως . . . γένοιτο*] eadem structurae est libertas Ran. 766 [12]).

137. Torrens, cui Cleon hic et alibi assimulatur, prope Oenoën erat, teste proverbio *Οἰναῖοι τὴν χαράδραν* [13]). *Κύκλους* autem quos vorare dicitur, cum putarem dictas esse excavationes rotun-

---

[1]) *διαφερόντως?* — [2]) In Aspasia dialogo. Ipsa Aeschinis verba apponit Plutarchus Pericl. 24: „*Λυσικλέα τὸν προβατοκάπηλον ἐξ ἀγεννοῦς καὶ ταπεινοῦ τὴν φύσιν Ἀθηναίων γενέσθαι πρῶτον Ἀσπασίᾳ συνόντα μετὰ τὴν Περικλέους τελευτήν*. Vid. etiam Harpocration s. v. *Ἀσπασία*. — [3]) In *Πεδήταις* fabula. Nam sic corrigenda esse corrupta scholii Platonici verba, quae Cobetum olim (Prosopogr. Xenoph. p. 77, 15) fefellerunt, vidit Dindorf; cf. Meineke Hist. Com. Graec. p. 182. Et *ποριστὴς* certe iste filius quin ad illam (aliamve) comoediam sit referendus nullus dubito. — [4]) Auctumno anni 428. — [5]) Vid. ad vs. 1070 sq. — [6]) *ἀπόλλυται*, ut vs. 135 dicitur. — [7]) Thuc. III 19. — [8]) Thuc. II 69. — [9]) Vs. 765. — [10]) Vs. 527. — [11]) Cf. Müller Strübing Aristoph. u. die hist. Kritik p. 584—588. — [12]) Vid. praeterea Soph. Oed. R. 979 et ad Ran. 24. — [13]) Apud Hesychium Zenobium V 20 alibi.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

τὸν προβατοπώλην ἦν ἄρ' ἀπολέσθαι χρεὼν
ὑπὸ βυρσοπώλου;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

νὴ Δί'.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (*Nic.*).

οἴμοι δείλαιος.
πόθεν οὖν ἂν ἔτι γένοιτο πώλης εἷς μόνος!

140. *ἔτι*] om. R.

das, quas efficit aqua rupto aggere in campos adiacentes ruens [1]), melius mihi placuit nominis interpretatio quam proposuit Wachsmuth [2]): *κύκλους* fuisse aggeres olivetis et vinetis circumdatos [3]), qui apud Theophrastum dicuntur *γῦροι* [4]). — De Cleonis autem clamoribus vid. Ach. 381 alibi [5]); cf. etiam Megabyzi verba Herodot. III 81: *populus ὠθέει ἐμπεσὼν τὰ πρήγματα ἄνευ νόου, χειμάρρῳ ποταμῷ ἴκελος.* Praeterea huc faciunt Horatianum illud de scurra: *ruit flumen ut hibernum, fertur quo rara securis* [6]), nec non epica comparatio militis in hostes invadentis cum torrente [7]), vel torrentis cum tauro mugiente [8]). Scilicet veteribus revera vivebant fluvii [9]). Ad Cleonem autem ut redeam, homo ille novus longe discedebat a severa et decora eloquentia Periclis, qui *ἐντὸς τὴν χεῖρα ἔχων* corpore immoto et sedata voce verba facere solebat; neque ante Cleonem Athenae viderant oratorem *ἐν τῷ δημηγορεῖν ἀνακραγόντα καὶ λοιδορησάμενον καὶ τὸν μηρὸν πατάξαντα καὶ δρόμῳ μετὰ τοῦ λέγειν ἅμα χρησάμενον* [10]), quin adeo *περιζωσάμενος* aliquando coram populo verba fecit, — si fides Aristoteli huiusve auctoribus [11]). — Nostro loco quae legitur vox *κεκράκτης* alias non redit, sed eadem ratione formatum est *κέκραγμα* [12]). Cf. praeterea infra [13]) *κράκτης* et *κεκραξιδάμας* Vesp. 596.

138. *ἦν ἄρα . . . χρεὼν*] de imperfecti hoc usu vid. ad Vesp. 183. Vocem autem *χρεὼν* ex *χρὴ ὂν* natam esse primus nostro saeculo intellexit Ahrens, ipsos vero Graecos mature id fugisse testatur verbum *εἶναι* hic et alibi adiunctum [14]). Apparet igitur priscum substantivum *χρηώ* sive *χρεώ* in populi ore cum voce *χρεών* ita fuisse confusum ut littera -*ν* euphoniae tantum causa adiecta esse crederetur.

[1]) Apud nostrates dicuntur *wielen.* — [2]) Rh. Mus. 1889 p. 153. — [3]) Hom. Φ 257 Alciphr. III 13, 5. — [4]) Caus. Plant. III 4 § 1 et 12 § 1. — [5]) Vesp. 36, 596, 1034 (= Pac. 757) et ad Ran. 1005, fr. 636 Pherecrat. fr. 51. Cf. etiam Ran. 1005 de Aeschylo, Cratin. fr. 186 de ipsius Cratini facundia (item infra vs. 526 sq) — [6]) Sat. I 7, 26, Iuven. X 126, Senec. Controv. Excerpt. ex Libr. IV praef. — [7]) Vid. ad vs. 526 sq. — [8]) Φ 237. — [9]) Cf. Preller Myth. I⁴ p. 548, 3. — [10]) Plut. Nic. 8. — [11]) Vid. Rep. Ath. 28 § 3, Plut. l. l., et cf. infra vs. 488. — [12]) Pac. 637. — [13]) Vs. 304, si sic est legendum. — [14]) Vid. Nub. 1446 Pac. 765, 1029 Xen. Hellen. VII 1 § 28 Cyrop. VI 2 § 24 Herodot. I 41 etc. Aesch. Prom. 996 etc. vWilamowitz ad Eur. Herc. 311.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ἔτ' ἔστιν εἷς, ὑπερφυᾶ τέχνην ἔχων.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

εἰπ', ἀντιβολῶ, τίς ἐστιν;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

εἴπω;

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

νὴ Δία.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ἀλλαντοπώλης ἔσθ' ὁ τοῦτον ἐξολῶν.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

ἀλλαντοπώλης; ὦ Πόσειδον, τῆς τέχνης!
φέρε, ποῦ τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐξευρήσομεν;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ζητῶμεν αὐτόν.

(Prodit isiciarius mensulam botulosque gestans.)

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

ἀλλ' ὁδὶ *προσέρχεται *right here
ὥσπερ κατὰ θεὸν εἰς ἀγοράν.

---

143. ἐξολῶν] ἐξελῶν R non male, et sic legit qui in scholiis scripsit: ἐκβάλλειν μέλλων καὶ ἐξωθεῖν τῆς πολιτείας τὸν Κλέωνα. Sed cf. vs. 127, 135, 138 Plut. 418. Eadem est lectionis varietas Nub. 123 et 802, vid. etiam infra vs. 365.

146. ζητῶμεν] ζητῶ μὲν V, sequentia Demostheni continuans.

147. θεὸν Cobet] θεῖον codd., quod sine articulo non dicitur alias (vid. e. g. Av. 965).

---

141. ὑπερφυᾶ] *mirificam, incredibilem* [1]). „Sospitatoris, qui urbi promissus est, cum artem rescieris, stupebis opinor". Nempe *botularius* sive *isiciarius* [2]) is est quem servatorem Athenae expectant atque efflagitant.

144. τῆς τέχνης] vid. ad Vesp. 161.

147. ὥσπερ κατὰ θεὸν] *divinitus, instinctu divino* [3]). Idem valet κατὰ δαίμονα καί τινα συντυχίαν [4]), θείως πως [5]), θείῃ τύχῃ [6]), θείῃ πομπῇ [7]). Cf. etiam vulgatum illud σὺν θεῷ (θεοῖς).

— εἰς ἀγοράν] in macellum velle isiciarium, qui appropinquans conspicitur, efficit Nicias e botulis, mensula, cetera supellectile, quibus onustus est. Revera tamen ἐπὶ ταῖς πύλαις merces suas venditare solet [8]).

---

[1]) Vid. ad Ran. 612. — [2]) *Een beulingventer.* — [3]) Redit locutio Plat. Leg. 682*e*, item κατὰ θεόν τινα vel πως Euthydem. 272*e* Rep. 443*c* Leg. 682*a*, 722*c*, κατὰ θεόν Epinom. 975*b*. — [4]) Av. 544, cf. Herodot. I 111 III 74 IX 91 Plat. Leg. 798*b* Pind. Ol. IX 28. — [5]) Xen. Cyrop. IV 2 § 1. — [6]) Herodot. I 126 etc. — [7]) Herodot. I 62 III 77 VIII 94 etc. — [8]) Vid. vs. 1247 et 1398.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ὦ μακάριε
ἀλλαντοπῶλα, δεῦρο, δεῦρ', ὦ φίλτατε,
ἀνάβαινε σωτὴρ τῇ πόλει καὶ νῷν φανείς.

SCENA QUARTA.

Eidem, Isiciarius.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τί ἔστι; τί με καλεῖτε;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

δεῦρ' ἔλθ', ἵνα πύθῃ
ὡς εὐτυχὴς εἶ καὶ μεγάλως εὐδαιμονεῖς.

(Accedit isiciarius.)

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

ἴθι δή, κάθελ' αὐτοῦ τοὐλεόν, καὶ τοῦ θεοῦ
τὸν χρησμὸν ἀναδίδαξον αὐτὸν ὡς ἔχει·
ἐγὼ δ' ἰὼν προσκέψομαι τὸν Παφλαγόνα.

(Abit Nicias.)

147—149. *ὦ μακάριε κτέ.*] Niciae continuant R alii; Demostheni recte tribuuntur in V.

152—154. Eidem servo qui proxima verba dixit continuat R.

154. *προσκέψομαι*] *προσσκ.* V R et plerique vulgatissimo errore.

---

148 sq. *δεῦρο ... ἀνάβαινε*] nempe *ἐπὶ τὸ λογεῖον* [1]: *huc ades*, conscensa scena, quam orchestra et utroque aditu altiorem fuisse luculenter hic locus — ubi videatur versus 169 — aliique complures [2]) testantur [3]).

152. *ἐλεόν*] *mensam culinariam*, in qua minutal domi paratum expositurus erat et venumdaturus. Vox ignotae originis redit vs. 169, apud Homerum autem *I* 215 *ξ* 432 legitur. Non recte Blaydes [4]) intellegit caudicem in quo conciduntur carnes unde fiunt isiciae [5]), hoc enim lignum voce a verbo *ξαίνειν* ducta dicitur *ἐπίξηνον* [6]), domi autem suae id nunc reliquit homullus noster cum cetera artis suae supellectile, in foro enim nullus eius usus esse poterat.

---

[1]) Ut recte interpretantur scholia. — [2]) Ach. 732 Vesp. 1341, 1514 Eccl. 1152 Plat. Conv. 194*b*. Vid. Zacher die erhöhte Bühne bei Aristophanes Philolog. 1896 p. 181 sq., AMüller Untersuchungen zu den Bühnenaltertümern Philolog. 1899 Supplementband VII, MMaas Wochenschr. f. kl. Philologie 1899, 257 sqq. — [3]) Praepositionis vi neglecta verba *ἀναβαίνειν* et *καταβαίνειν* *procedere* multi sunt interpretati his locis, quemadmodum apud Homerum *καταβαίνειν* *β* 337 et alibi non *descendere* sed *intrare* significare multi fuere qui perperam contenderent. — [4]) Obiter inspectis verbis Harpocrationis s. v. *ἐλεοκόπων* aut versu 771 pellectus. — [5]) *Choppingblock.* — [6]) Ach. 318, 355, 366 Aesch. Ag. 1277 (Choeph. 883?).

SCENA QUINTA.

Demosthenes, Isiciarius.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ἄγε δὴ σὺ κατάθου πρῶτα τὰ σκεύη χαμαί.
(Isiciarius mensulam botulosque deponit.)
ἔπειτα τὴν γῆν πρόσκυσον καὶ τοὺς θεούς.
(Isiciarius terram coelumque adorat.)

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἰδού· τί ἔστιν;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ὦ μακάρι᾽, ὦ πλούσιε!
ὦ νῦν μὲν οὐδείς, αὔριον δ᾽ ὑπέρμεγας!
ὦ „τῶν Ἀθηνῶν ταγὲ τῶν εὐδαιμόνων“!

---

159. *Ἀθηνῶν* Dawes] *Ἀθηναίων* codd. metro invito, item infra vs. 1005 et 1007 (et Thesm. 329?); „nempe scribebatur *ἀθθ*, quod utrumque significat" (Cobet), nostri autem loci vitio „ortum dedit ignorata vocis *ταγός* prosodia" (Dawes). Bernhardy *Ἀθηνέων* (cf. Nub. 401); sed tragica nunc requiritur nominis forma, non epica.

---

155. Simillimus est Pacis vs. 886.

156. Gravibus verbis hominem affatur Demosthenes. Cf. Pluti [1]) item *παρατραγῳδοῦντος* verba: *καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν ἥλιον, | ἔπειτα σεμνῆς Παλλάδος κλεινὸν πέδον | χώραν τε πᾶσαν Κέκροπος, ἥ μ᾽ ἐδέξατο* [2]). Similia sunt Aesch. Pers. 499 *γαῖαν οὐρανόν τε προσκυνῶν*, Soph. Oed. C. 1654 sq. *γῆν τε προσκυνοῦνθ᾽ ἅμα | καὶ τὸν θεῶν Ὄλυμπον ἐν ταὐτῷ λόγῳ* [3]). Nostro igitur loco *τοὺς θεούς* vertendum est *coelites* sive ipsum *coelum*.

158. *οὐδείς*] sic etiam Av. 799 Eur. Androm. 700 dicitur homo *nihili*, similis autem est neutri *οὐδέν* (*μηδέν*) apud tragicos praesertim usus: *οὐδέν εἰμι occidi* [4]). Contrarium est cum quis dicitur *εἶναί τις* [5]) vel *ἐν ἀνδράσιν* [6]) vel *ἐν ἀνθρώποις τίθεσθαι* [7]).

159. Vocem *τᾱγὸν* apud Homerum Ψ 160 correpta vocali *α* esse usurpatam putabat Aristarchus, quem scholia ad nostrum versum sequuntur. Et conferri possunt sane *τᾰγουχός* [8]) et substantivum *τᾰγή* [9]). Sed haec a verbo militari *τάττειν* recta via sunt ducta, vox vero *τᾱγός*, quae in sola dialecto Thessalica postmodo permansit [10]), nusquam non productam habet syllabam initialem [11]), item verbum inde ductum *τᾱγεῖν* [12]) sive

---

1) Plut. 771 sqq. — 2) Verbum *προσκυνεῖν* apud nostrum praeterea vs. 640 Vesp. 516 invenitur. — 3) Vid. etiam Electr. 1374 Philoct. 533, 1408 Hom. ε 463. — 4) De quo vid. ad vs. 1243. — 5) Aptissimum exemplum praebet Euripidis locus Ion. 593—596, vid. praeterea Eur. El. 939 Theocrit. XI 79 etc. — 6) Vesp. 1185 Eur. Herc. 41, vid. etiam ad Nub. 823. — 7) Herod. Mimiamb. V 15. — 8) Aesch. Eum. 296. — 9) Ar. Lys. 105. — 10) Xen. Hell. VI 1 § 8—19 Inscr. Collitz. 326, 327, 345, 361, 1329 Gilbert Gr. Staatsalt. II[1] p. 9 sq., 15,2. — 11) Aesch. Prom. 96 Pers. 23, 323, 480 (Agam. 110?) Soph. Ant. 1057 Eur. Iph. Aul. 269. — 12) Aesch. Pers. 764.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τί μ', ὦ 'γάθ', οὐ πλύνειν ἐᾷς τὰς κοιλίας
πωλεῖν τε τοὺς ἀλλᾶντας, ἀλλὰ καταγελᾷς;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ὦ μῶρε, ποίας κοιλίας; δευρὶ βλέπε.
(Spectatores ei indicans:)
τὰς στίχας ὁρᾷς τὰς τῶνδε τῶν λαῶν;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὁρῶ.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

τούτων ἁπάντων αὐτὸς ἀρχέλας ἔσει,
καὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ τῶν λιμένων, καὶ τῆς Πυκνός.
βουλὴν πατήσεις καὶ στρατηγοὺς κλαστάσεις,
δήσεις, φυλάξεις, ἐν Πρυτανείῳ ... λαικάσεις.

162. δευρὶ] δεῦρο νῦν V et alii metro invito.
163. τὰς τῶνδε] τῶνδε (om. τὰς) R alii. || λαῶν] λεῶν Bothe non recte, sic enim obscuratur lusus verborum (vid. vs. 164), pluribus autem hoc loco vocibus usus est comicus e poetarum lingua desumtis, et nunc imitatur Homeri versum Δ 90.
167. λαικάσεις] -σει V post rasuram, quod recepit Dindorf (cf. Cobet Nov. Lect. p. 253); sed *passivi* hoc esse futurum monuit Zacher. Vid. commentarius.

ταγεύειν [1]). Apud Homerum autem l. l. non ταγοί sed τ' ἀγοί est legendum. Noster versus aut e tragoedia aliqua est desumtus aut dictionem tragicorum feliciter imitatur.

160. Vilissimum hoc officium in Pluto fabula [2]) servus Cario mandat Mercurio esurienti et quacunque ratione utilem se praestare aventi. De voce κοιλίᾳ etiam vs. 162 et 200 obvia vid. ad Nub. 409.

162. ποίας] vid. ad Ran. 529.

163. Celso sermone uti pergit Demosthenes, λαῶν autem στίχας ex Homero suo [3]) habere videtur [4]). Simillimus huic versui est Ran. 1323, quod mero tamen casui est tribuendum.

164. ἀρχέλας] haec quoque vox manifeste poetica [5]).

166. πατήσεις] vid. ad Nub. 1359.

— κλαστάσεις] proprie vinitorum et omnino eorum qui arbores colunt hoc est verbum, significat enim *sarmenta luxuriantia* sive κλάδους *recidere* [6]), cum hoc autem loco cf. περιτρώγειν simili sensu adhibitum in Vespis [7]). Verbum κλαστάζειν — i. e. κλαδ-τάζειν — suffixo eodem utitur quo βαστάζειν ἀγυρτάζειν ὀνοτάζειν κυπτάζειν ν(ε)υστάζειν etc. [8]).

167. φυλάξεις] i. e. ἐν φυλακῇ ἕξεις, — ut Spartiatas captivos.

— ἐν Πρυτανείῳ λαικάσεις] et hic et infra passim noster multus est in de-

[1]) Sept. 58, Xen. et Inscr. l. l. — [2]) Vs. 1168 sq. — [3]) Δ 90. — [4]) Cf. etiam Eur. Heracl. 676 Suppl. 669, 821. — [5]) Aesch. Pers. 297; vid. etiam Herodot. V 68 tribus Sicyoniae nomen Ἀρχέλαοι. — [6]) Vid. ad Ran. 92. — [7]) Vesp. 596. Etiam nostrum verbum *besnoeien* metaphorice saepe adhibetur. — [8]) Vid. Enchirid. dict. ep. p. 356, Nub. 509 Vesp. 12.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγώ;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

σύ μέντοι· κοὐδέπω γε πάνθ' ὁρᾷς.
ἀλλ' ἐπανάβηθι καὶ ἐπὶ τοὐλεὸν τοδὶ
καὶ κάτιδε τὰς νήσους ἁπάσας ἐν κύκλῳ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(Mensā suā conscensā circumspiciens:)

καθορῶ.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

τί δαί; τἀμπόρια καὶ τὰς ὁλκάδας;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἔγωγε.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

πῶς οὖν οὐ μεγάλως εὐδαιμονεῖς;

---

ridenda illa σιτήσει ἐν τῷ Πρυτανείῳ, quae Cleoni post Sphacteriam expugnatam cum προεδρίᾳ fuerat decreta, utpote de rep. optime merito [1]. Isiciario vero maius etiam aliquid nunc portendit Demosthenes a bono daemone afflatus; nimirum in prytaneo non coenabit ille sed — *scortabitur!* Pro lupanari igitur ei erit sanctissimum illud virorum gravissimorum coenaculum. Sic postea Demetrius Poliorcetes bilem civibus movit τὴν ἀκρόπολιν πανδοχεῖον ὑπολαβὼν | καὶ τὰς ἑταίρας εἰσαγαγὼν τῇ παρθένῳ [2]. Verbum λαικάζειν usurpatum est etiam Thesm. 57 et in passivo Cephisodor. fr. 3^5 Straton. 1^{36} (λαικάσει); cf. λαικάστης [3], λαικάστρια [4] et infra κασαλβάσαι [5].

168. σὺ μέντοι] *tu vero hercle* [6].

169. Conscendere mensulam suam iubetur botularius, ut ex editiore scilicet loco oculos pascere possit latissimo marium terrarumque prospectu, et ingenii velocitate libere possit uti, non iam cohibitus intra angustum illum orbem, ultra quem plebeculae mens pusilla non sapit. Sic Euripides ἀναβάδην tragoedias facit, ne furor poeticus restinguatur vitae communis contagione [7], Socrates ἀπὸ ταρροῦ sublimia meditatur, ne mentis acumen inter humores terrestres hebescat [8].

— ἐπανάβηθι ... ἐπὶ] *conscende.* Praepositio iterata est etiam Nub. 1487.

— καὶ] *praeterea*, quo latius etiam circumspicere possis; cf. ἔτι *denique* vs. 173. Respici illud ἀνάβηθι (vs. 149) vidit Blaydes [9].

— τὸ ἐλεὸν] vid. vs. 152.

---

[1]) Vid. ad vs. 280 sq. et Ran. 764. — [2]) Philippid. fr. 25 apud Plut. Dem. 26. — [3]) Ach. 79. — [4]) Ach. 529, 537 Pherecrat. fr. 149. — [5]) Vs. 355. — [6]) *Neen maar of je!* Idem est particulae usus affirmativus vs. 895, 1152 Lys. 498 Plat. Phaedon. 65*d* etc.; vid. etiam Vesp. 426 Ran. 171, ad Nub. 1269, infra ad vs. 189. — [7]) Ach. 407 sqq. — [8]) Nub. 225 sqq., ubi vid. quae annotavi. — [9]) Item Zacher: „Auch noch auf das ἐλεόν, nachdem du schon auf das λογεῖον v. 149 gestiegen bist."

ἔτι νῦν τὸν ὀφθαλμὸν παράβαλλ' εἰς Καρίαν
τὸν δεξιόν, τὸν δ' ἕτερον εἰς Καρχηδόνα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

εὐδαιμονήσω δ', εἰ διαστραφήσομαι;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

οὔκ· ἀλλὰ διὰ σοῦ ταῦτα πάντα ... πέρναται.

---

173. παράβαλλ' R] παράβαλ' V et plerique.

174. Καρχηδόνα] Χαλκηδόνα (immo Καλχηδόνα) Scaliger et Palmerius, solam Asiae oram h. l. significari rati; cf. infra v. l. vs. 1303. Sed urbis huius minime potentis cur mentio nunc fiat iusta causa deest, — nam Byzantium potius fuisse commemorandum observat Zacher, — et minus etiam aptum est Chalcedonis nomen vs. 1303. Denique loci nostri perit acumen si solam Asiam spectare iubetur isiciarius, nam quomodo haec ei causa esse posset oculos distorquendi? Apposite vero iubetur sinistrorsum spectare ut Carthaginem, simulque dextrorsum ut Cariam cernat; vid. commentarius. Lectionem traditam post Droysenium egregie tuitus est Müller Strübing Aristoph. p. 8 sqq.

175. δ' R] γ' cett.

173-175. Simillimus est locus Av. 175-177.

173. ἔτι] vid. ad vs. 169.

— παράβαλλε] vid. ad Nub. 362 et Ran. 409.

174. Actoribus ad spectatores conversis a manu sinistra est occidens, a dextra oriens. Admodum igitur festive dextro oculo Asiam, sinistro autem Carthaginem Herculisque columnas spectare botularius iubetur. Illa aetate Atheniensibus non iam satis erat ἀπὸ τοῦ Πόντου μεχρὶ Σαρδοῦς mille civitatibus iussa dare [1]), sed totum mare mediterraneum complectebatur eorum ambitio. Nimirum maritimis potissimum imperiis scriptum est illud: „crescit indulgens sibi dirus hydrops!" et nostri quoque dies, eheu quam aperte, saepius id docuerunt. Siciliensium rebus Athenienses nuper se immiscuerant, post Siciliam autem Italiamque *Carthago* urbs potentissima eorum oculos in se convertebat, necdum abiecerant spem recuperandae Aegypti, unde ante annos triginta pulsi fuerant [2]). *Cariae* autem ora quidem foederata dicebatur [3]), sed interiora illius regionis tenebant gentes bellicosissimae, quibuscum saepius his annis infeliciter pugnatum est [4]).

175. *Haecine igitur est ista tua beatitudo, oculos suos distorquere?* Sic apud Alexidem conviva, cui nimis crebra nimisque magna obtruduntur pocula, εὐδαίμων ἐγώ, clamat, οὐχ ὅτι | ἐν τοῖς γάμοισιν, ἄνδρες, εὐωχήσομαι, | ἀλλ' ὅτι διαρραγήσομ', ἢν θεὸς θέλῃ [5]). Verbi διαστρέφεσθαι idem est usus Av. 177; cf. etiam Agavae Bacchico furore concitatae cruentumque filii caput manu tenentis ὄσσοι διάστροφοι [6]) et Mnesilochi [7]) verba: ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν Εὐριπίδην.

176 sq. De praesentis usu vid. ad vs. 127.

---

[1]) Vesp. 700. Cf. supra Prolegom. initio. — [2]) Thuc. I 109 sq.; cf. infra vs. 1303 Thuc. VI 15, 34, 90 Isocrat. VIII § 85 Plut. Pericl. 20 Alcib. 17 Nic. 12. — [3]) Thuc. II 9. — [4]) Vid. ad vs. 132. — [5]) Fr. 231, cf. fr. 232. — [6]) Eur. Bacch. 1167. — [7]) Thesm. 846; verbum ἰπιλλίζειν legitur Hom. σ 11 h. Merc. 387.

γίγνει γάρ, ὡς ὁ χρησμὸς οὑτοσὶ λέγει,
ἀνὴρ μέγιστος.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

εἰπέ μοι, καὶ πῶς ἐγώ,
ἀλλαντοπώλης ὤν, ἀνὴρ γενήσομαι;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

δι' αὐτὸ γάρ τοι τοῦτο καὶ γίγνει μέγας,
ὁτιὴ πονηρὸς καὶ ἐξ ἀγορᾶς εἶ καὶ θρασύς.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐκ ἀξιῶ ἐγὼ ἐμαυτὸν ἰσχύειν μέγα.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

οἴμοι, τί ποτ' ἔσθ' ὅτι σαυτὸν οὐ φῂς ἄξιον;
ξυνειδέναι τί μοι δοκεῖς σαυτῷ καλόν.
μῶν ἐκ καλῶν εἶ καὶ ἀγαθῶν;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

μὰ τοὺς θεούς,

---

177. ὡς] ὄντως ὡς R, hinc Kock ὄντως, ὡς ὁ χρησμός σοι λέγει. Sed ὄντως licet apud Ar. non sit rarum (Vesp. 997 Ran. 189 etc.), hic tamen languet, neque utile est σοι. Suam vero vim nunc obtinet pronomen *οὑτοσί*.

182. ἰσχύειν] ἰσχύσειν V alii.

---

176. ταῦτα πάντα] *omnia ista quae oculis tuis adspicis.*

— πέρναται] *venumdatur* [1]). Expectabatur διοικεῖται vel simile quid, sed *administrandi* verbo aliud nunc substituitur, cuius odiosissimus est sonus; nam priscum praesens περνάναι [2]) Attice non *vendere* tantum (πωλεῖν) significat, sed accedit *dedecoris* quaedam notio [3]). Omnia suum pretium habere Athenis, ipsamque venalem esse urbem si emtorem inveniat, maligne sic indicatur; itaque a *fraudis* et *proditionis* notionibus verbum nostrum proxime abest, et apte conferri possunt verba Creontis [4]): ἐξημπόλημαι καὶ ἐκπεφόρτισμαι πάλαι [5]).

178 sq. Sortis futurae splendorem demiratur homuncio obscurissimis natalibus editus, qui hactenus ne ἐν ἀνδράσι quidem fuit habitus [6]).

180. αὐτὸ γάρ τοι τοῦτο καὶ] vid. ad Ran. 73.

— γίγνει] de praesentis usu vid. ad vs. 127.

181. ἐξ ἀγορᾶς] vid. vs. 218, 293, 333 sq., 636, 1258 et ad Nub. 991.

182. *Non equidem tanto me dignor honore.*

183 sq. *Eheu, numne non merum malum es?* [7]).

185-193. Simillima dicuntur infra vs. 738-740, ubi vid.

---

[1]) *Wordt verkwanseld.* — [2]) Enchirid. dict. ep. p. 518. — [3]) Item Eur. Cycl 271 Pind. Isthm. II 7. — [4]) Soph. Ant. 1036. — [5]) Vid. praeterea ad Ach. 374. — [6]) Vid. vs. 158 et ad Nub. 823 et de usu particulae καί ad Nub. 210. — [7]) ἅπαν κακόν, ut dicitur Ach. 909.

εἰ μὴ ἐκ πονηρῶν γ᾽.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ὦ μακάριε τῆς τύχης,
οἷον πέπονθας ἀγαθὸν εἰς τὰ πράγματα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀλλ᾽, ὦ ἀγάθ᾽, οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι,
πλὴν γραμμάτων, καὶ ταῦτα μέντοι κακὰ κακῶς.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

τουτί σε μόνον ἔβλαψεν, ὅτι καὶ κακὰ κακῶς.
ἡ δημαγωγία γὰρ οὐ πρὸς μουσικοῦ

---

187. οἷον] ὅσον R et l. a. in schol.
190. σε μόνον] μόνον σ᾽ R (ut Vesp. 1123, vid. etiam ad Nub. 1047).

---

186. εἰ μή ... γε] = ἀλλά γε, immo [1]). Cuius generis dicendi origo clare apparet ubi praemissum est τί δέ: *quid aliud nisi ...?* [2]). Dicitur autem de rebus quae dubitationem nullam admittunt, ita ut miretur is qui interrogatur ex se quaeri quid sit rei.

— ἐκ πονηρῶν] est igitur qualem esse decet futurum reip. gubernatorem, πονηρὸς καὶ ἐκ πονηρῶν [3]). Cf. vs. 218.

187. *Quam bene habes ad summum in rep. locum capessendum!* De verbi πάσχειν usu vid. ad Nub. 234, et de voce πράγμασιν ad vs. 130.

188 sq. Vocabulum μουσική non *musicam* tantum artem, quam hodie dicimus, significat nunc [4]), sed totam institutionem primariam complectitur [5]), quatenus non ad corpus excolendum pertinet [6]) sed ad mentem; utriusque autem rei praeceptores erant κιθαρισταί [7]). Vere ἄμουσον igitur καὶ ἀγεννῆ καὶ ἀνελεύθερον se praestat botularius, qui κιθαρίζειν nesciat, γράμματα autem vix didicerit [8]).

189. μέντοι] *sane, quidem* [9]). Cognatus est particulae usus vs. 168, ubi vid.

189 sq. κακὰ κακῶς] vid. ad Nub. 554.

190. *Non id quod litteras non perdidicisti tibi officit, sed quod non omnino eas ignoras.* — Hunc iocum Eupolis triennio post aut suum fecit aut — si non de nihilo perhibebat se Aristophani Equites scribenti operam navasse [10]) — recuperavit; nam etiam Maricas Eupolideus [11]) „*nihil se ex musicis scire nisi litteras*" *confitebatur* teste Quinctiliano [12]). Quamquam suspicor memoriae errore Quinctilianum *Maricam* et *Eupolim* dixisse, cum simillimae fabulae poeta et persona *Aristophanes* et *Isiciarius* fuissent commemorandi; nam alioqui vix poterat fieri quin etiam locum Aristophaneum afferret inter testimonia veterum, quibus demonstrabat grammaticam ac musicam quondam fuisse iunctas.

191 sq. οὐ πρὸς μουσικοῦ | ἔτ᾽ ἐστὶν ἀν-

---

[1]) Item Av. 1681 Lys. 943 Thesm. 898 (fr. 645?) Plat. Protag. 310*b*. — [2]) Xen. Oecon. IX § 1 et 18, vid. etiam Cyrop. I 4 § 13 etc. — [3]) Ran. 731, vid. etiam ad Ran. 179. — [4]) Item Ran. 729. — [5]) τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν (schol.). — [6]) Hoc enim est τοῦ παιδοτρίβου et artis γυμναστικῆς. — [7]) Vs. 992 Nub. 964; vid. Quinctil. I 10 § 17 et cf. Plat. Criton. 50*d* Lach. 188*d*. — [8]) Vid. infra vs. 1238 et Vesp. 959 sq. — [9]) *En dan nog maar.* — [10]) Vid. Prolegomena. — [11]) De quo vid. ad Nub. 553. — [12]) I 10 § 18.

ἔτ' ἐστὶν ἀνδρὸς οὐδὲ χρηστοῦ τοὺς τρόπους,
ἀλλ' εἰς ἀμαθῆ καὶ βδελυρόν. ἀλλὰ μὴ παρῇς
ἅ σοι διδόασ' ἐν τοῖς λογίοισιν οἱ θεοί.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

πῶς δῆτά φησ' ὁ χρησμός;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

εὖ, νὴ τοὺς θεούς,
καὶ ποικίλως πως καὶ σοφῶς ᾐνιγμένος·
(Recitans e volumine:)
„ἀλλ' ὁπόταν μάρψῃ βυρσαίετος ἀγκυλοχήλης

---

193. Apte haec non decurrere nisi accedat verbum ἥκειν (vid. Plut. 919 Thuc. II 37 Herodot. VI 57 Eur. Or. 491) viderunt Meineke alii, sed probabilis coniectura non est proposita; prorsus autem dissimilis est brachylogia Ran. 1279 et aliis locis eiusmodi. Equidem frustra et alia tentavi et ἀλλ' εἰ γὰρ ἀμαθὴς καὶ βδελυρός τις, μὴ παρῇς. Itaque nisi intercidit versus, quod vix credo, negligentius haec scripsisse poetam statuendum videtur. Cf. vs. 202.

195. δῆτά] δή; τί Meineke.

196. σοφῶς R] σαφῶς V et plerique non recte, nam ἀσαφῆ potius dicenda sunt τὰ ᾐνιγμένα (cf. Soph. Oed. R. 439). Eadem lectionis est varietas Ach. 401. || ᾐνιγμένος] -να Meineke probabiliter.

197. ἀγκυλοχήλης] -χείλης V R et plerique, item vs. 204. Quae apud Homerum quidem (*Π* 428 = *χ* 302) vera videtur esse forma, *curvirostrum* igitur significans; sed Batrachomachiae poeta, qui cancros dixit ἀγκυλοχήλας vs. 296, eorum *crura* hoc epitheto pinxit, et nostrum idem voluisse clare docent vs. 205 et Av. 1180; vid. commentarius.

δρὸς] *non convenit viro cultiori*, proprie: *non est quod ab eo expectari possit* [1]). Idem fere significat οὐ κατὰ cum accusativo; praeterea vid. infra vs. 202.

193. εἰς ἀμαθῆ καὶ βδελυρόν] haec si sana sunt [2]), collato vs. 202 vertatur *ad stultum impurumque hominem pertinet.*

196. ποικίλως] *versute, callide, ornate* [3]). Oppositum huic adiectivo est τὸ ἁπλοῦν [4]).

197 sq. Aquila serpentem tenens inter deorum portenta saepissime commemoratur inde ab aevo homerico [5]); solet autem ex huiusmodi proeliis victor evadere Iovis ales. At vultur lorarius, qui hominesque deosque nimis diu impune lacessivit, ubi serpentem illum sanguinis avidum arripuerit, eundem eventum habebit illa pugna quem olim habuit aquilae Argivae in draconem Thebanum irruentis impetus [6]).

197. ἀλλ' ὁπόταν] frequens hoc, ut epicum αὐτὰρ ἐπεί, erat vaticiniorum

---

[1]) Praepositionis idem est usus Vesp. 369, 1014 Thesm. 177 Ran. 534, 540 Plut. 355 Xen. Mem. II 3 § 15 etc. — [2]) Vid. annot. crit. — [3]) Ut hoc loco, sic vs. 459, 686, 758 Thesm. 438 Soph. Phil. 130 Hesiod. Theog. 511, 521 Herodot. VII 111 Xen. Memor. II 3 § 10 etc. transfertur hoc adiectivum. — [4]) Vid. e. g. Plat. Conv. 182 *a, b*. — [5]) Vid. ad Vesp. 16. — [6]) Soph. Ant. 112—126.

„γαμφηλῇσι δράκοντα κοάλεμον αἱματοπώτην,
„δὴ τότε Παφλαγόνων μὲν ἀπόλλυται ἡ σκοροδάλμη,
„κοιλιοπώλησιν δὲ θεὸς μέγα κῦδος ὀπάζει,
„αἴ κεν μὴ πωλεῖν ἀλλᾶντας μᾶλλον ἕλωνται.“

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

πῶς οὖν πρὸς ἐμὲ ταῦτ' ἐστίν; ἀναδίδασκέ με.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

„βυρσαίετος“ μὲν ὁ Παφλαγών ἐσθ' οὑτοσί.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τί δ' „ἀγκυλοχήλης“ ἐστίν;

201. κεν] κα R. || μᾶλλον] om. R.
202. με] om. R.

exordium [1]). Excipitur autem gravissimo illo *δὴ τότε* vs. 199 Av. 985 etc.

— *βυρσαίετος*] comicum hoc nomen sono revocat vitae communis voces *γυπάετον ἁλιάετον* et monstrum fabulosum *γρυπάετον* [2]).

— *ἀγκυλοχήλης*] epico hoc epitheto [3]) pingitur nunc fur et praedator aerarii, qui *strictis unguibus* [4]) undique praedam sibi corripit [5]).

198. *γαμφηλῇσι*] *rostro*. Apud Homerum leonis equique maxillae sic vocantur [6]), apud Euripidem [7]) vero rostrum avium, ut nostro loco.

— *κοάλεμον*] vox ignotae originis redit vs. 221. Cimonis avum cognominem *κοάλεμον* dictum esse propter stultitiam Plutarchus scribit [8]), Hipponicum eo epitheto designavit Aeschines in dialogo Aspasia [9]). Daemonis autem alicuius nomen proprium fuisse ex illis locis efficitur.

199. *δὴ τότε*] cf. vs. 197.

— *ἀπόλλυται*] de praesentis temporis usu vid. ad vs. 127.

— *σκοροδάλμη*] *muria alliata* [10]). Sed in oraculi verbis *ποικίλως ᾐνιγμένοις* non *allii* odor significatur sed multo etiam tetrior ille, quem demagogus a putribus suis coriis recens in senatum inque populi concionem afferre solebat — si comicis credimus.

200. *κοιλιοπώλησιν*] de voce *κοιλίᾳ* vid. supra ad vs. 160 et ad Nub. 409.

202. *πρὸς ἐμὲ . . . ἐστιν*] *ad me pertinet*. Item Apollodor. fr. 4 *πρὸς ἐμὲ γάρ ἐστι τοῦτ', ἐκεῖνο δ' οὔ*, Diphil. fr. 17 *τί δαὶ | τοῦτ' ἔστι πρὸς σὲ τὸν μάγειρον;* Phoenicid. fr. 4^3 *ἀπέτυχον· οὐδὲν πρὸς ἐμέ. καταλῦσαι ἐθέλω*, Straton. fr. 1^{28} *ἀλλὰ τί πρὸς ἡμᾶς τοῦτο;* et latinum *quid, nihil ad me*. Cf. etiam Nub. 1188 *τουτὶ . . . οὐδὲν . . . πρὸς ἕνην τε καὶ νέαν* [11]).

204. *τί — ἐστιν;*] *quid — significat?* De voce *ἀγκυλοχήλει* vid. ad vs. 197.

[1]) Vid. Bacidis oracula Herodot. VIII 77 Pausan. IX 17 § 5, Pythiae Herodot. III 57 VI 77 et noster Av. 967 Lys. 770. Praeterea cf. recentiorum temporum oracula 151, 166, 169 apud Hendessium; vid. etiam Lucian. XLIV § 31. — [2]) Ran. 929. — [3]) Vid. annot. crit. — [4]) *τοὺς ὄνυχας ἠγκυλωμένος*, ut est Av. 1180. — [5]) Cf. vs. 205. — [6]) *N* 200 *Π* 489 *Τ* 394. — [7]) Ion. 159, 1495. — [8]) Plut. Cim. 4. — [9]) Athen. 220 *b*. — [10]) Vs. 1095 Eccl. 292 Cratin. fr. 143. Cf. *γάρον* Platon. fr. 198, *garum* Martial. VII 94. — [11]) Praeterea vid. supra ad vs. 191 sq. et infra ad vs. 1022.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

αὐτό που λέγει,
ὅτι ἀγκύλαις ταῖς χερσὶν ἁρπάζων φέρει.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὁ „δράκων“ δὲ πρὸς τί;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

τοῦτο περιφανέστατον.
ὁ δράκων γάρ ἐστι μακρὸν ὅ τ' ἀλλᾶς αὖ μακρόν·
εἶθ' αἱματοπώτης ἔσθ' ὅ τ' ἀλλᾶς χὠ δράκων.
τὸν οὖν δράκοντά φησι τὸν βυρσαίετον
ἤδη κρατήσειν, „αἴ κε μὴ θαλφθῇ λόγοις.“

---

204. *αὐτό*] *τοῦτο* vVelsen non recte, sic enim languet *που*. Vid. commentarius.
207. *ὅ τ' ἀλλᾶς* Dawes] *ἀλλᾶς* (*ἀλλάς*) *τ'* codd.
209. *τὸν βυρσαίετον*] *τοῦ -έτου* Bentley, fortasse recte; vid. commentarius.
210. *ἤδη*] *κύδει* Göttling sine causa; vid. commentarius. || *αἴ κε*] *αἴ κα* Meineke ex Etym. M. 732,34 et coll. l. a. vs. 210, quo maior fiat sonorum *αἴ κα* et *αἰκά-λλειν* similitudo; sed *κα* alias non corripitur. || *θαλφθῇ*] *θελχθῇ* vdSande Bakhuyzen probabiliter, vid. tamen commentarius.

— *αὐτό που λέγει*] *καί κ' ἄλαός τοι τοῦτο διακρίνειε.* Nullum profecto interpretem hoc quidem vocabulum requirit, nam ipsum clare indicat quid significet: *uncis* nimirum *digitis* eum rapinas suas auferre [1].

206. *πρὸς τί;*] *quorsum? quid sibi vult?* Item Pac. 45 [2]; vid. etiam vs. 219 *πρὸς πολιτείαν* et Nub. 176, 648 *πρὸς τἄλφιτα.*

207 sq. Si quis comicum nimium nunc putet in aetatis suae superstitione ridenda, inspiciat v. c. quae Xenophon de ominibus divinitus sibi missis refert [3].

207. Cf. Thesm. 775 *ξύλον γέ τοι καὶ ταῦτα καὶ ἐκεῖν' ἦν ξύλον.* Neutri autem idem usus est infra vs. 1074.

208. *αἱματοπώτης*] *ἀλλᾶς* enim est quae *χορδὴ αἱματῖτις* dicitur in Sophili fr. 5. Non *ἐπὶ νῶτα* tantum *δάφοινος* est terribilis hicce *δράκων* neque mala gramina tantum pastus, sed totus est sanguineus, merum combibit cruorem.

209. Subiecti accusativus praeter morem nunc antecedit accusativum obiecti [4]. Obscuritas tamen insolito huic verborum ordini non inest, quoniam inde a vs. 197 sqq. scimus qui pugnae eventus fato sit praestitutus.

210. *ἤδη*] *nunc*, nam alluxit iam dies felicissimus, quem oraculi illud *δὴ τότε* (vs. 199) portendebat.

— *αἴ κε μὴ θαλφθῇ λόγοις*] *nisi verba dari sibi sinat.* Poetica dictione ipse Demosthenes nunc utitur, *θάλπειν* autem *deleniendi* vel *exhilarandi* sensu usurpat [5]. Simillimus est verbi *ἰαίνειν* in

---

[1]) Vid. ad Ran. 1261. — [2]) Et fr. 405? — [3]) Anab. III 1 § 12 VI 1 § 23. — [4]) Vid. ad Vesp. 429. — [5]) Ut Bacchylides fr. 46 Ken., ubi *somnus θάλπειν κέαρ*, et fr. 56, ubi *vinum θυμὸν θάλπειν* dicitur, neque longe discedit Soph. Ai. 478: *κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεσθαι.*

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τὰ μὲν λόγι' αἰκάλλει με· θαυμάζω δ' ὅπως
τὸν δῆμον οἷός τ' ἐπιτροπεύειν εἴμ' ἐγώ.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

φαυλότατον ἔργον· ταῦθ' ἅπερ ποιεῖς ποίει·
τάραττε καὶ χόρδευ' ὁμοῦ τὰ πράγματα
ἅπαντα, καὶ τὸν δῆμον ἀεὶ προσποιοῦ,

211. In scholiis commemoratur stulta lectio τὰ μὲν λόγια καλεῖ με (ἀντὶ τοῦ κινεῖ, προτρέπεται).

212. ἐπιτροπεύειν εἴμ' R] εἴμ' ἐπιτροπεύειν V et plerique.

213. ταῦθ'] ταὔθ' Lenting (cf. Vesp. 621 et 767), sed ferri hoc nequit nisi pro ποιεῖς legatur πάλαι vel ἀεί vel eiusmodi quid; quod necessarium non videtur.

215. Om. R (in fine paginae), post vs. 216 collocat Reifferscheid; unum versum post 215 intercidisse putat Ribbeck (προσποιοῦ interpretatus *simula* . . .).

recentioribus carminum Homericorum partibus usus [1]); praeterea cf. epicum θέλγειν ϝέπεσσι [2]).

211. αἰκάλλει] vid. ad vs. 48.

212. ἐπιτροπεύειν] item vs. 426, 949.

213-215. *Res est facillima; satis enim erit si secundum artis tuae praecepta fartum facias e rebus publicis et populum verbulis edulces.* — Artis coquinariae vocibus ταράττειν χορδεύειν ὑπογλυκαίνειν festive nunc adiunguntur vitae publicae verba τὰ πράγματα et προσποιεῖσθαι τὸν δῆμον.

213. ἅπερ ποιεῖς] cf. Ach. 560 Lys. 210.

214. Ex Euripidis Heraclidis desumtum esse hunc versum dicit scholion. Quod num recte sit traditum non est cur dubitemus [3]); nam nunc quidem in illa fabula non legitur, sed quidni olim fuerit lectus in parte quae post vs. 629 periit. Nonnihil tamen mutavit noster in afferendis verbis tragici, a quo χορδεύειν verbum omnino est alienum.

— χόρδευε] *minutatim disseca*, χόρδευμα [4]) sive περικόμματα [5]) e rebus bonisque publicis tibi effice. Cf. angl. *to make a mess of* . . ., gall. *faire un gachis de* . . ., et vid. Strepsiadis verba ἐκ μου χορδὴν τοῖς φροντισταῖς παραθέντων [6]). Revera olim ἑαυτὸν κατεχόρδευσεν in carcere Cleomenes rex Lacedaemoniorum vesania correptus [7]); cf. etiam Herodot. III 13 de nefaria Aegyptiorum crudelitate, qui Cambysis legatos κρεουργηδὸν διέσπασαν, et κατακρεουργεῖσθαι de milite plurimis ictibus confosso dictum Herodot. VII 181.

214 sq. ὁμοῦ . . . ἅπαντα] *omnia turbans atque permiscens*, ita ut civitas bene ordinata redigatur in molem indiscretam. Cf. Soph. Electr. 715 ὁμοῦ . . . πάντες ἀναμεμιγμένοι, Anaxagoreum illud de mundi origine: ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν [8]).

215. τὸν δῆμον . . . προσποιοῦ] *plebem tibi concilia* [9]), *tuam fac* [10]), ἀναλάμβανε [11]). — Comicum simul nunc spectatoribus in

---

[1]) E. g. Ψ 598. — [2]) α 57 etc., vid. etiam Soph. Trach. 355. — [3]) Ad versum 210 scholii verba pertinere suspicatus est vdSande Bakhuyzen, vix tamen probabiliter, cum tragicorum non sit αἴ κε. — [4]) Vs. 315. — [5]) Vs. 372. — [6]) Nub. 455 quaeque ad illum versum annotavi. — [7]) Vid. Herodot. VI 75 et de eo loco Longin. de Sublim. § 31. — [8]) Anaxag. fr. 1 Plat. Phaedon. 72*c* etc.; vid. etiam ad vs. 245. — [9]) Verbo etiam Herodotus I 6 V 71 VI 66 Xenophon de Redit. VI § 3 sic utuntur. — [10]) Terent. Adelph. V 6, 10 Ovid. Art. Amat. II 259. — [11]) Vs. 682.

ὑπογλυκαίνων ῥηματίοις μαγειρικῶς.
τὰ δ' ἄλλα σοι πρόσεστι δημαγωγικά,
φωνὴ μιαρά, γέγονας κακῶς, ἀγοραῖος εἶ·
ἔχεις ἅπαντα πρὸς πολιτείαν ἃ δεῖ,
χρησμοί τε συμβαίνουσι καὶ τὸ Πυθικόν.
ἀλλὰ στεφανοῦ καὶ σπένδε τῷ Κοαλέμῳ·
χὤπως ἀμυνεῖ τὸν ἄνδρα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ τίς ξύμμαχος
γενήσεταί μοι; καὶ γὰρ οἵ τε πλούσιοι

---

216. *μαγειρικῶς* Lenting] *-κοῖς* codd. absurde.
219. Del. Bergk; mihi necessarius videtur.
220. Verba mihi obscura (vid. commentarius). Dubitanter propono **χρόνοι* (ρ/χ) *τε συμβαίνουσι κατὰ* (κ') *τὸ Πυθικόν, et tempora conveniunt secundum oraculum Delphicum*: nempe post coriarium isiciarium venturum praedixit deus. ‖ *τε*] *δὲ* Blaydes.

---

mentem revocare voluisse vocem culinariam *δημὸν* sive *adipem* vix crediderim, licet infra vs. 954 et Vesp. 40 verborum hic lusus inveniatur; certe verba *τὸν δῆμον* (*δημὸν*) *προσποιεῖσθαι* verti *adipem adice*, ut iussit Casaubonus, neque linguae indoles sinit neque contextus.

216. *ὑπογλυκαίνων ῥηματίοις*] id quod *δημίζων ἀεί* dicitur Vesp. 699; qualia autem velit verbula apparet coll. Vesp. 593 et 666-668. De voce *ῥηματίοις* vid. praeterea ad Nub. 943 et cum verbo *ὑπογλυκαίνειν* cf. Socratica illa comparatio *τῆς ῥητορικῆς* cum *ὀψοποιίᾳ* [1]), quae *τῷ ἀεὶ ἡδίστῳ θηρεύεται τὴν ἄνοιαν καὶ ἐξαπατᾷ* [2]). Etiam verbum *καρυκοποιεῖν* vs. 343 huc pertinere non credo.

— *μαγειρικῶς*] *secundum artis tuae praecepta* [3]).

217. Simillima sunt parasiti verba apud Nicolaum [4]), qui nostrum locum fortasse imitatur: *πάντα γὰρ πρόσεστί μοι | ὅσαπερ ἔχειν τὸν τἀλλότρια δειπνοῦντα δεῖ, | λιμός, ἀπόνοια, τόλμα, γαστριμαργία.* — De verbo *πρόσεστι* (*proprium est*) vid. praeterea ad Nub. 588 [5]).

218. *φωνὴ μιαρά*] *vox improba* [6]). De Cleonis voce vid. supra vs. 137.

— *γέγονας κακῶς*] = *ἐκ πονηρῶν εἶ* vs. 186.

— *ἀγοραῖος εἶ*] vid. vs. 181 et ad Nub. 991.

219. *πρὸς*] vid. ad vs. 206.

220. *χρησμοὶ . . . καὶ τὸ Πυθικόν*] hendiadyn haec efficiunt [7]) — si sana sunt. Nam quominus discrimen aliquod nunc statuamus [8]) multa prohibent, immo aut nihil significat *τὸ Πυθικὸν* aut *χρησμόν τινα* [9]).

221. *στεφανοῦ*] vid. ad Vesp. 861.

— *Κοαλέμῳ*] cf. vs. 198.

222. *ὅπως*] vid. ad Nub. 489.

---

[1]) Plat. Gorg. 462*d* sqq. — [2]) 464*d*. — [3]) Cf. vs. 376 Ach. 1015 Pac. 1017. — [4]) Fr. 1^{41} sqq. — [5]) Idem valet *ὑπάρχει* Thesm. 851, 1013 Eccl. 114 Xen. Conv. VIII 40. — [6]) *Gemeen.* — [7]) Vid. ad vs. 803. — [8]) Ad Thucydidis II 8 § 2 exemplum, qui *λόγια* (*praesagia vatum*) et *χρησμούς* (*deorum oracula*) distinguit. — [9]) Vid. vs. 1229 Soph. Oed. R. 242 et annot. critica.

δεδίασιν αὐτὸν ὅ τε πένης βδύλλει λεώς.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

ἀλλ' εἰσὶν ἱππῆς ἄνδρες ἀγαθοὶ χίλιοι
μισοῦντες αὐτόν, οἳ βοηθήσουσί σοι,
καὶ τῶν πολιτῶν οἱ καλοί τε καὶ ἀγαθοί,
καὶ τῶν θεατῶν ὅστις ἐστὶ δεξιός,
καὶ ἐγὼ μετ' αὐτῶν, χὠ θεὸς ξυλλήψεται.
καὶ μὴ δέδιθ'· οὐ γάρ ἐστιν ἐξῃκασμένος.

227 sq. Del. vBamberg.

224. βδύλλει] perperam cum verbo βδελύττεσθαι componitur in scholiis, est enim deminutivum verbi βδεῖν [1]), cui similia sunt ἐξαπατύλλειν [2]), ὀγκύλλεσθαι [3]), ἡβυλλιᾶν [4]); vid. etiam βρύλλειν [5]) et ad Ran. 92. *Vehementer reformidare* nunc significat [6]), ut ἐγκεχοδέναι Vesp. 627. Verbum redit Lys. 354, composito autem ὑποβδύλλειν utitur Lucianus [7]); cf. φρίττειν [8]), ἐρριγέναι [9]), βδελύττεσθαι [10]), ὑπερπυππάζειν [11]), *pallere* [12]) cum accusativo, et quae minus sunt notabilia: γεγηθέναι [13]), ἄχθεσθαι [14]) etc.

226. Equites e familiis nobilibus oriundos odisse Cleonem facile intellegimus, sed peculiarem praeterea intercessisse causam odii, nempe Cleonem, cum ipse esset eques, a sodalibus contumeliose esse habitum, — utpote hominem novum, — postea autem rerum potitum desertionis eos insimulasse, quo veterem ulcisceretur iniuriam, perhibebat Theopompus, cuius verba e decimo Philippicorum libro affert scholion: „προπηλακισθεὶς ὑπὸ τῶν ἱππέων καὶ παροξυνθεὶς Κλέων ... ἐπετέθη τῇ πολιτείᾳ, καὶ διετέλεσεν εἰς αὐτοὺς κακὰ μηχανώμενος· κατηγόρησε γὰρ αὐτῶν ὡς λιποστρατούντων". Quae fortasse crederem, nisi in scholiis ad Ach. 6 eiusdem Theopompi auctoritate fultas viderem nugas insulsas de Cleone ab equitibus rapinarum insimulato vel nescio quomodo spoliato [15]). Itaque haud vana videtur suspicio, etiam in verbis Theopompi, ut Acharnensium fabulae l. l., echo quandam percipi fabulae Babyloniorum.

228. δεξιός] vid. ad Vesp. 1265.

229. ὁ θεὸς ξυλλήψεται] manifeste respicitur Apollinis responsum Lacedaemoniis bellum Peloponnesiacum molientibus datum: κατὰ κράτος πολεμοῦσι νίκην ἔσεσθαι καὶ αὐτὸς ξυλλήψεσθαι ⟨καὶ παρακαλούμενος καὶ ἄκλητος⟩ [16]). — Paphlagone pulso flectentur superi [17]).

230-234. Primus ni fallor hunc locum recte interpretatus est Naber, statuens revera ad vitam quam accuratissime expressum fuisse vultum Cleonis, ingentes igitur cachinnos excitasse Paphlagonem in scenam prodeuntem, cum ne lippos quidem posset fugere quemnam illa larva referret, etiamsi hactenus non suboluisset. Itaque iocose nunc metum

[1]) Ach. 256 etc. — [2]) Vs. 1144. — [3]) Pac. 465. — [4]) Ran. 516. — [5]) Eq. 1126. — [6]) Recte igitur Hesychius βδύλλειν· δεδιέναι, τρέμειν. — [7]) XXXIV § 10. — [8]) Soph. Ant. 997. — [9]) Apud Homerum saepius. — [10]) Ach. 586 Eq. 252. — [11]) Eq. 680. — [12]) Pers. I 124. — [13]) Cratin. fr. 158. — [14]) Eupol. fr. 43. — [15]) De quo loco vid. quae observavi in Prolegomenis. — [16]) Thuc. I 118 § 3, 123 § 1 II 54 § 4. — [17]) Verbum ξυλλαμβάνειν de diis hominum suscepta promoventibus usurpatum reperitur etiam Eur. fr. 435 Menandr. 572, cf. συνάπτεσθαι Aesch. Pers. 742.

ὑπὸ τοῦ δέους γὰρ αὐτὸν οὐδεὶς ἤθελε
τῶν σκευοποιῶν εἰκάσαι. πάντως γε μὴν
γνωσθήσεται· τὸ γὰρ θέατρον δεξιόν.

(Egreditur Paphlago.)

οἴμοι κακοδαίμων, ὁ Παφλαγὼν ἐξέρχεται.

SCENA SEXTA.

Eidem, Paphlago.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οὔ τοι, μὰ τοὺς δώδεκα θεούς, χαιρήσετον,
ὁτιὴ ἐπὶ τῷ δήμῳ ξυνόμνυτον πάλαι.

(Poculum cernens quo Demosthenes modo usus est:)

τουτὶ τί δρᾷ τὸ Χαλκιδικὸν ποτήριον;

---

231. *αὐτὸν οὐδεὶς*] *οὐδεὶς αὐτὸν* R invito metro.

234. Demostheni continuavit Beer, in codd. est Niciae; Isiciario dabat CFHermann.

235. *ΠΑΦΛΑΓΩΝ* scribi iussit Dindorf; vid. quae ad personarum indicem annotavi pag. 1 not. 1. In codd. h. l. et per ceteram fabulam dicitur *Κλέων*.

236. *ξυνόμνυτον* R] *ξυνώμνυτον* V et fere omnes; cf. vs. 478.

---

nescio quem *τῶν σκευοποιῶν* fingit noster [1]), facete autem admodum Demosthenes postquam dixit *noli timere*, ipse omnium primus terrore percellitur Paphlagone adventante. — Perperam loco nostro abusi sunt vetusti interpretes ad illustrandum Vesp. 1021.

231. *ὑπὸ τοῦ δέους*] vid. ad Nub. 835.

232. *πάντως*] vid. ad Ran. 263.

234. Simillima sunt satyrorum in Euripidis Cyclope verba [2]): *οἴμοι, Κύκλωψ ὅδ' ἔρχεται· τί δράσομεν;*

235. *οὔ τοι ... χαιρήσετον*] cf. vs. 828. — *τοὺς δώδεκα θεούς*] etiam Av. 95 hic numerus magna cum gravitate commemoratur.

237. *τί δρᾷ*] cf. Eur. Ion. 1014: *ὁ δεύτερος δ' ἀριθμὸς ὃν λέγεις τί δρᾷ;* [3]).

— *Χαλκιδικὸν*] non e servorum supellectile sed e coena herili hoc poculum modo sumsisse est censendus, quod *argenteum* fuisse efficit Kock ex inscriptionibus [4]). Verum autem sycophantam inde a primis verbis se praestat Paphlago; nam Chalcidica pocula licet Chalcide ex urbe *Euboica* habeant originem, nomen illud ad *Thraciae* regionem *τὴν Χαλκιδικὴν* refert, quae et illo tempore omnium in ore erat et frequentius etiam fuit annis sequentibus. Paucis enim mensibus post Equitum fabulam scenae commissam Brasidas oram Thraciae invasit. Itaque *τῶν τὰ ἐπὶ Θρᾴκης προδιδόντων* [5]) esse Demosthenem Paphlago suspicatur adspecto poculo Chalcidico, quemadmodum Nicarchus ille in Acharnensibus [6]) ellychnia cernens Boeoticam aliquam fraudem odoratur.

---

[1]) Cf. *μηχανοποιοῦ* mentio Pac. 174 et vid. ad Nub. 326. — [2]) Vs. 193. — [3]) Item nos: *wat doet die* (*dat*) ... *daar?* — [4]) CIG. 138^{10} et alibi. — [5]) Vid. Prolegom. Vesp. p. XXXII 1. — [6]) Ach. 916 sqq.

οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ Χαλκιδέας ἀφίστατον.* — * zum Abfall bewegen
ἀπολεῖσθον, ἀποθανεῖσθον, ὦ μιαρωτάτω.
(Recedit Isiciarius.)

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

οὗτος, τί φεύγεις; οὐ μενεῖς; ὦ γεννάδα
ἀλλαντοπῶλα, μὴ προδῷς τὰ πράγματα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἄνδρες ἱππῆς, παραγένεσθε! νῦν ὁ καιρός. ὦ Σίμων,
ὦ Παναίτι', οὐκ ἐλᾶτε πρὸς τὸ δεξιὸν κέρας;* — * dextrorsum

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

ἄνδρες ἐγγύς· ἀλλ' ἀμύνου καὶ ἐπαναστρέφου πάλιν.

---

238. ἔσθ' R] ἔστιν V et fere omnes; vid. ad Nub. 214.
239. ἀποθανεῖσθον] ἀπολεῖσθον R, hinc ἐξαπολεῖσθον Meineke (coll. Nub. 1136).
240 sq. Olim in libris quibusdam defuisse dicit scholion.
242 sq. Isiciario tribuit R, in ceteris continuantur Demostheni.
242ᵇ sq. Post scenam haec a choro (coryphaeo) pronunciata esse putabat Kähler, id quod et ego aliquando mihi persuasi; sed abieci hanc opinionem a Zachero admonitus. Quam si quis tueri tamen velit, statuat necesse est Simonem et Panaetium non hipparchos fuisse, — quibus iussa dare quis poterat? — sed phylarchos vel turmarum duces nescio quos.
243. ὦ] καὶ Dindorf (cf. Av. 656 Eccl. 867).
244. ἄνδρες] ἄνδρες codd.

---

240. Non metu perculsus recedit isiciarius, quod putat Paphlago, sed ut equites arcessat, quos in vicinia versari modo audivit.

— οὗτος] vid. ad Vesp. 1.

— ὦ γεννάδα] vid. ad Ran. 179.

241. τὰ πράγματα] *remp.*; vid. ad vs. 130.

242 sq. *Simonem* et *Panaetium* hoc anno hipparchos fuisse hinc apparet [1]). *Simon* autem si idem est de quo in Nubibus et alibi turpissima quaevis praedicantur [2]), brevi post Equites actas scelus aliquod commisisse statuendus est. Sed fortasse homonymus aliquis vir nunc commemoratur. Nostrum vero Simonem esse illum, quem de re equestri scripsisse apparet e Xenophonte [3]), satis certum videtur.

243. οὐκ ἐλᾶτε πρὸς τὸ δεξιὸν κέρας] *quin agmine facto dextrorsum vos convertitis ut huc festinetis?* [4]). — Quoniam per parodum, quae spectatoribus a manu dextra est, more solito orchestram intrant equites, qui in vicinia excubuisse finguntur, dextrorsum convertere se debuerunt eorum turmae, ut iusto agmine equos in theatrum possent adigere. Itaque qui a dextro cornu steterunt iam ducunt agmen, qui a sinistro, cogunt [5]).

244. ἐπαναστρέφου] cf. Ran. 1102.

---

[1]) Sic recte schol. — [2]) Vid. ad Nub. 351. — [3]) De Eq. 1 § 3, 11 § 6. — [4]) De voce ἐλᾶτε vid. Nub. 1298 et infra vs. 603. — [5]) Alienus hinc est Av. 353.

ὁ κονιορτὸς δῆλος αὐτῶν ὡς ὁμοῦ προσκειμένων.
ἀλλ' ἀμύνου καὶ δίωκε καὶ τροπὴν αὐτοῦ ποιοῦ.

(Reversus Isiciarius coniunctim cum Demosthene Paphlagonem adoritur dum orchestram intrat chorus.)

PARODUS CHORI.

(vs. 247—332.)

(Chorus e viginti quatuor equitibus compositus orchestram per aditum dextrum intrat in duas turmas divisus.)

SCENA SEPTIMA.

Eidem, Chorus.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ (*Simon*)

priorem chori partem ducens.

(ad Isiciarium:)

παῖε παῖε τὸν πανοῦργον καὶ ταραξιππόστρατον
καὶ τελώνην καὶ φάραγγα καὶ Χάρυβδιν ἁρπαγῆς

---

245. Isiciario an sit dandus dubito.

248. φάραγγα] φάλαγγα V (quod tuetur Zielinski, *araneam venenosam* interpretatus), φάρυγγα Suidas s. v. παίει (at φάρῦγα Attica est forma).

---

245. ὡς ὁμοῦ προσκειμένων] *ut proxime instantium*. Adverbium ὁμοῦ nunc idem fere valet quod ἐγγύς, sed fortius est, nam proprie de iis qui se contingunt dicitur [1]; cf. verba in re militari praesertim usitatissima ὁμοῦ γίγνεσθαι [2] et ὁμόσε ἰέναι epicumque ὅμαδος. Verbum πρόσκεισθαι (τινι) passim ita usurpatur [3]; idem Av. 1018 ἐγγὺς ἐπίκεισθαι dicitur, item infra vs. 252, ubi vid.

247. Cf. Ach. 282.

— ταραξιππόστρατον] cf. adi. ταραξικάρδιος [4]) et Neptuni epitheton ταράξιππος [5]), et de verbo ταράττειν vid. ad vs. 251.

248. τελώνην] cf. vs. 307 et Xenonis comici de Oropiis versiculus: πάντες τελῶναι, πάντες εἰσὶν ἅρπαγες.

— φάραγγα καὶ Χάρυβδιν] *gurgitem et voraginem*. Sic apud Horatium [6]) homo, qui „quicquid quaesierat ventri donabat avaro", dicitur *barathrum macelli*. Vox φάραγξ de montium praeruptis usurpatur [7]), Χάρυβδις [8]) autem ἁρπαγῆς est imago cuivis perspicua cui notus est Homerus, et saepius iambographis et comicis adhibita. Sic hominem gulosum ποντοχάρυβδιν dixit Hipponax [9]) eiusque exemplum secutus Cratinus [10]) γαστροχάρυβδιν, muliercula temulenta a nescio quo μεθυσοχάρυβδις vocata est [11]) et ipsam Charybdim aviditate vincere

---

[1]) Vid. ad vs. 214 sq. Etiam Pac. 513 fr. 542 Soph. Ant. 1180 etc. sic est usurpatum. — [2]) Etiam Thesm. 572. — [3]) Vs. 761 Vesp. 142 Eur. Iph. Taur. 325 Herodot. IX 57, 61 Thuc. IV 33 § 2, 125 § 3, 127 § 1 Xen. Hell. IV 6 § 8 etc. — [4]) Ach. 315. — [5]) Pausan. VI 20 § 18. — [6]) Epist. I 15, 31. — [7]) *Schlucht*; vid. Aesch. Prom. 15 Eur. Cycl. 668 etc., Eubul. fr. 75^{11}. — [8]) *Schlund*. — [9]) Fr. 85. — [10]) Fr. 397. — [11]) Com. adesp. fr. 1077.

καὶ πανοῦργον καὶ πανοῦργον· πολλάκις γὰρ αὔτ' ἐρῶ,
καὶ γὰρ οὗτος ἦν πανοῦργος πολλάκις τῆς ἡμέρας.
ἀλλὰ παῖε καὶ δίωκε καὶ τάραττε καὶ κύκα
καὶ βδελύττου, καὶ γὰρ ἡμεῖς καὶ ἐπικείμενος βόα.
εὐλαβοῦ δὲ μὴ ἐκφύγῃ σε· καὶ γὰρ οἶδε τὰς ὁδοὺς
ἅσπερ Εὐκράτης ἔφευγεν, — εὐθὺ τῶν κυρηβίων.

---

250. τῆς ἡμέρας] χῶσημέραι Zacher infeliciter.
254. ἔφευγεν Suidas s. v. εὐλαβοῦ et τὰς ὁδοὺς οἶδεν] ἔφυγεν codd.; Blaydes ποτ' ἔφυγεν (malim certe τότ' ἔφυγεν, ut de nota aliqua re fiat sermo; sed vid. commentarius).

---

dicitur meretrix apud Anaxilaum [1]), verbum autem ἐκχαρυβδίσαι festive inde ductum vitae communis voci ἐκπιεῖν aliquando substituit Pherecrates [2]). Ioculari scilicet musae propria est huiuscemodi cavilla; oratores vero Cicero admonet [3]) ne longius ducta comparatione *syrtim patrimonii* dicant vel *charybdim bonorum*, praestare enim *patrimonii scopulum* et *bonorum voraginem*. Quamquam et ipse, cum Antonius bona Pompei sub hasta venumdata coemisset, — vel, ut ipse Cicero dicit, „in Magni copias se subito ingurgitasset", — *quae Charybdis tam vorax!* declamitavit [4]).

249. Verborum hac repetitione animus commotus apud tragicos non raro significatur [5]).

251. τάραττε καὶ κύκα] certam quandam societatem haec verba inierunt, saepius enim sic iuncta inveniuntur [6]). Quamquam etiam solum ταράττειν frequenter usurpatur [7]), item solum κυκᾶν [8]). Cum toto versu cf. Nub. 1508.

252. βδελύττου] vid. ad vs. 224 et de ipso verbo ad Ach. 586.

— ἐπικείμενος] verbi usus non rarus [9]), cf. ἔγκεισθαι [10]) et πρόσκεισθαι [11]) et frequentissimum illud ἐπιτίθεσθαι.

253 sq. *Novit enim vias salutis in quas Eucrates ille conicere se solebat* [12]), — ἐν γὰρ ἀγορᾷ καὶ οὗτος τέθραπται [13]) καὶ ἐκεῖνος ἦν τεθραμμένος. De voce ὁδοῖς vid. vs. 291, de *Eucrate* ad vs. 129, cum toto loco cf. vs. 390.

254. εὐθὺ τῶν κυρηβίων] *recta in forum*; vid. ad Nub. 162. Vocem τὰ κυρήβια *fori* nunc *partem* [14]) significare, ubi venumdabantur *furfures* [15]), vidit Bergk [16]). Verba autem ex Babyloniorum fabula [17]) ἐννεύει με φεύγειν οἴκαδε et εἰς ἄχυρα καὶ χνοῦν huc facere, Eucratem igitur in illa fabula fuisse derisum, ingeniosa Kockii est suspicio [18]).

---

1) Fr. $22^{4,18}$. — 2) Fr. 95. — 3) De Orat. III § 163. — 4) Philipp. II § 67. — 5) Vid. Aesch. Choeph. 875 sq. Eum 1014 Soph. Phil. 1019 Eur. Andr. 943 Phoen. 1337 et ad Ran. 1336. Cf. etiam Eur. Hipp. 664—666. — 6) Vs. 692 Ach. 688 Pac. 320, 654 Aesch. Prom. 994 Cratin. iun. fr. 7^3. — 7) Vs. 66 Vesp. 1285 Pac. 266 alibi, vid. etiam infra vs. 840. — 8) Vs. 363 Pac. [270] Lys. 489, 491. — 9) Vs. 266 Vesp. 1285 Av. 1018 Lys. 1142. — 10) Ach. 309. — 11) Supra vs. 245. — 12) Imperfectum obstat quominus cum Muellero Struebingio vertamus: „er hat sich ins Privatleben, in seine Mühlenwirthschaft, zurückgezogen" (Aristoph. u. die hist. kritik p. 583). — 13) Vid. vs. 293. — 14) De quo notissimo genere loquendi vid. vs. 307 et 1375 et ad Nub. 1065 Ran. 1068. — 15) Vel potius *farina*, τὰ ἄλφιτα vs. 857. — 16) Reliq. p. 355. — 17) Fr. 75 sq. — 18) Vid. ad vs. 129.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ὦ γέροντες ἡλιασταί, φράτερες τριωβόλου,
οὓς ἐγὼ βόσκω ⟨κεκραγὼς καὶ δίκαια καὶ ἄδικα⟩,
παραβοηθεῖθ', ὡς ὑπ' ἀνδρῶν τύπτομαι ξυνωμοτῶν.

ΗΓΕΜΩΝ ΤΟΥ ΗΜΙΧΟΡΙΟΥ Β (*Panaetius*).

ἐν δίκῃ γ', ἐπεὶ τὰ κοινὰ ⟨πρὶν λαχεῖν⟩... κατεσθίεις,
καὶ ἀποσυκάζεις ⟨πιέζων⟩ τοὺς ὑπευθύνους, σκοπῶν
ὅστις αὐτῶν ὠμός ἐστιν ἢ πέπων † ἢ μὴ πέπων †.

---

255. φράτερες] φράτορες codd.

259. ὑπευθύνους] ὑπηκόους vHerwerden; sed ab hac voce in designandis suis sociis caute abstinent Athenienses (cf. Pac. 639); Peloponnesiorum est ita loqui (vid. Thucyd. V 96 III 13 § 6 etc.).

260. Versus manifeste corruptus; vix enim prosunt quae ad lectionem traditam tuendam attulit Vahlen: Eur. Or. 441 Ar. Lys. 128 Aesch. Sept. 197. Si iure suspicor glossema esse μὴ πέπων ad ὠμός pertinens, iusto audacior non est coniectura *καὶ μαλθακός. In voce ὠμῷ inesse vitium aliquando putabam, *ὅστις αὐτῶν

---

255. A suis nunc sociis heliastis, quos mercede nuper aucta [1]) devinctissimos sibi habere se putat, opem petit Paphlago. Sic in Vespis [2]) heliasta ad incitas redactus Cleonem implorat. Cum locutione autem φράτερες τριωβόλου cf. Plut. 508, ubi duo senes vocantur ξυνθιασῶτα τοῦ ληρεῖν καὶ παραπαίειν.

256. βόσκω] vid. ad Nub. 331 Vesp. 313. Cleon μισθὸν πορίζων διατρέφει τὸν δῆμον [3]).

— καὶ δίκαια καὶ ἄδικα] vid. vs. 800 et ad Nub. 99.

258. Si magistratus esses, non ita grave videretur delictum, quod ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν μυστιλᾷ τῶν δημοσίων [4]), nam tralaticium id est; sed quod privatus homo furaris, id ne ferendum quidem [5]). Praeter expectationem pro διοικεῖς similive verbo nunc dictum est κατεσθίεις. De voce ἐν δίκῃ γε vid. ad Nub. 1379.

259. ἀποσυκάζεις] verbum hoc, quod sono suo sycophantarum artes in mentem revocat spectatoribus [6]), propriam *ficos legendi* significationem obtinet Av. 1699, facili autem transitu [7]) ad *temptandi* notionem transfertur [8]).

— πιέζων] leni digitorum pressu rustici efficiunt ficus sintne plenae atque maturae an immites vel cassae. Sic Paphlago eos qui magistratum nuper deposuerunt pertemptat et explorat, missos autem facit τοὺς ὠμοὺς sive viros feroces et constantes, sed homines mites et imbelles eosdemque divites praedam suam facit atque πιέζει, ut ab ipso ἰπούμενοι amplis largitionibus salutem emant. Simili metaphora usus nescio quis puellas δρυπετεῖς sive maturiores ταῖς ὑποπαρθένοις [9]) καὶ στιφραῖς opponit [10]).

— ὑπευθύνους] vid. Ach. 938 Vesp. 102 et infra vs. 825.

---

[1]) Vid. Vesp. Prolegom. p. XV sq. — [2]) Vs. 197. — [3]) Vid. vs. 804, 905, 1019, 1078 sq. — [4]) Vs. 827. — [5]) Sic recte, ut arbitror, locum interpretatus est Zacher. — [6]) Vid. ad Nub. 880 Vesp. 145. — [7]) Quem ostendit fr. com. adesp. 766 καθάπερ ὀπωρίζοντες ἂν τοὺς Ἀττικοὺς ὀλύνθους | βλιμάζομεν. — [8]) Vid. Stratt. fr. 3. — [9]) *Demi-vierges*. — [10]) Ar. fr. 141.

264 *καὶ σκοπεῖς γε τῶν πολιτῶν ὅστις ἐστὶν ἀμνοκῶν*
265 *πλούσιος καὶ μὴ πονηρὸς καὶ τρέμων τὰ πράγματα.*
261 *κἤν τιν' αὐτῶν γνῷς ἀπράγμον' ὄντα καὶ κεχηνότα,*
262 *καταγαγὼν ἐκ Χερρονήσου, (διαλαβὼν) ἀγκυρίσας,*
263 *εἶτ' ⟨ἀποστρέψας τὸν ὦμον⟩ αὐτὸν ἐνεκολήβασας.*

πλήρης ἐστὶν εἰ πέπων ἢ μὴ πέπων coniciens, sed vid. comm.; Kock pro *μὴ πέπων* coniecit *μηδέπω* (coll. Alex. fr. 175), OSchneider *μὴ ἐκπέπων*, sed utrumque languet.

264 sq. Post vs. 260 collocavit Brunck; post vs. 258 collocabat GHermann, del. Zacher. — In vulgata lectione *ὑπεύθυνος* aliquis e Chersonneso nuper abductus esse dicitur, quod ferri nequit, quoniam lege cautum erat ne magistratus urbe excederent ante rationes redditas (Aeschin. III § 21).

264. *σκοπεῖς*] *σποδεῖς* Meineke, *πέκεις* vel *ξυρεῖς* (coll. Lys. 685 Lucian. LXIX § 14) Kock.

261. *τιν' αὐτῶν*] *τιν' ἄνδρα* Teuffel, *τιν' ἀστῶν* Tucker, *ξένον που* Blaydes, *κἤν τιν' αὖ γνῷς τῶν ξένων ἀπράγμον' ἀνακεχηνότα* Kock. || *ἀπράγμον' ὄντα*] *ἀπράγμονα* (om. *ὄντα*) R.

262. *διαλαβὼν* Casaubonus] *διαβαλὼν* codd. || *ἀγκυρίσας*] *ἠγκύρισας* Brunck.

263. *ἐνεκολήβασας* Bentley ex Hesychio] *ἐν(ἀν-)εκολάβησας* codd.

---

264. *καί ... γε*] *atque adeo* [1]. — *Quid quod omnes cives lustrat ista tua avaritia.* — *ἀμνοκῶν*] ovinam imbecillitatem [2]) significat hoc participium aliunde ignotum et terminationis obscurae.

265. *μὴ πονηρὸς καὶ τρέμων τὰ πράγματα*] *χρηστός τις καὶ γενναῖος καὶ μὴ πολυπράγμων.* Cf. Ach. 494, de voce *πονηρῷ* autem vid. ad Ran. 179 et de voce *πράγμασι* ad Vesp. 1392 [3]).

261-263. *ἢν ... γνῷς ... ἐνεκολήβασας*] vid. ad Ran. 1068.

261. *ἀπράγμονα*] vid. ad Nub. 1007 Vesp. 1040 Ran. 228.

— *κεχηνότα*] *stupidum.* Vid. ad vs. 651.

262. Manifestum est certam aliquam litem spectatoribus nunc in mentem revocari; de *civibus* autem quoniam sermo est, *divitem* aliquem *cleruchum*, cui in Chersonneso, *χώρᾳ πολυφορωτάτῃ* [4]), agri contigissent, significari intellegimus. Conferri potest Vesp. 281, ubi item sermo fit de lite clerucho aut peregrino cuidam intentata; ibi tamen non certus quidam homo respicitur sed de ficto casu loquitur chorus. Cf. etiam Av. 1421 sqq.

— *καταγαγὼν*] Athenas in urbem peregrinam postquam deduxisti (evocasti).

262 sq. *διαλαβὼν κτέ.*] e palaestra desumta sunt haec verba, ut alia multa [5]). Est enim *διαλαβεῖν* id fere quod *μέσον ἔχειν*: *comprehensum tenere* [6]), verbum autem *ἀγκυρίσαι* [7]) *ingeniculare* videtur vertendum. Luctatorem adversarii humerum *ἀποστρέφοντα* ut in tergum eum deiciat [8]) refert clarissima imago marmorea, quae Florentiae asservatur [9]). *Ἐγκοληβάσαι* denique quid significet nescimus [10]), nisi quod e palaestricis verbis hoc quoque esse apparet [11]).

263. *εἶτα*] vid. ad Nub. 624.

---

[1]) Vid. vs. 826 et ad Ran. 49. — [2]) Cf. Nub. 1203. — [3]) Cf. etiam Ach. 494. — [4]) Xen. Hell. III 2 § 10. — [5]) Vid. vs. 481 et ad Nub. 551. — [6]) Vid. ad Ran. 469 et cf. Herodot. I 114. — [7]) Quod fortasse etiam Eupolis fr. 262 adhibuit. — [8]) Cf. Soph. Oed. R. 1154 Ar. Pac. 279 Plat. Rep. 405c. — [9]) Quod observavit Zacher. — [10]) Apud Hesychium perperam intellegitur *devorare.* — [11]) Vid. Lobeck ad Phrynich. p. 79, qui Nub. 552 idem *κολετρᾶν* dici suspicatur.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ξυνεπίκεισθ' ὑμεῖς; ἐγὼ δ', ὦνδρες, δι' ὑμᾶς τύπτομαι,
ὅτι λέγειν γνώμην ἔμελλον ὡς δίκαιον ἐν πόλει
ἱστάναι μνημεῖον ὑμῶν ἐστιν ἀνδρείας χάριν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὡς δ' ἀλαζών! ὡς δὲ μάσθλης! εἶδες οἷ' ὑπέρχεται
ὡσπερεὶ γέροντας ἡμᾶς καὶ κοβαλικεύεται;

ΗΓΕΜΩΝ ΤΟΥ ΗΜΙΧΟΡΙΟΥ Β.

ἀλλ' ἐὰν ταύτῃ γε τείνῃ, ταυτῃὶ πεπλήξεται·

---

266. Interrogationis signum scripsit Casaubonus. || ὦνδρες] ἄνδρες R.
267. ἔμελλον] ἔλεγον V² R.
268. ἱστάναι Elmsley] ἑστάναι codd.; cf. Pac. 1249.
269. δ'] del. Kock.
270. ἡμᾶς] om. R, ὄντας Cobet (cf. Ach. 222). || καὶ] inseruit Toup (versus initio addebat Bentley), dein interrogandi signum e fine versus 269 in huius versus finem transtulit; quae necessaria est correctio, ne verbo ὑπιέναι desit obiectum. || κοβαλικεύεται Cobet] ἐκκοβαλικεύεται codd., quod e κ'κοβαλικεύεται natum est vitium.
271 sq. Alterius hemichorii duci tribuit Kock.
271. *γε τείνῃ] γε νικᾷ codd., at *vincendi* verbum hinc alienum esse observavit Schütz, de *fuga* enim vel de *clade* agitur potius; Halbertsma γ' ὑπείκῃ, Blaydes γε νεύσῃ (vel φέρηται vel alia), Zacher τρέπηται.

---

266. ξυνεπίκεισθε] vid. ad vs. 252.
267. ἐν πόλει] *in arce*; vid. ad Nub. 69.
268. ἀνδρείας] strenui facinoris nuper editi, de quo vid. vs. 595 sqq. — Athenienses nuper in arce dedicaverant Victoriae signum aereum in memoriam expugnatae Sphacteriae [1]). Quam rem spectatoribus iocose in memoriam revocans Paphlago etiam equitibus virtutis monumentum in arce collocandum nunc promittit; hos enim in agro Corinthio nihilo minora nuper edidisse facinora aut putat Aristophanes aut putare se simulat.
269. ὡς δ'] item vs. 397 Lys. 80, vid. etiam Ach. 7 etc.
— μάσθλης] vid. ad Nub. 449.
— οἷα] vid. ad vs. 367.
— ὑπέρχεται] vid. ad vs. 47.
270. Cf. Ach. 687 sq.
271 sq. *At istac* (i. e. in isiciarium et Demosthenem) *si impetum fecerit, istic profligatus iacebit; hac vero si pugnae subducere se conatus fuerit, nostris* (nostrorum equorum) *cruribus impinget.* — Verbum τείνῃ [2]) conferatur cum Ran. 1101, ubi de Aeschyli in Euripidem impetu dicitur τείνειν βιαίως. — Scholia ταύτῃ interpretantur πύξ [3]); sic tamen neque pronominis οὗτος usum intellego neque adverbii δευρὶ oppositionem. Kock ad ταύτῃ mente supplet τῇ πάλῃ, sed neque ταυτῃὶ neque δευρὶ sic posse explicari recte observat Sobolewski [4]).

---

[1]) Pausan. IV 36. — [2]) Si recte sic scripsi. — [3]) Item vHerwerden: *hac dextra.* — [4]) Synt. p. 24.

ἢν δ' ὑπεκκλίνῃ γε δευρί, πρὸς σκέλος κυρηβάσει.

(Undique pugnis pedibusque repulsus cedit Paphlago.)

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(alta voce:)

ὦ πόλις καὶ δῆμ', ὑφ' οἵων θηρίων γαστρίζομαι!

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ κέκραγας, ᾧπερ ἀεὶ τὴν πόλιν καταστρέφει;

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀλλ' ἐγώ σε τῇ βοῇ ταύτῃ γε πρῶτα τρέψομαι.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' ἐὰν μὲν τόνδε νικᾷς τῇ βοῇ, ⟨τήνελλά⟩ σοι·

---

272. Virgulam ante δευρί collocabat Bernhardy. || πρὸς σκέλος] πρὸσκέλος V[1], τὸ σκέλλος R.

274. Isiciario dedit Ribbeck; in codd. est Chori, lacunam autem ante hunc versum indicabat Sauppe, duos versus nunc (ut vs. 276 sq.) choro datos fuisse ratus. Sed cum bene cohaereat textus traditus, nullam huiusmodi responsionem huic loco inesse arbitror, Isiciarii autem esse hunc versum efficio e responso Paphlagonis. || καὶ] ὡς vHerwerden. || ᾧπερ Kock] ὥσπερ vel ὅσπερ (vid. ad Nub. 1226) codd. || καταστρέφει R (cf. Vesp. 1092)] -φεις cett.

275. Versum Paphlagoni (Cleoni) reddidit Sauppe; in codd. est Isiciarii. || σὲ] in codd. est encliticum.

276. μὲν τόνδε Porson] μέντοι γε codd. || τήνελλά σοι Kock] τήνελλος εἶ codd., τήνελλ' ἔσει Porson, τηνελλάσει Meineke.

---

272. ὑπεκκλίνῃ] cf. Aeschin. I § 176 ὑμέτερον ἔργον ἐστὶ ... μηδαμῇ παρεκκλίνειν αὐτὸν ἐᾶν.

— πρὸς σκέλος] omittitur articulus ut in simili locutione ποτὶ πυγὰν ἅλλομαι [1]).

— κυρηβάσει] verbum alibi non obvium apud Hesychium et Photium componitur cum verbo κυρίττειν *arietare* [2]), et eiusmodi quid requiritur sane. Vocem autem κυρήβια supra vs. 254 lectam cum hoc verbo cohaerere non suspicari difficile est. Cratinus κυρηβάσασθαι sensu τοῦ διαμάχεσθαι dixisse fertur in lexicis vett.[3]), et ibidem affertur vox κύρηβάτης vel κύρηβος *conviciator*.

273. θηρίων] cf. Nub. 184 Vesp. 448 Av. 87, 93 Plut. 439.

— γαστρίζομαι] i. e. τύπτομαι εἰς τὴν γαστέρα [4]).

274. καὶ κέκραγας] *etiamne clamas?!* [5]). — Particula καί ubi sic usurpatur, accedere solet pronomen vel adverbium interrogativum [6]).

275. ταύτῃ] *ista de qua tu tam contumeliose loqueris.* Cf. vs. 97.

276. τήνελλα] haec vox ad citharae sonum imitandum ab Archilocho est ficta [7]). Nunc autem ea significatur equites laeto cantico celebraturos isiciarium, si victoriam reportaverit [8]).

---

[1]) Lys. 82. — [2]) *Rammeien*, Aesch. Pers. 310 Plat. Gorg. 516*a* Rep. 586*b*. — [3]) De quo medii usu vid. ad vs. 900. — [4]) Vid. vs. 454 Vesp. 1529 et ad Nub. 549 sq. — [5]) *Schreeuwen óók nog?!* — [6]) Vid. ad vs. 342. — [7]) Schol. Pind. Ol. IX 1; vid. Ach. 1227 sqq. Av. 1764 et ad Ran. 1285–1295. — [8]) Nos: *dan hoezee voor u!*

ἢν δ' ἀναιδείᾳ παρέλθῃ σ', ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

τουτονὶ τὸν ἄνδρ' ἐγὼ ἐνδείκνυμι, καὶ φήμ' ἐξάγειν
ταῖσι Πελοποννησίων τριήρεσι ... ζωμεύματα.

277. παρέλθῃ σ' Bergk, et sic M] παρέλθῃς codd. cett.
278. ἐνδείκνυμι lemma scholii] δείκνυμι codd.

277. παρέλθῃ] vid. vs. 56.

— ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς] iocose sic dicebatur pro ἡμετέρα ἐστὶν ἡ νίκη vel ἡμέτερόν ἐστι τὸ νικητήριον [1]) vel ὁ στέφανος [2]). Item de se et Euripide Mnesilochus [3]): τοῦ γὰρ τεχνάζειν ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς. Nempe πεμμάτιόν τι hoc erat, quod νικητηρίων loco in conviviis interdum esse propositum testatur Callippus [4]): ὁ διαγρυπνήσας πυραμοῦντα λήψεται. E sesamo fuisse confectum, fortasse autem eundem esse qui σησαμίτης (ἄρτος) dicebatur, e Tryphonis auctoritate perhibet Athenaeus 114*b*, ἐκ πυρῶν πεφωσμένων καὶ μέλιτι δεδευμένων fiebat secundum Iatroclem [5]) et scholion h. l.

279. ζωμεύματα] i. e. κρεάδι' ἐζωμευμένα [6]). Ridicule Paphlago praeter expectationem iacit verbum ex sua arte petitum, quod sono revocat vocem navalem ζυγώματα [7]). Sunt autem ζυγώματα *iugamenta*, trabes ad transtra opinor ceteraque navium interiora construenda idoneae; qualia τῶν ἀπορρήτων ἐξάγειν fuisse [8]) per se intellegitur. Itaque simillimum est hoc crimen verbis Pisandri Andocidem [9]) insimulantis: ἄνδρες βουλευταί, ἐγὼ τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐνδείκνυμι ὑμῖν <ὡς> σῖτόν τε εἰς τοὺς πολεμίους εἰσάγοντα καὶ κωπέας [10]). — Non aliter interpretati sunt veterum grammaticorum quidam [11]); quamquam alii (*stuppam et*) *picem* ad rimas navium vietarum explendas intellegebant [12]), alii denique ὑποζώματα significari statuebant, idque minime absurde, licet explicatio quam equidem protuli metro magis commendari mihi videatur. Nempe naves longae funibus quaternis praecingebantur [13]), qui σύνδεσμος πᾶσαν τὴν περιφορὰν συνέχων [14]) efficiebat ut fluctuum pulsus, remigii tremorem, rostri navem hostilem ferientis concussionem melius durare possent navis iuncturae nec tam facile rimas ducerent. Ingens autem illa Philopatoris navis [15]), quae cubituum erat CCLXXX in longitudinem, XXXVIII in latitudinem, munita erat duodecim cingulis cubituum sexcenorum. Quales funes cum crassi essent admodum, satis magno constabant, nam drachmarum paene quingentarum erant singularum triremium ὑποζώματα [16]). Onerariae autem iis uti non solebant, sed interdum nautae procella occupati navigium suum ὑπέζωσαν [17]), si *sine* illis *funibus aequor imperiosius vix durare posse* videretur [18]). Hoc est quod dicitur *munire latus* [19]). Perperam vero in Thucydidis verbis [20]), Corcyraeos ζεῦξαι τὰς παλαιὰς ναῦς ὥστε πλοΐμους εἶναι καὶ τὰς ἄλλας ἐπισκευάσαι referentis, fuit [21]) qui ζεῦξαι interpreta-

[1]) Vs. 1253. — [2]) Soph. Philoct. 841. Cf. etiam vs. 108. — [3]) Thesm. 94. — [4]) Fr. 1 (Athen. 668*c*). — [5]) Ibid. 647*b*, si recte illum locum interpretor. — [6]) Fr. 591. — [7]) Simillimo ioco noster indulsit vs. 1185. — [8]) Vid. ad Ran. 362 et 364. — [9]) II § 14. — [10]) Cf. Ach. 552. — [11]) ξύλα τῶν νεῶν. — [12]) κηρὸν καὶ πίσσαν. — [13]) Cf. Vitruv. X 15 (21) § 6. — [14]) Plat. Rep. 616*c*, vid. etiam Leg. 945*c*. — [15]) Athen. 203*c*. — [16]) Böckh Staatsh. I³ p. 139. — [17]) Act. Apost. XXVII § 17. — [18]) Hor. Carm. I 14, 6 sq. — [19]) Ovid. Metam. XI 485, vid. Peerlkamp ad Hor. l. l. — [20]) I 29. — [21]) Göller.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ μὰ Δία καὶ ἔγωγε τοῦτον, ὅτι κενῇ τῇ κοιλίᾳ
εἰσδραμὼν εἰς τὸ Πρυτανεῖον, εἶτα πάλιν ἐκθεῖ πλέᾳ.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

νὴ Δί', ἐξάγων γε τἀπόρρηθ', ἅμ' ἄρτον καὶ κρέας,
*καὶ τέμαχος, οὗ Περικλέης οὐκ ἠξιώθη πώποτε.**

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(voce altissima:)

ἀποθανεῖσθον αὐτίκα μάλα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(voce etiam altiore:)

τριπλάσιον κεκράξομαί σου.

---

282. *ἐξάγων* Porson] *ἐξαγαγών* codd. metro et sententia adversantibus (cf. v. l. Nub. 1213). || *τἀπόρρηθ'*] non recte Bothe hoc interpretabatur *τοι ἀπόρρητα*, constanter enim in hac locutione additur articulus, quoniam agitur de certis quibusdam rebus, quae lege nominatim erant indicatae. || *κρέας*] *κρέα* R et schol.

---

retur *ὑποζῶσαι*, est autem *rimas stuppâ explere* vel i. u. *emendare naves*, *ὑπεζωμέναι* autem naves longae omnes erant semper [1]).

280 sq. Etiam Paphlago „*ἐξάγει*" *ζωμεύματα*, nam e Prytaneo quotidie exportat cibos, quibus ventrem suum insatiabilem publico sumtu implevit. — Honoris illius Cleoni ante paucos menses decreti passim per fabulam fit mentio [2]). Quo magis autem gloria, quam Sphacteria capta demagogo pepererat, in ridiculum detorqueatur contemtuque mergatur, *σίτησις* illa ita commemoratur ut dixeris Cleonem nunc demum intempestiva civium liberalitate iustas cenas esse adeptum, antea esurientem. „Olim satis erat", — sic fere comici mentem reddere mihi videor, — „satis erat isti opifici polentâ vesci cum servis ceteraque plebecula: — nunc paniculi ei offeruntur, tamquam tenerae puellulae. In opsonium autem cepae caput alliive aliquid olim sufficiebat lurconi, qui carnibus nunc se ingurgitans festos agit quotquot annus habet dies. Pisces olim ne delibabat quidem, nisi forte maenas vilemve sepiam: nunc quicquid ex Ponto advehitur, quicquid insulae Asiaque ferunt, ei praesto est, quo liquet guttur post infinitos clamores raucum" — *καὶ οὐ δημοτικόν γε τοῦτο δρᾷ τοσαῦτα φλῶν* [3]).

281. *εἶτα*] vid. ad Nub. 624.

282. *τὰ ἀπόρρητα*] vid. ad Ran. 362.

283. *Quin etiam piscis frustum, — cuiusmodi nihil Pericli illi decretum est olim.* Nempe simplicior erat prioris aetatis victus. De voce autem *τεμάχει* vid. ad Ran. 517.

---

[1]) Vid. Böckh Seeurk. p. 133 sqq. — [2]) Cf. vs. 167, 354 sq., 404, 535 sq., 573—576, 709, 766, 819, 1008, 1404 sq. — [3]) Ultima verba de heluone dicuntur apud Antiphanem fr. 190.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

καταβοήσομαι βοῶν σε.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

κατακεκράξομαί σε κράζων.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

διαβαλῶ σ', ἐὰν στρατηγῇς.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

κυνοκοπήσω σου τὸ νῶτον.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

περιελῶ σ' ἀλαζονείαις.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὑποτεμοῦμαι τὰς ὁδούς σου.

---

287. σε V[1] R] σου V[2] alii metro invito.
290. ἀλαζονείαις Elmsley] -ας codd.; cf. vs. 903.

---

287. κατακεκράξομαι] cf. κατακρώζειν vs. 1020, κατεβόησεν ἂν κεκραγώς Ach. 711.

289. *Dorsum tuum ita tractabo ac si* κυνοκόπος τις *essem* [1]), ut canem flagris te feriam [2]) καὶ δενδροτομήσω τὸ νῶτον [3]). Idem dici poterat κύνα σε κόψω κυνοκόπος ἐγώ [4]), in tragica autem dictione κυνοκόπον μίμημα κόψω σε [5]). Cum verbi autem conformatione cf. θαλαττοκοπεῖν [6]) et μετεωροκοπεῖν [7]). Recte haec verba interpretatur scholion: τυπτήσω σε καθάπερ κύνα [8]), sed longe a vero aberrat alius interpres, qui scripsit: τοῦτο ὡς μάγειρος λέγει, ἔστι γὰρ κύων ἰχθὺς ποιός· ἅμα δὲ καὶ „κυνείῳ σε δέρματι παίσω". Neque enim ἱμάντων κυνείων [9]) huc pertinet mentio neque *canum marinorum* [10]), quorum οὐραῖα et ὑπογάστρια et olim in deliciis erant [11]) et nunc sunt.

290. Simillima sunt verba vs. 887 πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις. Est autem περιελαύνειν proprie *circumnavigare* [12]) vel *circumequitare*, hinc translate id quod περιυβρίζειν [13]): Herodot. I 60 περιελαυνόμενος τῇ στάσι ὁ Μεγακλέης, Demosth. XLII § 32 *o iudices*, δέομαι βοηθῆσαί μοι καὶ μή με περιελαθέντα περιιδεῖν ὑπὸ τούτων. Cf. περιιέναι [14]) latinumque *circumvenire*, et vid. quae de verbi παρατρέχειν similiumque translatione dicta sunt ad vs. 56.

291. Militari verbo περιελαύνειν aliud ex eadem arte depromptum opponens *omnes vias tibi praecludam* ait isiciarius: *quamcumque in viam salutis te conieceris, praecisam invenies.* Verbum ὑποτέμνεσθαι proprio sensu usurpatum legitur Herodot. V 86 [15]) Xen. Hell. I 6 § 15 [16]);

---

[1]) *Een hondenslager.* — [2]) *Ik zal je afranselen als een hond.* — [3]) Pac. 747. — [4]) Vid. ad vs. 313. — [5]) Cf. Eur. Herc. 992. — [6]) Vs. 830. — [7]) Pac. 92. — [8]) Item Phrynichus in Bekk. Anecd. p. 49. — [9]) Vesp. 231. — [10]) *Hondshaaien.* — [11]) Vid. Archestratus apud Athen. 310*c*, *d* Cratin. fr. 161 Mnesimach. 4^{36} Menandr. 299, cf. Kock ad Alexid. fr. 155. — [12]) ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων (schol.). — [13]) Phrynichus in Anecd. Bekk. p. 61. — [14]) Vs. 1142. — [15]) ὑποτέμνεσθαί τισι τὸ ἀπὸ τῶν νεῶν = τὴν εἰς τὰς ναῦς ὁδόν. — [16]) ὑποτέμνεσθαι τὸν εἰς Σάμον πλοῦν.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

βλέψον εἴς μ' ἀσκαρδαμυκτί.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐν ἀγορᾷ καὶ ἐγὼ τέθραμμαι.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

διαφορήσω σ', εἴ τι γρύξει.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

κοπροφορήσω σ', εἰ λαλήσεις.

---

292. *μ'* R] *ἔμ'* V et ceteri. || *ἀσκαρδαμυκτί* Etym. M. 716,11, Anecd. Bekk. p. 452, Suidas] *ἀσκαρδάμυκτος* vel *-μύκτως* codd. et Pollux II 67.

294. *γρύξει* Elmsley] *γρύξεις* vel *-ζεις* codd.; vid. com. Alcaei fr. 22 *εἴ τι γρύξομαι.*

295. *κοπροφορήσω σ'*] infeliciter vVelsen *κοπροφαγήσεις*, Blaydes *κοπροβολήσω σ'*, Piccolomini *κοπροφορύξω σ'*; sana enim est vulgata. Vid. commentarius. || *λαλήσεις*] *λακήσει* Blaydes coll. Pac. 381 et 384, qui tamen loci nostro minime sunt similes, *λακήσομαι* autem significat: in clamores *erumpam* et veluti *displodar*. E Suida s. v. *κοπρία* Bünger efficit glossema esse *εἰ λαλήσεις*, hinc Zacher dubitanter *εἴ τι μύξει*. Sed huiusmodi indiciis nihil esse tribuendum ostendit Vahlen Ind. Lect. hib. Berol. 1898 p. 12 sq.

---

dicitur etiam *ὑποτέμνεσθαί τινα intercipere aliquem* [1]). Activum legitur e. g. Plat. Leg. 844*a* [2]), translate autem dicitur *ὑποτέμνειν τὰς ἐλπίδας* [3]). Vid. etiam Cratin. fr. 289 *τούτου δ' ἁπάσας ὑποτεμῶ τὰς μηχάνας* [4]).

292. *Oculos adversus me tolle, si audes.* Idem infra dicitur *βλέπειν ἐναντίον* [5]), Ach. 291 *εἶτα δύνασαι πρὸς ἔμ' ἀποβλέπειν*, Ran. 1474 *προσβλέπεις με;* Eur. Herc. 1227 *βλέψον πρὸς ἡμᾶς*, Aeschin. I § 121 *εἰς τοὺς δικαστὰς βλέψαι* etc., alibi *ἀτενὲς βλέπειν* et apud recentiores uno verbo *ἀτενίσαι*, in dictione autem poetica *εἰς ὦπα Ϝιδέσθαι* [6]), *βλέπει τε καὶ ἀντιδέρκεται* [7]). — Adverbium *ἀσκαρδαμυκτὶ* [8]) significat *ὀρθοῖς ὄμμασιν* [9]), *rectis immotisque oculis* [10]). Inter *δειλίας* vero *σημεῖα* [11]) est *τὸ σκαρδαμύττειν*, *nictare* [12]).

293. Vid. vs. 181 et ad Nub. 991.

294. *διαφορήσω*] *dilacerabo, discerpam.* Proprie dicitur de iis qui *κύνεσσι καὶ οἰωνοῖσιν ἕλωρ γίγνονται* [13]).

— *εἴ τι γρύξει*] vid. ad Ran. 913.

295. Isiciarius, adversarii minas nunc quoque imitando superans, verbo *διαφορῆσαι* opponit suum *κοπροφορήσω σε*, i. e. *κόπρον σε ἀπορρίψω κοπροφόρος ἐγώ* [14]): *in sterquilinium tanquam merdam te detrudam verbum si addideris* [15]).

---

[1]) Xen. Cyrop. I 4 § 19 et 21 Hellen. VII 1 § 29. — [2]) *ὑποτέμνειν πηγάς.* — [3]) Xen. Hellen. II 3 § 34. — [4]) Sic Cobet pro *ἀποτεμῶ.* — [5]) Vs. 1239, ubi vid. — [6]) Hom. *I* 373. — [7]) Eur. Herc. 163. — [8]) Quo etiam Xenophon Cyrop. I 4 § 28 Lucianus V § 14 XVI § 26 XLVI § 14 usi sunt. — [9]) Xen. Hellen. VII 1 § 30 Soph. Oed. R. 1385 etc. — [10]) Vid. Bentley ad Hor. Carm. I 3, 18. — [11]) Aristot. Physiogn. 3. — [12]) Eur. Cycl. 626 Hippocr. *περὶ κρίσεων* p. 151 Kuhn Xen. Conv. IV § 24 Cyrop. I 4 § 28 Lucian. XXXIV § 4 Aelian. Var. Hist. II 26. — [13]) Av. 338 Herodot. VII 10 in fine. — [14]) Vid. ad vs. 313. — [15]) In miras captiones se induerunt interpretes cum veteres tum recentiores, haec verba dum conantur explicare vel emendare.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ὁμολογῶ κλέπτειν· σὺ δ' οὐχί.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

νὴ τὸν Ἑρμῆν τὸν Ἀγοραῖον,
καὶ ἐπιορκῶ γε βλεπόντων.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀλλότρια τοίνυν σοφίζει,
καὶ φανῶ σε τοῖς πρυτάνεσιν
ἀδεκατεύτους τῶν θεῶν † ἱε-

---

298 sq. Cleoni priorem, Isiciario alterum tribuunt V R alii (vs. 300—302 autem Cleoni).

298. *ἐπιορκῶ*] **ἐπιορκεῖν*? || *γε βλεπόντων*] *γ' ἐμβλεπόντων* Porson probabiliter; vid. tamen commentarius et vs. 420, *ἐμβλέπειν* autem apud Aristophanem non reperio.

299. Post hunc excidisse versiculum, e. g. *δῆλος εἶ τις ὢν σοφιστής*, coniecit vVelsen. Cf. commentarius.

300. *φανῶ σε* Porson] *σε φανῶ* metro invito codd.; *σε φαίνω* Burges (ut Ach. 819 et 912, cf. supra vs. 278), quod non recipiendum, quoniam prytanes non iam adsunt. Futuro autem simillimis locis noster utitur infra vs. 832 et Thesm. 764, vid. etiam Ach. 914.

---

296. *κλέπτειν*] i. e. *κλέπτης εἶναι* [1]). Cf. verborum *νικᾶν φεύγειν* similium usus praegnans. — *Furem me profiteor, tu non item.*

297 sq. *Immo vero ego lubentissime hoc fateor; quid quod peierare soleo non vidisse homines id quod viderint.* — Homuncio foro innutritus [2]) ibi didicit *κλέπτων ἐπιορκεῖν καὶ βλέπειν ἐναντίον* [3]). Invocat autem Mercurium *Ἀγοραῖον* sive *Ἐμπολαῖον* [4]), cuius signum in medio foro stabat [5]). Cf. vs. 410 et 500.

298. *καὶ ... γε*] vid. ad Ran. 49.

— *βλεπόντων*] absolute, ut hoc loco, etiam Aeschin. III § 94 usurpatum est hoc participium: *Callias et Demosthenes ὁρώντων φρονούντων βλεπόντων ἔλαθον ὑμῶν ὑφελόμενοι.*

299. *Ergo in artem alienam te insinuasti*: *οὐκ οἰκεῖα ταῦτα ἔχεις τὰ σοφίσματα* [6]), *ἐμὰ ἐστι ταῦτα τὰ ἐπιχειρήματα*, mihi enim proprium est furari et peierare. Sic haec verba recte interpretari videtur scholion. Quamquam neque quid faceti habeant video equidem neque quomodo cum iis cohaereant sequentia.

300. Similia Thesm. 764 dicuntur, de verbo autem *φαίνειν* vid. Ach. 542, 819, 824 sqq., 912 sqq., 938. Nempe *φάσις* erat delatio eorum qui legibus invitis mercem aliquam importabant. Si quis autem huiuscemodi fraudis convictus esset, poenae pars altera cedebat accusatori, itaque non est quod miremur gentem *ἀνδρῶν φασιανῶν* [7]) sive sycophantarum, quibus artes suae tanta promitterent emolumenta, laetissime Athenis belli praesertim tempore pullulasse [8]).

---

[1]) Item vs. 828 et Ran. 611. — [2]) Vs. 293. — [3]) Ut vs. 1239 dicit. — [4]) Ach. 816 Plut. 1155. — [5]) Vid. Pausan. I 15 § 1 etc., Preller Myth. I[4] p. 414, Lolling in IMuller Handb. d. Alt. Wiss. III p. 314, 1. — [6]) Cf. vs. 721 et fr. 199. — [7]) Ach. 726. — [8]) Vid. Ach. 517 sqq.

ρᾶς ἔχοντα κοιλίας.

ΧΟΡΟΣ.

Stropha 1 (vs. 303—311).

ὦ μιαρὲ καὶ βδελυρὲ κράκτα, τοῦ σοῦ θράσους
πᾶσα μὲν γῆ πλέα, πᾶσα δ' ἐκκλησία,
καὶ τέλη καὶ γραφαὶ καὶ δικαστήρι', ὦ
βορβοροτάραξι καὶ τὴν πόλιν ἅπασαν ἡμῶν ἀνατετυρβακώς!

---

301. ἱερὰς] ἱρὰς GHermann metri causa (cf. Thesm. 1068 Ran. 441, 447, 1525), postea πωλεῖν (e verbis Athenaei 94*d* memoriter haec afferentis: φήσω σε ἀδεκατεύτους κοιλίας πωλεῖν). Mihi quoque glossema videtur ἱεράς, pro quo libenter rescripserim *ταύτας.

304. κράκτα Dobree] καὶ κράκτα vel καὶ κεκράκτα (sic V R) codd., καὶ κατακεκρᾶκτα GHermann (novam vocem parum probabiliter fingens coll. vs. 287), καὶ βδελυρὲ σοῦ θράσους Bentley (nullam in antistropha lacunam agnoscens) non recte, neque Bergk καὶ κεκρᾶκτα σοῦ θράσους, omitti enim non potuit articulus.

---

302. κοιλίας] vid. ad Nub. 409.

303. Vid. ad Ran. 465.

304 sqq. Simillima chori verba sunt Thesm. 702: ὡς ἅπαντ' ἄρ' ἐστὶ τόλμης μεστὰ καὶ ἀναισχυντίας, cf. etiam Pac. 554: ἅπαντ' ἤδη 'στὶ μεστὰ τἀνθάδ' εἰρήνης σαπρᾶς et nobile Periclis apud Thucydidem [1]) dictum de civibus pro patria mortuis: ἀνδρῶν ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος.

304. κράκτα] vid. ad vs. 137.

307. *Non conciones tantum et iudicia opplet vox tua impura, sed nulla est publicanorum aedicula, nullum tablinum* [2]) *quin tuae audaciae ostendat vestigia.* — Recte cum hoc versu Casaubonus contulit locutiones qualis est οἱ ἰχθύες = *forum piscatorium* [3]). Supra vs. 248 τελώνης dictus est Paphlago. Praeterea cf. quae de Pericle cunctarum civitatis rerum arbitro dixit Teleclides [4]).

309—311. His quoque inest comparatio cum torrente illo, unde deductum est verbum κυκλοβορεῖν [5]). *Omnis nostra civitas a te, o homo furiosissime, perturbata tuisque sceleribus veluti coeno mersa iacet.* — Qui nunc βορβοροτάραξις dicitur nova voce, cui simile verbum ὠτοκάταξιν in Babyloniis fabula noster adhibuerat [6]), is infra [7]) audit civitatis δοίδυξ καὶ τορύνη, et in Pace [8]) κύκηθρον καὶ τάρακτρον, Pacis autem fabulae pars facetissima [9]) ex Cleonis cum ἀλετριβάνῳ comparatione procrevit. Simillima infra de eo dicuntur in comparatione lepidissima [10]). Praeterea cf. Dicaeopolidis verba festiva de maligno quodam sycophanta [11]): πάγχρηστον ἄγγος ἔσται, | κρατὴρ κακῶν, τριπτὴρ δικῶν, | φαίνειν ὑπευθύνους λυχνοῦ- | χος, καὶ κύλιξ | τὰ πράγματ' ἐγκυκᾶσθαι.

311. ἀνατετυρβακώς] verbum τυρβάζειν suum sibi sensum obtinet Vesp. 257, vel in Sophoclis fr. 927: πολὺς δὲ πηλὸς ἐκ πίθων τυρβάζεται, transfertur autem, ut nostro loco, in Soph. fr. 720: τυφλὸς... Ἄρης | συὸς προσώπῳ πάντα τυρβάζει κακά.

---

1) II 43 § 3. — 2) *Geen douanekantoor of archief.* — 3) De quibus vid. vs. 254 et ad Nub. 1065 Ran. 1068. — 4) Fr. 42. — 5) Ach. 381; vid. supra vs. 137. — 6) Fr. 98. — 7) Vs. 984. — 8) Vs. 654. — 9) Vs. 259 sqq. — 10) Vs. 864—867. — 11) Ach. 936 sqq.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὅστις ἡμῶν τὰς Ἀθήνας ἐκκεκώφωκας βοῶν
καὶ ἀπὸ τῶν πετρῶν ἄνωθεν τοὺς φόρους θυννοσκοπῶν.

---

312. *ἐκκεκώφωκας* Porson] *-φηκας* V² R alii, *-φησας* V¹, *-φευκας* nonnulli.
313. *τῶν πετρῶν*] *τῆς πέτρας* Dobree coll. vs. 754. || *φόρους*] *πόρους* M male. || *θυννοσκοπῶν*] *-πεῖς* Lenting.

---

312. *ἐκκεκώφωκας*] cf. Ctesippi de Hippothale verba apud Platonem [1]: *ἡμῶν γοῦν, ὦ Σώκρατες, ἐκκεκώφωκε τὰ ὦτα καὶ ἐμπέπληκε Λύσιδος.* Metaphorice adhibetur ab Electra Euripidea [2]: *ἆρ᾽ εἰς τὸ κάλλος ἐκκεκώφωται ξίφη;* quemadmodum *στομοῦν* de telis *acuendis* usurpari solet [3]).

313. Demagogus, qui in pnycis *πέτραις* [4]) habitat, suo ipsius lucro unice studens ex edito illo loco inhiat sociorum tributis, quae ipso hoc anno sunt duplicata [5]), et si qui belli aerumnis oppressi cum debita pecunia tardiores adesse videntur, „*δώσετε τὸν φόρον;*" misellos homines allatrat iste [6]) „*ἢ βροντήσας τὴν πόλιν ὑμῶν ἀνατρέψω;*" — Felicissima autem imagine usus, quae non potuit non ferire animum hominum mare Mediterraneum accolentium, piscatori eum assimulat, qui vere ingruente [7]) e specula littorali in altum prospicit [8]). Cuius oculi exercitatissimi mirandaeque aciei cum eminus cernunt thynnorum agmen littus legens dum prolis causa annuum iter perficiunt, advocat socios, et mox cymbae mare petunt, retia disponuntur, coguntur pisces, in fluctibus caeduntur capiuntur. Thynnis in retia ruentibus vaticinium, quod Pisistrato datum est, assimulaverat adversarios ipsi mox profligandos [9]); thynnis intra retia oppressis Aeschylus in splendidis versibus [10]) assimulavit barbaros Salamine trucidatos; thynnis assimulantur nunc socii miselli, qui vere gregatim adventantes bona sua Athenas deferunt, ut demagogorum scilicet expleant avaritiam insatiabilem. Condignum igitur hoc nebulone est anuli, quo ad scelesta sua decreta obsignanda utitur, sigillum: *λάρος κεχηνὼς ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν* [11]). — Ad verborum structuram quod adtinet, *τοὺς φόρους θυννοσκοπεῖν* eiusdem est generis dicendi atque *κυνοκοπεῖν τὸ νῶτον* [12]), vel *κοπροφορεῖν τινα* [13]), vel *τὰς ἀσπίδας φυλλορροεῖν* [14]), idem enim valet atque *τοὺς φόρους θύννους σκοπεῖ θυννοσκόπος αὐτός* [15]). Cf. etiam locutiones *γεωμετρεῖν τὸν ἀέρα* [16]), *φρεωρυχεῖν τινα* [17]), *τυροπωλῆσαι τέχνην ποιητῶν* [18]), *ἱπποκομεῖν κάνθαρον* [19]), *δενδροτομεῖν νῶτόν τινος* [20]), *μηλοσφαγεῖν σταμνίον* [21]) et Homeri versus [22]) ubi Hebe *θεοῖσι νέκταρ ϝοινοχοεῖν* dicitur, i. e. deorum poculis nectar ita infundere ut vinum solent *ϝοινοχόοι*. Cum voce denique *θυννοσκόπῳ* cf. *βατιδοσκόπος* [23]).

---

[1]) Lysid. 204*c*. — [2]) Or. 1288. — [3]) Vid. ad Nub. 1108. — [4]) Cf. vs. 754, 783. — [5]) Vid. ad Vesp. 657, CIA. I 243. — [6]) Vesp. 671. — [7]) Aristot. Hist. Nat. VIII 15, cf. VI 18. — [8]) Theocrit. III 26 Aelian. Hist. Anim. XV 5 Strab. V p. 223, 225 XVII p. 834. — [9]) Herodot. I 62. — [10]) Quos noster respexit Vesp. 1088. — [11]) Vs. 956. — [12]) Vs. 289. — [13]) Vs. 295. — [14]) Av. 1481. — [15]) De quo loquendi genere vid. ad Ran. 159 Cobet Var. Lect. p. 69, Mnemos. 1859 p. 35, 1875 p. 247, Naber Mnemos. 1878 p. 257, 1899 p. 163. — [16]) Av. 995. — [17]) Lys. 1033. — [18]) Ran. 1369. — [19]) Pac. 74. — [20]) Pac. 747. — [21]) Lys. 196. — [22]) Δ 3. — [23]) Pac. 810. Perquam insulsum est quod in fine scholii ceteroquin non mali legitur: *ἅμα δὲ καὶ εἰς ὀψοφαγίαν διαβάλλει* (Cleonem).

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἶδ' ἐγὼ τὸ πρᾶγμα τοῦθ' ὅθεν πάλαι καττύεται.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

εἰ δὲ μὴ σύ γ' οἶσθα κάττυμ', οὐδ' ἐγὼ χορδεύματα,
ὅστις ὑποτέμνων ἐπώλεις δέρμα μοχθηροῦ βοὸς
τοῖς ἀγροίκοισιν πανούργως, ὥστε φαίνεσθαι παχύ,
καὶ πρὶν ἡμέραν φορῆσαι, μεῖζον ἦν δυοῖν δοχμαῖν.

---

314. *Scio hic dolus unde consuatur iamdudum* [1]. — Quod nunc καττύειν dicit Paphlago verbo e sutrina desumto, id priscis poetis est κακὰ ῥάπτειν [2] et δόλον vel μῆτιν ὑφαίνειν [3]. Cf. etiam μηχανορράφος [4]. Graeca autem exempla secutus Plautus *dolos consuere* dixit [5]. Praeterea vid. Artaphrenis ad Histiaeum verba [6]: τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔρραψας μὲν σύ, ὑπεδήσατο δ' Ἀρισταγόρης, et ἐπικαττύειν καὶ πτερνίζειν de poetis fabulas suas retractantibus dictum [7]. De substantivo καττύματι *solea* vid. Vesp. 1160.

315 sqq. *Nil mirum istud te nosse, est enim artis tuae!* — Quis melius sciat quid sit κάττυμα quam tu, qui rusticis urbem visentibus nihilque mali suspicatis tenuissima et vilissima coria pro densis solidisque vendere solebas olim!

315. χορδεύματα] *minutal* [8].

316. Margines suorum coriorum resecans cultrum in obliquum ducebat iste βυρσοπωλικῶς, ut segmenta crassiora viderentur quam essent. — Sic ἐριοπωλικὸν est lanae affundere aquae aliquid, quo videatur gravior [9], singulisque artibus suae sunt fraudes ad decipiendos emtores. Dignum autem quod conferatur est ὀρθοτομεῖν verbum *recte tractandi* sensu adhibitum in altera ad Timotheum epistula [10].

— ἐπώλεις] *antehac vendere solebas* — cum nondum ad hodiernam istam famam pervenisses. Cf. Nub. 675 sq.

— μοχθηροῦ] *miselli*, annis laboribus morbo confecti [11], qui ante aratrum fortasse vel ante plaustrum in via publica conciderit. Multo nimirum deterius est huiuscemodi animalium corium quam bovis qui florens vigensque ad aram deorum fuerit mactatus. Quapropter validissimum lorum Homerus vocat ἱμάντα βοὸς Ϝῖφι κταμένοιο [12] *vi caesi*, et πέδιλα βοὸς Ϝῖφι κταμένοιο Hesiodus ὑποδήσασθαι iubet tempore hiberno [13]. Recordemur oportet rariorem inter Graecos fuisse boum usum in victu, frequentem vero in agricultura et in oneribus transvehendis.

318. *Et cum nondum totum unum diem soleis ex isto corio confectis usi essent, binis palmis largiores factae erant* [14]. — Dativus mensurae est δυοῖν δοχμαῖν, ut Eubul. fr. 119[9]: μακροτέρας δ' οὔσης ἔτι | πλεῖν ἢ δυοῖν ποδοῖν ... τῆς σκιᾶς, *cum umbra nondum viginti esset pedum* [15], *sed duobus fere pedibus etiam esset largior*, vel in Pythiae verbis Herodot. I 91 ἐπιστάσθω Κροῖσος ὕστερον τοῖσι ἔτεσι τούτοισι (*tribus annis*) ἁλοὺς τῆς πεπρωμένης, cf. etiam Herodot. I 192 ἡ ἀρτάβη χωρέει μεδίμνου Ἀττικοῦ πλέον χοίνιξι τρισὶ Ἀττι-

---

[1]) *Ik weet allang wie me dat lapt.* — [2]) Σ 367 etc. — [3]) Z 187 H 324 etc. — [4]) Soph. Oed. R. 387 Eur. Andr. 447, 1116. — [5]) Amphitr. I 1, 211. — [6]) Herodot. VI 1. — [7]) Com. fr. adesp. 46. — [8]) Vid. ad vs. 214. — [9]) Ran. 1387. — [10]) II 15. — [11]) *Afgejakkerd.* — [12]) Γ 375. — [13]) Oper. 541. — [14]) *Gerekt.* — [15]) Eubul. ibid. vs. 7.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

καὶ ἐμὲ τοῦτ' ἔδρασε ταὐτόν, νὴ Δί', ὥστε καὶ γέλων
πάμπολυν τοῖς δημόταισι καὶ φίλοις παρασχεθεῖν.
πρὶν γὰρ εἶναι Περγασῆσιν, ἔνεον ἐν ταῖς ἐμβάσιν.

ΧΟΡΟΣ.

Stropha 2 (vs. 322—325).

ἆρα δῆτ' οὐκ ἀπ' ἀρχῆς ἐδήλους ἀναί-
δειαν, ἥπερ μόνη προστατεῖ τῶν ῥητόρων;

319—321. Choro dantur in scholio ad vs. 319, Niciae tribuit Elmsley, hunc enim Pergasaeum fuisse (vid. Athen. 537 *c*). At Cydantiden fuisse e CIA. I 188 efficit Kirchner, in scena autem nunc ei locum non esse docuit Beer.

319. *καὶ ἐμὲ* (*κἀμὲ*) *τοῦτ' ἔδρασε ταὐτὸν νὴ Δί'* Porson] *καὶ* (om. R) *νὴ Δία κἀμὲ τοῦτ' ἔδρασε ταὐτόν* codd.; alii alia tentarunt, equidem **ναὶ μὰ Δί' ἐμὲ τοῦτ' ἔδρασε ταὐτόν*. || *καὶ γέλων* Elmsley] *κατάγελων* codd. (*Κ/* igitur signum male est lectum).

320. *δημόταισι καὶ*] *δημόταισ[ι] καὶ τοῖς* V alii fortasse recte (cf. Nub. 1209 Ran. 1487 sqq.), minus tamen numerose.

325. *τῶν ῥητόρων*] syllaba abundat; Bentley *ῥητόρων*, Dobree *ῥήτορος*, sed ipsa vox *ῥήτωρ* molesta, quapropter malim **τῆς πυκνός*.

κῆσι, VI 106 *πόλι λογίμῳ ἡ Ἑλλὰς γέγονε ἀσθενεστέρη* [1]. Praeterea vid. comici anonymi versus: *οὗτοι δ' ἀφεστήκασι πλεῖν ἢ δύο δοχμά* [2].

319. *ὥστε καὶ*] cf. Ach. 143.

320 sq. Haec qui dicit, licentia utitur quae in scena comica minime rara erat [3]). Nam meras nugas praebet scholion: *διαβολὴ τῶν Ἀθηναίων, εἰ καὶ δοῦλος παρ' αὐτοῖς ὁ δῆμος ἀπαγγέλλεται.* Plane homo hic Atheniensis neglegit nunc partes quas agit sive servi sive Demosthenis, ita autem loquitur ut mox larva remota cum familiaribus domi vel in foro confabulabitur. Quapropter nihil nunc quidem iuvat nos scire cuiusnam tribus pagive fuerit Demosthenes praetor, egregie autem errarunt qui Pergasaeum eum fuisse hinc efficiebant, quos dein refutarunt alii allata inscriptione unde Aphidnaeum fuisse apparet [4]). Sed nihilo probabilius est quod ex nostri loci auctoritate fuit qui contenderet [5]): eos qui Athenis Aphidnas peterent medio fere itinere peracto Pergasas pervenisse. Id unum verba Aristophanis luculenter testantur, quod dudum indicarunt interpretes [6]): urbi proximum fuisse Pergasas oppidulum, cuius situs aliunde accuratius definiri hactenus non potuit.

320. Cf. Nub. 1209.

321. *Pes vagus in laxa mihi pelle natabat* [7]), *male laxus in pede calceus haerebat* [8]). *Ἀγροικίας* autem est *μείζω τοῦ ποδὸς τὰ ὑποδήματα φορεῖν* [9]).

322—325. *Inde ab initio igitur in te conspicua fuit ista impudentia, quae plebeculae duci est utilissima.* — Simillimum est exordium chorici Vesp. 463: *ἆρα δῆτ' οὐκ αὐτόδηλα | τοῖς πένησιν κτέ.*

---

[1]) Etiam Nub. 640 hic est afferendus: *παρεκόπην διχοινίκῳ*, quo loco non debueram obtemperare Blaydesio *διχοινίκου* rescribenti; inest enim verbo *παρακόπτεσθαι* comparatio quaedam. — [2]) Cratin.(?) fr. 350. — [3]) Vid. vs. 335 Nub. 601 Thesm. 1140 Ran. 1531. — [4]) CIA. I 273 (Dittenb. Syll. 29[18]). — [5]) RLöper. — [6]) In his Kock. — [7]) Ovid. Art. Amat. I 516. — [8]) Horat. Sat. I 3, 31. — [9]) Theophr. Charact. 4.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἦ σὺ πιστεύων ἀμέργεις τῶν ξένων τοὺς καρπίμους,
πρῶτος ὤν· ὁ δ' Ἱπποδάμου θλίβεται θεώμενος.

326. ἀμέργεις Bothe e scholii interpretatione] ἀμέλγει R, ἀμέλγεις cett.; idem vitium habent mss. complura Apollonii Rhodii locis in commentario laudatis. Kock mavult ἀμέργει, sed recentiorum hoc videtur.

327. Ἱπποδάμου] Ἱππόδαμος l. a. in schol., unde vVelsen metri causa Ἱπποδάμου σε. GHermann coniecit Ἱπποδάμνου (cf. Eur. Hipp. 1451), Kock Ἱπποδάμαντος. Sed non plectitur metrum, notum enim ex inscriptionibus est nomen Ἱπποδήμου (vid. Dittenb. Syll. 137[9]), doricam autem huius nominis formam in Attico homine minime inauditam esse observavit Erdmann collatis nominibus *Archidamo* et *Archedamo* Andocid. I § 35 Isae. VII § 13. || *θλίβεται] λείβεται codd., quod in scholiis verbis καταλείβεται τοῖς δάκρυσιν et ἡττᾶται absurde explicatur; λείπεται coniecerat vEldik.

326. ἀμέργεις] i. e. καρπολογεῖς, δρέπεις, *decerpis*. Verbo rariore usus est etiam comicus ignotus [1]): ὃ μέν τις ἀμπέλους | τρυγῶν ἄν, ὃ δ' ἀμέργων ἐλάας, unde videmus eo designatum esse officium τῶν ἐλαολόγων [2]). Praeterea vid. Sappho [3]) ἄνθε' ἀμέργουσαν, Eur. [4]) καρπὸν ἀμέρξων, Theocr. [5]) ἀμερξάμεναι ... φύλλα, Apoll. Rhod. [6]) καρπὸν ἀμέργουσι et ἄνθεα ... ἀμεργόμεναι.

327. *O tu qui — et in rep. et nunc in theatro — primum obtines locum: at Hippodami ille filius inter plebeculam premitur!* Tu ex olida tua officina in honorificentissimum istum locum evolasti, propter bellicam scilicet tuam virtutem proedria donatus et viris generosis spectataeque fidei, qualis est Archeptolemus, antepositus. — Honor ille Cleoni nuper tributus respicitur etiam infra [7]), ubi Paphlagoni per τὴν προεδρίαν τὴν ἐκ Πύλου iuranti „ἰδού, προεδρίαν!" cachinnans dicit isiciarius: „οἷον ὄψομαί σ' ἐγὼ | ἐκ τῆς προεδρίας ἔσχατον θεώμενον!" *erit cum plebi denuo intermixtum te videam istic, ubi nunc delitescunt viri te multo meliores!* Hippodami autem filius quem dicit coryphaeus est *Archeptolemus* [8]), qui nuper τὴν εἰρήνην φέρων repulsam tulerat. Lacedaemoniis nimirum inde a natalibus favens — nam doricam originem patris nomen arguit — auctor fuerat ut post captam Sphacteriam pax mediocribus condicionibus fieret; Cleon vero strenue ei obstiterat [9]). Haud alium virum Archeptolemus se praestitit anno decimo quarto post. Nam instituto quadringentum virorum imperio Spartam legatus profectus cum Antiphonte et Onomacle [10]) tales inde rettulit pacis condiciones quae minime e rep. essent [11]), mox autem restituto statu populari cum de legatione illa inquisitum esset ex decreto publico, proditionis damnati Archeptolemus et Antiphon ultimo supplicio sunt affecti, bona publicata, domus dirutae [12]). — Verbum θλίβεται [13]) magis etiam festive nunc est adhibitum si verum est quod suspicor, *obesum* fuisse Archeptolemum.

[1]) Fr. adesp. 437. — [2]) Vesp. 712. — [3]) Athen. 554*b*. — [4]) Herc. 396. — [5]) XXVI 3. — [6]) I 882 IV 1144. — [7]) Vs. 702 sqq.; vid. etiam vs. 575. — [8]) Ἀρχεπτόλεμος Ἱπποδάμου Ἀγρυλῆθεν in lapide mox laudando. — [9]) Vid. praesertim infra vs. 794—796 et praeterea vs. 394, 670 sq. Pac. 665—667, Thucyd. IV (15 sqq., 21 sq.) 41 § 3 sq. Vesp. Prolegom. p. XXX. — [10]) Thucyd. IV 71 § 3. — [11]) Ibid. c. 91 § 1. — [12]) Teste lapide quem olim excripsit Caecilius: [Plut.] in vita Antiphontis p. 833 sq.; cf. Lys. XII § 67. Docte de hoc loco disputarunt Meier Philol. Blätter Breslau 1817, Erdmann in Philologo XLII p. 199 sq. — [13]) Quod iure restituisse mihi videor.

ΧΟΡΟΣ.

Stropha 3 (vs. 328—332).

ἀλλ᾽ ἐφάνη γὰρ ἀνὴρ ἕτερος πολὺ
σοῦ μιαρώτερος, ὥστε με χαίρειν,
ὅς σε παύσει καὶ πάρεισι — δῆλός ἐστιν — αὐτόθεν
πανουργίᾳ τε καὶ θράσει
καὶ κοβαλικεύμασιν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

(ad isiciarium:)

ἀλλ᾽, ὦ τραφεὶς ὅθενπέρ εἰσιν ἄνδρες οἵπερ εἰσίν,
νῦν δεῖξον ὡς οὐδὲν λέγει τὸ „σωφρόνως τραφῆναι.“

SCENA OCTAVA.

Eidem.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ μὴν ἀκούσαθ᾽ οἷός ἐστιν οὑτοσὶ πολίτης.

---

330. Ante *αὐτόθεν* sententiam incidit GHermann.
333. *οἵπερ εἰσίν*] *οἱ πονηροί* Naber.

---

330. *σε παύσει*] ut hoc loco, sic alibi [1]) abest participium, quod mente suppleri potest facillime.

— *πάρεισι*] *praevertet, superabit*; vid. ad vs. 56.

— *αὐτόθεν*] *ilico, statim* [2]).

332. *κοβαλικεύμασιν*] vid. ad Ran. 104.

333 sqq. *At tu, qui in illo seminario es enutritus, unde omnes prodierunt qui virorum nomine digni sunt, nunc ostende nihili esse priscum illum pudorem.* — Nimirum *ἐξ ἀγορᾶς* est noster homuncio [3]), quo qui conveniunt, *ἀλλήλους ὀμνύντες ἐξαπατῶσιν* [4]).

333. *ἄνδρες*] vid. ad Nub. 823.

334. Similibus verbis chorus iusti iniustique oratorum certamen introducit Nub. 949 sqq.: *νῦν δείξετον ... ὁπότερος αὐτοῖν λέγων ἀμείνων φανήσεται.*

— *οὐδὲν λέγει κτἑ.*] *inanis vox est illud „liberaliter educari“*, merum est verbum sine sensu, *λόγος ἐστί.* Item Eur. Suppl. 596 *ἀρετὴ οὐδὲν λέγει* [5]) *βροτοῖσιν*, et ignotus tragicus cuius verba in ore Bruti inclaruerunt [6]): *ὦ τλῆμον ἀρετή, λόγος ἄρ᾽ ἦσθ᾽! ἐγὼ δέ σε | ὡς ἔργον ἤσκουν.* Sic dicunt *τί λέγει; quid significat?* [7]). Cf. dicterium *κρεῖττον σιωπᾶν ἢ μηδὲν λέγειν satius est tacere quam nihil dicere* i. e. nugas fundere.

335. *πολίτης*] servum esse Paphlagonem nunc obliviscitur; cf. vs. 320 sq.

---

[1]) Vs. 862, 877, 879 Pac. 921 Eccl. 718 Plut. 505 Soph. Oed. R. 397 Herod. V 38 Lys. XXXIII § 2 etc. — [2]) Item Eccl. 246 Pherecrat. fr. 84 Thucyd. I 141 § 1 Plat. Conviv. 213 *a* Xen. Hellen. II 2 § 13 etc. — [3]) Vid. vs. 181 et ad Nub. 991. — [4]) Iudice Cyro apud Herodotum I 153. — [5]) L. a. *φέρει.* — [6]) Apud Dion. Cass. XLVII 49. — [7]) Vs. 1059 etc.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(cum minis se ei opponens:)

οὔκουν μ' ἐάσεις;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

μὰ Δί', ἐπεὶ καὶ ἐγὼ πονηρός εἰμι.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ἐὰν δὲ μὴ ταύτῃ γ' ὑπείκῃ, λέγ' ὅτι „καὶ ἐκ πονηρῶν"

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(dum vehementius ei minatur:)

οὐκ αὖ μ' ἐάσεις;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

μὰ Δία.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ναὶ μὰ Δία.

(Arripit isiciarium.)

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(dum cum Paphlagone colluctatur:)

μὰ τὸν Ποσειδῶ,

ἀλλ' αὐτὸ περὶ τοῦ ‛πρότερος εἰπεῖν' πρῶτα διαμαχοῦμαι.

(Paphlago anhelus et titubans recedit.)

---

336. *οὔκουν* (*οὐκοῦν*) P] *οὐκ αὖ* cett.
337. Demostheni dedi; in codd. est Chori. Cf. vs. 341, 359 sq., 366.
338. *οὐκ αὖ*] *οὐκοῦν* P.
339. In V aliisque post vs. 336 est collocatus; del. Dindorf. || *αὐτὸ*] *αὐτὸ τοῦτο* V alii. || *διαμαχοῦμαι*] *διαμαχοῦμαί σοι* R.

---

337. *ταύτῃ*] *ista via* [1]. Isto argumento si non fuerit victus, maius quid adde. — *ἐκ πονηρῶν*] non omissum est *εἶ*, quod soloecum foret, sed isiciarium repetere id iubet Demosthenes quod modo ex ipso audivit [2].

338. *οὐκ αὖ μ' ἐάσεις;*] *ecquid ne nunc quidem* (cf. vs. 336) *missum me es facturus?* [3]. Adverbium *αὖ* licet verbo *ἐᾶν* nunc sit additum, revera tamen *iubendi* verbo mente est iungendum: *denuo nunc te iubeo me sinere* [4]. Cf. homuncionis hirundinem iterum vocantis verba: *τανυσίπτερε ποικίλα μάλ' αὖθις* [5].

---

[1]) Item nos: *op die manier.* — [2]) V. 186, ubi vid. — [3]) Cf. Vesp. 942 Xen. Conv. IV 21 Pac. 281 etc. — [4]) Item apud nos minantis et depugnare parati est: *Nog eenmaal, zult ge me nu nòg niet met vrede laten?* — [5]) Av. 1415.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἴμοι, διαρραγήσομαι.[1] [1] zerbersten, platzen

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ μὴν ἐγὼ οὐ παρήσω.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

πάρες,[2] πάρες, πρὸς τῶν θεῶν, αὐτῷ διαρραγῆναι.

[2] permit [remittere]

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

τῷ καὶ πεποιθὼς | ἀξιοῖς ἐμοῦ λέγειν ἔναντα;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὁτιὴ λέγειν οἷός τε καὶ ἐγὼ καὶ καρυκοποιεῖν.

---

340. ἐγὼ Bothe] ἐγώ σ' codd., σ' ἐγὼ Bentley, quod non recipiendum, sic enim Isiciarii verba significarent: *missum te non faciam,* neque Demosthenes in aliam significationem detorquere ea posset.

341. Demostheni dedi; in codd. est Chori. Cf. vs. 337.

342. ἐμοῦ λέγειν ἔναντα Bothe] ἐμοῦ λέγειν ἐναντία codd., λέγειν ἐναντίον μου Burney non recte, nam enclitica pronominis forma hinc aliena, ἐμοῦ γ' ἐναντί' εἰπεῖν Reisig, ἐμοῦ βλέπειν ἔναντα Kock (ut Soph. Ant. 1299 Eur. Med. 470 Hec. 968), *facundiae* enim sequenti demum versu fieri mentionem. Ceterum vix Aristophaneum videtur ἔναντα, licet apud tragicos non sit inauditum (Soph. Ant. 1299 Eur. Or. 1478).

343. καρυκοποιεῖν] καρυκκοποιεῖν V¹ R alii.

---

340 sq. Paphlagoni frustra furenti et „*vae ira disrumpar!*" vociferanti [1]) isiciarius „*hoc autem scias velim*" ait „*me nihil quicquam remissurum* [2]), quod eodem redit ac si diceret: cave autem ne denuo pugnis meis occurras, nam peius etiam mulcabere. Sed verbo, quod intransitive adhibuerat isiciarius, Demosthenes iiculariter alterum *sinendi* sive *permittendi, concedendi* [3]) sensum nunc tribuens „*immo iste dispereat sine obsecro!*' exclamat. — Recordemur nunc oportet in diris fuisse διαρραγείη(ς) = ἀπόλοι(τ)ο vel ἐπιτριβείη(ς) [4]).

342. τῷ] neutrum est; vid. Nub. 385 et ad Ran. 1184.

— καί] in enunciatis interrogativis verbo praemissum reperitur etiam vs. 274 καὶ κέκραγας; Nub. 840 τί... καὶ μάθοι τις ἄν; Pac. 1289 τοῦ καί ποτ' εἶ; Lys. 836 τίς καί ἐστίν ποτε; Eccl. 1014 τί ποτε καί ἐστι et in oratione indirecta Nub. 1344 ὅ τι καὶ λέξεις, Eccl. 946 ὅ τι καὶ δράσεις [5]). Praeterea vid. ad Nub. 210.

343. οἷός τε] omissum est εἰμί, ut Lys. 719 ἐγὼ ... οὐκέτι | οἷα τε.

— καρυκοποιεῖν] in suae artis verbula relabens [6]) praeter expectatum hoc addit isiciarius. Quod per metaphoram dictum esse [7]) vix probabiliter statuit Blaydes; nam huiusmodi metaphora tum demum posset intellegi si additum esset

---

[1]) Cf. Ran. 255. — [2]) *En reken er maar gerust op dat ik niet zal toegeven.* — [3]) Verbum παριέναι τινί concedere alicui usurpatum est e. g. Herodot. VI 161 Soph. El. 1482. — [4]) Vid. Av. 2, 1257 Pac. 32. — [5]) Cf. e. g. Herodot. I 11 τέῳ καὶ τρόπῳ ἐπιχειρήσομεν αὐτῷ; — [6]) Cf. vs. 216. — [7]) Ut nostrum: *zoete broodjes bakken.*

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἰδού, „λέγειν“! καλῶς γ' ἂν οὖν σὺ πρᾶγμα προσπεσόν σοι
ὠμοσπάρακτον παραλαβὼν μεταχειρίσαιο χρηστῶς!
ἀλλ' οἶσθ' ὅ μοι πεπονθέναι δοκεῖς; ὅπερ τὸ πλῆθος.
εἴ που δικίδιον εἶπας εὖ κατὰ ξένου ἢ μετοίκου,
τὴν νύκτα θρυλῶν, καὶ λαλῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς σεαυτῷ,

---

344. οὖν σὺ ... προσπεσόν] εἴ τι ... προσπέσοι Blaydes; σὺ habet solus Γ, σοι R, om. reliqui, τι Aldina.

346. οἶσθ'] οἶδ' legit scholiasta (male). || ὅ μοι πεπονθέναι] ὅπερ πεπονθέναι μοι V R alii.

347. κατὰ ξένου] κατ' Ἀξένου vVelsen (novum nomen temere fingens), κατ' ἀπροξένου duris numeris Müller Strübing, κατ' ἀξίου Kähler, — infeliciter omnes, si quid video. || ἢ] inseruit Meineke. Vulgatam non tuetur Soph. Oed. R. 452, quapropter lenem Meinekii coniecturam recepi, dubitans tamen an vitiosum sit μετοίκου. Pro quo κατ' οἶκον (cum verbo θρυλῶν iungendum) tentat Hartman (cf. Lys. 261), sed vereor ut recte, quoniam κατὰ ξένου praecedit. Adiectivum vel participium aliquod expecto equidem, e. g. πανούργου, fuit autem cum χολῶντος tentarem scholii verbis, quae versui 354 adscripta extant, pellectus; vid. commentarius ad vs. 349.

---

e. g. λόγους[1]). Itaque καρυκοποιεῖν propria sua vi nunc usum valet ποιεῖν καρυκήν, fuisse autem καρυκήν dapem a Lydis inventam ex viginti de arte culinaria scriptorum auctoritate docet Athenaeus[2]). In Achaei Alcmeone satyrico Delphos nescio quis per irrisionem vocabat καρυκοποιούς propter crebra sacrificia. Opsonia artificiose parata Alexis[3]) dicit κεκαρυκευμένα ὄψα.

344 sq. „Siccine tu putas? Quam turpiter te dares, si negotium aliquod a lanio recens, sanguinolentum adhuc et tantum non vivum, tibi traderetur tractandum!" [4]). — Irridentis est ἰδού, de quo genere loquendi vid. ad Ran. 1205; dein ironice additur καλῶς iterumque χρηστῶς[5]).

346. πεπονθέναι] vid. ad Nub. 234.

— τὸ πλῆθος] nempe his annis in urbe erupit furor ille iudicialis; itaque cuiusvis esse iam videtur coram iudicibus causam suam orare[6]).

347. εἴ που] *sicubi*, i. e. *si quando*[7]). Sic etiam interrogativum ποῦ de tempore usurpant qui animo commotiore loquuntur, qua de re vid. ad Nub. 370.

— ξένου ἢ μετοίκου] haec si sana[8]), gradatio iis inest[9]). Nam hominem peregrinum in iudicio vincere, id non ita magnae artis esse videbatur; inquilini vero, quos ἄχυρα τῶν ἀστῶν dixit noster[10]), cum civibus ita consueverant ut ipsi paene cives viderentur nec tam facile possent circumveniri atque opprimi.

348 sq. θρυλῶν ... λαλῶν ... πίνων ... ἐπιδεικνύς ... ἀνιῶν] *imperfecti* haec esse participia vix est quod observem.

348. Conferantur Electrae ad fratrem verba[11]): καὶ μὴν δι' ὄρθρων γ' οὔποτ' ἐξελίμπανον | θρυλοῦσ', ἅ γ' εἰπεῖν ἤθελον κατ' ὄμμα σόν.

---

[1]) Qualem vocem ipse de suo supplet ille, vertens: *to concoct a speech, dress up a story.* — [2]) 516*c*; cf. ibid. 160*a* Menandr. fr. 462[7]. — [3]) Fr. 163[6]. — [4]) *Je zoudt ook wat met zoo'n lillend brok zaak weten aan te vangen!* — [5]) Vid. ad Nub. 8. — [6]) Vid. ad Nub. 208. — [7]) Item Ach. 520. — [8]) Vid. annot. crit. — [9]) Cf. Pac. 297. — [10]) Ach. 508. — [11]) Eur. El. 909 sq.

ὕδωρ τε πίνων, καὶ ἐπιδεικνὺς ⟨τοὺς φίλους ἀνιῶν⟩
ᾤου δυνατὸς εἶναι ⟨λέγειν⟩. ὦ μῶρε τῆς ἀνοίας!

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τί δαὶ σὺ πίνων τὴν πόλιν πεποίηκας ὥστε νυνὶ
ὑπὸ σοῦ μονωτάτου κατεγλωττισμένην σιωπᾶν;

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐμοὶ γὰρ ἀντέθηκας ἀνθρώπων τιν'; ὅστις εὐθὺς

---

349. *ἀνιῶν* Cobet] *τ' ἀνιῶν* codd.
351 sq. Demostheni tribuit Zacher.
353. *τιν'* Brunck] *τίν'* codd. fere omnes.

---

349. *ὕδωρ τε πίνων*] cf. vs. 89 et vid. Amphid. fr. 41: *ἐνῆν ἄρ', ὡς ἔοικε, καὶ ἐν οἴνῳ λόγος, | ἔνιοι δ' ὕδωρ πίνοντές εἰσ' ἀβέλτεροι.* Idem postea de Demosthene oratore multa cura ad dicendum se parante et orationibus suis invigilante [1]) dicebant obtrectatores, *ὡς ὕδωρ πίνων εἰκότως δύσκολος καὶ δύστροπός ἐστί τις ἄνθρωπος* [2]). Qualia cum vix ullum habeant leporem nisi ad certi cuiusdam hominis mores in vulgus notos pertineant, credibile mihi non videtur in universum nunc locutum esse nostrum, suspicor autem huc esse referenda scholii verba, quae versui 354 perabsurde adscripta invenio: *νῦν δ' εἴρηκεν ἀπὸ τοῦ Διαγόρα.* Quamquam Diagorae nomen quid sibi hic velit non assequor [3]).

— *ἐπιδεικνὺς τοὺς φίλους ἀνιῶν*] *recitando amicos enecans* [4]). Nempe indoctum doctumque fugat recitator acerbus, quem vero arripuit tenet occiditque legendo, non missura cutem nisi plena cruoris hirudo [5]).

350. *ᾤου*] *tunc putabas* (et exinde putas). Intellego quid rei sit: aliquando nescio quam litem vicisti et tunc orator tibi visus es.

— *τῆς ἀνοίας*] vid. ad Vesp. 161.

352. *μονωτάτου*] redit Plut. 182 [6]). Dictionem vehementiorem reddunt superlativi ducti a vocibus quae comparationem non admittunt. Sic *αὐτότατος* dicitur in Pluto [7]), cuius pronominis comparativum *αὐτότερον* ab Epicharmo in Alcyone esse usurpatum docet Apollonius de Pron.; *omnium nationum postremissimus nequissimusque* C. Gracchus dixit [8]), *Δαναώτατος* noster alicubi [9]), qui superlativus a nomine proprio ductus conferri potest cum Pithetaeri verbis [10]): *δικαιότατ' ἂν ληφθεῖσα πασῶν Ἰρίδων | ἀπέθανες.*

— *κατεγλωττισμένην*] hoc verbo etiam Ach. 380 Cleonis facundia contumeliose admodum designatur. Proprium sensum servat Thesm. 131; cf. *καταγλωττίσματα* Nub. 51. Translato *conviciandi* sensu comicos etiam *ἐπιγλωττεῖσθαι* dixisse testantur grammatici [11]).

353—355. Tune miraris quibus artibus efficiam ut nullus civis coram me

---

[1]) Plut. Demosth. 8. — [2]) Demosth. VI § 30; item XIX § 46, Athen. 44 *e, f*, Lucian. LXXIII § 15. — [3]) Estne *Ἀναξαγόρα* legendum (*Δ* — *Α*), ut ad Anaxagoram a Cleone accusatum hoc referri voluerit vetus interpres? — [4]) De verbo *ἐπιδεικνύναι* vid. ad Nub. 748. — [5]) Horat. ad Pisones in fine; vid. etiam lepidum Catulli carmen XLIV. — [6]) Item Theocrit. XV 137 Lycurg. Leocrat. § 88, Hyperides teste Hermogene Rhetor. Spengel II p. 411. — [7]) Vs. 83, *ipsissimus* Plaut. Trinumm. 988. — [8]) Gell. XV 12 § 3. — [9]) Fr. 259. — [10]) Av. 1222. — [11]) Vid. fragm. adesp. 882.

θύννεια θερμὰ καταφαγών, κᾆτ' ἐπιπιὼν ἀκράτου
οἴνου χόα, κασαλβάσω τοὺς ἐν Πύλῳ στρατηγούς.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγὼ δέ γ' ἤνυστρον βοὸς καὶ κοιλίαν ὑείαν
καταβροχθίσας, κᾆτ' ἐπιπιὼν τὸν ζωμόν, ἀναπόνιπτος
λαρυγγιῶ τοὺς ῥήτορας καὶ Νικίαν... ταράξω.

---

354. ἀκράτου R] -τον V alii.
357. ἐπιπιὼν R et Suidas s. v. ἀναπόνιπτος] ἐκπιὼν cett.
358. Niciae nomen hic miratus Bentley tentabat καὶ σφηκιὰν ταράξω coll. Vesp. 229.

---

hiscere audeat? Quis igitur par est mihi, qui recens a coena quotidiana e prytaneo provolans quoslibet praetores confutabo atque confutuam? — Impudentia verborumque fragore Paphlago Cyclopem aemulatur, quem audi apud Euripidem [1]): ὅταν ἄνωθεν ὄμβρον ἐκχέῃ, | ἐν τῇδε πέτρᾳ στέγν' ἔχω σκηνώματα, | ἢ μόσχον ὀπτὸν ἤ τι θήρειον δάκος | δαινύμενος εὖ τέγγων τε γαστέρ' ὑπτίαν, | ἐπεκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα, πέδον | κρούω, Διὸς βρονταῖσιν εἰς ἔριν κτυπῶν.

354. θύννεια θερμὰ] cuiusmodi nihil Pericli illi oblatum fuerat olim [2]). Quae quomodo sint paranda docet coquus apud Alexidem [3]).

355. κασαλβάσω] verbum etiam Hermipp. fr. 71 obvium ex plebeculae ore est desumtum, perinde atque λαικάσαι illud vs. 167. Nempe hominum incultorum et fuit semper et nunc est, quoties altercantibus minantibus cum vi aliquid affirmantibus aptae voces non suppetant, tonitrus vel fulminis nomen vel impudicum aliquod verbum usque quaque inculcare [4]). Idem autem nunc valet κασαλβάσαι quod ὑβρίσαι, κασαλβὰς enim dicitur scortum [5]).

356. ἤνυστρον] *omasum* [6]), vilem cibum [7]).

357. καταβροχθίσας] politiores homines κατεσθίουσι, sed plebeculae et mancipiorum est cibos avide arreptos καταπιεῖν sive καταβροχθίσαι, *per gulam demittere, deglutire* [8]).

— ἀναπόνιπτος] scilicet etiam τὸ ἀπονίζεσθαι [9]) libenter relinquens delicatulis istis hominibus, quos magis etiam contemnit quam ipse Cleon, quoslibet de foro rabulas illotis manibus anget atque opprimet.

358. λαρυγγιῶ] alienus hinc est Demosthenis locus [10]), ubi Aeschines dicitur ἐπάρας τὴν φωνὴν καὶ γεγηθὼς καὶ λαρυγγίζων patriae calamitatibus illudere; ibi enim intransitive adhibitum id valet verbum quod gallicum *s'égosiller*; item apud recentiores [11]). Nostro vero loco *fauces elidere* vel *praecidere* [12]) vertendum videtur collatis verbis αὐχενίζειν ῥαχίζειν similibus [13]).

— Νικίαν... ταράξω] dictum aliquod violentius etiam atque impurius quam cetera quibus hactenus se lacessiverunt cum nemo non expectet, risum extorquet lene verbum ταράξω, quod quam apposite tamen sit dictum de Niciae animo pusillo minimeque constanti, optime norunt auditores.

---

1) Vs. 323 sqq. — 2) Vs. 283. — 3) Fr. 186. — 4) Vid. ad vs. 365. — 5) Eccl. 1106. — 6) *Pens.* — 7) Cf. Horat. Sat. II 5, 40 Epist. I 15, 34. Vox redit vs. 1179 Alex. fr. 273 Mnesimach. 4^{14} Dioxipp. 1. — 8) Verbum legitur etiam vs. 826 Av. 503 fr. 236 (?) Hermipp. fr. 45^{4} Antiphan. 190^{6}. — 9) Vesp. 1217. — 10) XVIII § 291. — 11) Lucian. XXXIV § 24 XXXVIII § 36 LI § 19 Plut. Mor. 129 *a*. — 12) Sic schol. — 13) An Catull. XVI huc facit?

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

τὰ μὲν ἄλλα μ' ἤρεσας λέγων, ἓν δ' οὐ προσίεταί με
τῶν πραγμάτων, — ὁτιὴ μόνος τὸν ζωμὸν ἐκροφήσει.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀλλ' οὐ λάβρακας καταφαγὼν Μιλησίους κλονήσεις.

---

359 sq. Demostheni tribuit Enger, in codd. sunt Chori; cf. vs. 337. || Virgulam post *με* scribebat, post *πραγμάτων* delebat GHermann. || *πραγμάτων*] *ῥημάτων* Blaydes.

360. *μόνος*] *μόνον* Bentley non recte. || *ἐκροφήσει* Elmsley] *-σεις* codd.; cf. Vesp. 814. Vitium redit Ach. 278 Pac. 716.

361. Choro continuant V et alii. || *λάβρακας*] *-κα* Dindorf, grandis enim mensurae esse hunc piscem.

---

359. *μ' ἤρεσας*] vid. ad Ran. 103. — *οὐ προσίεταί με*] videantur quae ad Vesp. 742 observavi.

360. Verba *ὁτιὴ μόνος τὸν ζωμὸν ἐκροφήσει* praeter expectatum adduntur. Laudo tua consilia, quamquam unum molestum est: nimirum — vellem non *μονόσιτος* esses, sed mihi iusculi aliquid esses relicturus.

361. *At certe non Milesios tu conturbabis* | *lupis marinis bene pastus.* Cum verbo *κλονῆσαι* cf. substantivum *κλόνος* [1]. — Alia rursus haec est piscium species [2]. Erga Milesios autem Cleonem nescio quid fuisse molitum etiam vs. 932 apparet, neque veri dissimilis est suspicio, de eorum tributo minuendo vel non augendo hoc tempore ad populum fuisse relatum [3]. Milesios lupos prae ceteris fuisse laudatos docent Archestrati in Gastrologia verba [4]: *λάμβανε δ' ἐκ Γαισωνος, ὅταν Μίλητον ἵκηαι,* | *κεστρέα τὸν κέφαλον καὶ τὸν θεόπαιδα λάβρακα.* | *εἰσὶ γὰρ ἐνθάδ' ἄριστοι· ὁ γὰρ τόπος ἐστὶ τοιοῦτος.* Itaque transitum quendam nunc parat luporum nomen ad Mileti urbis mentionem. — Vox *λάβρᾱξ* a prisco adiectivo *λάβρῳ* (*λαβεῖν*) *avido, impetuoso* [5]) est ducta; nempe *ἰχθύων ὀψοφαγίστατος* [6]), omnium fere piscium voracissimus est lupus, et hanc praesertim ob causam opinor nunc inter Cleonis delicias commemoratur. Stirpi autem *λαβρ-* additum est suffixum *-ᾱξ*, quod dictioni familiari rusticae doricae proprium nec non e lingua latina notum est. Cf. *σύρφαξ* [7]), *στόμφαξ* [8]), *θαλάμαξ* [9]), *στύππαξ* [10]), *πλούταξ* [11]), *ψίλαξ* [12]), *νέαξ* [13]), *φέναξ* [14]), *φλύαξ* [15]), *μόθαξ* [16]), *Φαίαξ*, *Δήμαξ* [17]), *βώμαξ* [18]), *κόρδαξ* [19]), *πόρπαξ* [20]), *πάσσαξ* [21]), et animalium nomina *ἀσπάλαξ* *talpa*, *βόαξ* piscis quidam [22]), *θύνναξ* [23]), vid. etiam ad vs. 1. Cavendum autem est ne cum huiusmodi vocabulis confundamus nomina quae desinunt in *-ᾰξ*: *δέλφᾰκα μείρᾰκα κόλᾰκα* etc.

---

[1]) Nub. 387. Neutrum apud nostrum redit. — [2]) Fr. 363, 595 Eupol. 150 Archipp. 25 Eubul. 44, 110 Eriph. 3 Diphi . 66 etc. Horat. Sat. II 2, 31; vid. ad vs. 354. — [3]) Vid. Müller Strübing Aristoph. u. die hist. Kritik p. 368 sq. annot. — [4]) Athen. 311*a*. Cf. ibid. *e* et scholia ad nostrum locum. — [5]) Hom. *B* 148 etc. — [6]) Aelian. Nat. Anim. I 30. — [7]) Vesp. 673. — [8]) Nub. 1367 fr. 624. — [9]) Ran. 1074. — [10]) Fr. 696. — [11]) Eupol. fr. 159^{9} Menandr. 462^{10}. — [12]) Fr. 891. — [13]) Nicophont. fr. 10. — [14]) Ran. 909. — [15]) Italis sic dicebantur *scurrae* (cf. Athen. 621 *f*), idem igitur quod atticum *φλύαρος* vel *φλυαρῶν* valet haec vox. — [16]) Ad Eq. 635. — [17]) Eq. 823. — [18]) = *βωμολόχος*, fr. adesp. 966. — [19]) Nub. 540 etc. — [20]) Vs. 849. — [21]) Ach. 763. — [22]) *Knorhaan*? Athen. 287*a*. — [23]) = *θύννος*, Eriph. fr. 3.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀλλὰ σχελίδας ἐδηδοκὼς ὠνήσομαι μέταλλα.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐγὼ δ' ἐπεισπηδῶν γε τὴν βουλὴν βίᾳ κυκήσω.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγὼ δὲ κινήσω γέ σου τὸν πρωκτὸν ἀντὶ φύσκης.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐγὼ δέ γ' ἐξέλξω σε τῆς πυγῆς θύραζε κῦβδα.

(Isiciarium aggreditur; pugnant.)

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

(opem ferens socio:)

νὴ τὸν Ποσειδῶ καὶ ἐμέ τἄρ', ἥνπερ γε τοῦτον ἕλκῃς.

(Denuo victus recedit Paphlago.)

---

364. *κινήσω*] *βινήσω* R, *φυσήσω* Blaydes (coll. Herodot. IV 2 Acharn. 863)
365. *δέ γ'*] *δ'* R, *δέ τ'* V et alii. || *ἐξέλξω* Porson] *ἐξελλέγξω* R, *ἐξελῶ* (vel *ἐξολῶ*) codd. cett.; vid. versus sequens. || *τῆς πυγῆς* R] *τῇ πυγῇ* V et plerique, *τῆς πυγμῆς* nonnulli.
366. Choro tribuunt V et alii; cf. vs. 337. || *τἄρ'* Bothe] *γὰρ* codd.

---

362. *At carnibus ingurgitatus equidem redimam* [1]) *metalla.* Metallorum haec mentio festivi quid habeat nos latet, sed huic quoque Cleonis aliquam irrisionem inesse probabiliter statuit Merry.

— *σχελίδας*] apud Pherecratem [2]) *σχελίδες ὀλόκνημοι* ipsis *ἐγχελείοις* adiunguntur, inter delicatissima igitur opsonia recensentur; sunt autem carnes quae femur tegunt. Apud Herodam [3]) mulieres Aesculapio gallum gallinaceum offerentes alterum *σκελύδριον* [4]) seponunt templi aeditumo.

363. *κυκήσω*] vid. ad vs. 251.

365. *At ego pronum te foras protraham.* Ex ipso nimirum theatro. Dicendum erat *pedibus te arripiam,* ut apud Homerum est *ποδὸς ἕλκειν* [5]) vel apud nostrum *τοῦ σκέλους* [6]); sed pro verbo *pedibus* aliud nunc iacit Paphlago quo minus honestum eo aptius furorem evomenti, licet in sententiam parum quadret. Talia enim sunt propria plebeculae altercationibus [7]). Adverbium *κῦβδα* in scholiis recte redditur *κύπτοντά* (*σε*), idem igitur valet quod *κάτω κάρα* [8]).

366. Mente facile suppletur *ἕλξεις.* Minantis autem haec sunt verba: *hunc si velis abripere, ego prius tibi ero vincendus·* Creontis apud tragicum conferri potest dictum [9]): *πόλει μαχεῖ γάρ, εἴ τι πημανεῖς ἐμέ* et Neoptolemi [10]): *οὔ τἄρα Τρωσὶν ἀλλὰ σοὶ μαχούμεθα.*

— *ἥνπερ γε*] vid. ad Nub. 251.

---

[1]) I. e. *conducam*, cf. Nub. 749. — [2]) Fr. 108[13]. — [3]) Mim. IV 89. — [4]) *Crusculum, boutje.* — [5]) *π* 276 *σ* 10 etc. — [6]) Lys. 705. — [7]) Vid. versus simillimus Plut. 955, infra vs. 772, 1010 Eccl. 1020, supra ad vs. 355. — [8]) Ach. 945. — [9]) Soph. Oed. R. 837. — [10]) Philoct. 1253.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἷόν σε δήσω ἐν τῷ ξύλῳ!

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(adversarium repulsum irridens:)

διώξομαί σε δειλίας.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἡ βύρσα σου θρανεύσεται.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

δερῶ σε θύλακον κλοπῆς.

---

367. ἐν] addidit Elmsley.

368 sqq. Cum praecedentibus et inter se parum apte cohaerere contenderunt Helbig aliique; damnato vs. 368 trium versuum lacunam agnoscit Oeri, versum 369 post vs. 371 collocat vWilamowitz, cum Oerio versum 370 Cleoni tribuens et vs. 371 Isiciario. Sed multo aptius me iudice versus 370 Isiciario datur et post vs. 369 collocatur. Zacher suspicatur verum versuum ordinem hunc esse: *Π.* 369. *Α.* 372. *Π.* 370. *Α.* 373. *Π.* 371. *Α.* 374.

369. θρανεύσεται] ξανθήσεται alterum scholiastam legisse suspicatur Zacher, quod dubitat an verum sit; sed artis fulloniae hoc verbum (vid. Ach. 320) hinc alienum. Cf. vWilamowitz ad Eur. Herc. 285.

---

367. Ad minas denuo confugit Cleon pugnis repulsus.

— οἷον] *ut...!* Item nos *wat...!* [1]). Vid. οἷα supra vs. 269.

— ἐν τῷ ξύλῳ] ubi nunc marcescunt Spartiatae illi captivi [2]).

368. O tu, qui viros esse praetores tunc negabas [3]), ubi nunc est bellica tua virtus?

369. βύρσα] nihilo aptius quam κρέας [4]) de homine hoc potest dici nisi ioculariter vel in minis et omnino in dictione familiari. Cf. *pellis* apud Iuvenalem X 192.

— θρανεύσεται] verbum hoc alias non obvium quidam testibus scholiis interpretabantur olim *extendetur in* θράνει sive *scabello* [5]), quemadmodum „Cambyses „mali cuiusdam iudicis ex corpore pel„lem detractam sellae intendi in eaque „filium eius iudicaturum considere ius„sit" [6]) et Scythae hostes caesos ἐκδείραντες καὶ διατείναντες ἐπὶ ξύλων ἐφ' ἵππων περιφέρειν solebant [7]); quam veram esse explicationem testari videtur vox Euripidea ἀθράνευτος = ἄστρωτος [8]). Alii intellegebant *pertundetur* [9]), in his fortasse Lycophron, cui θρανύξαι [10]) est συντρῖψαι. Id certum est, ad suae artis verba denuo relabi Paphlagonem.

370. *Peram rapinis recipiendis e tua cute parabo* [11]). Genitivus κλοπῆς ita nunc adiungitur ut alibi ἀλφίτων, ὄψων, χρυσίου.

---

[1]) Cf. Ach. 321, 417, 807 Eq. 703 Vesp. 624, 901, 1329 (ubi ante οἷον claudendum est enunciatum), 1488 Pac. 33 Av. 224, 1211, 1646 Thesm. 704, 1133 Hom. *P* 471 α 410 etc. — [2]) Cf. vs. 394, 705 et vid. ad Nub. 592 et Ran. 618. — [3]) Thuc. IV 27 § 5. — [4]) Vid. vs. 421, 457 et ad Ran. 191. — [5]) Ad Ran. 121. — [6]) Herodot. V 25 Valer. Maxim. VI 3. — [7]) Herodot. IV 64; quod ἀποσκυθίσαι dicebatur (*scalpeeren*). — [8]) Eur. fr. 573. — [9]) συντριβήσεται, item Hesych. — [10]) Alexandr 664. — [11]) Vid. ad Nub. 442.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

διαπατταλευθήσει χαμαί.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

περικόμματ᾽ ἐκ σου σκευάσω.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

τὰς βλεφαρίδας σου παρατιλῶ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τὸν πρηγορῶνά σου ἐκτεμῶ.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

καὶ νὴ Δί᾽ ἐμβαλόντες αὐ-
τῷ πάτταλον μαγειρικῶς
εἰς τὸ στόμ᾽, εἶτα δ᾽ ἔνδοθεν
τὴν γλῶτταν ἐξείραντες αὐ-*

[illegible]iario tribuit Zacher; vid. ad vs. 368 sqq. || *παρατιλῶ* R] *περιτιλῶ* cett.
[illegible]ορῶνα Bentley] -*ρεῶνα* codd.; cf. Av. 1113. || *σου*] *σου γ᾽* R.
[illegible]δ᾽ R] *εἶτ᾽* cett.
[illegible]τες] -*ντος* Reiske non recte.

[illegible] em *δέρειν* proprium nunc suum [illegible]n obtinet, sed minis ideo est aptissimum quod *flagris caedendi* sensu usurpari solet [1]).

371. *διαπατταλευθήσει*] quemadmodum corium recens detractum paxillis solo affigi solet, ne dum siccatur corrugetur [2]). Sic Mesabatis, cui vivo detracta fuerat cutis, *τὸ δέρμα διαπατταλεῦσαι* iussit Parysatis [3]). Cf. etiam crudelissimum Artayctis supplicium, quem Graeci *ζῶντα πρὸς σανίδα προσδιεπασσάλευσαν* [4]).

372. *Fartum ex te faciam* [5]). De voce *περικόμμασι minutali* [6]) vid. vs. 770 [7]).

374. *πρηγορῶνα*] *ingluviem* [8]), in quam *προαγείρεται* cibus. Vox proprie de *avibus* dicitur [9]).

375—381. Plane ut porcum te tractabimus. Qui priusquam iuguletur, efficiendum est possintne homines sine periculo eius carnibus frui. Itaque effringitur ei os et paxillo distinetur, dein linguae protractae inspicitur pars inferior, qua oris fundo adhaeret; nam si porcus *χαλαζᾷ* sive *grandine* [10]) *laborat*, illa in parte corporis manifesta sunt morbi vestigia, *ἐν γὰρ τῇ γλώττῃ τῇ κάτω ἔχουσι μάλιστα τὰς χαλάζας* [11]). Cum versu 375 conferatur Thesm. 222, ubi Mnesilocho „*ἐμβαλῶ σοι πάτταλον ἢν μὴ σιωπᾷς*" minatur Euripides. De particulis *εἶτα δὲ* ex abundanti additis vid. ad Nub. 624. Verbum *ἐξείρειν exserere* legitur etiam Vesp. 423 [12]) et Herodot. III 87, apud eundem autem II 38 scribatur *τὴν γλῶσσαν ἐξείρας* [13]), qui locus cum nostro est conferendus.

376. *μαγειρικῶς*] cf. vs. 216.

---

1) Vesp. 450, 1286 etc., cf. Eur. Cycl. 237 Plaut. Epid. I 1, 63. — 2) Cf. Hom. *P* 393. — 3) Plut. Artax. 17. — 4) Herodot. VII 33 IX 120. — 5) Plaut. Mil. 8. — 6) Iuvenal. XIV 129. — 7) Metagen. fr. 6⁷ etc. et ad vs. 214 et Nub. 455. — 8) *Krop.* — 9) Vid. Av. 1113. — 10) *Finnen.* — 11) Aristot. Hist. Anim. VIII 21. — 12) Ubi vid. — 13) Vulgo *ἐξειρύσας*.

τοῦ, σκεψόμεσθ' εὖ καὶ ἀνδρικῶς
κεχηνότος . . .
τὸν πρωκτόν, εἰ χαλαζᾷ.

ΧΟΡΟΣ.

Antistropha 1 (vs. 382—388).

ἦν ἄρα πυρός θ' ἕτερα θερμότερα, καὶ λόγων
ἐν πόλει τῶν ἀναιδῶν ἀναιδέστεροι·
καὶ τὸ πρᾶγμ' ἦν ἄρ' οὐ φαῦλον † ὧδ' —◡–.

---

380. *κεχηνότος*] *-νότ' ἐς* Schütz, perabsurde cum Wielando ratus Demosthenem Paphlagoni minitari se totum eius corpus per gulam apertam usque ad podicem inspecturum.

382. *θ'*] addidit vVelsen.

383. *ἐν πόλει*] sanum? Vid. commentarius.

384. *ἦν ἄρ' οὐ* R] *οὐκ ἄρ' ἦν* V et plerique.

385. *φαῦλον*] *φλαῦρον* Aldina et fortasse schol.; de qua voce vid. acuta Naberi disputatio Mnemos. 1879 p. 58 sqq. et 1899 p. 157 sqq., qui recte hoc statuit discrimen: *φαῦλον* = *mediocre, leve, facile*, *φλαῦρον* *malum, vile, spernendum*. Item Cobet Coll. Crit. 1878 p. 547: *φαῦλον* = *εὐτελές*, *φλαῦρον* = *κακὸν ἢ μοχθηρόν*. — Corrupta autem sunt verba huius versus, in cuius fine lacuna est statuenda. Verba <*ἀλλὰ καλόν*> addit vVelsen, melius Bergk <*οὐδ' ἐλαφρόν*> ut Ach. 217,

---

379. *εὖ καὶ ἀνδρικῶς*] haec locutio (vel *ἀνδρείως*) saepius occurrit [1]), item *εὖ καὶ χρηστῶς* [2]), *εὖ καὶ καλῶς* [3]).

381. *τὸν πρωκτόν*] praeter expectationem podicis nunc fit mentio, credo quod *πρωκτοσκόπον* nuper se praestitisset ipse Cleon [4]). A loci sensu longe aberravit alter interpres, qui annotavit: *οἱ μάγειροι μετὰ τὸ ἀποσφάξαι τὰ θρέμματα εἰώθασι κρεμᾶν αὐτὰ ἐκ τοῦ παττάλου καὶ οὕτως ἐκδέρειν.*

382. *Verum igitur erat illud, quod saepius audivi sed verum esse nunquam antehac persuadere mihi potui, extare quae ipso igne sint calidiora.* Nempe *ὁ πανοῦργος Παφλαγὼν ηὗρεν ἕτερον πολὺ πανουργίαις μείζοσι κεκασμένον*, ut infra dicit chorus [5]). — Imperfecti *ἦν ἄρα* idem est usus in Cratini verbis [6]): *ἦν ἄρ' ἀληθὴς ὁ λόγος, ὡς δὶς παῖς γέρων* [7]), cum adiectivo autem *θερμῷ* translato [8]) conferendi sunt loci tragicorum, ubi homines duri pervicaces impudentes *πῦρ* vocantur vel *πυρὸς κρείττους*, *ἀναιδέστεροι*, similia dicuntur [9]). Dictum hoc populare etiam a Pausania [10]) respicitur.

383. *ἐν πόλει*] hoc si sanum est, non *in arce* nunc valet, ut in sermone quotidiano [11]), sed articulus in chorico omissus est more poetico. Cf. *ἐν τῇ πόλει* vs. 477.

384 sq. De corruptis his verbis vid. annot. crit., et de usu adiectivi *φαύλου* [12]) vid. vs. 213 alibi [13]).

---

[1]) Vesp. 153, 450 Thesm. 656 Plat. Cratyl. 440 *d* Leg. 855 *a* Charmid. 160 *d* etc. — [2]) Eccl. 638. — [3]) Plat. Conviv. 184 *a* etc. — [4]) Vid. ad vs. 878. — [5]) Vs. 684. — [6]) Fr. 24. — [7]) Praeterea vid. ad Vesp. 183. — [8]) Vid. Ach. 119 Vesp. 918 Thesm. 735 Plut. 415 Amphid. fr. 33 etc. — [9]) Soph. Philoct. 927 Oed. R. 177 Eur. Andr. 271 Hec. 608 fr. 432 (Ar. Lys. 1015). — [10]) VII 12 § 2. — [11]) Vid. ad Nub. 69. — [12]) Si *φαῦλον* sincera est lectio. — [13]) Ach. 215 Vesp. 656 etc.

ἀλλ' ἔπιθι καὶ στρόβει· μηδὲν ὀλίγον ποίει. νῦν γὰρ ἔχεται [μέσος.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὡς ἐὰν νυνὶ μαλάξῃς αὐτὸν ἐν τῇ προσβολῇ,
δειλὸν εὑρήσεις· ἐγὼ γὰρ τοὺς τρόπους ἐπίσταμαι.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀλλ' ὅμως οὗτος, τοιοῦτος ὢν ἅπαντα τὸν βίον,
κᾆτ' ἀνὴρ ἔδοξεν εἶναι, τἀλλότριον ἀμῶν θέρος.

Wecklein <ὅσα γ'> ὧδ' <ἰδεῖν> coll. Pac. 857 (vid. etiam ad Nub. 1252). Duos creticos deesse Blaydes cum Hermanno (vid. ad vs. 303) statuens praeterea ante στρόβει inserit σεαυτὸν (coll. Nub. 702), quod hinc alienum; probabilius certe τὸν ἄνδρα suppleri posset. Non h. l. sed versu 387 aliquid intercidisse censet vBamberg, cui assensus Zacher ibi legit μηδὲν <αὐτοῦ γ'> ἔλαττον ποίει. Sed manet sic ὧδ' illud, quod nihili est. Contextus haec fere requirere mihi videtur: καὶ τὸ πρᾶγμα οὐκ ἄρ' εἰς φλαῦρον ἄνδρα ἀνήκει. Sed quid dederit poeta non exputo.

387. ὀλίγον] ἔλαττον R et schol., hinc Dindorf ἐλαφρὸν. || ποίει] ποιοῦ Bergk.

391. Post hunc duos versus deesse statuit Helbig, post vs. 394 Zacher, respondere enim hunc locum versibus 314—321.

---

386. *At aggredere eum et torque.* Mente supplendum esse αὐτόν recte observatur in scholiis. De verbo στροβεῖν vid. ad Ran. 817.

387. μηδὲν ὀλίγον] in hac locutione superest prisci adiectivi vis; apud Homerum enim valet *exiguum.* Item apud Thucydidem: ὀλίγον ἐπράσσετο οὐδέν [1]).

388. ἔχεται μέσος] vid. ad Ran. 469 et Nub. 551.

389. ὡς] aut *nam* nunc valet, ut passim, aut a verbo *crede mihi* suspensum est [2]). Sed priorem explicationem praefero.

— ἐὰν νυνὶ μαλάξῃς αὐτὸν] i. e. ἐὰν μαλακόν τι ἐνδῷ νῦν [3]).

390. *Hominem reperies vere Asianum.* Est enim barbarorum cum ingenti clamore irruere in aciem hostilem, si vero primo impetu nihil effecerint, ignavissimos dein se praestare milites [4]).

— τοὺς τρόπους ἐπίσταμαι] cf. vs. 253 sq.

391 sq. ὅμως ... ὢν ... ἔδοξεν] i. e. καίπερ ... ὤν, ὅμως ἔδοξεν. *Et tamen, licet istiusmodi hominem per totam vitam se praestiterit semper, vir est habitus ipsoque melioribus praelatus!* Item Lys. 276 ὅμως λακωνικὸν πνέων ᾤχετο, i. e. καίπερ λ. πνέων, ὅμως ᾤχετο. Ut his locis adverbium ὅμως, sic alibi εἶτα participio praemissum est [5]).

392. καὶ εἶτα] vid. ad Nub. 624.

— ἀνὴρ] vid. ad Nub. 823.

— τὸ ἀλλότριον ἀμῶν θέρος] simillima metaphora in Vespis dicitur: ἐρήμας (sc. ἀμπέλους) τρυγᾶν [6]), cf. etiam Hesiodi locus [7]) ubi fuci dicuntur inutiliter ἀλλότριον κάματον σφετέρην εἰς γαστέρ' ἀμᾶσθαι. Ut fructus ὀπώρα, sic *fruges* dicuntur θέρος [8]). Nunc quoque τὰ ἐν Πύλῳ respici spectatores fugere non potuit.

---

[1]) Thucyd. VIII 15 § 2, vid. etiam II 8 § 1 VII 59 § 2, 87 § 6. — [2]) Ut Vesp. 416 etc. — [3]) Plut. 488 Eur. Hel. 508 Herodot. III 51, 105; cf. Cobet ad Dion. Halicarn. p. 15. — [4]) Vid. Cyrus apud Xenophontem Anab. I 7 § 4 Hom. *Γ* 2 etc. — [5]) Vid. Nub. 860. — [6]) Vesp. 634, ubi vid. — [7]) Theog. 599. — [8]) Item Aesch. Pers. 822 Eur. Bacch. 1027, 1316 fr. 423, neque aliter ni fallor locutus est Thucydides II 19 § 1: τοῦ θέρους [καὶ τοῦ σίτου] ἀκμάζοντος.

νῦν δὲ τοὺς στάχυς ἐκείνους, οὓς ἐκεῖθεν ἤγαγεν,
ἐν ξύλῳ δήσας ἀφαύει καὶ ἀποδόσθαι βούλεται.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οὐ δέδοιχ' ὑμᾶς, ἕως ἂν ζῇ τὸ βουλευτήριον
καὶ τὸ τοῦ δήμου πρόσωπον μακκοᾷ καθήμενον.

ΧΟΡΟΣ.

Antistropha 2 (vs. 397—399).

ὡς δὲ πρὸς πᾶν ἀναιδεύεται, κοὐ μεθέ-
στηκε τοῦ χρώματος τοῦ παρεστηκότος!

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

εἴ σε μὴ μισῶ, γενοίμην ἐν Κρατίνου κῴδιον,

---

394. *ἀφαύει*] *ἀφανει* R, unde *ἀφαίνει* (= *πτίσσει*) Ribbeck, *ἀφεύει* Blaydes (coll. Pac. 1144).
396. *καθήμενον*] *καθημένου* Blaydes; vid. commentarius.
398. *μεθέστηκε* Hirschig] *μεθίστησι* codd., *μεθίησι* vHerwerden (sed cum voce *χρώματι* hoc verbum apte iungi non potuit).
400 sq. Cleoni tribuunt V R alii.
400. *ἐν* LBos cum schol.] *ἒν* (vel *ἂν*) codd., *τῶν* Kock (coll. fr. 19).

---

394. *ἐν ξύλῳ δήσας*] ipsi imagini non aptissima quidem sunt haec, attamen possunt utcunque adaptari; respicitur autem *ξύλον* illud, de quo vid. vs. 367. Miserorum Spartiatarum in vinculis per annos complures languentium squalorem optime pingit Strepsiadis dictum Nub. 186.
— *ἀφαύει*] *siccat.* Cf. *αὖος* [1]), *αὑαίνειν* [2]).
— *ἀποδόσθαι*] scilicet id praesertim Cleoni crimini dabatur, quod vehementissime obstabat quominus *gratis* Lacedaemoniis redderentur captivi [3]).
395. *ἕως ἂν ζῇ*] *quamdiu vivet vigebitque et praesens mihi aderit.* Item Lys. 696 *ἢν ἐμοὶ ζῇ Λαμπιτώ.*
396. *μακκοᾷ*] vid. ad vs. 62.
— *καθήμενον*] negligentius haec sunt enunciata; nam *vultus sedere* sine vitio dici non potest. Non tamen *καθημένου* est scribendum; nam licet *μακκοᾶν καθήμενον* non minus recte dicatur quam *καθῆσθαι μεμακκοακότα* [4]), nihil est *δῆμος καθήμενος* nisi addatur *ubi* ille sedeat [5]) vel *quo vultu* vel *quo consilio.*
397. *ὡς δὲ*] cf. vs. 269.
398. Cf. Plut. 365 *ὡς πολὺ μεθέστηχ' ὧν πρότερον εἶχεν τρόπων*, Vesp. 1451 *μετέστη σκληρῶν τρόπων καὶ βιοτῆς*, Eur. Alc. 173 sq. *οὐδὲ τοὐπιὸν | κακὸν μεθίστη χρωτὸς εὐειδῆ φύσιν*, Plat. Phaedon. 117 *b* *οὐδὲν τρέσας οὐδὲ διαφθείρας οὔτε τοῦ χρώματος οὔτε τοῦ προσώπου* [6]).
399. *τοῦ παρεστηκότος*] cf. Lys. 318 *τοῦ νῦν παρεστῶτος θράσους.*
400 sq. Non minus ridiculae sunt imprecationes, quibus Dionysus utitur Ran. 152 sqq., ubi attuli simile hominis ignoti dicterium [7]); cf. etiam alius nescio quis [8]): *εἴ τινας μᾶλλον φιλῶ | ξένους ἑτέρους ὑμῶν,*

---

[1]) Lys. 385. — [2]) Eccl. 146 *δίψῃ...ἀφαυανθήσομαι*, Ran. 1089 *ἐπαφηυάνθην...γελῶν* et ad Ran. 194. — [3]) Vid. ad vs. 327. — [4]) *Zitten suffen.* — [5]) Ut vs. 754. — [6]) Vid. etiam Vesp. 748. — [7]) Ephipp. fr. 16. — [8]) Alex. fr. 145.

καὶ διδασκοίμην προσᾴδειν Μορσίμου τραγῳδίᾳ.

ΧΟΡΟΣ.

Antistropha 3 (vs. 402 - 406).

„ὦ περὶ πάντ' ἐπὶ πᾶσί τε" πράγμασι
δωροδόκοισιν „ἐπ' ἄνθεσιν ἵζων",
εἴθε φαύλως, ὥσπερ ηὗρες, ἐκβάλοις τὴν ἔνθεσιν.
ᾄσαιμι γὰρ τότ' ἂν μόνον·

401. προσᾴδειν] πρὸς ᾄδειν GHermann (servato acc. τραγῳδίαν), vid. ad Ran. 415; ὑπᾴδειν Cobet, παρᾴδειν Bergk. || τραγῳδίᾳ Meineke] -δια R, -δίαν cett.

402. ὦ περὶ πάντα πανοῦργε σὺ πᾶσί τε vVelsen.

404. ηὗρες] εὗρες codd.

405. τότ' ἂν μόνον] τοῦτ' ἂν μαθὼν Zacher. Ego γελῶν vel χαρείς expectabam; sed vid. commentarius.

γενοίμην ἔγχελυς, | ἵνα Καλλιμέδων ὁ Κάραβος πρίαιτό με.

400. Stragulam, in qua recumbebat Cratinus, cum ipso sene vinoso non raro maduisse credere nunc iubemur [1]), ut saepius aemulum clarissimum in hac comoedia dicteriis protervis lacessivit noster [2]). Cum verbis εἴ σε μὴ μισῶ cf. vs. 767 εἰ δέ σε μισῶ κτέ.

401. διδασκοίμην] vid. ad Vesp. 2.

— προσᾴδειν] *accinere*; cf. προσαυλεῖν Eccl. 892, ὑπᾴδειν Ran. 366. — Postquam Aeschylus τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασεν [3]), secundariae tantum chori in tragoediis fuere partes.

— Μορσίμου] de hoc tragico vid. ad Ran. 151.

402 sq. E tragico lyricove poeta haec desumta esse sensit vdSande Bakhuyzen; *Simonidis* autem, cuius verbis chorus mox utitur [4]), ultro se nobis offert nomen. Apud illum igitur poetam, quisquis fuit, pro πράγμασι et δωροδόκοισιν, quae ipsius comici esse nemo non videt, τέλμασι vel νάμασι et ἑρσοδόκοισιν vel eiusmodi quid fuisse suspicor. De adiectivo δωροδόκῳ vid. ad Ran. 361. — Aptissimi qui conferantur sunt Avium versus [5]), ubi Phrynichus poeta tragicus dicitur ex suavibus avicularum cantilenis ὥσπερ μέλιττα ἀμβροσίων μελέων καρπὸν ἀποβόσκεσθαι. Nostro autem loco Cleon assimulatur api, quae cunctas rerum publicarum paludes perlustrans nullis non rapinarum floribus insidat, ut eorum mella exhauriat.

404. *Utinam bucceam temere inventam temere sic evomeres* et male parta male dilaberentur! — De adverbio φαύλως vid. ad Vesp. 656. Vox ἔνθεσις significat id quod ἐντίθεταί τις [6]), *bucceam* [7]), unde ἐνθεσίδουλον comicus nescio quis dixit τὸν γαστρὸς ἥττω ὄντα, τὸν γάστριν [8]). Nunc ἡ ἐν τῷ πρυτανείῳ σίτησις Cleoni decreta [9]) hac voce designatur contumeliosissime, quemadmodum victus quotidianus, ubi cum contemtu commemoratur, τὰ ἄλφιτα dici solet [10]). Dignus autem qui cum nostro loco conferatur est vs. 1148. Praeterea vid. Ciceronis verba probrosa de Antonio, qui tantum vini in epulis aliquando exhausit, ut postridie in coetu populi Romani vomens gremium suum et totum tribunal impleverit [11]).

405 sq. *Nam tum demum canerem illud: „nunc est bibendum!"* Tum mirum quam

[1]) Cf. Hermipp. fr. 82^1. — [2]) Vid. ad vs. 526 sqq. — [3]) Aristot. Poet. 4. — [4]) Vs. 406. — [5]) Vs. 748 sqq. — [6]) Vid. vs. 51. — [7]) *Een hap.* Redit Pherecrat. fr. 108^6 Teleclid. 1^{10} Hermipp. 41 Antiphan. 87^1, 204^{12}. — [8]) Fr. adesp. 999. [9]) Vid. ad vs. 280 sq. — [10]) Vid. ad Nub. 176. — [11]) Philipp. II § 63.

„*πῖνε, πῖν᾽ ἐπὶ συμφοραῖς*“.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

† τὸν Ἰουλίου τ᾽ † ἂν οἴομαι γέροντα πυρροπίπην
ἡσθέντ᾽ ἰηπαιωνίσαι καὶ „Βακχέβακχον“ ᾆσαι.

SCENA NONA.

Eidem.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οὔ τοί μ᾽ ὑπερβαλεῖσθ᾽ ἀναιδείᾳ μὰ τὸν Ποσειδῶ,

---

406. *πῖν᾽ ἐπ᾽ ἐσθλαῖς συμφοραῖς* Blaydes praeeunte Bergkio; vid. schol., Suid. s. v. *συμφορά*, Eur. Alc. 1155.

407. *Ἰουλίου*] corruptum. Meineke *Βουλίου* (ex Demetr. *π. ἑρμ.* 153 et Apostol. V 11*a*), Duker *Ἰουλιήτην τ᾽*, nempe *Simonidem* Iulide oriundum; quem secutus Bothe mox scripsit *ἡσθέντ᾽ ἄν*, lenius Schnitzer *Ἰουλιᾶ*. Sed quid sibi velit h. l. Simonidis nomen non intellego equidem, suspicor autem partem notulae cuiusdam, ad vs. 406 pertinentis, in qua Simonidis fieret mentio, metro et sententia invitis inter poetae verba esse receptam. || *οἴομαι*] *οἶμαι* codd. || *πυρροπίπην*] sic V aliique (item Eustath. 851, 54), *πυροπίπην* R et olim Crates, e coniectura opinor (nam pro *Κρατῖνος* in scholio legendum esse *Κράτης*, quod et ego in meo exemplari annotaveram, nunc demonstravit Zacher), *τὸν φύλακα τοῦ σίτου, ὡς εἰς τὸ πρυτανεῖον παρέχοντα ἄρτους* minime absurde interpretatus; *ciborum* certe, non *amorum*, in proximis versibus fit mentio. Multo tamen mordacius epitheton est *πυρροπίπης* (vid. commentarius), de loco autem obscuro, in quo homo ignotus iocose traducitur, ut probabiliter aliquid statui possit vereor.

408. *ἰηπαιωνίσαι* R et Suidas s. v. *πυροπίπας*] *ἰὴ παιὼν* (-*ῶν᾽*) *ᾆσαι* cett., quod glossema est. Cf. Thesm. 311 Pac. 453 Ach. 1212 etc.

---

apposita esset nota illa, qua in conviviis uti solemus, cantilena. — Testibus scholiis desumta haec sunt e carmine Simonidis; in quo *συμφοραί* more prisco *de felici rerum eventu* erat dictum, ut alibi *ἐπ᾽ ἐσθλαῖς ξυμφοραῖσιν* [1]) vel *ἐπὶ τύχῃσι χρηστῇσι* [2]).

407. Horum verborum sensus plane nos latet [3]). Id unum certum duco, aliquem ex iis qui tunc temporis in prytaneo vescebantur ioculariter sic designari. Vox autem *πυρροπίπης*, quae ad imitationem epici epitheti *παρθενοπίπου* [4]) est conformata [5]), significat senem tam perversae libidinis ut *rufos* pueros — turpissimos igitur — in deliciis habeat [6]).

408. Verba festive ficta, quibuscum conferri possunt *παππίζειν* et similia [7]), significant: *clamare* „*ἰὴ παιῶν!*“ et „*Βάκχε Βάκχε!*“ Scolia autem apud Antiphanem nescio quis commemorat *τὸν Τελαμῶνα, τὸν Παιῶνα, τὸν Ἁρμόδιον* [8]).

409. *ὑπερβαλεῖσθε*] cf. vs. 56.

---

[1]) Eur. Alc. 1155, vid. vs. 655 et ad Nub. 1205. — [2]) Herodot. I 119. — [3]) Vid. annot. critica. — [4]) *Λ* 385. — [5]) Cf. etiam *παιδοπίπης* Athen. 563*e* et in schol. h. l. — [6]) Vid. ad Ran. 730 (et 308) de voce *πυρρίᾳ*. — [7]) Vid. ad Vesp. 609. — [8]) Antiphan. fr. 85.

ἢ μήποτ' Ἀγοραίου Διὸς σπλάγχνοισι παραγενοίμην.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἔγωγε, νὴ τοὺς κονδύλους, οὓς πολλὰ δὴ ἐπὶ πολλοῖς
ἠνεσχόμην ἐκ παιδίων, μαχαιρίδων τε πληγάς,
ὑπερβαλεῖσθαί σ' οἴομαι τούτοισιν, ἢ μάτην γ' ἂν
ἀπομαγδαλιὰς σιτούμενος τοσοῦτος ἐκτραφείην.

---

410. παραγενοίμην] συγγενοίμην Mehler probabiliter (vid. Eupol. fr. 108 et infra ad vs. 806; π' et σ' permutari potuerunt).
412. παιδίων] παιδίου R. || μαχαιρίδων R] -ριδίων cett.
414. Om. R errore aperto.
414 sq. ἀπομαγδαλιὰς] ἀπομαγδαλιᾶς (-ιᾶις, -ίας) vel ἀπὸ μ. codd.

---

410. *Aut nunquam posthac publico sumtu* (in prytaneo) *vescar!*

— Ἀγοραίου Διὸς] Iuppiter Ἀγοραῖος et Βουλαῖος cum alibi per Graeciam tum Athenis colebatur, utpote civium de rebus publicis in concione vel in senatu deliberantium praeses [1]). Priscum igitur hoc epitheton concinit cum dictione epica, in qua ἀγορὴ *concionem* solet valere. Sed Paphlago nunc *institorum rabularumque forensium patronum* intellegit; scilicet populi conciones non iam in *foro* Athenis habebantur sed in *pnyce* [2]). Per numen Ἀγοραῖον etiam isiciarius iuravit vs. 297. Praeterea vid. vs. 500.

— παραγενοίμην] hoc verbum quamquam licet interpretari *adesse sacrificio* [3]), potius tamen ita nunc videtur accipiendum ut εἰς λόγον ἐλθεῖν [4]); cf. etiam Eupol. fr. 38: ξυνεγιγνόμην... φάγροισιν, 108: ἵνα σπλάγχνοισι συγγενώμεθα, Teleclid. 38: ξυγγενέσθαι... μάζαις. Ceterum vid. Vesp. 654: κἤν χρῇ σπλάγχνων μ' ἀπέχεσθαι.

411. κονδύλους] vid. ad Vesp. 254.

— πολλὰ... ἐπὶ πολλοῖς] *iterum atque iterum*, item Vesp. 1046. Cf. Eur. Med. 579: πολλὰ πολλοῖς. Neutrum igitur est πολλοῖς [5]), cum voce autem πολλὰ cf. Plut. 253: ὦ πολλὰ... ταὐτὸν θύμον φαγόντες, et de studio verba iterandi vid. ad Ach. 177.

413. τούτοισιν] *istis tuis artibus.*

413 sq. ἢ... ἂν — ἐκτραφείην] idem haec valent atque μάτην γὰρ ἂν τοσοῦτος ἐκτεθραμμένος εἴην, εἰ μὴ ὑπερβάλοιμί σε. Sed pro plusquamperfecto isiciarius adhibet tempus aoristum, quod necessarium fuisset si suum in hoc enunciato locum concessisset verbo δοκεῖν: ἢ δόξαιμι ἂν μάτην... ἐκτραφῆναι (vel ἐκτεθράφθαι), *aut frustra in tantum talemque hominem excrevisse videar*, vel si indicativo modo usus dixisset: εἰ μὴ μάτην ἀπομαγδαλιαῖς τοσοῦτος ἐξετράφην [6]).

414 sq. ἀπομαγδαλιὰς] sic vocantur panis frusta [7]), quibus inter coenandum [8]) ad manus detergendas utebantur convivae [9]), dignae igitur quae canibus τραπεζεῦσι proicerentur offae; cf. locus Homeri κ 217 [10]) et Diphili verba de muliere turpissima, παρ' ἧς τὸν ἄρτον ἡ κύων οὐ λαμβάνει [11]). Qualia frusta κυνάδες dicebantur a Lacedaemoniis [12]).

---

[1]) Vid. Preller Myth. I⁴ p. 150. — [2]) Cf. iocosa de Nestore ἀγορητῇ disputatio Nub. 1057. — [3]) Coll. Hom. ρ 173 (παρεγίγνετο δαιτί) vel Plat. Conviv. 172*c*. — [4]) Infra vs. 806, ubi vid. — [5]) Ut Ran. 697. — [6]) Alieni hinc mihi videntur loci homerici, qualis est *A* 232, licet cum nostro loco eos composuerint Kock et Platt (Journal of Philology 1898 p. 87). — [7]) ψωμοί. — [8]) Nam *post* coenam *aqua* ἀπενίψαντο. — [9]) ἀπεμάττοντο, vid. vs. 819. — [10]) Quem Pollux VI 93 confert. — [11]) Diphil. fr. 91. Item nos: *dat de honden er geen brood van zouden eten.* — [12]) Teste Polemone apud Athen. 409*d*; vid. etiam ad Nub. 491 et infra ad vs. 1168.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ἀπομαγδαλιάς, ὥσπερ κύων; ὢ παμπόνηρε, πῶς οὖν
κυνὸς βορὰν σιτούμενος μαχεῖ σὺ κυνοκεφάλῳ;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ νὴ Δί' ἄλλα γ' ἐστί μου κόβαλα παιδὸς ὄντος.
ἐξηπάτων γὰρ τοὺς μαγείρους ἂν λέγων τοιαυτί·
„σκέψασθε, παῖδες! οὐχ ὁρᾶθ'; ὥρα νέα, χελιδών!"
οἳ δ' ἔβλεπον, καὶ ἐγὼ ἐν τοσούτῳ τῶν κρεῶν ἔκλεπτον.

---

415 sq. Demostheni (vel Coryphaeo) tribui iussit Blaydes; in codd. sunt Cleonis, quod absurdum, quoniam cynocephalum ipse se Cleon vocare non potuit.

416. *μαχεῖ* Dindorf] *μαχει* V, *μάχει* codd. cett. || *κυνοκεφάλῳ*] *-λλῳ* Phot. s. v. et Anecd. Bekk. p. 49, quod fortasse praestat; *κυνοκεφάλῳ σύ* Burney, *κυνοκεφάλῳ μαχεῖ σύ* Meineke, sed vid. commentarius.

417. *καὶ νὴ*] *νὴ τὸν* R, quem sequuntur Bothe, dein *ἀλλά γ' ἔστι* scribens, et Blaydes, *ἀλλὰ κἄστι* scribens. || *μου*] *μοι* V alii.

418. *ἂν*] addidit Bernhardy, *ποτε* Enger, *τότε* Piccolomini; Bergk scribebat *μαγειρίσκους*. Hartman coniecit *ἐξηπάτων γὰρ ἂν λέγων τοιαῦτα τοὺς μαγείρους*, et multo sane melius placent verba ita ordinata. || *λέγων*] *ἐπιλέγων* pauci.

---

415 sq. *Vae misero tibi, si canino victu nutriris, quomodo tandem cynocephalum tu vincere poteris!*

416. *κυνοκεφάλῳ*] *simiae* [1]. Vocis terminus epicus *-κέφαλος* [2]), e *-κεφάλιος* natus, saepius invenitur apud Hesiodum, illic enim *τρικέφαλος* dicitur Geryones [3]), *πεντηκοντακέφαλος* Cerberus [4]), et *Μακροκεφάλων* fit mentio [5]). Conferendus autem est hic terminus cum adiectivis item epicis *τετραφάληρος ὑψιπέτηλος τριπέτηλος*, quae *-φάλαρος* et *-πέταλος* scribere praestat, quoniam e *-φαλάριος* et *-πετάλιος* per productionem compensatoriam sunt nata, et cum adiectivo *ϝεανός ductilis*, quod *ϝεάνιος* fuit primitus [6]). Epicam dictionem servat priscum, quod videtur, epigramma, Hermae cuidam in Ceramico olim inscriptum, cuius prima sunt verba: *Ἑρμῆ τετρακέφαλε* [7]), eamque noster nunc imitatur, quemadmodum Eubulus *ἀμφικέφαλος* dixit [8]). Nam suis ipsorum verbis cum utebantur comici aequales, *-κέφαλος* dicebant [9]). — Non sine causa epitheton *σχινοκέφαλος*, quo Periclis caput deforme riserat Cratinus [10]), in memoriam nunc vocat Kock.

417. *κόβαλα*] vid. Pherecrat. fr. 162 *ὑβριστὸν ἔργον καὶ κόβαλον εἰργάσω* et vid. ad Ran. 104.

418. *ἂν*] vid. ad Vesp. 269.

419. Ut hi pueri primam hirundinem, *ἄγγελον ἔαρος ἁδυόδμου* [11]), sic Euelpides ille primum milvum non sine detrimento suo aliquando salutavit [12]).

420. *ἐν τοσούτῳ*] *per temporis brevissi-*

---

[1]) *Baviaan.* Daemonis maligni nomen hoc esse perhibent Bergk Zielinski Zacher, minime mihi certe persuadentes. — [2]) Aut *-κέφαλλος*. — [3]) Theog. 287, ubi vid. Rzach, Schulze Quaest. Ep. p. 251 sq. — [4]) Ibid. vs. 312. — [5]) Hesiod. fr. 86. — [6]) Vid. Enchirid. dict. ep. p. 28. — [7]) Vid. Eustath. 1353,8 Aristoph. fr. 553. — [8]) Eubul. fr. 107[10]. — [9]) Cf. Ran. 473 *ἑκατογκέφαλος*. — [10]) Cratin. fr. 71, cf. Plutarch. Pericl. 3. — [11]) Simonid. fr. 74; cf. carmen populare ab Athenaeo 360 *c* servatum, Plin. H. Nat. II 47, Thesmoph. 1. — [12]) Av. 501 sqq.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ὦ δεξιώτατον κρέας, σοφῶς γε προυνοήσω·
ὥσπερ ἀκαλήφας ἐσθίων, πρὸ χελιδόνων ἔκλεπτες.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ ταῦτα δρῶν ἐλάνθανόν γ'. εἰ δ' οὖν ἴδοι τις αὐτῶν,
ἀποκρυπτόμενος εἰς τὼ κοχώνα τοὺς θεοὺς ἀπώμνυν.
ὥστ' εἶπ' ἀνὴρ τῶν ῥητόρων ἰδών με τοῦτο δρῶντα·
„οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ παῖς ὅδ' οὐ τὸν δῆμον ἐπιτροπεύσει".

---

421 sq. Demostheni dedi; in codd. sunt Chori; cf. vs. 415 sq. et 427 sq.

421. Post κρέας in codd. est ὡς, quod e falsa lectione κρέως videtur natum (κρεως); delevit Bentley. || προυνοήσω] -θης Mehler.

423. γ'] add. Triclinius, ἄν Lenting.

424. τὼ Dobree] τὰ codd. || κοχώνα] κόχωνα V R et plerique, item schol.; pro neutro scilicet habebatur metro invito. Cf. vs. 484. || ἀπώμνυν Bentley] -υον codd.

---

mum illum articulum, interim [1]). Ita nunc vertendum est pronomen ut in locutionibus τοσαῦτα εἶπε: *haec* (tantum) *dixit*, nec verbum addidit praeterea [2]), παρὰ τοσοῦτον ἐγένετο: *tantillum afuit quin* [3]). Tantillum temporis ad carnes surripiendas isiciario sufficiebat. Simillimo autem artificio circa fabulae finem [4]) Paphlagonis carnibus potitur.

421. κρέας] vid. ad vs. 369.

— προυνοήσω] cf. Nub. 975. Aoristus huius verbi apud nostrum non redit, in -θῆναι autem solet exire in dictione Attica; προνοήσασθαι tamen legitur etiam apud Antiphontem [5]) et Euripidem [6]).

422. Liberior horum verborum est structura; hoc enim dicit: *homines urticarum amantes imitatus ante primam hirundinem consilium tuum perpetrabas.* Nempe veris tantum initio urticae edi possunt folia tenella adhuc necdum urentia; nam *mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur, incipiens autem nasci vere non ingrato cibo est* [7]), sed μετὰ τὴν χελιδόνα ἄβρωτός ἐστιν [8]). Sic in patriae nostrae regionibus quibusdam ut primum praeteriit hiems, per prata videre est mulierculas puerosque *taraxaci* recentes surculos [9]) inter talparum praesertim monticulos anquirentes, ubi solum laxius solisque radiis magis pervium herbas dormitantes citius summittit; quae post paucas hebdomades prorsus spernitur herba. — Inde ab Hesiodi aetate ad nostrum usque tempus rusticis mos fuit varios anni labores certis diebus adscribere, quos ipsa rerum natura praestituit; nunc autem conferre iuvat hortulanorum nostratium praeceptum: „post solstitium asparagi ne succiduntor."

423. καὶ...γε] vid. ad Ran. 49.

— δ' οὖν] vid. ad Nub. 343.

424. εἰς τὼ κοχώνα] *inter coxas meas* [10]). Vox κοχώνη saepius apud comicos redit [11]).

— ἀπώμνυν] vid. ad Nub. 1232.

426. ἐπιτροπεύσει] vid. ad vs. 212.

---

[1]) Item Thucyd. VI 64 § 1. — [2]) Vid. e. g. vs. 1245. — [3]) Thucyd. III 49 § 4 VII 2 § 4 VIII 33 § 3. Vid. etiam Xen. Hell. V 4 § 40. — [4]) Vs. 1196 sqq. — [5]) V § 43. — [6]) Hipp. 399, 685. — [7]) Plin. H. Nat. XXI 55. — [8]) Schol. — [9]) *Molsla.* — [10]) *Between my hams* recte Blaydes. — [11]) Vs. 484 fr. 482, 544 Cratet. fr. 27 Eupol. 77, 156 Eubul. 97 Stratt. 53.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

εὖ γε ξυνέβαλεν αὔτ᾽· ἀτὰρ δῆλόν γ᾽ ἀφ᾽ οὗ ξυνέγνω·
ὁτιὴ ἐπιώρκεις θ᾽ ἡρπακὼς καὶ κρέας ὁ πρωκτὸς εἶχεν.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐγώ σε παύσω τοῦ θράσους· οἶμαι δὲ μᾶλλον ἄμφω.
ἔξειμι γάρ σοι λαμπρὸς ἤδη καὶ μέγας καθιείς,
ὁμοῦ ταράττων τήν τε γῆν καὶ τὴν θάλατταν εἰκῇ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγὼ δὲ συστείλας γε τοὺς ἀλλᾶντας, εἶτ᾽ ἀφήσω
κατὰ κῦμ᾽ ἐμαυτὸν οὔριον, κλάειν σε μακρὰ κελεύσας.

---

427 sq. Demostheni dedit Enger, quem verum vidisse luculenter testatur versus 429; in codd. sunt Chori.

428. *θ'*] om. R. || *κρέας*] *τὸ κρέας* R neque metro favente neque sententia. Vid. Vahlen in Herma XXVI p. 168.

433. *μακρὰ*] *πολλὰ* R. || *κελεύσας* R] *κελεύων* V et plerique.

---

427 sq. Ex versuto fallacique pueri ingenio optima quaevis de eo auguratus fuerat nescio quis de foro rabula. Sed Demosthenes, qui altercationi minarum probrorumque plenae ridiculi aliquid identidem intermiscet [1]), sollers illud isiciarii consilium ideo praesertim faustissimi ominis fuisse perhibet, quod *κρέας* tunc *εἶχεν* eius *πρωκτός*, inde enim facili conjectura potuisse effici eum *κολλοπεύσειν* itaque *ῥήτορα ἔσεσθαι* [2]).

429. Iocum scurrilem indignatur Paphlago.

430 sq. *Claro aquiloni* [3]) se assimulat. Verbum *ἐξιέναι* etiam vs. 760 cum adiectivo *λαμπρῷ* coniunctum ita usurpatur, item Anaxandridas: *λαμπρός τις ἐξελήλυθεν* [4]), Diphilus: *τί ποτ᾽ ἐστίν; ὡς ῥαγδαῖος ἐξελήλυθεν* [5]), vid. praeterea *ἐκβαίνειν* Ran. 848. Adiectivum *λαμπρός* de vento saepe dicitur [6]), *καθιέναι* intransitive sic usurpatur etiam Plat. Phaedon. 112 *d,e*, cf. *ἐξέχειν* de sole dictum, *ἐκβάλλειν* et similia de fluminibus.

431. *εἰκῇ*] *sic temere.* Cf. Promethei apud Aeschylum verba: „olim homines ignis artiumque omnium expertes *τὸν μακρὸν βίον ἔφυρον εἰκῇ πάντα*" [7]).

432 sq. *At ego contractis botulis navigans vento fluctibusque me credam* [8]). De verbo nautico *συστέλλειν* vid. ad Ran. 999 [9]); nauticae dictionis est etiam *ἀφιέναι ἑαυτὸν οὔριον*, denique *κατὰ κῦμα* nemini obscurum esse potest. Cf. Homericum: *navis ἔθεεν κατὰ κῦμα* [10]) et praesertim Herodot. IV 110: *ἐφέροντο κατὰ κῦμα καὶ ἄνεμον*. Idem dicitur *θεῖν ἐξ οὐρίων* [11]) vel *κατ᾽ οὖρον* [12]) vel *οὐρίᾳ ἐφιέναι* (*navem*) [13]). Cavendum [14]) ne *κῦμα οὔριον* iungamus.

432. *εἶτα*] vid. ad Nub. 624.

433. *κλάειν ... μακρὰ*] vid. ad Ran. 34.

---

[1]) Perinde atque infra Demus et in Ranis Dionysus. — [2]) Vid. vs. 880, 1242 et ad Nub. 1089. — [3]) Verg. Georg. I 460. — [4]) Anaxandr. fr. 34^4. — [5]) Diphil. fr. 67. — [6]) Cf. Herodot. II 96 Alex. fr. 46^2 etc. — [7]) Aesch. Prom. 450. — [8]) *Ik zal mij voor den wind laten drijven met gereefde ... worsten.* — [9]) Et vs. 1220. — [10]) *β* 429. — [11]) Fr. com. (??) adesp. 770. — [12]) Soph. Trach. 468 Eur. Androm. 554, cf. etiam Herodot. IV 163. — [13]) Plat. Protag. 338 *a*. — [14]) Nam fuere qui sic errarent.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

καὶ ἔγωγ', ἐάν τι παραχαλᾷ, τὴν ἀντλίαν φυλάξω.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οὔ τοι, μὰ τὴν Δήμητρα, καταπροίξει | τάλαντα πέντε
κλέψας Ἀθηναίων.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

ἄθρει, καὶ τοῦ ποδὸς παρίει·
ὡς οὗτος ἤδη καικίας ἢ συκοφαντίας πνεῖ.

435. *πέντε] πολλὰ codd., sed in V litterae ανταπολλὰ in rasura sunt scriptae manu secunda; πέντε autem cum dubitarem an scribendum esset, plane persuasit qui in eandem coniecturam inciderat amicus collega Hartman collato vs. 438. Male igitur expletum est priscum numerale Π (πέντε). Simillimum vitium correxi Nub. 1065. Sic Herodot. IV 153 legendum esse ἄνδρασ<σ> vel Thucyd. IV 46 § 1 ἐς τὴν Σικελίαν <μ> ναυσὶν dudum observarunt viri docti.

436ᵇ sq. Demostheni dedit Bergk, Isiciario dant V R alii, Choro ceteri.

437. ἤδη] ἤτοι R, cuiusmodi oppositio hinc est aliena. || ἢ R] καὶ cett.; uni vento duo simul nomina tribui non possunt. || καικίας Γ] κακίας cett.

434. *Ego autem sentinam servabo, si forte rimas duxerit navis.* Verbo igitur παραχαλᾷ mente addendum est subiectum ἡ ναῦς. „Mihi ad sentinam locus esto", — Demosthenes ait, — „ut ἐὰν ἡ ναῦς μὴ στέγῃ [1]) statim cavere possim ne mergatur." Ne molestissimum quidem hocce officium detrectat, modo opprimatur invisus ille nebulo. Nam supplicii fere instar erat *in antliam condemnari* [2]). Cf. Pac. 17 Soph. Philoct. 482 et moestissimum dictum Ciceronis: *olim sedebamus in puppi et clavum tenebamus, nunc autem vix est in sentina locus* [3]).

435. οὐ ... καταπροίξει ... κλέψας] vid. ad Nub. 1240.

— τάλαντα πέντε] ipsum Cleonem quinque talenta evomentem — id est rapinas suas reddentem — noster antea finxerat in Babyloniis fabula [4]).

436. κλέψας Ἀθηναίων] *furatus Atheniensibus.* Genitivus verbo κλέπτειν est adiunctus [5]), item alias verbo ἁρπάζειν [6]). Cf. Homericum παιδὸς ἐδέξατο κύπελλον [7]) et similia vel Antiphanis versiculum: μὴ φῶσί σου, | Δωριάς, ἀλούτους σηπίας εἰληφέναι (i. e. παρὰ σοῦ) [8]).

436 sq. „*Hoc age!*" — ficto cum terrore socium increpat Demosthenes: — „*iam* „*enim vehementissima ingruit procella.*"

436. τοῦ ποδὸς παρίει] *relaxa* [9]) *veli pedem* [10]), *remitte pedis aliquid.* Nam si quis irruente tempestate ναὸς ἐγκρατῆ πόδα τείνας ὑπείκει μηδέν, ὑπτίοις κάτω στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται [11]); ναῦς ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ ἔβαψεν, ἔστη δ' αὖθις ἢν χαλᾷ πόδα [12]). Cf. ἀνιέναι [13]) et vid. infra ad vs. 756.

437. ὡς οὗτος ἤδη κτέ.] vid. Vesp. 642 et ad Ach. 315. — Ecce ventus, non „clarus" tamen sed nubilus et turbulentus.

— καικίας ἢ συκοφαντίας] ventus *caecias*

[1]) Thucyd. II 94. — [2]) Sueton. Tiber. 51. — [3]) Cic. ad Famil. IX 15 § 3. — [4]) Vid. ad Ach. 6; praeterea cf. Nub. 591 et 758 et infra vs. 829. — [5]) Cf. Ach. 527 Eq. 1149 Vesp. 238, 1369 Thesm. 812. — [6]) Ach. 1160 Nub. 982 Pac. 1118 Eccl. 866. — [7]) *A* 596, ubi vid. — [8]) Antiphan. fr. 26. — [9]) χάλα Epicrat. fr. 10⁵. — [10]) Catull. IV 20 Verg. Aen. V 830 etc. — [11]) Soph. Ant. 715. — [12]) Eur. Or. 706. — [13]) Vid. ad Ran. 700.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

σὲ δ' ἐκ Ποτειδαίας ἔχοντ' εὖ οἶδα δέκα τάλαντα.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

τί δῆτα; βούλει ⟨τῶν ταλάντων ἓν λαβὼν⟩ σιωπᾶν;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

(ad Paphlagonem:)

ἁνὴρ ἂν ἡδέως λάβοι.

(Ad Isiciarium:)

τοὺς τερθρίους παρίει·

---

438 sq. Sic distributi sunt in cod. A, in ceteris versus 438 datur Cleoni, 439 Isiciario; correxit Kuster.

438. δ'] τ' V alii.

440. Demostheni dedit Bergk, in codd. sunt Chori. || ἁνὴρ] ἀνὴρ codd. || λάβοι] λάθοι R[1] (non absurde quidem, si de Cleone ad Isiciarium hoc dici sumas, non tamen recte; vid. commentarius). || τερθρίους R] τεθρίους V et plerique.

---

subsolano vicinus [1]), circa aequinoctium vernum maxime spirans [2]), frigidus est nubibusque coelum obducit; quapropter comicus ignotus scripsit versum, quem etiam scholia ad nostrum locum afferunt: κακὰ | ἕλκων ἐφ' αὑτὸν ὡς ὁ καικίας νέφος [3]). De suo autem novum nunc nautisque inauditum venti nomen Demosthenes addit συκοφαντίας, quocum conferri potest vox χειμὼν ὀρνιθίας iocose adhibita Ach. 877 [4]).

438. „*Quinque talenta? Nihil hoc est!* „*Nam decem tu, sat scio, tenes ex Potidaeae* „*praeda olim surrepta.*" — Obsoletae hae sunt res, sexto enim anno abhinc Potidaeam in deditionem acceperunt Athenienses [5]); quo liberius nunc ficta crimina [6]) inde expromere licet. Sic τὰ ἐν Σάμῳ post quartam saeculi partem denuo commemorantur Vesp. 283. Crimini autem anno 430 datum fuerat Xenophonti et Hestiodoro praetoribus, qui exercitui ad Potidaeam praeerant, quod illius urbis cives liberos dimisissent, urbem enim fame victam sine ullis condicionibus capi potuisse [7]). Itaque tunc quoque, ut saepissime, Athenienses de *corruptione* fuisse locutos — sive rei sunt acti praetores sive ultra iurgia res non processit — facile intellegimus, et illorum conviciorum echo quaedam nunc percipitur.

439. „*Quorsum istud?*" — sic irridens Paphlago — „*Sperasne te unum ex istis ta-* „*lentis a me accepturum ea condicione ut* „*taceas?*" Quippe, ut est in proverbio, ὁ πολλὰ κλέψας ὀλίγα δοὺς ἐκφεύξεται [8]). — Conferri possunt Pithetaeri ad nugatorem verba: βούλει δῆτα τὸν μισθὸν λαβὼν | μὴ πράγματ' ἔχειν ἀλλ' ἀπιέναι; [9]) cui condicionem oblatam laete probanti „*en* „*accipe igitur!*" ait colaphumque ei infringit.

440 sq. „*Libenter sane accipiet ille,*" Demosthenes ait iocose [10]); dein ad socium conversus: „*decrescit procellae impetus.*" A minis nimirum et clamoribus ad munuscula iam deducta est res.

440. τερθρίους] sc. κάλως, funes utrique antennae cornui alligatos.

---

[1]) ONO., ut nos loquimur; cf. Aristot. Meteor. II 6 § 7, Plin. H. Nat. II 46. — [2]) Aristot. ibid. § 15. — [3]) Ibid. § 17 Problemat. XXVI § 1 et 29 Gell. II 22 § 24 fr. adesp. 1229. — [4]) De nominis termino vid. ad Ran. 494. — [5]) Thucyd. II 70. — [6]) Cf. vs. 834. — [7]) Thucyd. l. l. — [8]) Script. Hist. Aug. Alex. Sever. c. 18. — [9]) Av. 1025 sq. — [10]) Dignissimus qui conferatur est Ach. 1117.

τὸ πνεῦμ' ἔλαττον γίγνεται.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

αὐτὸς μὲν οὖν φεύξει γραφὰς
ἑκατονταλάντους τέτταρας.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

σὺ δ' ἀστρατείας γ' εἴκοσιν,
κλοπῆς δὲ πλεῖν ἢ χιλίας.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐκ τῶν ἀλιτηρίων σέ φη-

441. Isiciario tribuunt codd. nonnulli.

442. **αὐτὸς μὲν οὖν*] dubitanter de meo addidi, in codd. enim est lacuna, quam indicavit Dindorf; Göttling addebat vocem *δωροδοκίας*, Meineke coniecit *φεύξει γραφὰς σὺ δειλίας*, Kock *λιποταξίου φεύξει γραφὰς*, Zacher vero observat non *τιμητὰς* fuisse has actiones, ipse autem tentat *δωροδοκίας | τρεῖς, δειλίας δὲ τέτταρας.*

443. *γ'*] om. R alii.

442. *ἑκατονταλάντους*] incredibilis sane auri vis! Sed vid. ad Nub. 1065.

442—452. Crescente altercantium furore decrescit dictorum ipsorumque versuum ambitus. Modo pluribus deinceps, dein integris certe tetrametris se lacessebant, nunc e tetrametris fiunt dimetri, qui mox interciduntur, post quas numerorum *ἀντιλαβὰς* ad ipsas *λαβὰς* veniunt pugnis se petentes. Etiam apud Sophoclem et Euripidem cum animi disputantium ira dolore metu vehementer sunt perculsi, in versiculos intercisos brevesque clamores abire solent colloquia [1]).

443. *ἀστρατείας*] vid. ad vs. 1369-1371. Perridicule nunc quoque suo gladio petitur homo bellicosus.

444. *πλεῖν ἢ*] vid. ad Ran. 90.

445—449. Mirificentissimis probris agitare se pergunt. Paphlago adversarium ex Alcmeonidarum gente nobilissima sed sacrilega esse perhibet. „At avus tuus unus e Pisistratidarum sicariis fuit!" retorquet isiciarius ridicule admodum. Non enim credere iubentur spectatores veri quidquam hisce clamoribus inesse, sed vitae publicae imaginem quasi in speculo repercussam nunc cernentes redeunt in memoriam inanium altercationum saepissime in foro et in pnyce et ubi non auditarum, et melius fortasse quam antea sentiunt nihil esse tribuendum istiusmodi criminibus, quae inter studia partium in diversa aestuantium et olim pro re nata fingebantur [2]) et etiamnunc finguntur. Nam nos, qui nunc vivimus, nondum degeneravimus illius aetatis homines, teste infinita lite quae per hocce quadriennium perturbavit Galliam. Eo magis autem acutum est isiciarii responsum, quod Alcmeonidae tyrannis quam maxime olim fuerant adversati [3]). Itaque sic reddere possis eius verba: *Alcmeonida sum? esto: tyrannorum adversarius quam satelles dici malo.*

445. Alcmeonidae *τῷ Κυλωνείῳ ἄγει* olim se obstrinxerant utque *ἐναγεῖς καὶ ἀλιτήριοι τῆς θεοῦ* urbe fuerant pulsi. Inter crimina autem, quibus Peloponnesii instante bello Athenienses laces-

[1]) Vid. *de Sophoclis Aiace* p. 35 sqq. — [2]) Cf. Vesp. 487 sqq. — [3]) Herodot. V 62 [Aristot.] Rep. Athen. 19 § 3.

μι γεγονέναι τῶν τῆς θεοῦ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τὸν πάππον εἶναί φημί σου
τῶν δορυφόρων —

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(pugno dum ei minatur cominus:)
ποίων; φράσον.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(irridens:)
τῶν Βυρσίνης τῆς Ἱππίου.

---

sebant, hoc quoque erat, procurandum esse piaculum Cyloneum. Petebatur nimirum Pericles, cuius mater gentem ab Alcmeone deducebat [1]).

— ἀλιτηρίων] priscum adiectivum, e iurisconsultorum sacerdotumque lingua desumtum, videmus in nomen proprium fere abiisse ad Alcmeonidas designandum. Apud nostrum non redit, sed in Acharnensibus [2]) πίθακον ἀλιτρίας πλέων Boeotus quidam vocat Nicarchum sycophantam. Ducta autem haec sunt a verbo epico ἀλιτέσθαι, quod praeterea apud Homerum peperit nomina ἀλιτρός, ἀλῖτήμων, ἀλείτης, νηλείτιδες [3]). Plato saepius usus est adiectivo ἀλιτηριώδει *exitiabili* [4]). Praeterea ἀλιτήριος, perinde atque ἀλάστωρ, substantivi loco adhibitum nonnunquam dicitur *daemon malignus* [5]); itaque homo nefandis sceleribus coopertus reique publicae exitiabilis eo potest designari; vid. e. g. Eupol. fr. 96: ὁ Βουζύγης... ἀλιτήριος [6]).

448 sq. Pisistratus callida fraude — se ipsum nimirum cum vulnerasset, in publicum prodiit utque vitae suae caveretur petiit — effecerat ut ex Arist(i)onis cuiusdam rogatione decernerentur sibi quinquaginta κορυνηφόροι, quorum ope arcem occupavit [7]). Exinde δορυφόρους — nam vero hoc nomine mox sunt designati — habebant tyranni, et ab his confossus est is, quem Athenienses utpote libertatis vindicem celebrabant, Harmodius [8]). Itaque postquam δορυφόρων mentio est facta, quivis expectat *tyrannorum* nomina, *Hippiae* praesertim [9]), qui post fratris caedem multo duriorem quam antea se praestitit [10]). At isiciarius perridicule contendit non ipsi Hippiae δορυφορῆσαι avum Paphlagonis sed eius uxori *Myrsinae* [11]), cuius feminae nomen simili nunc loco detorquetur atque supra vox μυρρίνη [12]). Vox γυνή omissa est etiam Lysistr. 63 [13]) Eur. Orest. 1686, item *Hectoris Andromache* apud Vergilium [14]).

---

[1]) Vid. Herodot. V 70—72 Thucyd. I 126 sq. [Aristot.] Rep. Ath. 20 et ad Nub. 46. — [2]) Ach. 907. — [3]) Vid. ad Odyss.[2] π 317; nugas profert Plutarchus Mor. 297*a* et 523*a, b*. — [4]) Rep. 470*d* etc., cf. Ruhnk. ad Timaeum s. v. — [5]) Vid. e. g. Andocid. I § 130 sq. — [6]) I. e. *Demostratus*, Lysistr. 391, 393. — [7]) Herodot. I 59 [Aristot.] Rep. Ath. 14 Plut. Solon. 30 Plat. Rep. 566*b*. — [8]) Thucyd. VI 57 § 4 [Aristot.] Rep. Ath. 18 § 3. — [9]) Cf. Vesp. 502. — [10]) Herodot. V 62 Thucyd. VI 59 [Aristot.] Rep. Ath. 19. — [11]) Calliae filia erat, Hyperochidae neptis; cf. Thucyd. VI 55. — [12]) Vs. 59. — [13]) Sed e contextu ibi facillime suppletur. — [14]) Aen. III 319. Etiam cippum sepulcralem in Conzii att. Grabrel. 450 libenter huc retulerim, ubi quae dicitur Ἥγιλλα Φιλάγρου nisi Philagri *uxorem* intellegimus, ad contortam satis explicationem detrudimur; cf. IHHolwerda die att. Gräber der Blüthezeit 1899 p. 20 et de re sepulcrali p. 30.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(alapam ei infringens:)

κόβαλος εἶ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(multo vehementiore ictu eum percutiens:)

πανοῦργος εἶ.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

παῖ' ἀνδρικῶς.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(vapulans:)

ἰού, ἰού,
τύπτουσί μ' οἱ ξυνωμόται.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

παῖ' αὐτὸν ἀνδρικῶς τε καὶ
γάστριζε, καὶ τοῖς ἐντέροις
καὶ τοῖς κόλοις
ὅπως κολᾷ τὸν ἄνδρα.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὦ γεννικώτατον κρέας ψυχήν τ' ἄριστε πάντων,

451ª. Demostheni dedit Kock (vs. 453—456 Choro tribuens ipse); in codd. sunt Chori.

453—456. Demostheni dedit vVelsen, in R et plerisque sunt Chori, in V deest personae nota.

453. *ἀνδρικῶς τε καὶ* Blaydes] *ἀνδρικώτατα καὶ* codd.; Dindorf *ἀνδρειότατα καὶ* (coll. Pac. 498), Reisig *ἀνδρικώτατ' αὖ*, Elmsley *ἀνδρικώτατ', εὖ*.

454. *καὶ τοῖς* codd.] *τοῖσιν* Brunck, sed verbo *γαστρίζειν* ut adiungi possit *τοῖσιν ἐντέροις* vereor.

456. *ὅπως* Kayser] *χὤπως* codd.

---

450. *κόβαλος*] vid. ad Ran. 104.

454. *γάστριζε*] vid. vs. 273.

455 sq. *κόλοις ... κολᾷ*] iocose verba haec sono similia iuncta sunt [1]).

456. *ὅπως*] vid. ad Nub. 489. Enunciato media inserta haec particula etiam Nub. 257 reperitur.

457. *γεννικώτατον κρέας*] adiectivo *γεννικῷ* id quod haud contemnendae est magnitudinis [2]) designatur etiam in Antiphanis verbis: *γεννικὴ τὸ μέγεθος λεπαστή* [3]) et apud Eubulum: *ἀκροκώλιον γεννικόν* [4]). Apud nostrum vox nonnisi Lys. 1070 redit; oppositum est adi. *ἀγεννής*, cognata sunt *γενναῖος* et *γεννάδας* [5]). — De vocis *κρέως* usu iocoso vid. ad vs. 369.

---

[1]) Cognatos verborum lusus noster admisit Vesp. 353 (ubi vid.), 589 etc. — [2]) *Een flink stuk vleesch.* — [3]) Antiphan. fr. 45, vid. etiam fr. 192. — [4]) Eubul. fr. 7⁹. — [5]) Vid. ad Ran. 179.

καὶ τῇ πόλει σωτὴρ φανεὶς ἡμῖν τε τοῖς πολίταις,
ὡς εὖ τὸν ἄνδρα ποικίλως τ' ἐπῆλθες ἐν λόγοισιν.
πῶς ἄν σ' ἐπαινέσαιμεν οὕτως ὥσπερ ἡδόμεσθα;

SCENA DECIMA.

Eidem.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ταυτὶ μὰ τὴν Δήμητρά μ' οὐκ ἐλάνθανεν
τεκταινόμενα τὰ πράγματ', ἀλλ' ἠπιστάμην
γομφούμεν' αὐτὰ πάντα καὶ κολλώμενα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὔκουν μ' ἐν Ἄργει γ' οἷα πράττεις λανθάνει.

---

458. σωτὴρ] om. R.

459. τ' ἐπῆλθες R] θ' ὑπῆλθες cett., quod optime sane congruit adverbio ποικίλως, vix tamen recte, nam *decipiendi* verbum (vid. ad vs. 47) hinc alienum, ubi de certamine aperto fit sermo.

463. γομφούμεν' αὐτὰ R] -μενα τὰ V et plerique.

465. γ' R] om. cett., ἐν Ἄργει μ' οἷα vel μ' ἐν Ἀργείοις ἃ Porson. || πράττεις] πράττει Brunck.

---

459. ποικίλως] vid. ad vs. 196.

— ἐπῆλθες] *adortus es.* Accusativum hoc verbum iunctum sibi habet etiam Eur. Andr. 688: εὖ φρονῶν σ' ἐπῆλθον, Iph. Aul. 349: σὲ πρῶτ' ἐπῆλθον, et in locutione ἐπέρχεταί με [1]) *subit me* (*animum meum*), Herodot. II 141: ὀλοφυρόμενόν μιν ἐπῆλθε ὕπνος [2]). Magis tamen vulgatus est dativus.

462 sq. Eiusmodi metaphorae et in aliis linguis sunt frequentes et in nostra [3]). Verbum τεκταίνεσθαι artem *fabri lignarii* significat [4]), sed transfertur etiam Ach. 660 [5]), idem autem solet esse usus verborum μηχανή et μηχανᾶσθαι [6]). Stirps γομφο- [7]) peperit vocem ῥήματα γομφοπαγῆ, qua Aeschyli verba sesquipedalia ridentur Ran. 824. De verbo κολλᾶν denique vid. ad Nub. 446.

465. Argivi, cum pacis tricennalis, quam anno 451 cum Lacedaemoniis inierant, appropinquaret terminus, ad foedus cum Atheniensibus ineundum propensi fiebant. Nempe post multiplices vicinarum gentium clades spe erigebantur fore ut Atheniensibus sociis usi Peloponnesi hegemonia potirentur, ipsi bello intacti [8]). Itaque brevi post pacem Niciae Alcibiades rebus Argivis se immiscuit [9]). Eodem autem si iam nunc oculos convertit Cleon, quod nostro loco ei exprobratur [10]), prudenter fecit sane, et

---

[1]) Plat. Phaedon. 88*c* etc. — [2]) Item I 30? — [3]) *Beklonken, gesmeed, gekuipt, bedisseld, gemunt, ergens op timmeren, op hetzelfde aanbeeld slaan* etc. — [4]) Vid. Plut. 163. — [5]) In imitatione loci Euripidei. — [6]) Vid. ad Nub. 479. — [7]) γόμφος *clavus* Hom. ε 248 Herodot. II 90 etc., γομφοῦν *clavis compingere* Aesch. Suppl. 440 etc. — [8]) Vid. Thucyd. V 14 § 4 et 28 § 2—4, et noster Pac. 475—477, 493. — [9]) Ut fuse enarratum est in Thucydidis libro V. — [10]) Vid. etiam vs. 813 et 798.

(Ad spectatores:)

πρόφασιν μὲν Ἀργείους φίλους ἡμῖν ποιεῖ,
467 ἰδίᾳ δ' ἐκεῖ Λακεδαιμονίοις ξυγγίγνεται.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

464 οἴμοι, σὺ δ' οὐδὲν ἐξ ἁμαξουργοῦ λέγεις;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(ad Paphlagonem:)

468 καὶ ταῦτ' ἐφ' οἷσίν ἐστι συμφυσώμενα
ἐγὼ οἶδ'· ἐπὶ γὰρ τοῖς δεδεμένοις χαλκεύεται.

---

464. Post vs. 467 collocavit GHermann coll. scholii verbis; post vs. 471 habet unus codex, duo omittunt, post vs. 463 habent ceteri. Equidem Demostheni dedi; in codd. Choro (Coryphaeo) tribuitur.

---

profecto non est cur nos id vitio ei demus.

— οὔκουν...γε] hae particulae iunguntur etiam Vesp. 823 Eccl. 350 [1]).

466 sq. Eadem verborum est structura Eur. Bacch. 224 sq.: πρόφασιν μὲν...τὴν δ' Ἀφροδίτην. Ibi quoque deest quod mente suppleri potest: ἔργῳ δέ.

466. Ut hoc loco isiciarius, sic Ran. 1007 Aeschylus de adversario qui adstat verba facit ad alios conversus.

— πρόφασιν] vid. ad Nub. 55.

464. Vehementissimis Paphlagonis verbis seria crimina sobrio sermone a socio suo opponi cum audiat Demosthenes, „*eheu!*" exclamat, „*nihilne tu e fabrorum* „*officinis?*" Eiusdem dictionis sunt verba hominis ignoti: οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ λέγεις [2]).

— ἐξ ἁμαξουργοῦ] i. e. ἐξ ἐργαλείου ἁμαξούργου vel etiam ἐξ ἁμαξουργείου. Cf. ἐξ ἐμοῦ [3]), ἐξ Αἰσχινάδου [4]), ἐκ Πατροκλέους [5]) etc. et infra: ἐπὶ (τὸ ἱερὸν) τῶν Σεμνῶν θεῶν [6]).

468 sq. *Et quo consilio nunc conflentur ista probe scio: nimirum petuntur captivi.* Voci ἐφ' οἷς *finalis* notio nunc inest [7]), cf. e. g. ἐπ' ὀλέθρῳ *in perniciem meam* [8]); ἐπὶ τοῖς δεδεμένοις igitur valet: *ut captivi liberentur* [9]). Non e lignariorum autem sed ex aerariorum lingua verbula sua ducit isiciarius; est enim συμφυσᾶν *conflare*, et mox ξυγκροτεῖν significat *compingere* [10]). Ad χαλκεύεται mente repetendum esse subiectum ταῦτα, vix est quod observem.

469. Suis telis petitur Cleon. Qui quin saepius hoc tempore in senatu et coram populo perhibuerit id agere Lacedaemonios quique Athenis iis favebant, ut callidis verbis fallacibusque promissis decepti Athenienses captivos e manibus suis dimitterent, dubitare nos non sinunt eius verba ad legatos Spartanos: „γιγνώσκειν μὲν καὶ πρότερον οὐδὲν ἐν νῷ ἔχοντας δίκαιον αὐτούς, σαφὲς δ' εἶναι νῦν, οἵτινες τῷ μὲν πλήθει οὐδὲν ἐθέλουσιν εἰπεῖν, ὀλίγοις δ' ἀνδράσι ξύνεδροι βούλονται γίγνεσθαι. ἀλλ' εἴ τι ὑγιὲς διανοοῦνται, λέγειν ἐκέλευσεν ἐν ἅπασιν" [11]). Et optimo quidem iure eum ita declamitasse intellegimus, cum reputamus Niciam et Lachetem triennio post illos captivos Lacedaemoniis reddidisse, nec tamen Amphipolim, quae secundum pacis condiciones prius re-

---

[1]) Item Eur. Hel. 124: οὔκουν ἐν Ἄργει <γ'> οὐδ' ἐπ' Εὐρώτα ῥοαῖς. — [2]) Fr. adesp. 694. — [3]) Pac. 1149. — [4]) Ibid. vs. 1154. — [5]) Plut. 84. — [6]) Vs. 1312. — [7]) Ut Lys. 344. — [8]) Thesm. 84. — [9]) *Met het oog op de gevangenen.* Cf. Sobolewski Praep. p. 155 sq. — [10]) Vs. 471. — [11]) Thucyd. IV 22 § 2.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

εὖ γ', εὖ γε! χάλκευ' ἀντὶ τῶν κολλωμένων.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ ξυγκροτοῦσιν ἄνδρες αὔτ' ἐκεῖθεν αὖ.
καὶ ταῦτά μ' οὔτ' ἀργύριον οὔτε χρυσίον
διδοὺς ἀναπείσεις, οὔτε προσπέμπων φίλους,
ὅπως ἐγὼ ταῦτ' οὐκ Ἀθηναίοις φράσω.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐγὼ μὲν οὖν αὐτίκα μάλ' εἰς βουλὴν ἰὼν
ὑμῶν ἁπάντων τὰς ξυνωμοσίας ἐρῶ,
καὶ τὰς ξυνόδους τὰς νυκτερινὰς ἐν τῇ πόλει,
καὶ πάνθ' ἃ Μήδοις καὶ βασιλεῖ ξυνόμνυτε,
καὶ τὰκ Βοιωτῶν ταῦτα συντυρούμενα.

---

470. Dedi Demostheni; in codd. est Chori.

473. προσπέμπων] προπεμπων R, πρὸσπεσὼν V.

477. ἐν τῇ R] ἐπὶ τῇ V et plerique, τὰς ἐν (*in arce*; cf. vs. 383) Cobet, τὰς ἐπὶ Meineke. Deesse nequit articulus τῇ si *urbs* significatur, neque ἐπὶ τῇ πόλει sed ἐπὶ τῷ δήμῳ fieri coniurationes recte observavit Sobolewski (e. g. vs. 236; vid. tamen comment. ad vs. 812). Cum Ravennatis lectione conferri potest e. g. Thuc. VIII 54 § 3: τὰς ξυνωμοσίας αἵπερ ἐτύγχανον ἐν τῇ πόλει οὖσαι, praeterea vid. commentarius.

---

stituenda fuerat, in potestatem Atheniensium tunc rediisse [1]). Ipsius autem Cleonis dictionem isiciarius nunc et vs. 471 sqq. imitatur, ut claro apparet e loco Thucydideo quem modo excripsi. Itaque dubium non videtur quin spectatores haec verba saepius nuper audita et statim nunc agnita claris cachinnis exceperint.

470. *Optime! sic perge! voces e ferrarii officina petitas tu oppone lignariorum illis verbulis.*

471. ἄνδρες... ἐκεῖθεν] cf. ἄνδρες ἡμῶν Ach. 515 Lys. 1117 [2]).

475. εἰς βουλὴν] ad quam Cleoni, stratego extraordinario, patebat aditus. Vid. Prolegomena.

477. ἐν τῇ πόλει] *in ipsa nostra urbe.* Nempe non solum in Asia Boeotiaque fiunt coniurationes, sed muros intra peccatur et extra. — In nobilium sodalicia Cleonem quique ab eius partibus stabant vehementissimis verbis saepe invectos esse facile nobis fingimus.

478. Paucis mensibus antequam scenae commissa est Equitum fabula, Artaphernes a rege ad Lacedaemonios legatus missus sed ab Atheniensibus captus est, qui brevi post Ephesum eum reduxerunt comitantibus ipsorum legatis. Re tamen infecta hi redierunt, cum iis nunciatum esset Artaxerxem nuper obiisse [3]).

479. In Boeotiae urbibus qui parti populari erant addicti hoc anno cum

---

[1]) Vid. Thucyd. V 24 § 2 et 35 § 3, Vesp. Prolegom. p. XXXVI. — [2]) Item Thucyd. VI 10 § 2, 38 § 1 VII 43 § 8 Soph. Ant. 289. — [3]) Thucyd. IV 50.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

πῶς οὖν ὁ τυρὸς ἐν Βοιωτοῖς ὤνιος;

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐγώ σε, νὴ τὸν Ἡρακλέα, παραστορῶ.

(Abit.)

SCENA UNDECIMA.

Eidem excepto Paphlagone.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἄγε δὴ σύ, τίνα νοῦν ἢ τίνα ψυχὴν ἔχεις

---

480. Demostheni dabat vVelsen, cum idem quod versum 439 eum significare sibi persuasisset („quantum tibi solvam ut taceas?"), quapropter pro *ἐν* scribebat *οὖν*.

482. *ψυχὴν*] *γνώμην* R non recte; vid. v. l. Nub. 415 et quae ad illum locum annotavi.

Demosthene et Hippocrate Atheniensium strategis conspirabant, *βουλόμενοι μεταστῆσαι τὸν κόσμον καὶ εἰς δημοκρατίαν τρέψαι* [1]). Aliquot autem mensibus post Equites scenae commissos Boeotiam invaserunt Athenienses, ubi gravissimam illam cladem ad Delium sunt perpessi [2]).

— *συντυρούμενα*] idem quod *συμπηγνύμενα* [3]). Nam *πήγνυται* sive *τρέφεται* lac in *τροφαλίδα* sive caseum [4]). Eodem verbo usus de Megarensi Ptoeodoro Demosthenes dicit: *ὃ δ' ἔνδον ἐτύρευεν* [5]), *ille autem domi* (Megaris) *res turbabat* cum Philippo conspirans. Nec non huc referenda sunt verba *παλάμημα καὶ τύρευμα*, quae ex ignota comoedia sunt servata [6]).

480. „*Quanti igitur prostat illic caseus?*" irridens rogat isiciarius. — Tenui cibo Athenis nunc vivebatur, ubi vel oleum ficusque ex quo bellum exarserat *πολυτίμητα* facta erant *ὥσπερ οἱ θεοί*, caseus autem Boeotius quominus importaretur obstabant leges.

— *πῶς*] idem quod *πόσου* valet nunc, item Ach. 758: *πῶς ὁ σῖτος ὤνιος;* Strattid. fr. 13[1]: *τὰ δ' ἄλφιθ' ὑμῖν πῶς ἐπώλουν;* *quanti vendebant?* Machon [7]): *πῶς ἵστης;* *quid poscis?* [8]).

481. *παραστορῶ*] *prosternam*, *ἐκτενῶ* quod dicitur Eur. Med. 585; vid. etiam *ἐκπεταννύναι* apud eundem sic adhibitum [9]). E palaestra hoc, ut alia plurima [10]), ductum est verbum. Cf. Simonidis in Marathonomachos epigramma: *Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι | χρυσοφόρων Μήδων ἐστόρεσαν δύναμιν* [11]), Eur. Herc. 1000: *δάμαρτα καὶ παῖδ' ἑνὶ κατέστρωσεν βέλει*, Thucyd. VI 18 § 4: *στορέσαι τὸ φρόνημα* [12]).

482—484. *Heus tu, nunc ostendes quid valeas consilio et virtute, si revera tunc* [13]) *carnes istas inter pernas tuas celasti.*

---

[1]) Thucyd. IV 76 § 2. — [2]) Ibid. c. 89 sqq. — [3]) Sic recte schol. — [4]) Vid. ad Vesp. 838 (ubi perperam *-λῖδα* scripsi). — [5]) XIX § 295. — [6]) Fr. adesp. 706; vid. etiam fr. adesp. 998 et 1173. — [7]) Apud Athen. 580 *d*. — [8]) Etiam fr. adesp. 114 huc facere videtur, speciem certe habet quod proposuit Cobet: *πῶς εἰσιν οἱ πυρο<ὶ κατ' ἀγορὰν ὤνιοι>;* — [9]) Herc. 889 Cycl. 497. — [10]) Vid. vs. 262 sq. et ad Nub. 551. — [11]) Lycurg. Leocr. § 109. — [12]) Cf. Herodot. IX 69 Xen. Cyrop. III 3 § 64. — [13]) Cf. vs. 424.

νυνί γε δείξεις, εἴπερ ἀπεκρύψω τότε
εἰς τὼ κοχώνα τὸ κρέας, ὡς αὐτὸς λέγεις·
θεύσει γὰρ ᾄξας εἰς τὸ βουλευτήριον,
ὡς οὗτος εἰσπεσὼν ἐκεῖσε διαβαλεῖ
ἡμᾶς ἅπαντας καὶ κράγον κεκράξεται.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀλλ' εἶμι· πρῶτον δ' ὡς ἔχω τὰς κοιλίας
καὶ τὰς μαχαίρας ἐνθαδὶ καταθήσομαι.

(Utensilia deponit.)

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ἔχε νυν, ἄλειψον τὸν τράχηλον τουτῳί,

483. *γε δείξεις* Cobet] *δὲ δείξεις* Brunck e margine cod. Parisini, *διδάξεις* codd. (cf. vs. 779 Nub. 369, 385 Plut. 582). ‖ *τότε*] *ποτὲ* R non recte, nam demonstrativo usum esse poetam testatur articulus qui sequitur *τὸ κρέας*. Aut *tunc illas carnes* dicendum est aut *aliquando carnes quasdam.*

484. *τὼ κοχώνα*] *τὰ κοχώνα* R, *τὰς κοχώνας* cett.; cf. vs. 424.

486 sq. *ἐκεῖσε . . .* | *ἡμᾶς*] *ἐκεῖ σε . . .* | *ἡμᾶς θ'* vVelsen male.

486. *εἰσπεσὼν* R] *ἐμπεσὼν* cett. (ut Vesp. 120 Ran. 904, 945). Cf. *εἰσπηδήσας* (*εἰς τὴν ναῦν*) vs. 545.

487. *κράγον* Meineke] *κραγὸν* codd., et sic Aristarchus, adverbium (= *κραυγαστικῶς*) intellegens; vid. schol.

488. *ὡς*] *ἃς* OSchneider (cf. Plut. 1089); quod licet et mihi necessarium aliquantisper visum fuerit, receptum tamen nolim, nimis enim languidum hoc foret additamentum. Vid. commentarius.

490—497. Quae in his versibus Demosthenis sunt, in codd. dantur Choro; correxit Enger.

490. *ἄλειψον*] *-ψαι* Blaydes coll. Eccl. 63.

483. *τότε*] quod *saepius* huiuscemodi fraudibus usum se isiciarius supra dixit[1]), id nihil nunc ad rem; nam unum tantum facinus enarravit, illuc igitur nunc referendum est adverbium *τότε*: *illa occasione quam dixisti* vel *quam nosti*[2]).

486. *εἰσπεσὼν*] *irruens*[3]).

487. *κράγον*] id quod *κραυγήν*. Cf. *βάδος* Av. 42; utrumque autem vocabulum videtur iocose confictum esse, ut suo verbo posset adiungi. De cuiusmodi locutionibus vid. ad Ach. 177.

488. *ὡς ἔχω*] *statim, ut sum,* nulla mora interposita ut comtior senatores adeam. Hac quoque in re Cleonem aemulatur atque superat. Qui *περιζωσάμενος* in publicum nonnunquam prodire ferebatur[4]), noster autem homullus squalida veste illotisque manibus a porcorum cruore et adipe recens in senatum provolat. — Sed neglegentior, ut in sermone quotidiano, est horum verborum structura; nam accurate loquenti dicendum erat: *ἀλλ' εἶμι ὡς ἔχω, πρῶτον τὰς κοιλίας . . . ἐνθαδὶ καταθέμενος.*

490 sq. *Vinum* isiciario praeberi ad

[1]) Vs. 418 sqq.: *ἐξηπάτων ἂν* et *ἐλάνθανον* et *εἰ ἴδοι τις ἀπώμνυν.* — [2]) Cf. Lys. 1023 Ran. 136 etc. — [3]) Nos: *binnengevallen.* — [4]) Vid. ad vs. 137.

ἵν' ἐξολισθάνειν δύνῃ τὰς διαβολάς.

(Praebet ei adipem ex isiciarii copiis depromtum.)

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀλλ' εὖ λέγεις καὶ παιδοτριβικῶς ταυταγί.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

ἔχε νυν, ἐπέγκαψον λαβὼν ταδί.

(Allia ei praebet.)

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τί δαί;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (*Dem.*).

ἵν' ἄμεινον, ὦ τάν, ἐσκοροδισμένος μάχῃ.

---

491. ἐξολισθάνειν V R] -αίνειν cett.
492. ταυταγί R] ταῦτά γε cett.

---

guttur intus *liquandum* sunt qui statuant [1]. At neque ἀλείφειν neque τράχηλος satis apte ita dici potuit, neque prius liquor dein cibus fuisset praebendus, sed ut post allium vini aliquid ἐπιπιεῖν isiciarius iuberetur mos tulisset, neque ἐξολισθάνειν quid sibi vellet sic appareret, adverbium autem παιδοτριβικῶς [2]) omni sic sensu careret; denique, quod gravissimum est, festivi vix quicquam haberet tale dictum. Immo *adipe suillo* — ex ipsius copiis depromto — *inungere* se iubetur ut luctator, quo facilius in certamine quod instat ex adversarii manibus possit elabi.

490. ἔχε] vid. ad vs. 51.

491. ἐξολισθάνειν] *elabi* [3]).

— διαβολάς] recte in scholiis observatur praeter expectationem hoc esse dictum pro vocabulo palaestrico λαβάς [4]). Simillimus est usus verbi διαβάλλειν vs. 496.

493. ἔχε] vid. ad vs. 51.

— ἐπέγκαψον] simile compositum est παρεγκάπτειν [5]); ceterum de verbo κάπτειν vid. ad Ran. 1073.

— ταδί] nempe τὰ σκόροδα. — Haec quoque ex ipsius isiciarii cista sumuntur nunc, nisi fallor.

494. ἐσκοροδισμένος] εἰς γὰρ μάχην ὁρμωμένῳ — ut Socratis verbis utar — καλῶς ἔχει κρόμμυον ὑποτρώγειν [6]). *Gallo gallinaceo* autem nunc et vs. 496 sq. assimulatur isiciarius, quas aves σκοροδίσαντες συνέβαλλον Athenienses huiusmodi certaminum amantissimi: allio pascebant priusquam in certamen committerent, pugnaciores sic fore rati. Itaque in Acharnensibus Theorus de latronibus ad rusticum, cuius allia devorarunt: *cave sis, alliati sunt* [7]). Vid. etiam infra: ἐσκορόδισάς με, *exacerbasti me* [8]). Propria autem verbi vi servata κάθαλα καὶ ἐσκοροδισμένα Diphilus dicit edulia quibus acerba condimenta sunt admixta [9]). Idem valere ὀδύναις πεφυσιγγῶσθαι [10]) fuere qui putarent [11]), quoniam vox φῦσιγξ *vesica* etiam de allii tunica externa dicebatur [12]);

---

[1]) Praeeunte Engero. — [2]) Vid. vs. 492. — [3]) Vid. ad Nub. 434. — [4]) Vid. ad Nub. 551. — [5]) Eubul. fr. 15. — [6]) Xen. Conv. IV § 9. — [7]) Ach. 166. — [8]) Vs. 946. — [9]) Diphil. fr. 17. — [10]) Ach. 526. — [11]) Teste scholio ad illum locum. — [12]) Vid. Theophr. Hist. Plant. VII 4 § 12.

καὶ σπεῦδε ταχέως.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ταῦτα δρῶ.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

μέμνησό νυν
δάκνειν, διαβάλλειν, τοὺς λόφους κατεσθίειν,
χὤπως τὰ κάλλαι' ἀποφαγὼν ἥξεις πάλιν.

(In urbem abit isiciarius, domum intrat Demosthenes.)

PARABASIS CHORI.

(vs. 498-610.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

Commation.

ἀλλ' ἴθι χαίρων, καὶ πράξειας

---

496. *διαβάλλειν*] *καταβάλλειν* codd. pauci (cf. vs. 768). ‖ *κατεσθίειν*] *παρεσθίειν* vel *ἀπεσθίειν* Meineke, *διεσθίειν* Reifferscheid.

---

sed recte alii interpretes illud verbum intellexerunt de *inflatis, tumidis.*

495. *καὶ σπεῦδε ταχέως*] item Thesm. 277, et in dictione cothurnata: *ὡς δύνασαι Τεῦκρε ταχύνας σπεῦσον* coryphaeus Soph. Ai. 1164. Quamquam prudentiae praeceptum contrarium suadebat: *σπεῦδε βραδέως, festina lente.*

— *ταῦτα δρῶ*] vid. ad vs. 111.

495—497. *μέμνησο...καὶ ὅπως*] vid. ad Nub. 887 et 489.

496. Vid. ad Ran. 857.

— *διαβάλλειν*] ioculariter *pugnandi* verbis hoc intermiscetur; expectatur enim *καταβάλλειν* vel *διαλαμβάνειν* [1]). Sed voluntarius hic est error, ut vs. 491 *διαβολάς* pro *λαβάς*. Simillimo autem ioco Pac. 643 *ἅττα διαβάλοι τις αὐτῇ* de civitate dictum est in eo verborum contextu qui *προβάλοι* [2]) potius videbatur poscere.

— *τοὺς λόφους*] *cristas*, quas in capite gerunt galli, Persici regis *κυρβασίᾳ* iocose assimulatas Av. 487.

497. *τὰ κάλλαια*] caruneulas quas habent sub rostro: *barbam* sive *paleam.*

498—502. De verbis *ἀλλ' ἴθι χαίρων* in coryphaei ore sollemnibus vid. ad Nub. 510 [3]). Frequens autem est locutio *κατὰ νοῦν πράττειν* [4]). Itaque fieri non potest ut scholion „*παρὰ τὸ Σοφόκλειον ἐξ Οἰκλέους,*" quod ab editoribus versui 498 adscribitur, illuc pertineat, sed referendum est ad verba „*καί σε φυλάττοι Ζεὺς Ἀγοραῖος* [5]), fortasse etiam ad sequentia; colorem certe tragicum habet illud *στεφάνοις κατάπαστος*" i. e. *coronis ornatus, πεποικιλμένος*. Nam in poetarum lingua *πάσσειν* est *ποικίλλειν* [6]).

---

[1]) Vs. 262. — [2]) Vid. ad Nub. 489—491. — [3]) Cf. etiam infra vs. 548. — [4]) Cf. vs. 549 Pac. 762 Plat. Euthyphr. 3*e* etc., item Pac. 940: *χωρεῖ κατὰ νοῦν*, Herodot. VI 130: *κατὰ νοῦν ποιεῖν* etc. — [5]) Cuius numinis etiam Aesch. Eum. 973 Eur. Heracl. 70 fit mentio. — [6]) Vid. ad vs. 968.

κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν, „καί σε φυλάττοι
Ζεὺς Ἀγοραῖος“, καὶ νικήσας
αὖθις ἐκεῖθεν πάλιν ὡς ἡμᾶς
ἔλθοις „στεφάνοις κατάπαστος“.

(Ad spectatores:)

ὑμεῖς δ' ἡμῖν πρόσσχετε τὸν νοῦν τοῖς ἀναπαίστοις ἐπιοῦσιν,
ὦ παντοίας ἤδη μούσης πειραθέντες καθ' ἑορτάς.

(Chorus convertit se ad spectatores.)

Parabasis.

εἰ μέν τις ἀνὴρ τῶν ἀρχαίων κωμῳδοδιδάσκαλος ἡμᾶς

---

501. Totum locum ex Sophocle desumtum esse si constaret (vid. commentarius), pro ὡς, quod a dictione poetica alienum, scribendum esset εἰς. Sed tragici verbis sua intermiscuisse comicum veri duco similius.

502. ἔλθοις] quod Suidas s. v. κατάπαστος habet ἥξεις, e vs. 497 id fluxit.

503. ἡμῖν] ἡμῶν Brunck, τέως Hirschig. || πρόσ(σ)χετε Bentley] προσέχετε codd.; cf. (Ach. 733?) Nub. 575, 1122 Vesp. 1015 Av. 689.

504. *ἐπιοῦσιν] deest in codd.; quod supplevi usus observatione GHermanni, tetrametrum requiri, finitum enim iam esse commation; ipse autem καὶ τοῖς ἡμῶν ἀναπαίστοις coniecit (καὶ τοῖς ἀ. est in tribus codd.), Meineke χαίροντες τοῖς, Hirschig τοῖς ἡμετέροις, Blaydes νυνὶ καὶ τοῖς. Zacher vulgatam servat, Zielinskium secutus; comicum enim in commatiorum numeris conformandis magna libertate usum esse. Quod licet concedatur, incommodus tamen h. l. in textu tradito manet duplex dativus.

506. ἑορτάς LWvDeventer] ἑαυτούς codd., quod verti nequit nisi virum d. FRau secuti haec verba ita interpretemur: *vos qui et ipsi saepe poemata scripsistis*, cuiusmodi enunciatum nimis duco ineptum. GHermann versus 505 sq. delendos audacius quam probabilius statuebat.

---

500. Ἀγοραῖος] vid. ad vs. 297 sq. et 410.

502. *Corollis* laetae victoriae signis *redimitus ad nos redeas*, ὥσπερ ἀθλητὴς νικηφόρος. Sic Pericles Samo subacta Athenas redux honorificentissime a civibus est exceptus [1]), sic Brasidam ornarunt urbium Chalcidicarum cives ὡς ἐλευθεροῦντα τὴν Ἑλλάδα [2]), sic Teleutiae duci dilectissimo milites valedixerunt in patriam abeunti [3]). — Ipsi Aristophani, isiciarii partes agenti, his verbis victoriam in scenico certamine optat coryphaeus.

504. τοῖς ἀναπαίστοις ἐπιοῦσιν] item in Acharnensibus initio parabasis: ἀλλ' ἀποδύντες τοῖς ἀναπαίστοις ἐπίωμεν [4]).

505. Cf. initium parabasis Ranarum [5]), ubi item invocatur musa et spectatoribus μυρίαι σοφίαι tribuuntur; nunc autem omnium poetarum comicorum, qui his annis Athenis docuere, fabulas spectat noster [6]).

---

1) Plut. Pericl. 28. — 2) Thucyd. IV 121. — 3) Xen. Hell. V 1 § 3. — 4) Ach. 627. — 5) Vs. 674 sqq. — 6) Sic Zacher verba explicuit coll. vs. 520—540. Ad vocem ἑορτήν quod attinet, cf. Pac. 816 Ran. 371, 391, 397, 443.

ἠνάγκαζεν λέξοντας ἔπη πρὸς τὸ θέατρον παραβῆναι,
οὐκ ἂν φαύλως ἔτυχεν τούτου· νῦν δ' ἄξιός ἐσθ' ὁ ποιητής,
ὅτι τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν μισεῖ, τολμᾷ τε λέγειν τὰ δίκαια,
καὶ γενναίως πρὸς τὸν Τυφῶ χωρεῖ καὶ τὴν ἐριώλην.
ἃ δὲ θαυμάζειν ὑμῶν φησιν πολλοὺς αὐτῷ προσιόντας,
καὶ βασανίζειν, πῶς οὐχὶ πάλαι χορὸν αἰτοίη καθ' ἑαυτόν,
ἡμᾶς ὑμῖν ἐκέλευε φράσαι περὶ τούτου.
φησὶ γὰρ ἀνὴρ

508. ἠνάγκαζεν] -σεν R. || λέξοντας ἔπη πρὸς R] ἔπη λέξοντας ἐς V et plerique.
513. πῶς Bentley] ὡς codd.; cf. vs. 211.
514. ἐκέλευε R] -σε V alii. Vid. comment. ad vs. 1181. || φράσαι] φράζειν V metro invito. || ἀνὴρ] ἀνὴρ codd.

508. ἠνάγκαζεν] *permovere nos conaretur, a nobis peteret.* Verbum vehementius quam pro re, ut κελεύειν, λίσσεσθαι, *iubere* [1]).

— λέξοντας ἔπη πρὸς τὸ θέατρον παραβῆναι] *ut versus coram spectatoribus scilicet recitaremus!* [2]). De voce ἔπεσι vid. ad Nub. 541 sq., πρὸς τὸ θέατρον παραβῆναι autem proprio verbo dicitur chorus in media hac comoediae parte, cui cum fabulae argumento nihil est commune [3]). Cf. Plat. fr. 92: εἰ μὲν μὴ λίαν...ὤνδρες ἠναγκαζόμην | στρέψαι δεῦρ', οὐκ ἂν παρέβην εἰς λέξιν τοιάνδ' [4]) ἐπῶν. Nempe a rebus scenicis semoti choreutae spectatores alloquuntur.

509. οὐκ ἂν φαύλως ἔτυχεν τούτου] *non facile id a nobis impetrasset*, i. e. *haud quaquam impetrasset.* Cf. usus particulae latinae *vix* et de adverbio φαύλως vid. ad Vesp. 656.

— νῦν δ' ἄξιός ἐσθ' ὁ ποιητής] cf. Pac. 738: ἄξιος εἶναί φησ' εὐλογίας μεγάλης ὁ διδάσκαλος ἡμῶν, ubi etiam versus sequentes sunt conferendi, et vid. ad Ach. 633.

510. Simillimis verbis coryphaeus Aristophanem laudat Ach. 645: ὅστις παρεκινδύνευσ' εἰπεῖν ἐν Ἀθηναίοις τὰ δίκαια, *qui id scilicet sustinuit ut coram Atheniensibus aequa diceret.*

511. Ex hoc versu procrevit teterrima Cleonis imago, quam Pacis fabulae parabasi inseruit noster [5]). De voce Τυφῶ vid. ad Ran. 848, de voce ἐριώλη ad Vesp. 1148; χωρεῖν πρός idem significat quod ὁμόσε χωρεῖν, *congredi cum, cominus pugnare.*

512 sq. χορὸν αἰτοίη καθ' ἑαυτόν] *suo nomine fabulam offerret magistratui.* Vid. ad Ran. 94.

514. ἐκέλευε] vid. ad vs. 1181.

— τούτου] structura liberior, praecedit enim ἅ.

— φησὶ γὰρ κτέ.] quae nunc sequuntur speciem quidem habent, ita ut spectatores nihil mali suspicatos possint fallere, non tamen tam bene sunt concinnata quin fraus perpluat. Nullamdum suo nomine fabulam ideo docuerat comicus noster, quod civis Atticus non esset; neque post Equites docuit alias, tunc tamen satis peritus [6]).

[1]) *Prier, bitten, to pray, to beg.* — [2]) *Om verzen te gaan opzeggen in de comedie!* — [3]) Item Ach. 629 Pac. 735 Thesm. 785. — [4]) τοιῶνδε? — [5]) Vs. 751 sqq.; in Vespas autem retractatas ille locus transsumtus est vs. 1029 sqq.; cf. Vesp. Prolegom. p. XXIII et Nub. 549 et vid. infra ad vs. 1393. — [6]) Vid. ad Nub. 530 sq., Mnemos. 1888 p. 263—288, Vesp. Prolegom. p. X—XIII.

οὐχ ὑπ' ἀνοίας τοῦτο πεπονθὼς διατρίβειν, ἀλλὰ νομίζων
κωμῳδοδιδασκαλίαν εἶναι χαλεπώτατον ἔργον ἁπάντων·
πολλῶν γὰρ δὴ πειρασάντων αὐτὴν ὀλίγοις χαρίσασθαι.
ὑμᾶς τε πάλαι διαγιγνώσκων ἐπετείους τὴν φύσιν ὄντας,
καὶ τοὺς προτέρους τῶν ποιητῶν ἅμα τῷ γήρᾳ προδιδόντας·
τοῦτο μὲν εἰδὼς ἅπαθε Μάγνης ἅμα ταῖς πολιαῖς κατιούσαις,
ὃς πλεῖστα χορῶν τῶν ἀντιπάλων νίκης ἔστησε τροπαῖα,
πάσας δ' ὑμῖν φωνὰς ἱεὶς καὶ ψάλλων καὶ πτερυγίζων

517. δὴ] ἤδη V alii. || ὀλίγοις] ὀλίγοις πάνυ R, ὀλίγοις ἤδη V alii.

515. πεπονθὼς] vid. ad Nub. 234. Rogaverunt igitur amici illi, certe rogavisse nunc finguntur: *τί παθὼν οὐ κατὰ σαυτὸν χορὸν αἰτεῖς πάλαι;*

517. *Musa comica non cuivis amatori facilem se praebet, nam quotus quisque est cui faveat!* — Activum πειρᾶν hac aetate Athenis nonnisi in re amatoria usurpabatur [1]; nam priscae dictionis est πειρᾶν pro πειρᾶσθαι *experiri*. Verbum autem χαρίσασθαι significat *obsequi, morigerari* [2] et oppositum sibi habet ἀναίνεσθαι *negare* [3]. Simili imagine usus est noster Ran. 95 [4].

518. ἐπετείους τὴν φύσιν] eleganter hoc adiectivum ab animalibus vel herbis, quae intra unius anni spatium nascuntur et moriuntur [5], nunc transfertur ad favorem spectatorum ταχυβούλων καὶ μεταβούλων [6], non per plures annos perstantem sed in alios identidem translatum, ita ut Athenis cuilibet μειρακυλλίῳ spes sit semel certe scenam adeundi [7].

520. τοῦτο μὲν] respondet εἶτα δέ vs. 526, item Sophocl. Philoct. 1345 sq., Antig. 61 sqq.: ἐννοεῖν χρὴ τοῦτο μὲν ... ἔπειτα δὲ κτέ.

— Μάγνης] de prisco hoc poeta comico praeter ea quae Aristophanes nunc refert vix quidquam est cognitum. Quae autem ex eius operibus subinde afferuntur fragmenta paucissima et brevissima, sublestae sunt fidei. Non enim vitalia fuerunt eius opera, quae scripto non essent divulgata; et quae postea eius nomine circumferebantur fabulae novem numero, eas pro spuriis habebant grammatici [8].

521. Undecim victorias scenicas eum reportasse ait Anonymus de Comoedia. Duae tantum victoriae ei tribuuntur apud Suidam, sed nimis exiguum hunc esse numerum testantur Aristophanis verba πλεῖστα τροπαῖα.

522. Verba πάσας ... φωνὰς ἱεὶς proverbialem fere efficiunt locutionem, de iis dictam qui nihil intentatum relinquunt, ut *omnem lapidem movere*. Item Vesp. 562: ἀκροῶμαι πάσας φωνὰς ἱέντων εἰς ἀπόφευξιν, Soph. El. 596: πᾶσαν ἱεῖς γλῶσσαν. Idem autem nunc valet adiectivum πᾶς quod in locutione πάντα ἀγαθά, *optima quaevis* [9].

522 sq. καὶ ψάλλων καὶ κτέ.] primum

[1]) Cf. Pac. 763 Plut. 150, 1067 Theopomp. fr. 32^{8} Aristophont. 4 Menandr. 524 Lys. I § 12 Eur. Cycl. 581 etc. — [2]) Plat. Conv. 182*a* etc. — [3]) Vid. Maussac ad Harpocr. s. v. ἀναίνεσθαι, Ruhnkenius ad Tim. s. v. χαρίζεσθαι et cf. Ach. 884. — [4]) Ubi vid.; cf. etiam infra vs. 738—740. — [5]) Theophr. H. Plant. IV 6 § 4. Nos *éénjarig*. Digna quae hic commemoretur est elegantissima correctio, qua Thucydidis locum III 39 § 8 sanavit vHerwerden: τῆς ἐπετείου (codd. ἔπειτα) προσόδου, *tributa in singulos annos solvenda*. — [6]) Ach. 630, 632. — [7]) Ran. 91 sq. — [8]) Athen. 367*f*, 646*e*, Anonymus de Comoedia. — [9]) Vid. ad Ran. 302.

καὶ λυδίζων καὶ ψηνίζων καὶ βαπτόμενος βατραχείοις
οὐκ ἐξήρκεσεν, ἀλλὰ τελευτῶν ἐπὶ γήρως — οὐ γὰρ ἐφ' ἥβης! —
ἐξεβλήθη, πρεσβύτης ὢν ὅτι τοῦ σκώπτειν ἀπελείφθη.
εἶτα Κρατίνου μεμνημένος, ὃς πολλῷ † ῥεύσας † ποτ' ἐπαίνῳ

524 sq. -ν ἀλλὰ — ἐξεβλήθη] del. GHermann.
525. Virgulam post ἐξεβλήθη scripsit post ὢν delevit Enger.
526. ὃς] ὡς Bergk probabiliter; cf. vs. 1052. || ῥεύσας] participium, quod neque Atticae dictionis est (licet conferri possint Cratetis fr. 15 et Pherecratis 130[5]) neque huic loco aptum — ῥέων enim esset dicendum —, cum verbo autem ἔρρει coniunctum ne ferri quidem potest, a scholiasta perabsurde refertur πρὸς τὸ ἐνουρεῖν τὸν Κρατῖνον (cf. vs. 400). Ante omnia rogemus oportet, quo pertineant dativi πολλῷ ἐπαίνῳ. Quos etsi a verbo ἔρρει suspendi non vetat lingua (vid. Pherecrat. fr. 130[4] Teleclid. 1[4] Metagen. 6[6] Hom. Θ 65 Eur. Bacch. 142 etc.), hoc tamen loco cum participio (vel adiectivo) quod intersertum est iungendos esse cum verborum ordo testatur tum contextus; nam πολλῷ ἐπαίνῳ ἔρρει, *multas laudes volvebat*, de poeta quomodo dici possit non facile dixeris. Coniecerunt autem Kayser

καὶ non cum sequentibus est iungendum (*cum ... tum*), sed mera est copula. Ad sensum verborum quod adtinet, in scholiis est annotatum Magnetem scenae commisisse fabulas *Barbitistas Aves Lydos Psenes* [1]) *Ranas*, quae nomina ipsius Aristophanis verbis praebentur. Quamquam est cur dubites satisne apte βατραχείοις βαπτίζεσθαι dicatur poeta qui *chorum* ranarum inducat; non enim coryphaei sed protagonistae partes eum egisse consentaneum est. Cum tamen idem valeat de participio λυδίζων ceterisque, *Λυδοί* autem fabula saepius commemoretur alias, acquiescendum videtur in scholiastae explicatione.

524. οὐκ ἐξήρκεσεν] non usque ad finem favore vestro usus est.

— τελευτῶν] *postremo*, ut saepe.

— ἐπὶ] cf. simillima senum verba Ach. 211: οὐκ ἂν ἐπ' ἐμῆς γε νεότητος, item Vesp. 1167: ἐπὶ γήρως [2]), 1199: ἐπὶ νεότητος. Cf. ἐπὶ τοῦ δεῖνα *illo archonte* et similia.

525. ἐξεβλήθη] *eiectus est*; quod plerumque dicitur ἐξέπεσεν *excidit* [3]), sed fortius est aliquanto. Ultima igitur eius fabula stare non potuit. Nunc mortuum esse cum ex toto loci tenore videtur apparere tum vero ex ipsis laudibus ei tributis; nam vivos aemulos extollere noster minime solet [4]).

— πρεσβύτης — ἀπελείφθη] *cum senex non satis acrem se praestaret in civium vitiis castigandis.* — Hilarioris ingenii Magnetem fuisse intellegimus. Cuius facetiae simplices et innocentes olim quidem egregie placuere, sed postea, cum fastidioso palato civium, nova semper poscentium et partium aestu abreptorum, acutiora multo et mordaciora ab aliis offerrentur, ieiunae videri coeptae sunt, iamque spernebantur. *Iocandi* scilicet artem tenebat Magnes, *irridendi* artem [5]) olim non didicerat, senex addiscere non potuit aut noluit. Verbum ἀπολείπεσθαι sensu *non subsequendi* adhibitum est, ut saepe [6]).

526. εἶτα] vid. ad vs. 520.

526—536. Ficta cum commiseratione

[1]) I. e. *culices ficarios*, Av. 590 Herodot. I 193 Aristot. H. Anim. V 32. — [2]) *Op zijn ouden dag.* Cum toto versu cf. Philoctetis verba (Soph. Phil. 947 sq.): οὐ γὰρ ἂν σθένοντά γε | εἷλέν μ'· ἐπεὶ οὐδ' ἂν ὧδ' ἔχοντ', εἰ μὴ δόλῳ. — [3]) Cf. vs. 540. — [4]) Vid. Ran. 357. — [5]) τοῦ σκώπτειν. — [6]) Vid. Eur. Herc. 440 (τῆς ἥβης), Herodot. II 106 (τῆς ἀληθείας) etc.

βρίσας (cf. h. Cer. 473), OSchneider βρύσας (cf. *P* 56 Nub. 45 Ran. 329 Aesch. Ag. 157 et epigramma de Cratino: τοίγαρ ὑπὸ στεφάνοις μέγας ἔβρυεν), Fritzsche ῥέψας, Kock πρέψας, — infeliciter omnes, *praesentis* enim, non aoristi, sic flagitatur participium, et πλήθων legitur locis epicis, quos noster in mente habuisse videtur, *Λ* 492 vel *E* 87. Hac a parte non peccant quae proposuerunt Bury ῥήξας (cf. Herodot. II 99) et Hultsch λάβρος (coll. scholii verbis), sed sic incommodi sunt dativi. Praeterea coniecerunt Meineke ῥεύματι πολλῷ ποτ' ἀείνως, Blaydes καναχῶν (et alia multa), alii aliter scripserunt audacius quam probabilius. Etiam θολερός (*lutulentus*) habet quod placeat coll. Pherecrat. fr. 115 sq. et notis Horatii de Lucilio versibus; sed nihildum prolatum est quod assensum extorqueat. Non sufficit quod in mentem mihi venit ἐπαρθείς, nam ab imagine hoc alienum, neque ῥανθείς, hoc enim nimis tenue est verbum.

---

superbiaeque plena noster nunc loquitur de poeta praestantissimo, quem et antea aemulum habuerat maxime metuendum et in hoc certamine habebat [1]). Nam laudes eo tantum consilio praemittuntur ut maiores cachinnos excitent qui de senis delirantis nugis recentibus subiunguntur versiculi. Quamquam probe opinor senserunt spectatores, serio haec nihilo magis esse accipienda quam protervum illud de Cratini stragulis dicterium [2]) vel impudentes sane iocos anno proximo auditos de Cratini barba in cute rasa [3]) vel imprecationes scurriles quibus viri nihil eiusmodi commerentis caput tunc a choro Aristophaneo fuerat devotum [4]). — Uno autem anno elapso ad Aristophanis cavillas facete respondens Cratinus fabula sua Pytina ostendit nondum in τάριχον se abiisse vinove mersum iacere, sed ἔτι ἐκεῖνον τὸν Κρατῖνον εἶναι [5]). In qua fabula haec de ipso dicebantur: ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τῶν ῥευμάτων! | καναχοῦσι πηγαί! δωδεκάκρουνον τὸ στόμα! | Ἰλισὸς ἐν τῇ φάρυγι! τί ἂν εἴποιμ' ἔτι; | εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύσει τις αὐτοῦ τὸ στόμα, | ἅπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασιν [6]). Et illo die aemulum certe superbum Cratinus mersit et obruit, nam vicit eius Pytina Aristophanis Nubes. Miro autem errore in scholio cui debemus versus modo laudatos, ex bono igitur fonte desumto, Aristophanes dicitur illa Cratini verba nunc respicere: „δοκεῖ δέ μοι Ἀριστοφάνης ἀφ' ὧν αὐτὸς „εἶπε Κρατῖνος περὶ αὑτοῦ μεγαληγορῶν, „ἀπὸ τούτων καὶ οὗτος τὴν τροπὴν εἰληφέναι· (sequuntur Cratini versus laudati, dein:) „ἤτοι οὖν τούτων χάριν καὶ Ἀριστοφάνης „περὶ τοῦ Κρατίνου ταῦτα λέγει, ἢ τὸ ‚ῥεύ„σας‘ εἶπε σκώπτων πρὸς τὸ ἐνουρεῖν τὸν Κρα„τῖνον." Et ultimum commentum dignum sane homine qui sic temporum rationes perturbavit, sed in prisco commentario, unde haec sunt hausta, fuit: „δοκεῖ δέ „μοι Κρατῖνος αὐτὸς περὶ αὑτοῦ μεγαληγο„ρῶν ἀφ' ὧν περὶ αὐτοῦ εἶπεν Ἀριστοφάνης „τὴν τροπὴν εἰληφέναι." Quae ne coniectura quidem est, nam ad vs. 400 legitur: „γενοίμην οὖν, φησίν, εἰς τὴν οἰκίαν „Κρατίνου κῴδιον, ὥστε μου κατουρεῖν ἐκεῖ„νον, εἰ μή σε μισῶ. ὅπερ μοι δοκεῖ παρο„ξυνθεὶς ἐκεῖνος... πάλιν γράφει δρᾶμα τὴν „Πυτίνην εἰς αὐτόν τε καὶ τὴν μέθην", — male autem intellecta haec observatio peperit recentioris nebulonis nugas, quas modo vidimus. Vid. etiam ad vs. 531: „ταῦτα ἀκούσας ὁ Κρατῖνος ἔγραψε τὴν „Πυτίνην". Ubi quae sequuntur verba levi vitio laborant; non enim legendum est „δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐλήρησεν ἐν οἷς κακῶς „λέγει τὸν Ἀριστοφάνην ὡς τὰ Εὐπόλιδος

---

[1]) Vid. ad Ran. 1 sqq., 13 sq., 357 Nub. Proleg. p. XXIX. — [2]) Supra vs. 400. — [3]) Ach. 849 sqq. — [4]) Ibid. vs. 1173. Nam non clarissimum illum comicum sed ignotum aliquem hominem eiusdem nominis Acharnensium l. l. rideri, quod cum multis olim putabam, nunc confidenter nego cum Bergkio (Reliq. Com. Att. p. 202). — [5]) Vid. Nub. Proleg. p. XXIX sq. — [6]) Cratin. fr. 186.

διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔρρει, καὶ τῆς στάσεως παρασύρων
ἐφόρει τὰς δρῦς καὶ τὰς πλατάνους καὶ τοὺς ἐχθροὺς
[προθελύμνους·
ᾆσαι δ' οὐκ ἦν ἐν ξυμποσίῳ πλὴν „Δωροῖ συκοπέδιλε“

527. ἀφελῶν πεδίων] ἀφύων (immo ἀφύτων) πεδίων l. a. in schol., ἐφάλων πεδίων OSchneider ieiune, φελλέων πεδίονδ' Bergk infelicissime, durior enim est sonorum -εω- synizesis et φελλέων mentio hinc aliena. ‖ καὶ] κἀκ OSchneider.
529. ἦν] ἐνῆν R.

„λέγοντα”, sed [1]): „δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐλήρησεν· ἐν ᾗ κακῶς λέγει κτέ.”

526 sq. Ad instar torrentis hiberni per aspera et densa in campos apertos ruentis arboresque stirpitus evulsas tumidis aquis volventis Cratinus per pulpita olim ferebatur bacchico furore correptus, et adversarios facundiae suae fluctibus mersos auferebat. — Comici haec scribentis menti obversati sunt loci epici, qualis est *Λ* 492 sqq.: *ὡς δ' ὁπότε πλήθων ποταμὸς πεδίονδε κάτεισι | χειμάρροος κατ' ὄρεσφιν, ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ, | πολλὰς δὲ δρῦς ἀζαλέας πολλὰς δέ τε πεύκας | εἰσφέρεται, πολλὸν δέ τ' ἀφυσγετὸν εἰς ἅλα βάλλει, | ὣς ἔφεπε* (Troianos) *κλονέων πεδίον κάτα φαίδιμος Αἴας* [2]). — Corruptum est ῥεύσας, fortasse etiam vicina; expectatur autem quod significet: *multa civium laude turgidus* [3]).

527. ἀφελῶν] *integrorum.* Prisca haec est vox neque alias apud Aristophanem obvia. Quippe illa aetate in desuetudinem abierat, sed Solon e. g. ἀφελῆ dixerat τὰ <μὴ> ἔμπηρα [4]), de magistratuum sacerdotumque δοκιμασίᾳ loquens opinor, qui corpore ἀφελεῖς esse debebant [5]). Apud recentiores autem [6]) frequentia sunt ἀφελής et ἀφέλεια. Nostro igitur loco πεδία ἀφελῆ intellego *campos planos* lenissimaeve sinuositatis, in quos deicit se amnis, imbres quem super notas aluere ripas [7]). Nam quod in Hesychii lexico τὰ ἀφελῆ πεδία dicuntur esse τὰ σύνδενδρα [8]), id ex ipso hoc loco confictum est [9]).

528. Vocem ἐχθροὺς praeter expectatum nunc additam Bergk interpretatur cives, quorum in re publica administranda consilia Cratinus inpugnabat; sed collato versu 590 non dubito quin eius aemuli sint intellegendi, quae multo aptior contextui est notio: olim Cratinus omnes competitores superabat, nunc meras nugas in scena fundit [10]).

— προθελύμνους] vid. ad Ran. 587.

529 sq. Afferuntur Cratini cantilenae duae ex Eunidis fabula desumtae [11]), quas — perinde atque Phrynichi tragici cantica [12]) — Athenis olim celebratas fuisse noster locus testatur. Facile autem intellegitur perplacuisse canticum a verbis Δωροῖ συκοπέδιλε incipiens, festive enim novum hoc numen est fictum ad exemplum Ἥρης χρυσοπεδίλου [13]); fortasse autem ioculari illo nomine designabatur *Aspasia*, Iovis τοῦ σχινοκεφάλου uxor, quam alias Nemesim et Omphalen et quid non dixit Cratinus. Denominata est Δωρὼ ad analogiam numinum Atti-

[1]) Quod ante me observasse Kirchhoffium nunc video. — [2]) Item *E* 87 sqq.; vid. etiam supra ad vs. 137. — [3]) Vid. annot. critica. — [4]) Poll. I 29. Nam sic est legendum. — [5]) Vid. Anecd. Bekk. p. 469 sq. et Etym. M. — [6]) E. g. Plutarchum. — [7]) Horat. Carm. IV 2, 6. — [8]) „Fertur quo rara securis”, Horat. Sat. I 7, 27. — [9]) Neque φελλέων nomen quidquam huc facit, licet Ruhnkenium (quem vid. ad Tim. p. 270) fallax horum vocabulorum similitudo pellexerit. — [10]) Quae scholion habet nimis sunt absurda. — [11]) Teste scholio. Cratin. fr. 69 sq. — [12]) Vid. ad Nub. 967 Vesp. 220 Ran. 910. — [13]) Hes. Theog. 454.

καὶ „τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων“· οὕτως ἤνθησεν ἐκεῖνος.
νυνὶ δ' ὑμεῖς αὐτὸν ὁρῶντες παραληροῦντ' οὐκ ἐλεεῖτε,
ἐκπιπτουσῶν τῶν ἠλέκτρων, καὶ τοῦ τόνου οὐκέτ' ἐνόντος,
τῶν θ' ἁρμονιῶν διαχασκουσῶν· ἀλλὰ γέρων ὢν περιέρρει,
ὥσπερ Κοννᾶς „στέφανον μὲν ἔχων αὖον, δίψῃ δ' ἀπολωλώς“, —

533. διαχασκουσῶν] -λασκουσῶν Naber; sed neque sincerum duco hoc verbum (vid. ad Ran. 97) neque quod in codd. est suspectum habeo.

corum Θαλλοῦς Καρποῦς Αὐξοῦς, ut alias Δεξώ novam deam effinxit Cratinus e verbo δέξασθαι [1]). Poetas vero ὕμνων τέκτονας εὐπαλάμους cum appellat idem, non suis verbis utitur sed ipsorum dictionem iocose imitatur [2]). Simili tumore conspicuum est epitheton φρενοτέκτων de Aeschylo in Ranis usurpatum [3]).

531. παραληροῦντα] verbum redit Ran. 595 et saepius apud Platonem [4]). Praepositionis autem vis est eadem in verbis παραπαίειν, παρακόπτειν, aliis [5]).

532 sq. *Tibiae* Cratinus nunc assimulatur. Cuius ἠλέκτρους labascere iam perhibet noster; quamquam quid sint tibiae electri dicere non habeo. Τόνος dicitur *sonus* [6]), ἁρμονίαι sunt *iuncturae*, quae fatisci iam coeperunt [7]). Sic alibi ἁρμονίαι commemorantur *ratis* [8]) vel *lyrae* [9]) et Lais vetula dicitur τὰς ἁρμονίας διαχαλᾶν τοῦ σώματος [10]). Perperam vero in scholiis lexicisque vetustis *lecto* nunc assimulari Cratinus dicitur; quem errorem peperit vox τόνος, quoniam etiam κλίναις sui sunt τόνοι [11]). Multo autem probabilius Fritzsche [12]) cum *lyra* senem poetam comparari post alios statuit; sed loci ab eo collati [13]) id tantum probant, cum lyra hominem conferri potuisse, non etiam nostro loco debuisse; et versus, quem ipse praeterea adscripsit, Ach. 681, ubi senes decrepiti dicuntur παρεξηνλημένοι, mihi videtur magis commendare explicationem quam supra dedi.

533. γέρων ὢν] vid. ad Ach. 222.

534. Nuper ipse Cratinus riserat Connum senem grandaevum, fortasse vinosum, post multas victorias vitam vix misere sustentantem. Quem hominem et alii comici his annis in scena traduxerunt; nam uno anno post Equitum fabulam scenae commissam Connum docuit Amipsias, qua fabula superavit Aristophanis Nubes; Connum scripsit etiam Phrynichus. Socrates autem Conno Metrobii filio in arte musica magistro se usum esse plus semel perhibuit apud Platonem [14]), vix unquam tamen serio; cum Socrate igitur, fortasse etiam cum Euripide et quibusdam sophistis, eum consuevisse statuere posse videmur, cum reputamus Amipsiam chorum Conni fabulae e φροντισταῖς composuisse. De hoc igitur sene effeto Cratinus dixerat: ἔσθιε καὶ σῇ γαστρὶ δίδου χάριν, ὄφρα σε λιμὸς | ἐχθαίρῃ, Κοννᾶς δὲ πολυστέφανος σε φιλήσῃ [15]), Hesiodi versus [16]) imitatus et mox proverbiali quadam locutione usus: Δελφὸς ἀνήρ, στέφανον μὲν ἔχων αὖον, δίψῃ δ'

[1]) Cratin. fr. 401. — [2]) Vid. Pind. Pyth. III 200 Nem. III 4 Eur. Androm. 476. — [3]) Vs. 821. — [4]) Theaet. 169*a* etc. — [5]) Vid. ad Nub. 640. — [6]) Ut Vesp. 337. — [7]) οὐκέτι ἔχουσαι εὐάφειαν, ut cum scholiasta loquar, in cuius verbis absurde traditum est εὐέπειαν. — [8]) Hom. ε 248. — [9]) Soph. fr. 232*a*. — [10]) Epicrat. fr. 2[19]. — [11]) Ar. Lys. 923 Philippid. fr. 12 Herodot. IX 118, cf. Hom. ψ 201. — [12]) Ad Ran. 233. — [13]) Ar. Av. 218 ἐλεφαντόδετον φόρμιγγα, Soph. fr. 34 ὑφῃρέθη σου κάλαμος ὡσπερεὶ λύρας, Lucian. LVIII § 8 Ovid. Metam. XI 167. — [14]) Plat. Euthyd. 272*c*, 295*d* Menex. 235*e*. — [15]) Cratin. fr. 317, teste scholio ad nostrum locum. — [16]) Oper. 298 sq.

ὃν χρῆν διὰ τὰς προτέρας νίκας πίνειν ἐν τῷ Πρυτανείῳ,
καὶ μὴ ληρεῖν, ἀλλὰ θεᾶσθαι λιπαρὸν παρὰ τῷ Διονύσου.
οἵας δὲ Κράτης ὀργὰς ὑμῶν ἠνέσχετο καὶ στυφελιγμούς!

536. ληρεῖν] ἀκληρεῖν Meineke admodum infeliciter. || Διονύσου Elmsley] -σῳ codd., quod *Bacchi statuam* intellegunt coll. Eccl. 682, post alios autem tueri conatus est Sobolewski Praepos. p. 185 sq.

537. στυφελιγμούς R] -λισμούς cett. || In versus fine exclamationis signum scripsi; vulgo scribitur semicolon et a participio μεμνημένος (vs. 526) suspensa haec creduntur.

ἀπολωλώς. Suo igitur nunc telo Cratinum petens noster dicit ipsi misere iam sitienti nihil praeter aridas lauros esse reliquum, quem iocum in Baptis repetivit Eupolis: ἀναρίστητος ὢν | καὶ οὐδὲν βεβρωκώς, ἀλλὰ γὰρ στέφανον ἔχων [1]), fortasse et ipse — quod suspicatus est Winckelmann — de Conno loquens. Vesp. 675 autem Κόννου ψῆφος dicitur homo qui οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ est; qui iocus quid sibi velit accuratius efficere non iam possumus. Clarum autem aliquando fuisse Connum credere non recuso, sed quoniam nonnisi secundum locos ubi mentio eius fit iudicium ferre nunc licet, verissimum est quod scripsit Cobet: „nunquam non ridiculus est bonus Connus" [2]). Quin ipsa nominis forma, qua nunc designatur, ridiculi quid habet, ut alias terminus -ᾶξ [3]). — Haud inepte contuleris Acharnensium locum, ubi Lamachus iubetur tenuissimi victus taedia fallere splendidas galeae suae cristas quassando [4]), et Pac. 1116, ubi ad sortilegum esurientem „τὴν Σίβυλλαν ἔσθιε" *Sibylla tua vescere* ait Trygaeus; item pater ad filium prodigum Nub. 815: „ἔσθι' ἐλθὼν τοὺς Μεγακλέους κίονας". Praeterea recordari nunc iuvat nostratis cuiusdam poetae, de quo sic iocabantur: *nempe tuas cunas lauri myrtique tegebant* [5]), — pharmacopolae nimirum erat filius.

535 sq. *Quidni dudum in Prytaneum eum vocastis et sede honorifica in theatro donastis* [6]). *Utinam nunc in primo subselliorum ordine sederet,* — ubi vel Cleonibus suus hodie est locus [7]): — *taceret enim, neque nugis veternosis enecare nos etiam pergeret, sed spectaret quae recentior protulit aetas.*

535. πίνειν] praeter expectationem dictum pro verbo δειπνεῖν, propter id quod praecedit δίψα. Sic enim poetae mens potest reddi: si Cleoni „victoria" ista epulas peperit quotidianas [8]), quin seni toties in scena victori idem conceditis?

536. λιπαρὸν] vid. ad Nub. 920.
— παρὰ τῷ Διονύσου] sc. ἱερεῖ [9]).

537. Κράτης] hic poeta, qui Cratini histrio fuisse fertur priusquam suas fabulas docuit [10]), πρῶτος ἦρξεν ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας καθόλου ποιεῖν λόγους καὶ μύθους, si fides Aristoteli Poet. 5, vel potius codici in quo libelli illius pars hodie extat unico. Nam facile suspicetur quispiam pro Cratete illic *Cratini* nomen esse reponendum [11]). Qua tamen coniectura reiecta Meineke [12]) ita interpretatur Aristophanis verba: „Cratetem

[1]) Eupol. fr. 68. — [2]) Prosopogr. Xenoph. p. 82. — [3]) De quo vid. ad vs. 361. — [4]) ἐπὶ ταρίχει τοὺς λόφους κραδαινέτω! vs. 967. — [5]) *Uw wieg stond tusschen lauwerblaren | En versch geplukte mirten in.* — [6]) Cf. Ran. 764 sq. — [7]) Vid. ad vs. 327 et 702 sqq. — [8]) Vid. ad vs. 280 sq. — [9]) Vid. Ach. 1087 et ad Ran. 297. Nos diceremus: *in de koningsloge.* — [10]) Vid. scholia ad nostrum locum et Anonymus de Comoedia. — [11]) De quo librariorum errore tralaticio vid. e. g. Meineke Hist. Com. p. 63 vel supra annot. crit. ad vs. 407. — [12]) Ibid. p. 59.

ὃς ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης ὑμᾶς ἀριστίζων ἀπέπεμπεν,
ἀπὸ κραμβοτάτου στόματος μάττων ἀστειοτάτας ἐπινοίας.
καὶ οὗτος μέντοι μόνος ἀντήρκει, τοτὲ μὲν πίπτων, τοτὲ δ' οὐχί.

ταῦτ' ὀρρωδῶν διέτριβεν ἀεί. καὶ πρὸς τούτοισιν ἔφασκεν

---

538. ἀπέπεμπεν] dicendum erat: *satiatos* vel *contentos dimittebat*. Sed ipsius fortasse poetae haec est neglegentia.

539. κραμβοτάτου] κραμβοφάγου Kiehl coll. Cratini epitheto ταυροφάγῳ Ran. 357 (ubi vid.); etiam adiectivum κολλικοφάγος conferri potest (Ach. 872), de permutatis autem litteris *Τ* et *Φ* vid. Vesp. 1309 vel schol. Nub. 967. Sed cur crambe potissimum vesci Cratinus dici potuerit non exputo, neque κράμβης et verbi μάττειν placet iunctura. ‖ στόματος] σταιτὸς Zacher ingeniosissime, coll. Herodot. II 36, 47 Eupol. fr. 332 Stob. Flor. LXXXV 21 Athen. 110*c*, 548*b* Hesych. s. v.; sed vereor ut ἀπὸ σταιτὸς dici potuerit, et ipsum potius σταῖς μάττεται. Itaque expectaverim potius ἐκ κρ. σταιτὸς πλάττων ἐπινοίας, quod tamen proponere nolim.

540 μόνος] *μόλις (*hic quoque quantumvis festivus stare vix poterat*)? Facile in *ΜΟΝΟC* abire potuit *ΜΟΛΙC*.

---

primum apud Athenienses extitisse qui Epicharmi exemplo comicae poeseos materiem a singulorum hominum irrisione ad generales morum notationes rerumque descriptiones traduceret."

538. *Qui parvo sumtu prandium vobis praebere solebat.* Non artificiose composita nec longius petita erant quae offerebat Crates, sed simplici ingenuaque quadam venustate se commendabant. Praepositionis ἀπό eadem vis est vs. 788 [1]). Imagine eadem usus comicus ignotus dixit: ἀλλ' ὥσπερ δεῖπνον γλαφυροῦ ποικίλην εὐωχίαν | τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφόν, | ἵν' ἀπίῃ τις τοῦτο φαγὼν καὶ πιών, ᾧπερ λαβὼν | χαίρει τις, καὶ σκευασία μὴ μί' ᾖ τῆς μουσικῆς [2]).

539. ἀπὸ] instrumentum indicare nunc videtur [3]); videtur, inquam, quoniam non prorsus certa est huius versus lectio et sententia [4]).

— κραμβοτάτου στόματος] adiectivum aliunde non cognitum, cui num quid cum voce κράμβη sit commune admodum est dubium, apud Hesychium explicatur καπυρόν, i. e. *simplex, non artificiosum* [5]). Os autem μάκτρα nunc assimulatur, itaque quadamtenus similia haec sunt Avium versiculis: προπεφύραται λόγος εἷς μοι, | ὃν διαμάττειν οὐ κωλύει [6]), *admixta aqua* (oleo, vino) *maceratus est meus sermo, itaque pinsere eum et in placentam effingere nihil iam vetat.* Cf. etiam quae de Cratete in Thesmophoriazusis alteris chorum dicere fecit noster: ἦν μέγα τι βρῶμ' (?) ἔτι τρυγῳδοποιομουσική, | ἡνίκα Κράτητί τε „τάριχος ἐλεφάντινον" [7]) | λαμπρὸν ἐκόμιζεν ἀπόνως παρακεκλημένον (l. παρ' ἡμῖν κλέος vel γέλωτ'?) | ἄλλα τε τοιαῦθ' ἕτερα μυρί' ἐκιχλίζετο [8]).

— ἐπινοίας] *inventa* [9]). Idem significant διάνοιαι [10]), ἰδέαι [11]), εὑρήματα [12]).

540. *Hic tamen solus usque ad vitae finem perstitit* [13]), *modo eiectus* [14]), *modo laudatus.*

541—545. Vid. ad vs. 514.

---

[1]) Vid. etiam Ach. 999 Lys. 496, 1208 Eccl. 599 Plut. 377. — [2]) Fr. adesp. 1330. — [3]) Ut Ran. 121 et 1200; cf. etiam Nub. 768. — [4]) Cf. annot. critica. — [5]) Vid. Theocrit. VII 37 Athen. 697*b*. — [6]) Vs. 462 sq. — [7]) Cratet. fr. 29. — [8]) Fr. 333. — [9]) Idem vocis est usus infra vs. 1322 Vesp. 1050 Ran. 1530, vid. etiam Vesp. 1073. — [10]) Nub. 944 Vesp. 1044 Pac. 750. — [11]) Nub. 547. — [12]) Nub. 561. — [13]) *Hield zich staande.* — [14]) Vs. 525.

ἐρέτην χρῆναι πρῶτα γενέσθαι πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν,
κᾆτ' ἐντεῦθεν πρῳρατεῦσαι καὶ τοὺς ἀνέμους διαθρῆσαι,
κᾆτα κυβερνᾶν αὐτὸν ἑαυτῷ. τούτων οὖν οὕνεκα πάντων,
ὅτι σωφρονικῶς κοὐκ ἀνοήτως εἰσπηδήσας ἐφλυάρει,
αἴρεσθ' αὐτῷ πολὺ τὸ ῥόθιον, παραπέμψατε ἐφ' ἕνδεκα κώπαις

542. *πρῶτα*] *πρῶτον* V R et plerique. ‖ Post hunc excidisse versum, cuius sensus fuerit *κᾆτα τοιχαρχεῖν*, sine iusta causa suspicabatur Porson, Claudiani versibus, quibus nostrum locum imitatur (Cons. Flav. Mall. Theodor. 42) pellectus.

544. *οὕνεκα*] *ἕνεκα* R, *εἵνεκα* alii.

545. Reicio coniecturas, in quas incidi olim et facile inciderint alii: *ὅτι σώφρων ὢν οὐκ* vel *ὅτι σώφρων ἦν κοὐκ* (sic Halbertsma). Vid. commentarius.

546. *παραπέμψατε ἐφ' ἕνδεκα κώπαις*] verba obscura. Meineke *παραπέμψατέ θ' ἕνδεκα* vel *παραπέμψατέ τ' ἐννέα* (spectatorum *cuneos* designari ratus), Kock *παραπέμψατέ τ' ἐν δέκα* (cf. Eustath. 1540,45), Diels *παραπέμψαντες* (sic duo codd.) *δέκα*, digitos significari cum Merrio ratus; quod coniecit OSchneider *παραπέμψατ' ἐφ' ἓν δέκα* contorte est dictum et metro parum commendatur.

542. *πρῶτα...πρὶν*] eadem dictionis est ubertas Ach. 383 (?) Eq. 761 Thesm. 380.

543. *κᾆτ' ἐντεῦθεν*] *et tum ex illo inde tempore.* Iunguntur hae particulae etiam Nub. 1374, *ἐντεῦθεν* autem ad tempus transfertur [1]) ut *ἐνταῦθα* [2]) et *ἔνθα* (*δή*) [3]). — *πρῳρατεῦσαι*] *proretae munere fungi.* Nempe *ὁ τοῦ κυβερνήτου διάκονος πρῳρεὺς τῆς νεὼς ἐκαλεῖτο* [4]) vel etiam *πρῳράτης* [5]). Erat igitur remigum in prora praefectus, gubernatori, qui soli trierarchae erat subditus, dignitate proximus. Simili metaphora usus est Plautus: *si tu proreta isti navi's ego gubernator ero* [6]).

545. Cf. Euripidis se ipsum collaudantis verba Ran. 945: *εἶτ' οὐκ ἐλήρουν ὅ τι τύχοιμ' οὐδ' ἐμπεσὼν ἔφυρον*, et Herodot. III 81: *ὠθέει ἐμπεσὼν τὰ πρήγματα ἄνευ νόου* (*populus*). — Imagini consentaneum est *τὸ ἀνοήτως εἰσπηδῆσαι*, *parum circumspecte in navem se conicere.* Adverbium autem *σωφρονικῶς* eadem nunc libertate cum sequentibus est iunctum qua Vesp. 678 dicitur *πολλὰ μὲν ἐν γῇ πολλὰ δ' ἐν ὑγρῷ πιτυλεῦσαι.*

546. *αἴρεσθ' αὐτῷ πολὺ τὸ ῥόθιον*] *plaudite* cum dicere velit, ita hoc enunciat ut poscit imago qua uti pergit. Est enim *ῥόθιον* *sonus fluctuum*, et remiges aquam celeribus ictibus verberantes *ῥοθιάζειν* dicuntur [7]). Strepitus vero, quem moderato cursu remigantes edunt, dicitur *πίτυλος* [8]). Aptissime autem voce *ῥοθίῳ* multitudinis *fremitus* nunc indicatur; nam apud poetas voci *ῥόθῳ* ceterisque quae ab hac stirpe ductae sunt *fremendi* sensus est proprius [9]), cantus autem audit *εἰρεσίη γλώσσης*, cantores *Μουσῶν ἐρέται* [10]). — *ἐφ' ἕνδεκα κώπαις*] haec si sana aut non nimis graviter corrupta sunt [11]), e nautarum sermone sunt desumta, et de

[1]) Item vs. 131 Ach. 528, 530, 535, 539 Vesp. 125 Ran. 154 etc. — [2]) Vid. e. g. Ach. 374. — [3]) Vid. ad Nub. 370. — [4]) Xen. Oecon. VIII § 14, cf. Anab. V 8 § 20 etc. — [5]) Soph. fr. 470 [Xen.] Rep. Athen. I § 2. — [6]) Rud. IV 3, 74. — [7]) Fr. 83 sq. Hermipp. 54, cf. Acharn. 807 (ubi translatum est verbum) Eur. Cycl. 17 Aesch. Pers. 396. — [8]) Vid. Vesp. 678 fr. 84 Naber Mnemos. 1895 p. 240. — [9]) Vid. e. g. Hes. Oper. 220 Eur. Androm. 1096, Aesch. Sept. 7 *φροίμια πολύρροθα*, verbum *ὁμορροθεῖν* = *συμφωνεῖν* Av. 851 etc., *κακορροθεῖν* = *κακολογεῖν*, vid. Ach. 577. — [10]) Athen. 669 *d.* — [11]) Nam dubitari potest an *κώπαις* vox ex annotatione ad *ῥόθιον* pertinenti in textum migraverit.

ϑόρυβον χρηστὸν ληναΐτην,*
ἵν' ὁ ποιητὴς ἀπίῃ χαίρων,
κατὰ νοῦν πράξας,
„φαιδρὸς λάμποντι μετώπῳ."

ΧΟΡΟΣ.

Oda sive stropha.

Ἵππι' ἄναξ Πόσειδον, ᾧ
χαλκοκρότων ἵππων κτύπος
καὶ χρεμετισμὸς ἁνδάνει,
καὶ κυανέμβολοι ϑοαὶ

---

salutatione militari undecies — de more — repetita vel per undecim remorum ictus continuata sunt intellegenda, quam explicationem praebent Eustathius et scholiasta [1]. Sic hodie naves longae ictibus viginti et uno tormentorum bellicorum salutare solent eos quibus insignis honor est tribuendus. Frustra autem me quidem iudice ingenium suum torserunt viri docti, qui alia ratione verba tradita interpretari sunt conati [2].

547—550. Hi versus, qui πνῖγος quod dicitur efficiunt, tam arte cum ipsa parabasi cohaerent ut divelli inde nequeant.

547. ϑόρυβον] de plausu et acclamatione et omnino de strepitu favorem testante usurpatur nunc; vid. Eccl. 431: ἐϑορύβησαν καὶ ἀνέκραγον ὡς εὖ λέγοι [3]. Insolite autem dictum est παραπέμπειν ϑόρυβον, nam alias παραπέμπειν ϑορύβῳ τινά dici solet [4], et sic locutus est qui similem imaginem adhibuit poeta anonymus: τόνδε ... | εἰρεσίῃ γλώσσης παραπέμψομεν [5].

549. κατὰ νοῦν πράξας] vid. ad vs. 499. — φαιδρὸς λάμποντι μετώπῳ] e dictione sublimiore haec esse desumta docent adiectivum φαιδρός [6] apud nostrum nonnisi Pac. 156 praeterea obvium, ibi quoque in parodia, et λάμπειν verbum poetice usurpatum. Admodum autem ridicule Eupolis in Maricante fabula ad Aristophanis *frontem denudatam* haec verba rettulit. Quem Eupolidis iocum dein respexit Aristophanes in versibus, quos Nubibus postmodo inseruit [7], nec non in Pace fabula, ubi iteravit ipsa verba quae iocandi hanc materiem Eupolidi — et aliis fortasse comicis — praebuerant: γενναιοτάτου τῶν ποιητῶν λαμπρὸν τὸ μέτωπον ἔχοντος [8].

551. Ἵππιε] cf. Nub. 83. Aesch. Sept. 130 Neptunus ἵππιος ποντομέδων ἄναξ dicitur [9].

552. χαλκοκρότων] hoc adiectivo, quo apud Euripidem Phoen. 1577 designatur φάσγανον, Pindarus ornavit Cererem [10]. Nunc sic dicuntur equi χαλκόποδες [11], *aeripedes* [12], quorum ungula dura et concava [13] firmum solum feriens tam clarum sonum edit ut aes percuti dicas.

554. κυανέμβολοι] cf. Ran. 1318.

---

[1]) κέλευσμα ναυτικὸν ἐφ' ἕνδεκα κωπηλασίαις ἐκτεινόμενον. Cf. Christ Metrik² § 131, qui tamen longe a vero aberravit, si quid video, de horum versuum numeris aliquid ex his verbis effici posse contendens. — [2]) Nihil prodest collatus Lys. 282, ubi ἐφ' ἑπτακαίδεκ' ἀσπίδας arcem olim circumsedisse dicuntur Athenienses. — [3]) Item infra vs. 666, 1380. — [4]) Conferri tamen potest παραπέμψαι τὴν παραπόμπην Xen. Hellen. VII 2 § 18. — [5]) Athen. 669 *a*. — [6]) Soph. El. 1297, 1310. — [7]) Nub. 540 et 545, ubi vid. — [8]) Pac. 767 sqq. — [9]) Cf. etiam Soph. Oed. C. 707—719. — [10]) Isthm. VII 3. — [11]) Hom. Θ 41 Ν 23. — [12]) Verg. Aen. VI 803. — [13]) Xen. Eq. 1 § 3 Columell. VI 29 § 3.

μισθοφόροι τριήρεις,
μειρακίων θ' ἅμιλλα λαμ-
πρυνομένων ἐν ἅρμασιν
καὶ βαρυδαιμονούντων,
δεῦρ' ἐλθ' εἰς χορόν, ὦ χρυσοτρίαιν', ὦ
δελφίνων μεδέων Σουνιάρατε,
ὦ Γεραίστιε παῖ Κρόνου,
Φορμίωνί τε φίλτατ' ἐκ

555. *μισθοφόροι*] misere languet; vid. commentarius. Suspicor poetam dedisse adiectivum in -*πόροι* desinens, nec video quid scribere potuerit nisi **ποντοπόροι*· Insulsum est *ἱστοφόροι*, quod proposuit vVelsen (coll. Hesych. s. v. *ἱστιοφόρος*), nec non aliena hinc duco *μισθοβόροι* (iocose dictum), quod coniecit Bergk, et *ἀθλοφόροι* Kockii coniecturam. Vid. commentarius.

558. *βαρυδαιμονούντων*] manifeste corruptum; vid. commentarius.

555. *μισθοφόροι*] corruptum. Nam parum probabiliter ad navium certamina Suniaca [1]) sunt qui referant [2]), de remigum autem mercede per *ἀπροσδόκητον* dictum esse quominus statuamus [3]) cum lingua obstat opinor, nam *μίσθον* non is *φέρει* qui praebet mercedem sed qui accipit, tum vero loci contextus, a quo iocosum — an scurrile dicam? — huiusmodi epitheton omnino est alienum. Nam ridiculi vel absurdi aliquid comicum identidem admiscuisse canticis, quibus numina patria celebravit, id praefracte nego [4]). Itaque non video quid nisi *ποντοπόροι* poeta dicere potuerit [5]).

556. *λαμπρυνομένων*] de splendore equestri Alcibiadis hoc verbum apud Thucydidem [6]) usurpatum est.

558. *βαρυδαιμονούντων*] hoc quidem egregie absurdum. Nam iuvenes, quorum certaminibus equestribus praesidet Neptunus, propter nimios sumtus [7]) crebrave pericula *infelices* nunc — comice scilicet — appellari quis credat! Sed quid scribendum sit nescio.

560. *μεδέων*] epicum participium noster alibi [8]) in numinum invocationibus adhibuit.

562—564. *O tu, qui Phormioni totique populo nostro prae ceteris diis carus es nunc!* Post crebras victorias navales his annis reportatas deum maris potentem prae ceteris numinibus patriis dilectum habent Athenienses.

562. *Phormio* Asopii filius, cuius mentionem noster fecerat etiam in Babyloniis [9]) et postea fecit plus semel [10]), in bello Samio Periclis Thucydidis Hagnonis collega fuit [11]), Peloponnesiaco autem bello instante Potidaeam inclusit vicinosque agros vastavit inita cum Sitalce societate [12]). Exacto vero praeturae anno cum centum minas publico aerario solvere non posset, — pauper nimirum manserat, — capite deminutus rure vixit aliquantisper [13]). Sed anno 429 denuo

[1]) Lys. XXI § 4. — [2]) Sic Mitchell, cf. Preller Myth. I⁴ p. 592, 3. — [3]) Auctore Berglero. — [4]) Vid. annot. critica ad Nub. 284. — [5]) Cf. annot. critica. — [6]) VI 12 § 2 et 16 § 3. — [7]) Sic schol. — [8]) Vs. 585, 763 Lys. 834; vid. praeterea Ran. 665. — [9]) Fr. 86. — [10]) Pac. 347 et Lys. 804. — [11]) Thuc. I 117. — [12]) Thuc. I 64 sq. II 29 et 58. — [13]) Vid. Androtion in scholiis Venetis ad Pac. 347, Pausan. I 23, Böckh Staatsh. I³ p. 463.

τῶν ἄλλων τε θεῶν Ἀθη-
ναίοις πρὸς τὸ παρεστώς.

Epirrhema.

εὐλογῆσαι βουλόμεσθα τοὺς πατέρας ἡμῶν, ὅτι

564. *πρὸς τὸ*] *πρόσθε* Reiske, *πλεῖστα* Blaydes. || *παρεστώς*] *-στός* R.

cum classe in Acarnaniam missus Ambraciotas Chaonesque [1]) vicit, dein duobus proeliis navalibus Peloponnesios in sinu Corinthio superavit [2]). Brevi autem post ultimam victoriam diem supremum videtur obiisse [3]) vir integer et priscae severitatis morumque simplicitate insignis. Prope Academiam sepultus est [4]). Mortuo partes magnas tribuit Eupolis in Taxiarchis fabula; praeterea in Astrateutis eius mentionem fecit. Nunc cur commemoretur melius intellegimus collatis verbis Thucydidis, unde discimus eum post victorias in sinu Corinthio reportatas navem in Rhio promunturio Neptuno dedicasse [5]).

564. *πρὸς τὸ παρεστώς*] idem alibi *ἐν τῷ παρεστῶτι* dicitur [6]) vel *πρὸς τὰ παρόντα* vel *ἐν τῇ νυνὶ παρεστώσῃ ξυμφορᾷ* [7]). Nam pacis tempore magno sane in honore Neptunum habebant Athenienses, maiore tamen suam Palladem.

565 sq. Patres nostri dignos se praestiterunt terra matre, quae e gremio suo nostram gentem olim summisit; quin talia ediderunt facinora ut non mortali stirpe satos sed veros heroes dixeris, quorum proelia peplo Minervae non minus sint digna quam vetustae illae deorum cum titanibus gigantibusque pugnae [8]); „*τάδε γὰρ οὐχ ἡμεῖς κατειργάσμεθα ἀλλὰ θεοί τε καὶ ἥρωες*“, ut Themistocles loquitur apud Herodotum [9]). — Quinto quoque anno [10]) Panathenaeis sollemni pompa in arcem deducebatur peplus [11]). Quae vestis postea certe in veli modum extenta pendebat de malo navis plaustro vectae [12]); Periclis tamen tempore illum morem nondum invaluisse videtur effici posse ex Parthenonis anaglyphis illis celeberrimis, in quibus pompa Panathenaica a Phidia est repraesentata; in his enim cernitur archon rex manibus peplum tenens adiuvante iuvene. Donum autem fideique veluti pignus hoc cives offerebant suae deae, a puellis civitatis primoribus [13]) summa cura subtilique arte elaboratum [14]) et ab ipso senatu probatum [15]). Intextae erant imagines argumenti sacri, res vero humanae inde alienae erant nihilo minus quam a scena tragica. Itaque *ἄξια τοῦ πέπλου* dici potuerunt facinora quae nihil humanum spirare sed gesta deorum aequiparare viderentur, quemadmodum in tragoedias suas gigantomachiam illam Salaminiam admiserunt Phrynichus et Aeschylus [16]). Verborum acumen prorsus latuit unum ex interpretibus, qui adscripsit: *νικήσαντες πέπλον ἐποίησαν τῇ Ἀθηνᾷ καὶ ἐνέθεντο*

[1]) Vid. ad vs. 78. — [2]) Thuc. II 68—92, 102 sq. — [3]) Vid. Thuc. III 7; quamquam oblocutus est Müller Strübing Aristoph. u. die hist. Kritik p. 680 sqq. — [4]) Pausan. I 29 § 3. — [5]) Thuc. II 84 § 4; cf. Diodor. XII 48 Pausan. X 11 Plut. Mor. 345 *c*. — [6]) Plat. Rep. 452 *b*. — [7]) Plat. Criton. 43 *b*. — [8]) Eur. Hecub. 466—474 Plat. Euthyphr. 6 *c* Verg. Cir. 21—35. — [9]) VIII 109. — [10]) Etiam parvis Panathenaeis, quotannis igitur, peplum Minervae esse oblatum, perperam perhibet unum e scholiis h. l. (et Diodor. XX 46? ubi vid. Wesseling). — [11]) Vs. 1180 Av. 827. — [12]) Vid. Strattid. fr. 30. — [13]) *Ἐργαστίναις*. Cf. CIA. II 477, 956 sq. — [14]) Curantibus decem viris *ἀθλοθέταις*; vid. [Aristot.] Rep. Athen. 60 § 1. — [15]) Postea a iudicibus sorte designatis; vid. ibid. 49 § 3. — [16]) Vid. Vesp. Prolegom. p. XVI et ibid. ad vs. 220.

ἄνδρες ἦσαν τῆσδε τῆς γῆς ἄξιοι καὶ τοῦ πέπλου.
οἵτινες πεζαῖς μάχαισιν ἔν τε ναυφάρκτῳ στρατῷ
πανταχοῦ νικῶντες ἀεὶ τήνδ' ἐκόσμησαν πόλιν.
οὐδὲ εἷς γὰρ πώποτ' αὐτῶν τοὺς ἐναντίους ἰδὼν
ἠρίθμησεν, ἀλλ' ὁ θυμὸς εὐθὺς ἦν ἀμυνίας·
εἰ δέ που πέσοιεν εἰς τὸν ὦμον ἐν μάχῃ τινί,
τοῦτ' ἀπεψήσαντ' ἄν, εἶτ' ἠρνοῦντο μὴ πεπτωκέναι,

567. ναυφάρκτῳ Dindorf] ναυφράκτῳ codd.
569. οὐδὲ εἷς γὰρ Cobet] οὐδεὶς γὰρ V alii, οὐ γὰρ οὐδεὶς R.
572. τοῦτ' R et Suidas s. v. ἀπεψησάμην et ψευδόπτωμα] ταῦτα cett.

τοὺς ἀρίστους ἐν αὐτῷ [1]). Tale quid ea demum viderunt tempora quibus Demetrius Poliorcetes ab Atheniensibus diis patriis est assimulatus [2]).

567. πεζαῖς μάχαισιν] de omissa praepositione ἐν vid. ad vs. 610.

— ναυφάρκτῳ στρατῷ] vox poetica ab Aeschylo fortasse inventa, certe apud eum primum obvia [3]). Cf. νηίτης στρατός Thucyd. I 24 § 1. Eiusdem conformationis est δρύφακτος [4]).

568. τήνδε] omisso articulo. Vid. Av. 921 et ad Nub. 60.

569. Commentarii instar sunt Thucydidis de Phormione verba: Φορμίων... ἀεὶ αὐτοῖς (militibus) ἔλεγε καὶ προπαρεσκεύαζε τὰς γνώμας ὡς οὐδὲν αὐτοῖς πλῆθος νεῶν τοσοῦτον ὅ τι οὐχ ὑπομενετέον [5])· καὶ οἱ στρατιῶται ἐκ πολλοῦ ἐν σφίσιν αὐτοῖς τὴν ἀξίωσιν ταύτην εἰλήφεσαν, μηδένα ὄχλον Ἀθηναῖοι ὄντες Πελοποννησίων νεῶν ὑποχωρεῖν [6]). Etiam Demosthenis ad milites verba huc faciunt: μηδεὶς ὑμῶν ἐν τῇ τοιᾶδε ἀνάγκῃ ξυνετὸς βουλέσθω δοκεῖν εἶναι, ἐκλογιζόμενος ἅπαν τὸ περιεστὼς ἡμᾶς δεινόν, μᾶλλον ἢ ἀπερισκέπτως εὔελπις ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς ἐναντίοις, <ὡς> καὶ ἐκ τούτων ἂν περιγενόμενος; [7]).

— οὐδὲ εἷς] vid. ad Ran. 927 [8]).

570. θυμὸς... ἀμυνίας] de voce θυμῷ vid. ad Ran. 1017, de nomine proprio Ἀμυνίᾳ adiectivi loco nunc adhibito ad Nub. 1163 et Vesp. 84. Itaque ὁμηρικῶς sic fere dici hoc potuisset: θυμὸς δ' αὐτίκ' ὄρινεν ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

571 sq. Si quis in humerum deiectus esset, minime despondebat animi, — nam ἐπὶ νώτῳ demum qui iacebat, victus habebatur [9]), — sed surgebat actutum et pulvere deterso negabat se iacuisse. Vid. Nub. 126 et Thucydidis Melesiae f. dictum facetum, quod attuli ad Ach. 703 Vesp. 947 [10]). Priscos heroes aemulatur Dionysus in Ranis [11]).

572. τοῦτο] pulverem nimirum, casus indicium. Simili libertate pronomen τοῦτο adhibitum est vs. 1352.

— ἀπεψήσαντ' ἄν] vid. ad Nub. 977 et de verbo Ran. 490.

— ἠρνοῦντο] simplex redit Eccl. 365, 798 Plut. 893; de comp. ἐξαρνεῖσθαι vid. ad Nub. 1230.

[1]) Vid. Diels Rhein. Mus. XXX p. 136 Preller Myth. I⁴ p. 213, 2. — [2]) Plut. Demetr. 10—12 Diodor. XX 46. — [3]) Pers. 950 et 1027. Praeterea legitur Ar. Ach. 95(?) et Eur. Iph. Aul. 1259. — [4]) Pro δρύφρακτος vel δρύφαρκτος. Vid. ad Vesp. 386. — [5]) In codd. est: τοσοῦτον ἦν ἐπιπλέῃ ὅ τι οὐχ ὑπομενετέον αὐτοῖς ἐστι. — [6]) Thuc. II 88; vid. ad vs. 562. — [7]) Ibid. IV 10 § 1. — [8]) Ubi praeter hunc locum addantur Lys. 1014 Plut. 37 Eupol. fr. 357⁴. — [9]) Aesch. Suppl. 91. — [10]) Plut. Pericl. 8. — [11]) Ran. 490.

ἀλλὰ διεπάλαιον αὖθις. καὶ στρατηγὸς οὐδ᾽ ἂν εἷς
τῶν πρὸ τοῦ σίτησιν ᾔτησ᾽ ἐρόμενος Κλεαίνετον·
νῦν δ᾽ ἐὰν μὴ προεδρίαν φέρωσι καὶ τὰ σιτία,
οὐ μαχεῖσθαί φασιν. ἡμεῖς δ᾽ ἀξιοῦμεν τῇ πόλει
προῖκα γενναίως ἀμύνειν καὶ θεοῖς ἐγχωρίοις.
καὶ πρὸς οὐκ αἰτοῦμεν οὐδέν, πλὴν τοσουτονὶ μόνον·
ἤν ποτ᾽ εἰρήνη γένηται καὶ πόνων παυσώμεθα,
μὴ φθονεῖθ᾽ ἡμῖν κομῶσι μηδ᾽ ἀπεστλεγγισμένοις.

---

580. *φθονεῖθ᾽*] *φθονεῖσθ᾽* R alii. || *ἀπεστλεγγισμένοις*] legendum videtur **ἀνεστλ.* coll. verbis *ἀναδῆσαι* et *ἀναστεφανῶσαι*. Nam *comarum ornatum* intellego; cf. comm.

---

573 sq. *οὐδ᾽ ἂν … ᾔτησε*] vid. ad Nub. 977.

574. „Prisci illi duces, qui Medos debellarunt, non panem et circenses flagitabant" [1]). Nimirum tunc temporis *ἐτιμῶντο διὰ τὰς πατρικὰς δόξας* [2]), hac vero aetate strategus fuit e. g. Lamachus ille, qui ne calceos quidem vel paludamentum suo sumtu emere poterat, si fides Plutarcho [3]).

— *Κλεαίνετον*] quod dignus nunc habetur hic homo qui nominatim designetur, inde effici videtur *Cleonis patrem* [4]) esse intellegendum. Praeterea verba comici luculenter testantur Cleaeneto aliquid fuisse cum *τῇ ἐν τῷ Πρυτανείῳ σιτήσει*, quod sensit priscus commentator, qui „*οὗτος ἂν εἴη ὁ τὴν σίτησιν περιποιήσας τῷ Κλέωνι*" adscripsit. Sed cur patris sui intempestivae liberalitati diaria sua debere Cleon perhibeatur nescio [5]), et parum prodesse videtur Wilamowitzii horum verborum interpretatio: „antea Cleonis patrem Cleaenetum, hominem ignotum, neminem adiisse."

575. *προεδρίαν*] vid. ad vs. 327.

— *τὰ σιτία*] *σκώπτων*, ut bene perspexit scholiasta, voci sollemni *σιτήσει* hoc substituit vocabulum, eodem sensu nunc adhibitum quo alibi *τὰ ἄλφιτα* [6]).

578. *πρός*] vid. ad Ran. 415.

580. *κομῶσι*] vid. vs. 1121 et ad Nub. 14 et cf. Mantitheus eques apud Lysiam: *χρὴ τοὺς φιλοτίμως καὶ κοσμίως πολιτευομένους ἐκ τῶν τοιούτων σκοπεῖν, ἀλλ᾽ οὐκ εἴ τις κομᾷ, διὰ τοῦτο μισεῖν* [7]).

— *μηδὲ*] pro *καὶ* dictum [8]), ut *οὐδέ* post *οὐκ* vs. 984 [9]) et Pac. 349: *οὐκέτ᾽ ἄν μ᾽ εὕροις δικαστὴν δριμὺν οὐδὲ δύσκολον.*

— *ἀπεστλεγγισμένοις*] *comtis, abrasis et depexis, nitida et bene curata cute*, *λιπαροῖς* [10]). Verbum insolitum peperit vox *στλεγγίς strigilis* [11]), quae etiam *ξύστρα* vocabatur; itaque participium nostrum idem valet quod *ἀπεξυσμένος* [12]), multa autem laude celebratum est postea Lysippi signum aeneum iuvenem *ἀποξυόμενον* referens, quod marmore redditum hodie superest. Sed quomodo in vitium cuiquam verti poterat quod post balneum cutem strigile abraderet? et quo-

---

[1]) Vid. ad vs. 280 sq. et Ran. 764 sq. — [2]) [Aristot.] Rep. Athen. 26 § 1. — [3]) Mor. 822 *e* Nic. 15 Alc. 21. — [4]) Thucyd. III 36 IV 21. — [5]) A vero longius aberravit Müller Strübing Arist. u. die hist. Kritik p. 684 sq.; alienum autem quod quidem videam hinc est Cleaeneti tragici poetae vel chorodidascali nomen, qui apud Aeschinem I § 98 et Alexidem fr. 266 commemoratur. — [6]) *Den kost krijgen*; vid. ad Nub. 176. Item *μᾶζα* Ach. 732, *πυροί* Herod. Mimiamb. II 80. Cf. etiam infra vs. 780 et 1007; praeterea vid. ad vs. 280 sq. — [7]) Lys. XVI § 18. — [8]) Item Eccl. 370. — [9]) Ubi vid. — [10]) Vs. 536. — [11]) Thesm. 556 fr. 139. — [12]) Vid. Lucian. LI § 17.

Antoda sive antistropha.

ὦ πολιοῦχε Παλλάς, ὦ
τῆς ἱερωτάτης ἁπα-
σῶν πολέμῳ τε καὶ ποιη-
ταῖς δυνάμει θ' ὑπερφερού-
σης μεδέουσα χώρας,
δεῦρ' ἀφικοῦ λαβοῦσα τὴν
ἐν στρατιαῖς τε καὶ μάχαις
ἡμετέραν ξυνεργὸν
Νίκην, ἣ χορικῶν ἐστιν ἑταίρα,
τοῖς τ' ἐχθροῖσι μεθ' ἡμῶν στασιάζει.
νῦν οὖν δεῦρο φάνηθι· δεῖ
γὰρ τοῖς ἀνδράσι τοῖσδε πά-
σῃ τέχνῃ πορίσαι σε νί-
κην, εἴπερ ποτέ, καὶ νῦν.

---

583 sq. *πολέμῳ ... ποιηταῖς δυνάμει*] parum elegans profecto iunctura! Contortum autem totum est enunciatum. Itaque hic quoque vitium aliquod latere videtur.

589. *χορικῶν*] vix integrum; vVelsen *χορικῶν μοῦσιν*, vWilamowitz eleganter sane *Χαρίτων* (cf. fr. 334), quamquam vereor ut recte.

---

modo ea res oculos ita poterat ferire ut pro mollitiae signo haberetur *τὸ ἀπεστλεγγίσθαι* perinde atque *τὸ κομᾶν*? Multo aptior est altera vocis *στλεγγίδος* significatio; qua etiam *capitis insigne* quoddam, *fascia* indicabatur [1]). Participium igitur interpretor *ἐστεφανωμένους στλεγγίδι* [2]), sed ut hoc liceat pro praepositione *ἀπ-* scribendum est *ἀν-* [3]).

582—585. Haec si sana, construe: *μεδέουσα τῆς ἱερωτάτης χώρας, τῆς ἁπασῶν ... ὑπερφερούσης.*

585. *μεδέουσα*] vid. ad vs. 560.

586—589. *λαβοῦσα τὴν Νίκην*] recordemur nunc oportet Athenae *Παρθένου* statuam ingentem anno 437 a Phidia elaboratam porrecta manu sustinuisse victoriolam, suum autem templum cum Athenis tum alibi habuisse *Ἀθηνᾶν Νίκην*. Hinc Ulixes apud Sophoclem *Νίκης Ἀθανᾶς Πολιάδος* invocat auxilium [4]).

587. *στρατιαῖς*] vid. ad Vesp. 354.

590. *ἐχθροῖσι*] choros aemulantes recte interpretatur scholion [5]).

592. *τοῖς ἀνδράσι τοῖσδε*] i. e. *ἡμῖν*. — *πάσῃ τέχνῃ*] vid. ad Ran. 1235.

---

[1]) Testantur hoc scholia et Pollux VII 179, clare autem apparet e verbis Xenophontis Anab. I 2 § 10 et Theopompi apud Athenaeum 605*b*, clarius etiam ex inscriptionibus CIG. 159 et CIA. II 818, de quibus vid. Böckh Staatsh. II[3] p. 289 et 294, et inscriptione de mysteriis Andanianis (Collitz n° 4689[13, 14], Dittenb. n[0] 388): *στεφάνους δὲ ἐχόντω οἱ μὲν ἱεροὶ καὶ αἱ ἱεραὶ πῖλον λευκόν, τῶν δὲ τελουμένων οἱ πρωτομύσται στλεγγίδα.* Cf. etiam RMeister apud Collitzium III 2, 1 p. 142 sq. de inscr. n° 4498—4501. — [2]) Cf. Sosibius Athen. 674*b*, Hippolochus ibid. 128*c, e*. — [3]) Cf. annot. critica. In fr. 207 qualis intellegenda sit *στλεγγίς* non apparet. — [4]) Soph. Phil. 134. — [5]) Cf. vs. 528.

Antepirrhema.

ἃ ξύνισμεν τοῖσιν ἵπποις βουλόμεσθ' ἐπαινέσαι.
ἄξιοι δ' εἴσ' εὐλογεῖσθαι· πολλὰ γὰρ δὴ πράγματα
ξυνδιήνεγκαν μεθ' ἡμῶν, εἰσβολάς τε καὶ μάχας.
ἀλλὰ τἀν τῇ γῇ μὲν αὐτῶν οὐκ ἄγαν θαυμάζομεν,
ὡς ὅτ' εἰς τὰς ἱππαγωγοὺς εἰσεπήδων ἀνδρικῶς,

---

598 sq. ἀλλὰ τἀν...ὡς] *καὶ τά γ' ἐν...ἀλλ'? Sed elegantius videtur ὡς quam quod errori tribuatur, itaque ipsum poetam vitium, quod horum versuum structurae inest, imprudentem commisisse crediderim. Pro οὐκ ἄγαν vHerwerden tentavit οὐ τόσον, quod sententiae convenit sane et Blaydesio Zacheroque placet, admitti tamen nequit, utpote ab attica dictione alienum.

---

596 sq. πράγματα ξυνδιήνεγκαν μεθ' ἡμῶν] *labores nobiscum exantlarunt, varios ancipitesque casus* [1]) *pertulerunt.* Cf. vocis πραγμάτων usus in locutionibus πράγματα ἔχειν et παρέχειν [2]). Ad verbum autem quod attinet, ξυνδιαφέρειν τινὶ πόλεμον est *alicui iunctum bellare* [3]); cf. διαφέρειν πόλεμον [4]) et φέρειν πόλεμον *belli incommoda tolerare* [5]).

598 sq. Structura verborum neglegentior; ita enim continuatur sententia quasi non ἄγαν sed οὕτως fuerit dictum.

599. Anno belli secundo Pericles centum navibus Peloponnesi oram circumnavigans praeter peditum graviter armatorum quatuor milia trecentos equites secum ducebat ἐν ναυσὶν ἱππαγωγοῖς, πρῶτον τότε ἐκ τῶν παλαιῶν νεῶν ποιηθείσαις [6]). Quinto autem anno post [7]) similem expeditionem suscepit Nicias cum duobus collegis; qui hoplitarum duo milia καὶ ἐν ἱππαγωγοῖς ναυσὶ διακοσίους ἱππέας et praeterea sociorum auxilia quaedam navibus octoginta traiecit sinum Saronicum, dein agrum Corinthium invasit. Corinthii autem cum alteram suarum copiarum partem illuc duxissent, ad Solygiam oppidulum ancipiti eventu est pugnatum; nam dextrum cornu Atheniensium ad mare est repulsum, tandem tamen — ἦσαν γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις οἱ ἱππῆς ὠφέλιμοι ξυμμαχόμενοι, τῶν ἑτέρων οὐκ ἐχόντων ἵππους — Corinthii in locum editum se receperunt. Ceciderunt in illa pugna Corinthii plus ducenti, Athenienses plus quinquaginta. Athenienses autem postquam statuerunt tropaeum, novorum hostium impetum veriti — agnoscimus Niciae cautionem! — navibus conscensis re infecta abierunt. Exinde Crommyonis urbis vicinae agros vastarunt, tandem in paeninsula quae Epidauro vicina est castellum muniverunt relictoque ibi praesidio domum redierunt [8]). Eodem igitur tempore — fortasse iisdem diebus — hae res sunt gestae quibus Cleon Sphacteriam audacter expugnavit, nec dubium est quin multi Athenienses satis contemtim fuerint locuti de Nicia illo, qui frustra prius sollicitata Melo [9]), dein τρίτος αὐτὸς στρατηγὸς ingenti cum classe in oram proximam profectus nihil illic effecisset quod operae esset pretium, — cum Cleone eum comparantes, qui invitis paene civibus suis Spartiatarum lectissimas copias in ultimis Peloponnesi littoribus devicisset.

— ἀνδρικῶς] veros ἄνδρας [10]) diceres.

---

[1]) *Avonturen.* — [2]) Vid. ad Vesp. 1392. — [3]) Vid. Herodot. I 18 V 79, 99. — [4]) Ibid. I 25 et 74 Thucyd. I 11. — [5]) Herodot. IX 18 et 40. — [6]) Thucyd. II 56. — [7]) Media aestate anni 425. — [8]) Thucyd. IV 42—45. — [9]) Thucyd. III 91. — [10]) Vid. ad Nub. 823.

πριάμενοι κώθωνας, οἳ δὲ καὶ σκόροδα καὶ κρόμμυα·
εἶτα τὰς κώπας λαβόντες, ὥσπερ ἡμεῖς οἱ βροτοί,
ἐμβαλόντες ἀνεφρυάξανθ'· „ἱππαπαῖ, τίς ἐμβαλεῖ;“
„ληπτέον μᾶλλον. τί δρῶμεν;“ „οὐκ ἐλᾷς, ὦ σαμφόρα;“
ἐξεπήδων τ' εἰς Κόρινθον· εἶτα δ' οἱ νεώτεροι
ταῖς ὁπλαῖς ὤρυττον εὐνὰς καὶ μετῆσαν στρώματα.
ἤσθιον δὲ τοὺς παγούρους ἀντὶ ποίας Μηδικῆς,

600. *καὶ σκόροδα καὶ κρόμμυα* schol. M] *σκόροδα καὶ κρόμμυα* codd. fere omnes metro invito. Bergk *σκόροδ' ἐλάας κρόμμυα* coll. Ach. 550, equidem tentavi **σκόροδα κρόμμυ' ἄ*<*λφιτα*>, sed vid. commentarius.

602. *ἀνεφρυάξανθ'* vHerwerden] *ἀνεβρύαξαν* codd.

603. *τί δρῶμεν*] *τι, ὦνδρες* vHerwerden (deleto puncto post *μᾶλλον*).

604. *δ'* R] *γ'* V cett. || *νεώτεροι*] *-τατοι* R.

605. *στρώματα*] *βρώματα* R vitio manifesto (*ς — u*), neque enim *cibi* nunc expectatur mentio neque dictionis quotidianae haec est vox, licet in fr. 333 (loco obscuro) reperiatur tradita.

600. *κώθωνας*] *pocula militaria. Κώθων λακωνικὸς* teste Critia [1]) erat *ἔκπωμα ἐπιτηδειότατον εἰς στρατείαν καὶ εὐφορώτατον ἐν γυλίῳ. τοῦ δὲ ἕνεκα; στρατιώτην πολλάκις ἀνάγκη ὕδωρ πίνειν οὐ καθαρόν. πρῶτον μὲν οὖν τῷ μὴ λίαν κατάδηλον εἶναι τὸ πῶμα, εἶτα ἄμβωνας ὁ κώθων ἔχων ὑπολείπει τὸ οὐ καθαρὸν ἐν αὐτῷ* [2]). Cf. Heniochi verba: *βραχύωτον κυκλοτερῆ παχύστομον κώθωνα* [3]). Etiam in Pace haec pocula a nostro commemorantur [4]). Cf. participium *κεκωθωνισμένος* de appoto usurpatum [5]).

— *οἳ δὲ κτέ.*] *quin adeo fuere qui allia cepasque emerent.* Aquam etiam veri equi requirunt, alliorum illi tantum amantes fuerunt qui hoplitas aemulabantur. De re vid. Ach. 550, 1099 Eccl. 306—308 Eupol. fr. 255 Xen. Anab. VII 1 § 37 et de verborum structura ad Nub. 396.

602. *ἐμβαλόντες*] vid. ad Ran. 206.

— *ἱππαπαῖ*] „equine” scilicet pro *ῥυππαπαῖ* [6]).

603. *ληπτέον*] i. e. *χρὴ λαβέσθαι*, ut Pac. 485.

— *οὐκ ἐλᾷς, ὦ σαμφόρα;*] vid. Nub. 1298 et de voce *σαμφόρᾳ* ad Nub. 23. Verbum *οὐκ ἐλᾷς* cum vitae equestri quam maxime est aptum [7]) tum novae huic equorum „remigantium” condicioni; nam in nautarum lingua *οὐκ ἐλᾷς* significat: *quin remum ductas?*

605. *ταῖς ὁπλαῖς*] quippe quos „*ὁπλίτας*” ipsa fecisset natura.

— *μετῆσαν στρώματα*] *stramenta sibi petere coeperunt* [8]). Cf. *μεθήκειν adesse ad...petendum* [9]), *μετατρέχειν* [10]), *μεταπέμπεσθαι misso nuncio arcessere* [11]). Idem *ἰέναι μετά* dicebatur olim [12]), hac aetate *ἰέναι ἐπί* [13]).

606. *τούς*] quos solos praebebat littus nudum et aridum.

[1]) Athen. 483 *b*. — [2]) Quae suis verbis expressit Plutarchus Lycurg. 9. — [3]) Henioch. fr. 1. — [4]) Pac. 1094; vid. praeterea Archiloch. fr. 5 Xen. Cyrop. I 2 § 8 Theopomp. fr. 54 Alex. 176. — [5]) Eubul. fr. 126. — [6]) Vid. ad Ran. 207. — [7]) Cf. vs. 243. — [8]) Verbum *μετιέναι* etiam Ach. 728 Nub. 801 Pac. 274, 279 Eccl. 363 Eur. Cycl. 280 Herodot. III 15 Thucyd. I 124 § 1 etc. sic est usurpatum; vid. praeterea Nub. 1408. — [9]) Infra vs. 937 Eccl. 534 Eur. Troad. 1270 Phoen. 441. — [10]) Pac. 261 Phrynich. fr. 9. — [11]) Plut. 341 etc. — [12]) Hom. *α* 184 etc. — [13]) Vid. ad Ran. 69.

εἴ τις ἐξέρποι θύραζε, καὶ ἐκ βυθοῦ θηρώμενοι·
ὥστ᾽ ἔφη Θέωρος εἰπεῖν καρκίνον Κορίνθιον·
„δεινά γ᾽, ὦ Πόσειδον, εἰ μηδ᾽ ἐν βυθῷ δυνήσομαι
μήτε γῇ μήτ᾽ ἐν θαλάττῃ διαφυγεῖν τοὺς ἱππέας.“

---

607. *ἐξέρποι*] *-πει* V alii.
608. *ἔφη*] *ἔφθη* V alii metro invito. || *καρκίνον*] nomen proprium (de quo vid. ad Vesp. 1500 Ran. 86 Nub. 1260 sqq.), quod intellegunt scholia, hinc alienum.
609. *μηδ᾽* Brunck] *μήτ᾽* codd.; cf. Av. 987.
610. *μήτε* Bentley] *μήτ᾽ ἐν* metro invito codd., item Ach. 533.

— *ποίας Μηδικῆς*] *herba medica* per bella persica in Graeciam invecta hic primum apud veteres commemoratur; postea suo in honore perstitit [1]). Hodie *medicago sativa* dicitur [2]). — Pro hac igitur herba equi cancris vescebantur, ut Croesi olim equi *μετιέντες τὰς νομὰς νέμεσθαι φοιτέοντες κατήσθιον τοὺς ἐν τῷ Σαρδίων προαστείῳ φανέντας ὄφις* [3]). Et nostris in littoribus qui vivunt equi piscibus haud illibenter vescuntur, ut olim equi Paeonum [4]).

607. *θύραζε*] i. e. *ἐξ ἁλός*, *foras*, relicto mari, ubi domicilium habent [5]).

608. *Theorum* expeditioni illi adfuisse si statuimus, phylarchi e. g. munere functum, non video quid faceti habeant hi versus. Quapropter suspicor huic homini saepe cum cancris aliquid fuisse, in *macello* igitur, non in *equitum turmis*, quaerendum esse, sive *opsonatum* illuc ventitabat homo gulae deditus, — quam explicationem inter nugas permultas praebent scholia, ubi *ἰχθυοφάγος* vocatur, — sive cancros in foro *vendebat*, quod suspicor equidem. Nam eiusmodi tantum hominis cum cancro colloquium comicus haud inepte fingere poterat. Theorum autem Cleonis sectarium cum noster his annis saepius agitaverit [6]), haud quaquam dubito quin idem nunc rideatur. *Salsamentarius* igitur fuerit Cleonis coriarii hic amicus. Nam *legatum* nuper Corinthum missum esse Theorum, *ibi* autem cancros audivisse sic conquerentes, nimis incerta est Muelleri Struebingii coniectura [7]). Verumne praeterea divinando assecutus fuerit Reiske, qui Corinthios apud vicinos „cancros'' audivisse coniecit [8]), quis dixerit.

609. *δεινά γ᾽, ὦ Πόσειδον*] cf. Av. 1269: *δεινόν γε.* Eodem sensu dicitur *οὐ δεινά;* [9]). Cf. etiam fr. adesp. 577: *ἀνόητά γ᾽, εἰ τοῦτ᾽ ἦλθες ἐπιτάξων ἐμοί*, Ran. 491: *ἀνδρεῖά γε*, Eur. Iph. Taur. 619: *ἄζηλά γε.*

610. Spectatoribus iocose in mentem revocantur nunc verba scolii cuiusdam a Timocreonte compositi: *ὤφελέν σ᾽, ὦ τυφλὲ Πλοῦτε, | μήτε γῇ* [10]) *μήτ᾽ ἐν θαλάσσῃ | μήτ᾽ ἐν οὐρανῷ φανῆμεν, | ἀλλὰ Τάρταρόν τε ναίειν | καὶ Ἀχέροντα. διὰ σὲ γὰρ πάντ᾽ | ἔστ᾽ ἐν ἀνθρώποις κακά.* Quocum multo etiam festivius Charini illud de Megarensibus psephisma comparatur in Achar-

---

[1]) Verg. Georg. I 215 Plin. H. Nat. XVIII 43 etc., Hehn Culturpfl.[4] p. 331 sq. — [2]) Lucerne. — [3]) Herodot. I 78. — [4]) Herodot. V 16. — [5]) Idem vocis est usus Hom. Π 408 Φ 29 ε 410 μ 254; vid. etiam ξ 352. — [6]) In Acharnensibus Nubibus Vespis fabulis; vid. ad Nub. 400 et Vesp. 42. — [7]) Arist. u. die hist. Kritik p. 732. — [8]) Id quod credibile certe esse negari nequit collata nostrorum nautarum voce *landkrabben* et similibus. — [9]) Ach. 770, 1079 Vesp. 1368 Av. 1033 (Eur. Or. 413) Lys. 608 Ran. 610 Eccl. 400, *οὐ δεινόν;* vs. 810. Praeterea vid. supra vs. 30. — [10]) Pro *ἐν γῇ* dictum ea libertate qua usi sunt etiam Ar. Eq. 567 Av. 740 Soph. Oed. R. 734 Hor. Od. III 25, 2 al.

SCENA DUODECIMA.

(Redit Isiciarius.)

Chorus, Isiciarius.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν καὶ νεανικώτατε,
ὅσην ἀπὼν παρέσχες ἡμῖν φροντίδα·
καὶ νῦν, ἐπειδὴ σῶς ἐλήλυθας πάλιν,
ἄγγειλον ἡμῖν πῶς τὸ πρᾶγμ' ἠγώνισαι.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τί δ' ἄλλο γ' εἰ μὴ νικόβουλος ἐγενόμην;

614. ἠγώνισαι Cobet] -νίσω codd.; Cobeti lectionem ut reciperem movit me Vesparum versus 993, quamquam tragicus loci color et aoristus quo in responso utitur isiciarius efficiunt ut dubitem an genuina tamen sit vulgata.

615. γ'] om. R alii.

nensibus [1]). Nec non commemorandus nunc Vesparum est locus, ubi Cleonymus sic per aenigma ridicule indicatur: τί ταὐτὸν ἐν γῇ τ' ἀπέβαλεν καὶ ἐν οὐρανῷ | καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ θηρίον τὴν ἀσπίδα; [2]).

— τοὺς ἱππέας] expectari τοὺς ἵππους recte observatur in scholio: διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοὺς ἱππέας καὶ οὐχ ἵππους [3]) (λέγουσιν). Sic ad argumentum reversus in ipsorum equitum laudibus desinit chorus.

611 sqq. In coryphaei his versibus manifesta est dictio tragica, quam etiam proximo anno in Acharnensium fabula noster passim fuerat imitatus [4]), et ipsi numeri severitate trimetros tragicorum aequant. Nimirum inserviunt introducendae isiciarii narrationi, quae ῥήσεις ἀγγελικὰς iocose aemulatur [5]). Conferri possunt coryphaei ad Lysistratam verba: ἄνασσα πράγους τοῦδε καὶ βουλεύματος, | τί μοι σκυθρωπὸς ἐξελήλυθας δόμων; [6]) et sequentia, ubi item luculenter apparet color tragicus.

611. φίλτατ' ἀνδρῶν] vid. vs. 1335 et ad Nub. 110.

— νεανικώτατε] adiectivum redit Vesp. 1067 (?), 1204 Plut. 1137 [7]); cf. etiam ἀνδρικώτατος Vesp. 1199.

614. Cf. Philocleonis verba [8]): πῶς ἄρ' ἠγωνίσμεθα; *quem igitur eventum habet causa?*

615. τί δ' ἄλλο γ' εἰ μὴ] cf. Socratis et Ischomachi colloquium: ΣΩ. ἡ γυνὴ ἐδόκει σοι... ὑπακούειν; ΙΣΧ. τί δέ, εἰ μὴ ὑπισχνεῖτό γε ἐπιμελήσεσθαι κτέ., et mox: ΣΩ. καὶ πῶς δὴ... διέταξας αὐτῇ; ΙΣΧ. τί δέ, εἰ μὴ τῆς οἰκίας τὴν δύναμιν ἔδοξέ μοι πρῶτον ἐπιδεῖξαι αὐτῇ [9]). Idem dici poterat τί δ' ἄλλο (γ') ἤ [10]) vel οὐδὲν ἄλλο (γ') εἰ μή [11]) vel οὐδὲν ἄλλο (γ') ἤ [12]).

— νικόβουλος] nomini proprio, quod

[1]) Ach. 532—534. — [2]) Vesp. 22 sq. — [3]) Vulgo absurde ἱππεῖς. — [4]) Ach. 395 sqq. — [5]) Viros doctos hoc loco totaque nostra fabula abutentes in Atheniensium vita publica describenda salse risit vir ἀριστοφανικώτατος Müller Strübing Aristoph. u. die hist. Kritik p. 68 sqq. — [6]) Lys. 706 sq. — [7]) Antiphan. fr. 190[20] Alex. 188. — [8]) Vesp. 993. — [9]) Xen. Oecon. IX § 1 sq. — [10]) Vid. ad Nub. 1287. — [11]) Vid. infra vs. 1106. — [12]) Ut Thucyd. IV 14 § 3 Aesch. Pers. 209.

ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 616—623).

νῦν ἄρ' ἄξιόν γε πᾶσίν
ἐστιν ἐπολολῦξαι.
ὦ καλὰ λέγων, πολὺ δ' ἀμείνον' ἔτι τῶν λόγων
ἐργασάμεν', εἴθ' ἐπέλ-
θοις ἅπαντά μοι σαφῶς·
ὡς ἐγώ μοι δοκῶ
καὶ ἂν μακρὰν ὁδὸν διελθεῖν
ὥστ' ἀκοῦσαι. πρὸς τάδ', ὦ βέλ-

616. *γε*] om. codd. fere omnes, *τι* vVelsen.
617. *ἀμείνον'* Bergler] *ἄμεινον* codd.
618. *ἐργασάμεν'* Bentley] *εἰργασμέν'* codd.
620. *ὡς*] *ὥστ'* R.

revera in usu erat [1]), ea nunc tribuitur vis quae inest etymo [2]).

616. *ἄρα ... γε*] etiam Nub. 121 et Plut. 705 has particulas iunctas apud nostrum inveniri observavit Kähler.

— *ἄξιον ... πᾶσιν*] vid. ad Nub. 474.

— *ἐπολολῦξαι*] *alta voce deos invocare* [3]). Cf. *ὀλολυγή* [4]). Proprie autem *feminarum* clamores significat [5]); a prisco igitur loquendi usu deflectitur ubi de *viris* dicitur, ut nostro loco, quibus *τὸ ἀλαλάξαι* potius post victoriam est proprium [6]), quod tamen verbum apud Aristophanem non invenitur.

618. *πολὺ δ' ἀμείνον' ἔτι*] eadem in Acharnensibus est verborum structura: *ἧπτε πολὺ μᾶλλον ἔτι τῷ πυρί* [7]).

619. *ἐπέλθοις ἅπαντα*] *omnia deinceps velim referas* [8]).

620 sq. *Vel longum iter suscipere non gravarer si opus esset, ut te audire possem res gestas enarrantem.* Proverbialis fere haec est locutio; cf. Theognid. 71 sq.: *ἀλλὰ μετ' ἐσθλὸν ἰὼν βούλευ καὶ πολλὰ μογῆσαι | καὶ μακρὴν ποσσίν, Κύρν', ὁδὸν ἐκτελέσαι*, et Isocrat. I § 19: *μὴ κατόκνει μακρὰν ὁδὸν πορεύεσθαι πρὸς τοὺς διδάσκειν τι χρήσιμον ἐπαγγελλομένους.* Locutioni autem *δοκῶ μοι* infinitivus aoristi et particula *ἄν* subiunguntur etiam Ach. 994 sq. Av. 671 Lys. 115, alibi infinitivus *futuri*, de *certis* igitur consiliis dictus [9]).

622. *πρὸς τάδε*] *tales igitur cum nos videas, arrectis nimirum auribus adstantes* [10]). Cf. vox, quae multo est frequentior, *πρὸς ταῦτα*, *quae cum ita sint* ut modo audivisti [11]).

[1]) Teste epigrammate quod in honorem *Νικοβούλου Μυννίχου Εἰτεαίου* scriptum est: Kaibel Epigr. *62, CIG. 174. — [2]) Vid. ad Nub. 1163 et Vesp. 84; prae ceteris autem locis nostro similes sunt infra vs. 1044 et Vesp. 380. — [3]) Verbum redit vs. 1327 Pac. 97 Av. 783. — [4]) Lys. 240 Av. 221. — [5]) Vid. Hom. *γ* 450 etc. Herodot. IV 189 Xen. Anab. IV 3 § 19 Aesch. Sept. 825 Agam. 594 sqq. Soph. Trach. 205 Eur. Med. 1173, 1176 El. 691 Heracl. 782 etc. — [6]) Cf. *ἀλαλαί* Av. 951, 1763 Lys. 1291, Valcken. ad Eur. Phoen. 335. — [7]) Ach. 986. — [8]) Cf. Ran. 1118. — [9]) Vesp. 250 Ran. 1421 (ubi vid.) Eccl. 170 Plut. 1187; praeterea cf. annot. critica ad Eq. 1311 et Vesp. 177. — [10]) Sic etiam Ach. 702 Pac. 305 *πρὸς τάδε* est usurpatum. — [11]) Vid. ad Nub. 990 et Vesp. 927.

τιστε, θαρρήσας λέγ', ὡς ἅ-
παντες ἡδόμεσθά σοι.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ μὴν ἀκοῦσαί γ' ἄξιον τῶν πραγμάτων.
εὐθὺς γὰρ αὐτοῦ κατόπιν ἐνθένδ' ἵεμην·
ὁ δ' ἄρ' ἔνδον ἐλασίβροντ' ἀναρρηγνὺς ἔπη
τερατευόμενος ἤρειδε κατὰ τῶν ἱππέων
κρημνοὺς † ἐρείδων † καὶ ξυνωμότας λέγων
πιθανώταθ'. ἡ βουλὴ δ' ἅπασ' ἀκροωμένη

628. ἐρείδων] corruptum. Brunck ἐρείπων, sed epicum hoc verbum non *coniciendi* sed *evertendi, deiciendi* (Ο 356 Herodot. I 164 IX 70) vel intransitivam *ruendi* vim habet; Bergk ἐρείκων, nihilo probabilius; videntur autem litterae ἐρειδ e versu proximo huc aberrasse. Thiersch ἐρεύγων, Blaydes ἀνασπῶν (coll. Soph. Ai. 302 etc.) vel ἀπειλῶν, equidem requiro verbum cui *contorquendi* insit notio, e. g. *<κυλίν>δων.

629. πιθανώταθ' et ἀκροωμένη] πιθανώτατα δ' et ἀνακρουομένη R; utrumque vitium peperit elisio primitus scripto non indicata. ‖ δ'] om. V R alii.

624. *Est sane operae pretium audire quid factum sit.*

626. ἐλασίβροντα] ipse Iuppiter ὁ τερπικέραυνος est βροντῆς ἐλατήρ [1]) et a Pindaro in carmine deperdito invocabatur verbis ἐλασίβροντε παῖ Ῥέας, quae in scholiis ad hunc locum sunt servata. Nunc non iaculator poetico hoc epitheto indicatur sed missilia. Cf. autem Ach. 531, ubi Pericles ὁ Ὀλύμπιος sic describitur: ἤστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. Novus nunc Pericles senatum opplevit clamoribus ὑὸς ἐμπεπρημένης.
— ἀναρρηγνὺς ἔπη] vid. ad vs. 644 et ad Nub. 357.

627. τερατευόμενος] vid. ad Ran. 834.
— ἄρ' ... ἤρειδε κατὰ τῶν ἱππέων] scholia si sequimur, vertendum erit: *summa cum virium intentione deiciebat* [2]) *in equites* — ut Iuppiter igitur in terrae filios fulmina sua torquens. Cum tamen intransitive usurpari soleat verbum ἐρείδειν [3]), ita potius nunc accipiam ut Nub. 558 et 1375, vertens *vehementissimis verbis declamitabat* [4]). Nisi autem fallor, post ἤρειδε sententiam incidi et verba κατὰ τῶν ἱππέων cum sequentibus iungi voluit poeta. Particulae ἄρα et temporis imperfecti quae sit vis optime indicabit paraphrasis: *illic autem inveni id quod expectari poterat: bilem nimirum suam evomebat Paphlago.*

628. κρημνοὺς ἐρείδων] cum corruptis his verbis [5]) conferri possunt loci ubi Aeschylus propter dictionis tumorem κρημνοποιὸς dicitur [6]) et ῥήμαθ' ἱππόκρημνα ei tribuuntur [7]).
— ξυνωμότας καλῶν] quod crimen saepe his annis neque immerito sane in optimates est coniectum [8]).

629. πιθανώτατα] *probabiliter admodum* [9]). Cleonem τῷ δήμῳ παρὰ πολὺ ἐν

[1]) Pind. Ol. IV 1. — [2]) „Hurled them" Blaydes. — [3]) Nam ὁρμαθοὺς Ran. 914 vix potest dici verum obiectum. — [4]) In chori verbis τοίας ἐρέσσουσιν ἀπειλὰς δικρατεῖς Ἀτρεῖδαι καθ' ἡμῶν Soph. Ai. 251 nolim scribere quod propositum est ἐρείδουσιν vel ἐρείσουσιν, sed ἀ ρ ά σ σ ο υ σ ι ν potius corrigam. Vid. ad Nub. 1373. — [5]) Vid. annot. critica. — [6]) Nub. 1367. — [7]) Ran. 929. — [8]) Cf. Vesp. 345, 483, 488 sqq., Vesp. Prolegom. p. XXIX sqq. — [9]) Adi. apud nostrum nonnisi Thesm. 268 et 464 redit.

ἐγένεθ' ὑπ' αὐτοῦ ψευδατραφάξυος πλέα,
καὶ ἔβλεψε νᾶπυ καὶ τὰ μέτωπ' ἀνέσπασεν.
καὶ ἔγωγ', ὅτε δὴ ἔγνων ἐνδεχομένην τοὺς λόγους
καὶ τοῖς φενακισμοῖσιν ἐξαπατωμένην,
„ἄγε δή, Σκίταλοι καὶ Φένακες" ἦν δ' ἐγώ

τῷ τότε πιθανώτατον vocat Thucydides [1]).

630 sq. *ἐγένετο κτέ.*] *cum in curiam irrupi, mendacissimis commentis effecerat ut senatores ξυνωφρυωμένοι* [2]) *sederent.*

630. *ψευδατραφάξυος*] vocabulum alibi non obvium in sermone quotidiano hac aetate vixisse noster locus testatur. Sic nos, si quem commenticia proferre arbitramur, *cramben vendere* [3]) eum dicimus. Est autem *ἀτράφαξυς* vile et vix legitimum oleris genus [4]), *scandice* [5]) vel *corcoro* [6]) vel *blito* [7]) nihilo praestantius, sed tamen nihilo minus — per belli opinor incommoda — mensis adhibitum, testibus verbis Pherecratis [8]): *ἀτράφαξυν ἕψουσα.* In Romanorum ore herbae huius nomen sonuit *atriplex* [9]), quasi a *triplici littera alpha* dictum esset. — Eandem conformationem habet vox *ψευδαμάμαξυς* [10]); cf. etiam *Pseudartabae* nomen [11]).

631. *ἔβλεψε νᾶπυ*] vid. ad Ran. 562.

— *τὰ μέτωπ' ἀνέσπασεν*] *frontem contraxerant* torvo minacique vultu circumspicientes [12]).

633. *φενακισμοῖσιν*] vocem etiam oratores adhibuerunt [13]); praeterea vid. ad Ran. 909.

634 sqq. Impudentiae — qua sola Paphlagonem vincendum esse sensit, si posset vinci, — numina quaelibet isiciarius invocavit priusquam in ultimum rerum discrimen se induit. *Φένακες* ipsi fraudulentiae daemones nunc dicuntur [14]), *Κόβαλοι* ad Dionysi comitatum fortasse sunt referendi [15]). Aliunde ignoti sunt *Σκίταλοι* et *Βερέσχεθοι*, quae nomina ex Sabazii vel Cabirorum cultu similibusve mysteriis desumta esse suspicetur quispiam [16]), neque mero fortasse casui tribuenda est similitudo, quae inter nomen parum graecum *Bereschethum* et primum veteris Testamenti verbum [17]) intercedit. Singularis denique *Μόθων* in hoc contextu admirationem movet; quamquam ipsum nomen ab hoc comitatu haudquaquam esse alienum docet Pluti locus: *ὡς μόθων εἶ καὶ φύσει κόβαλος, | ὅστις φενακίζεις κτέ.* [18]). Apud Lacedaemonios *μόθᾱκες* [19]) dicebantur Helotae, qui coniunctim cum Spartiatarum filiis legitimis educati et libertate donati fuerant [20]). — Ut nostro loco, sic in carmine Homerico *Καμίνῳ* coniunctim commemorantur daemones aliquot [21]), et apud Platonem comicum impudicitiae praesides celebrantur *Ὀρθάνης Κονίσαλος Λόρδων Κύβδασος Κέλης* [22]), quae aut omnia aut maximam partem ficta esse numina apparet. Etiam daemonum Dionysiacorum nomina Ophelander Eunus cet. huc faciunt.

---

[1]) III 36. — [2]) Eur. Alc. 777. — [3]) *Kool verkoopen.* — [4]) *Melde.* — [5]) Vs. 19. — [6]) Vesp. 239. — [7]) Diphil. fr. 14 etc. — [8]) Fr. 75. — [9]) Plin. H. Nat. XX 83. — [10]) Vesp. 326. — [11]) Ach. 91 sqq. — [12]) Cf. vs. 646 et de hac cognatisque locutionibus vid. ad Vesp. 655. — [13]) Dinarch. I § 111 II § 4 Demosth. XIX § 26 XXIV § 194. — [14]) Vid. ad Ran. 909. — [15]) Vid. ad Ran. 104, Harpocrat. s. v., Preller Myth. I^4 p. 726,5. — [16]) Phallicos daemones intellegit Zacher. — [17]) *Bereschit, initio.* — [18]) Vs. 279 sq.; vid. etiam infra vs. 697. — [19]) De vocis termino vid. ad vs. 361. — [20]) Vid. Phylarchus apud Athen. 271 *e*, Harpocrat. s. v., Plut. Cleom. 8, Aelian. Var. Hist. XII 43. — [21]) *Σμάραγος Ἄσβετος Σαβάκτης Ὠμόδαμος.* — [2]) Fr. 174.

„Βερέσχεθοί τε καὶ Κόβαλοι καὶ Μόθων,
„ἀγορά τ', ἐν ᾗ παῖς ὢν ἐπαιδεύθην ἐγώ,
„νῦν μοι θράσος καὶ γλῶτταν εὔπορον δότε
„φωνήν τ' ἀναιδῆ." — ταῦτα φροντίζοντί μοι
ἐκ δεξιᾶς ἐπέπαρδε καταπύγων ἀνήρ.
καὶ ἐγὼ προσέκυσα· κᾆτα τῷ πρωκτῷ θενὼν
τὴν κιγκλίδ' ἐξήραξα, καὶ ἀναχανὼν μέγα
ἀνέκραγον· „ὦ βουλή, λόγους ἀγαθοὺς φέρων
„εὐαγγελίσασθαι πρῶτος ὑμῖν βούλομαι·
„ἐξ οὗ γὰρ ἡμῖν ὁ πόλεμος κατερράγη,

---

635. τε καὶ Κόβαλοι] Κοάλεμοί τε Dobree (cf. vs. 221); vocem Κοάλεμοι legerunt scholiasta et Suidas (s. v. κοάλεμος). || Μόθων Kuster e schol.] Μόθωνες codd. (metro invito); et expectatur sane pluralis.

637. εὔπορον] εὔτροχον Burges coll. Eur. Bacch. 268, εὔστροφον Blaydes coll. Ran. 892.

639. ἐπέπαρδε Halbertsma] ἀπέπαρδε codd. (ut Vesp. 394 Ran. 10 Plut. 699).

641. ἐξήραξα R] ἐξάραξα codd. cett. || ἀναχανὼν] ἐγχανὼν Lenting.

643. πρῶτος V²] πρῶτον cett. (ut Soph. Ai. 719 Eur. El. 230).

---

636. Vid. vs. 181 et ad Nub. 991.

639. Daemones, quos invocavit isiciarius, alumno suo auxilium praesentissimum certo omine promittunt, ἐπὶ δεξί' ἐναίσιμα σήματα φαίνοντες: impuri nimirum hominis πορδή numen adesse testatur. Ridicule autem -έπαρδε nunc pro -έπταρε dictum esse [1]) recte observavit Bergler, qui contulit versus satis sane scurriles, ubi Mercurius a fratre correptus οἰωνὸν προέηκεν... | τλήμονα γαστρὸς ἔριθον, ἀτάσθαλον ἀγγελιώτην, | ἐσσυμένως δὲ μετ' αὐτὸν ἐπέπταρε [2]). — Cf. iocus de vocum πορδῆς et βροντῆς similitudine Nub. 394 et vulgaris sermonis locutio rei alicui προσπέρδεσθαι = *penitus* eam *contemnere* [3]).

640 sq. Gratus isiciarius numina sua adorat, τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ δεχόμενος [4]), nec mora per cancellos vi effractos in curiam irrumpit. Vide autem Cobalorum et Phenacum alumnum impudentia ipsum Cleonem vincentem! Privatis enim hominibus aditus in senatum minime patebat, sed ἀπὸ τῆς ἀσθενοῦς ταυτησὶ κιγκλίδος τῶν ἀπορρήτων κυρία ἦν ἡ βουλὴ οἱ πεντακόσιοι [5]). — De verbo προσκύσαι vid. ad vs. 156, de participio θενών ad Vesp. 1384, de voce κιγκλίς ad Vesp. 124, de participio ἐξαράξας ad Nub. 1359.

642. Isiciarius in senatu κατέκραγε τὸν Παφλαγόνα, τριπλάσιον αὐτοῦ κεκραγώς, ut minitatus ei fuerat [6]).

643. Cf. nuncii verba Soph. Trach. 180: δέσποινα Δῃάνειρα, πρῶτος ἀγγέλων | ὄκνου σε λύσω et vs. 190: ἀπῇξ' ὅπως τοι πρῶτος ἀγγείλας τάδε | πρὸς σοῦ τι κερδάναιμι, et Aeschin. II § 171: ἀπαγγείλας τοίνυν πρῶτος τὴν τῆς πόλεως νίκην ὑμῖν... πρώτην ταύτην ὑμᾶς ἀπαιτῶ χάριν κτέ.

644. ὁ πόλεμος κατερράγη] cf. Ach. 528 ἀρχὴ τοῦ πολέμου κατερράγη. Proprie

---

[1]) Vid. Av. 720 Hom. ρ 541—545 Xen. Anab. III 2 § 9 Plut. Them. 13 Catull. XLV 9 etc. — [2]) H. Merc. 295 sqq. — [3]) Sosipatr. fr. 1[12]. — [4]) Plut. 63. — [5]) [Demosth.] XXV § 23. — [6]) Vs. 287.

„οὐ πώποτ' ἀφύας εἶδον ἀξιωτέρας.“ —
οἱ δ' εὐθέως τὰ πρόσωπα διεγαλήνισαν·
εἶτ' ἐστεφάνουν μ' εὐαγγέλια. καὶ ἐγὼ ἔφρασα
αὐτοῖς, ἀπόρρητον ποιησάμενος, ταχύ,
ἵνα τὰς ἀφύας ὠνοῖντο πολλὰς τοῦ ὀβολοῦ,...

646. οἱ ... διεγαλήνισαν R] τῶν ... -σεν V et fere omnes; ἡ ... -σεν Fritzsche sine causa.
648. ποιησάμενος] -νοις Bentley (-νους Reiske) non recte.

χειμὼν [1]) tonitru torrens dicuntur καταρραγῆναι, ἀναρραγῆναι [2]), ῥαγῆναι [3]). Insolite dictum est Thucyd. I 66 ὁ πόλεμος οὔπω ξυνερρώγειν, ubi haud scio an vitium lateat, expectatur certe κατερρώγειν aut ξυνειστήκειν, ξυνεκεκρότητο, ξυνήρακτο vel ξυνέρρακτο [4]).

645. *Apuas* [5]) *nunquam vidi viliores.* Adiectivum ἄξιος idem quod εὐτελής hic et alibi [6]) significat. Contrarium est τίμιος, e. g.: οὐ πώποτ' ἰχθῦς οἶδα τιμιωτέρους | ἰδών [7]), vel in notis verbis Antiphanis: ὀλίγον ἐστὶ τὸ καλὸν πανταχοῦ | καὶ τίμιον [8]), vel apud Lysiam: ἐπειδὴ τίμιος ἦν ὁ σῖτος,... συμφέρειν ὑμῖν... ὡς ἀξιώτατον τούτους πρίασθαι, δεῖν γὰρ αὐτοὺς... πωλεῖν τιμιώτερον [9]). Magnum autem pretium qui pro merce sua poscit institor τιμιοπώλης vocatur [10]). Ad rem quod attinet, utile erit meminisse etiamnunc cognatorum pisciculorum [11]) in patria nostra pretium mirum quantum fluctuare pro capturae abundantia aut raritate, ideoque quam maxime aleatoriam esse horum pisciculorum muria conditorum mercaturam [12]). Dicebantur etiam τριχίδες [13]) vel ἐπανθρακίδες [14]), fortasse etiam μεμβράδες [15]) cognatum fuit piscium genus, certe μεμβραφύαι ex utraque voce commixtum nomen habet Aristonymus [16]).

646. *Tunc subito frontem illi explicuerunt*; cf. vs. 631 et vid. ad Vesp. 655.

647. ἐστεφάνουν μ' εὐαγγέλια] *iubebant coronam publice mihi decerni* ὡς εὐαγγελισαμένῳ [17]). Cf. Plut. 764 sqq.: ἐγὼ δ' ἀναδῆσαι βούλομαι | εὐαγγέλιά σε κριβανιτῶν ὁρμαθῷ | τοιαῦτ' ἀπαγγείλαντα, et infra vs. 656: εὐαγγέλια θύειν.

648. ἀπόρρητον ποιησάμενος] *ea condicione ut ne evulgaretur id quod dicturus essem* [18]). Quod Andocides dicit εἰσαγγεῖλαι ἀπόρρητα εἰς τὴν βουλήν [19]) et εἰσαγγεῖλαι τῇ βουλῇ ἐν ἀπορρήτῳ [20]). Sic locutum isiciarium arcanum aliquod, quo de summa rerum ipsaque patriae salute ageretur, senatoribus credidisse suspicetur quispiam; vide autem quam lente nunc procedat narrantis sermo, quo maior maiorque fiat in auditorum animis expectatio. Secretum aliquod permagni momenti ad senatum rettulisse se ait, dein gravissimum illud consilium choro

---

[1]) Herodot. I 87. — [2]) Vs. 627. — [3]) Nub. 357, 583. Cf. nostra verba *uit-, losbarsten, uitbreken.* — [4]) Cf. Thucyd. VIII 96 Xen. Hell. VII 5 § 16. — [5]) *Sardines.* — [6]) Vs. 672, 895 Vesp. 491 Pherecrat. fr. 61 Eubul. 10 Xen. Vectig. IV § 6 etc. — [7]) Diphil. fr. 33. — [8]) Antiphan. fr. 58. — [9]) Lys. XXII § 8. Item apud nostrum Vesp. 253. — [10]) Phrynich. fr. 52. — [11]) *Anchovis.* — [12]) Praeterea de apuis vid. vs. 649, 666, 672 Vesp. 496 Ach. 640, 901 sq. Av. 76 sq. fr. 506 sq. — [13]) Vs. 662 Ach. 551 Eccl. 51 fr. 416 Eupol. fr. 154 Alex. 18, 155 Sotad. 1^{30} etc. — [14]) *Friture,* Ach. 670 Vesp. 1127. — [15]) Vesp. 493 sq. (ubi vid.) fr. 137 Eupol. fr. 28 Phrynich. 50 Platon. 123 Aristonym. 3 etc. — [16]) Aristonym. fr. 2. — [17]) Vs. 643. — [18]) Item Xen. Anab. VII 6 § 43 Lys. XII § 69 Herodot. IX 45 et 94. Nos: *onder het zegel van het diepste geheim.* — [19]) Andocid. II § 3. — [20]) § 21.

τῶν δημιουργῶν ξυλλαβεῖν τὰ τρυβλία.
οἱ δ' ἀνεκρότησαν καὶ πρὸς ἔμ' ἐκεχήνεσαν.
ὁ δ' ἐπινοήσας, ὁ Παφλαγών, εἰδὼς ἄρα
οἷς ἥδεθ' ἡ βουλὴ μάλιστα ῥήμασιν,
γνώμην ἔλεξεν· „ἄνδρες, ἤδη μοι δοκεῖ,
„ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰσηγγελμέναις
„εὐαγγέλια θύειν ἑκατὸν βοῦς τῇ θεῷ.“ —
ἐπένευσεν εἰς ἐκεῖνον ἡ βουλὴ πάλιν.
καὶ ἔγωγ', ὅτε δὴ ἔγνων τοῖς βολίτοις ἡττημένος,

---

650. Ante vs. 649 collocabat vWilamowitz (cf. Ran. 1190 sqq.), sed traditum versuum ordinem optime defendit Vahlen coll. Ach. 1051 sqq.

652. ἐπινοήσας Meineke] ὑπονοήσας codd. || ἄρα] τἄμα R, θ' ἅμα vel τ' ἄρα Dindorf.

654. ἤδη μοι] καμοὶ R, ἢ κἀμοὶ Bothe.

655. εἰσηγγελμέναις] ἠγγ. R, unde Cobet -σι ταῖς ἠγγελμέναις, fortasse recte, sed vid. commentarius.

---

narraturus praemittit adverbium *ταχύ* [1]), tum vero inserit aliquot verba, quibus consilii a se prolati finem indicet optatissimum, tandem denique quid fuerit illud aperit.

650. Omnes quotquot in salsamentariorum officinis inveniri possent ollas per magistratuum ministros anquiri et comprehendi iussit homo noster. Sic enim fore ut apuae recentes, quae Phalerum cymbis essent advectae [2]), non possent oleo condiri in ollis, quae nullae iam adessent [3]); piscatores igitur pisciculos citissime ad aëra putrescentes vili pretio venumdaturos et gratis fere concessuros esse, si quis domum eos absportare vellet. — Perridicule autem de ollis usurpatum est verbum *ξυλλαβεῖν* *comprehendere* [4]), quod de maleficis qui in vincula coniciuntur dici solet. Cavendum ne *δημιουργοὺς* nunc cum scholiasta intellegamus *figulos*.

651. *οἱ δ' ἀνεκρότησαν*] *manus ὑφ' ἡδονῆς* [5]) *comploserunt* [6]).

— *πρὸς ἔμ' ἐκεχήνεσαν*] *aperto ore* — quod stolide admirantis avideque expectantis est — *me intuebantur* [7]).

655. *Ob felicissimum eventum nunciatum.* Locutio *ἐπὶ συμφοραῖς* [8]), ut cetera quae botularius refert, e vita publica est desumta, item *εἰσαγγέλλειν*, quod de *relationibus ad senatum* proprie dicitur [9]). Eadem verborum structura est Thesm. 597: *τὸ πρᾶγμα...δεινὸν εἰσαγγέλλεται* [10]).

656. *εὐαγγέλια θύειν*] haec quoque est certa formula loquendi [11]).

658. *τοῖς βολίτοις*] ridicule pro *τοῖς βουσίν* [12]).

---

[1]) Eundem in enunciato locum adverbium *ταχύ* obtinere vs. 109, observavit Vahlen. — [2]) Cf. Ach. 901. — [3]) Cf. Av. 76 sq. — [4]) In annot. ad Ran. 1236 perperam verti *coëmere.* — [5]) Ut dicitur Plut. 739. — [6]) Item Vesp. 1314. — [7]) Item vs. 804 et 1118 Nub. 996; vid. etiam Ach. 10, 133 Eq. 261, 755, 824, 1032, 1119 Ran. 990 et ad Ach. 604 Eq. 78, 1263 Vesp. 695. — [8]) Vid. ad vs. 406 et Nub. 1205. — [9]) Nos: *het bericht is ingekomen.* — [10]) Praeterea vid. Thucyd. VIII 79 § 1, 92 § 6 etc. — [11]) Cf. Xen. Hellen. I 6 § 37 IV 3 § 14 Isocr. VII § 10 Aeschin. III 160 Menand. in *Περικειρομένῃ* (fr. in Oxyrh. Papers II lin. 18) etc., et vid. vs. 643, 647. — [12]) Vid. Ach. 1026 et ad Ran. 295.

διακοσίαισι βουσὶν ὑπερηκόντισα·
τῇ δ' Ἀγροτέρᾳ κατὰ χιλίων παρῄνεσα
εὐχὴν ποιήσασθαι χιμάρων εἰς αὔριον,
αἱ τριχίδες εἰ γενοίαθ' ἑκατὸν τοῦ ὀβολοῦ.
ἐκαραδόκησεν εἰς ἔμ' ἡ βουλὴ πάλιν.
ὁ δὲ ταῦτ' ἀκούσας ἐκπλαγεὶς ἐφληνάφα·
κᾆθ' εἷλκον αὐτὸν οἱ πρυτάνεις χοἰ τοξόται.

659. διακοσίαισι] -ησι (vel -οισι) codd.
661. εἰς αὔριον,] virgulam hic deletam ante εἰς scribebat Brunck.
662. εἰ R] δ' εἰ V et fere omnes.
664. ταῦτ' ἀκούσας] τοῦτο νοήσας vHerwerden.

659. ὑπερηκόντισα *superavi* [1]).

660. τῇ ... Ἀγροτέρᾳ] Dianae Agresti [2]) capellam sacrificare solebant Lacedaemonii pugnam inituri [3]). Item Callimachus Atheniensium polemarchus ante pugnam Marathoniam sacra ei ferens [illegible] ὁπόσους ἂν κατακάνοιεν τῶν πο[illegible]τας χιμαίρας καταθύσειν τῇ [illegible] οὐκ εἶχον ἱκανὰς εὑρεῖν, — [illegible] novem myriades caesae fere — ἔδοξεν Ἀθηναίοις κατ' ἐνιαυτὸν [illegible]ίους θύειν, καὶ ἔτι καὶ νῦν — Xeno[illegible]it — ἀποθύουσιν [4]). Neque postea abolitum esse illud sacrificium, quod polemarchus Agras ad deae templum prope Ilissum quotannis sollemni pompa deferebat sexto die mensis Boedromionis, testantur Plutarchus [5]) et Aelianus [6]).

660 sq. κατὰ χιλίων ... χιμάρων] utpote pro numinis beneficio — quod multo etiam maius foret quam Marathonia illa victoria. Praepositio κατὰ in *iurandi* et *vovendi* formulis significat *per*: καθ' ἱερῶν τελείων [7]), κατ' ἐξωλείας [8]), καθ' ἑκατόμβης [9]), etc.; recte igitur Diogenianus verba κατὰ βοὸς εὔχεσθαι [10]) interpretatur μέγα εὔχεσθαι [11]).

662. τριχίδες] vid ad vs. 645.

663. ἐκαραδόκησεν] verbum καρᾱδοκεῖν apud nostrum alias non obvium significat intento vultu *porrecto*que adeo *capite* verba vel iussum aliquod reive eventum *opperiri*: τῷ κρατὶ (τῇ κεφαλῇ) δέχεσθαι vel potius προσδοκᾶν. Cf. epica δοκεύειν et δεδοκημένος [12]). Verbum redit apud Herodotum [13]), Xenophontem [14]), Diphilum [15]), Plutarchum [16]). Etiam in locutione κάτω κάρα [17]) servata est prisca vox κάρᾱ *caput*; praeterea apud Pollucem [18]) recte conferuntur καρηβαρία, -ιᾶν [19]), -ικός [20]).

664. ἐφληνάφα] vid. ad Nub. 1475.

665. *Tunc coeperunt de suggestu eum detrahere.* In concionibus publicis haud ita raro accidebat ut is, qui imperite aut importune verba faceret, prytanum iussu a sagittariis corriperetur. Vid. Eccl. 258: ἤν σ' οἱ τοξόται ἕλκωσιν, et ibid. vs. 143; et in ipsa scena id fieri videmus Ach. 54 [21]). Glauconem autem iuve-

[1]) Vid. ad vs. 56 et ad Nub. 944. — [2]) Lys. 1262. — [3]) Xen. Hellen. IV 2 § 20 Rep. Laced. XIII § 8. — [4]) Anab. III 2 § 12; cf. [Arist.] Rep. Ath. 58 § 1. — [5]) Mor. 349*f*, 862*a*. — [6]) Var. Hist. II 25. — [7]) Thucyd. V 47 § 8 Demosth. LIX § 60 Andocid. I § 97 sq. [Arist.] Rep. Ath. 1 § 1, 29 § 5, item καθ' ἱερῶν Ran. 101. — [8]) Demosth. XXI § 119. — [9]) Plut. Mor. 294*b*. — [10]) Poll. I 27. — [11]) Diogenian. V 90 et VI 55. Cf. Valcken. ad Schol. Eur. Phoen. 1407. — [12]) Enchirid. dict. ep. p. 441. — [13]) Herodot. VII 163, 168 VIII 67. — [14]) Memor. III 5 § 6. — [15]) Diphil. fr. 35. — [16]) Anton. 56. — [17]) Ach. 945 Pac. 153. — [18]) Poll. II 41. — [19]) Aristoph. fr. 792. — [20]) Teleclid. fr. 47. — [21]) Ubi vid.; praeterea cf. Lys. 433 Thesm. 931 sqq.

οἳ δ' ἐθορύβουν περὶ τῶν ἀφυῶν ἑστηκότες·
ὃ δ' ἠντεβόλει γ' αὐτοὺς ὀλίγον μεῖναι χρόνον,
„ἵν' ἅτθ' ὁ κῆρυξ οὐκ Λακεδαίμονος λέγει
„πύθησθ'· ἀφῖκται γὰρ περὶ σπονδῶν πάλιν." —
οἳ δ' ἐξ ἑνὸς στόματος ἅπαντες ἀνέκραγον·
„νυνὶ περὶ σπονδῶν; ἐπειδή γ', ὦ μέλε,

---

666. ἀφυῶν] ἀφύων codd.

667. ἠντεβόλει] ἠντιβόλει codd.; cf. Ach. 147. || γ'] (ε)'τ'(ι) Lenting (coll. Lys. 766, vid. etiam infra vs. 1373).

668. λέγει] λέγῃ R vitio manifesto.

669. πάλιν Porson] λέγων (vel λόγων) codd.; sed Porson intellexit huc trahendum esse quod in fine versus 668 additum habent V alii πάλιν, adscriptum autem esse λέγων ad explicanda verba poetae περὶ σπονδῶν vel sic tamen integra, nunquam enim in hac locutione *dicendi* participium additur; vid. commentarius.

---

nem cum frustra omnes amici conarentur παῦσαι ἑλκόμενόν τε ἀπὸ τοῦ βήματος καὶ καταγέλαστον ὄντα, Socrates ad saniora perduxit consilia [1]). Nimirum, ut Socrates ait apud Platonem, cives ubi in concionem convenerunt, ἐάν τις ἐπιχειρῇ αὐτοῖς συμβουλεύειν ὃν ἐκεῖνοι μὴ οἴονται δημιουργὸν [2]) εἶναι, κἂν πάνυ καλὸς ᾖ καὶ πλούσιος καὶ τῶν γενναίων, οὐδέν τι μᾶλλον ἀποδέχονται, ἀλλὰ καταγελῶσι καὶ θορυβοῦσιν, ἕως ἂν ἢ αὐτὸς ἀποστῇ ὁ ἐπιχειρῶν λέγειν καταθορυβηθεὶς ἢ οἱ τοξόται αὐτὸν ἀφελκύσωσιν ἢ ἐξάρωνται κελευόντων τῶν πρυτάνεων [3]). In senatu vero multo rariores fuisse eiusmodi turbas confidere licet; nunc autem isiciarius potius, qui illuc quo non licebat irruperat, vi foras fuerat exturbandus, sed usque adeo vicit impudentia, ut tutus abierit a nemine laesus, Paphlago vero contumeliose in ordinem sit coactus.

666. *Illi autem stantes de apuis clamabant.* Nemo iam in sede sua manebat, sed consurrexerant omnes laetosque clamores [4]) edebant propter nuncium de vili pisciculorum pretio nuper auditum.

668 sq. Indirecta oratione qui coeperat uti isiciarius, ipsa iam affert verba Paphlagonis. Eadem autem est enunciati conformatio Ach. 656—664, infra vs. 993 sq., Eccl. 821 sq.: ἀνέκραγ' ὁ κῆρυξ μὴ δέχεσθαι μηδένα | χαλκὸν τὸ λοιπόν· „ἀργύρῳ γὰρ χρώμεθα" [5]).

669. ἀφῖκται ... περὶ σπονδῶν] in huiuscemodi locutionibus verbum *loquendi, consulendi, disputandi* non additur. E. g.: περὶ σωτηρίας πρόκειται [6]), περὶ εἰρήνης πρυτανεύειν [7]), ἕλκεσθαι περὶ πραγματίου [8]), περί τινος ξυγγενέσθαι [9]).

670 sq. Simillimi sunt Ach. 182 sq.: ἔπειτ' ἀνέκραγον πάντες· „ὦ μιαρώτατε, | σπονδὰς φέρεις, τῶν ἀμπέλων τετμημένων;" Cf. praeterea Herod. Mimiamb. III 47 sq.: ἓν γὰρ στόμ' ἐστὶ τῆς συνοικίης πάσης· | „τοῦ Μητροτίμης ἔργα Κοττάλου ταῦτα". De re vid. ad vs. 327.

671. ἐπειδή γε] *scilicet quoniam ... !* [10]).

---

[1]) Xen. Mem. III 6 § 1. — [2]) I. e. *rei peritum, een man van het vak.* — [3]) Protag. 319 *c.* — [4]) θόρυβον vs. 547. De verbo θορυβεῖν vid. ad Ran. 768. — [5]) Item apud Homerum Δ 303 Ψ 855 α 40 h. Merc. 526. — [6]) Eccl. 401. — [7]) Ach. 60. — [8]) Nub. 1004. — [9]) Av. 113. Praeterea vid. Ach. 170 Pac. 216 Av. 1532, 1577, 1588, 1595 Lys. 71, 984, 1009, 1101 Thuc. VIII 71 § 3 Xen. Anab. II 3 § 1. — [10]) Etiam Thesm. 145 coniunctae sunt hae particulae.

„ἤσθοντο τὰς ἀφύας παρ' ἡμῖν ἀξίας.
„οὐ δεόμεθα σπονδῶν· ὁ πόλεμος ἑρπέτω!“
ἐκεκράγεσάν τε· „τοὺς πρυτάνεις ἀφιέναι!“
εἶθ' ὑπερεπήδων τοὺς δρυφάκτους πανταχῇ.
ἐγὼ δὲ τὰ κορίανν' ἐπριάμην ὑποδραμὼν
ἅπαντα τά τε γήτει' ὅσ' ἦν ἐν τῇ ἀγορᾷ·
ἔπειτα ταῖς ἀφύαις ἐδίδουν ἡδύσματα
ἀποροῦσιν αὐτοῖς προῖκα καὶ ἐχαριζόμην.
οἱ δ' ὑπερεπῄνουν ὑπερεπύππαζόν τέ με

672. In fine versus punctum pro interrogandi signo scripsit Meineke.
673. ἑρπέτω] male olim quidam ἐρρέτω (i. e. *in malam rem abeat*, vid. ad vs. 4).
674. ἀφιέναι Brunck] ἀπιέναι codd.
675. εἶθ'] οἱ δ' codd. quidam. || πανταχῇ R] -χοῦ cett.
676. ὑποδραμὼν] ὑπεκδραμὼν R (cf. vs. 742), quod servans Fritzsche scribebat δ' ἐπριάμην τὰ κορίανν', vulgatam sine iusta causa cum Reisigio addubitans. Quae si suspecta esset, παραδραμὼν (vid. commentarius ad vs. 56) posset proponi.

672. ἀξίας] vid. ad vs. 645.

673. ὁ πόλεμος ἑρπέτω!] *pergito bellum!*[1]) In hac locutione [2]) verbum ἕρπειν priscam *incedendi* significationem [3]) servavit [4]).

674. *Iusserunt prytanes dimittere senatum.* Cf. Ran. 132 sq.: ἐπειδὰν φῶσιν οἱ θεώμενοι· „εἶναι“. Prytanes ἀφιᾶσι τὴν βουλήν et λύουσι τὴν ἐκκλησίαν [5]), cf. etiam locutio ἀφιέναι τὰ δικαστήρια [6]). Senatores ad apuas suas festinantes poposcerunt illud: „nihil vos moramur” [7]).

675. εἶτα] nempe ut primum praeco dixit formulam illam, quae impatienter expectabatur: οἱ πρυτάνεις ἀφιᾶσι τὴν βουλήν. — ὑπερεπήδων τοὺς δρυφάκτους] senatores de dignitate sua prorsus securi transsiliebant cancellos, morae tam impatientes ut singuli per forem [8]) egredi nollent. Vide eosdem homines in Acharnensium fabula ἀωρίαν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἥκοντας καὶ ἀλλήλοις ὠστιζομένους περὶ πρῶτον ξύλον [9]). De voce autem δρυφάκτοις vid. ad Vesp. 386.

676 sq. *Ego autem citato cursu in forum me proripui et quicquid illic erat coriandri coemi,* qua re prohibui quominus senatores tardius illuc adventantes ἡδυσμάτων quidquam apuis suis invenirent [10]). Verbum ὑποτρέχειν proprie significat *cursu callide instituto alium hominem frustrare.* Sic Menelaum Antilochus ὑποτρέχει in Iliadis libro Ψ [11]).

680. *Effusis laudibus me efferebant.* Ad analogiam verborum ὑπερεπαίνειν [12]), ὑπερθαυμάζειν, ὑπερμαίνεσθαι [13]) conformatur nunc compositum ὑπερπυππάζειν, cuius simplex [14]) proprie valet „πυππάξ“ λέγειν [15]), est autem πυππάξ interiectio

[1]) *De oorlog moet maar zijn loop hebben!* — [2]) Etiam feminae Lys. 129 sq. ea utuntur. — [3]) = βαδίζειν, cf. Hom. σ 131 Soph. Oed. R. 83 Eur. Cycl. 423, 445 etc. — [4]) Vid. etiam Vesp. 552 et de similibus obsoletae dictionis vestigiis ad Vesp. 186. — [5]) Ach. 173 Eccl. 377. — [6]) Vesp. 595. — [7]) „*Sluiten!*”. — [8]) τὴν κιγκλίδα vs. 641. — [9]) Vs. 40—42 (23 sqq.). — [10]) Cf. Vesp. 496. — [11]) Vid. infra vs. 1161, ubi suam vim obtinet verbum ὑποθεῖν, et ad vs. 47. Translatum autem, ut nostro loco, est ὑποδραμεῖν (τινα) vs. 742 Xen. Cyrop. I 2 § 12 Aeschin. III § 162 Plat. Rep. 426*c* Leg. 923*b*. — [12]) Eccl. 186. — [13]) Ran. 776. — [14]) Cratin. fr. 52. — [15]) Vid. scholia et Bekk. Anecd. p. 69.

ἅπαντες οὕτως, ὥστε ⟨τὴν βουλὴν ὅλην
ὀβολοῦ κοριάννοις ἀναλαβὼν⟩ ἐλήλυθα.

carrying the whole council in my pocket, for a penn'orth of coriander

ΧΟΡΟΣ.

Antistropha (vs. 683—690).

πάντα δὴ πέπραγας οἷα
χρὴ τὸν εὐτυχοῦντα.
ηὗρε δ' ὁ πανοῦργος ἕτερον, πολὺ πανουργίαις
μείζοσι κεκασμένον,
καὶ δόλοισι ποικίλοις,
ῥήμασίν θ' αἱμύλοις.
ἀλλ' ὅπως ἀγωνιεῖ φρόν-
τιζε τἀπίλοιπ' ἄριστα.
ξυμμάχους δ' ἡμᾶς ἔχων εὔ-
νους ἐπίστασαι πάλαι.

/ 2. pers. fut mid.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ μὴν ὁ Παφλαγὼν οὑτοσὶ προσέρχεται,

683. πάντα δὴ] πάντα V[1], ἅπαντά τοι R.
684. ηὗρε] εὗρε codd.
686. αἱμύλοις] -λίοις V R et fere omnes.
689. ἔχων] om. R.

impensam admirationem significans [1]). Cui verbo intransitivo obiectum nunc additur, idem enim valet quod ὑπερθαυμάζειν. Sic ἐγκεχοδέναι τινὰ dicitur is qui aliquem ὑπερδέδοικεν [2]).

682. ἀναλαβὼν] i. e. προσποιησάμενος [3]) sive ἀνακτησάμενος [4]).

— ἐλήλυθα] i. e. ἥκω sive ἐνθάδε πάρειμι ἤδη [5]).

683. Idem dici potuit πάντ' ἀγαθὰ δὴ πέπραγας [6]) vel πάντα καλὰ δὴ ἔχεις [7]), nam οἷα χρὴ τὸν εὐτυχοῦντα (πράττειν) id valet quod ἀγαθά vel καλά. Hanc ob causam non ὅσα dicitur, quod post πάντα expectaverit quispiam, sed οἷα.

684. Berglerus confert h. Merc. 319: πολύμητις ἐὼν πολυμήχανον ηὗρε (Mercurius Apollinem). Praeterea vid. supra vs. 382.

685. κεκασμένον] priscae poesi hoc participium proprium est [8]).

686. ποικίλοις] vid. ad vs. 196.

687. αἱμύλοις] hoc quoque adiectivum, quod noster etiam Lys. 1267 in chori canticum admisit, proprium est dictioni poeticae [9]). Significat callidas blanditias, quae ad hominum animos conciliandos faciunt.

688. *Cura autem ut etiam in posterum felicissime certes.*

[1]) Plat. Euthyd. 303*a*, fr. com. adesp. 1130; vid. etiam ad vs. 1. — [2]) Vid. ad vs. 224. — [3]) Vs. 215. — [4]) Herodot. I 50 etc. — [5]) Vid. ad Ran. 1164. — [6]) Ut Ran. 302, ubi vid. — [7]) Herodot. I 32. — [8]) Hom. Δ 339 δ 725, 815 Hes. Theog. 929 Pind. Ol. I 41. — [9]) α 56 etc.

ὠθῶν κολόκυμα καὶ ταράττων καὶ κυκῶν,
ὡς δὴ καταπιόμενός με.
(Ridens:)
μορμώ, τοῦ θράσους!

SCENA DECIMA TERTIA.

(In scenam coronatus irruit Paphlago e senatu redux.)

Isiciarius, Paphlago, Chorus.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

εἰ μή σ' ἀπολέσαιμ', εἴ τι τῶν αὐτῶν ἐμοὶ
ψευδῶν ἐνείη, διαπέσοιμι πανταχῇ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἥσθην ἀπειλαῖς, ἐγέλασα ψολοκομπίαις,

---

694. αὐτῶν ἐμοὶ] εἰωθότων Blaydes (coll. Ran. 1); an *αὐτῶν ἔτι?

---

692. ὠθῶν κολόκυμα] *ventus* [1]) vel *amnis* celeri cursu defluens [2]) dicitur κῦμα ὠθεῖν, *fluctus trudere.* Nunc autem Paphlago, qui navi citatis remis in hostes adactae assimulatur [3]), dicitur ὠθεῖν κολόκυμα, i. e. *inanem aestum propellere*, qua voce alibi non obvia significatur aquae monticulus, quem ciet prora celeriter undas secans. Prior vocis pars est adiectivum κόλος *mutilus, inanis* [4]), cognata autem est vox κολόσυρτος [5]). Quemadmodum fluctus superficiem tantum stringens et post navem extemplo collabens κόλος dicitur, sic κωφὸς vocatur portus intra quem silet mare placidum [6]); quod non fugit veteres interpretes.

— ταράττων καὶ κυκῶν] vid. ad vs. 251.

693. μορμώ] vid. ad Ran. 925.

694 sq. εἰ...ἀπολέσαιμι, εἰ...ἐνείη, διαπέσοιμι] sic optativo puro alius optativus a particula εἰ suspensus frequenter sociatur [7]). Non minus tamen recte in eiusmodi enunciatis dicitur ἤν cum subiunctivo aoristi aut εἰ μή cum futuro indicativi; vid. Ach. 325: ἐξολοίμην ἢν ἀκούσω, Hom. *B* 258 sqq.: εἴ κ' ἔτι σ' ἀφραίνοντα κιχήσομαι..., | μηκέτ' ἔπειτ' Ὀδυσῆι κάρη ὤμοισιν ἐπείη, | ... εἰ μὴ ἐγώ σε λαβὼν ἀπὸ μὲν φίλα ϝείματα δύσω, | ... αὐτὸν δὲ κλαίοντα θοὰς ἐπὶ νῆας ἀφήσω. Item cum tempore *praesenti*, Ran. 579: κάκιστ' ἀπολοίμην, Ξανθίαν εἰ μὴ φιλῶ.

694. τῶν αὐτῶν] i. e. *eorum quibus uti soleo*, τῶν εἰωθότων.

695. διαπέσοιμι] *dilabar*, quod proprie dicitur de corpore putrescente [8]). Similia sunt διαρραγείην [9]) et ἐπιτριβείην [10]).

696 sq. Cf. Eq. 1306 Pac. 335 et Eur. Suppl. 719 et de aoristi usu vid. ad Nub. 174.

696. ψολοκομπίαις] *minis inanibus.* Vox

---

[1]) Hom. γ 295 Theocrit. XVI 61. — [2]) Metagen. fr. 6³. — [3]) Vid. vs. 761 sq. — [4]) Hom. *Π* 117 etc. — [5]) Vesp. 666 etc. — [6]) Cf. fr. adesp. 803. — [7]) Ach. 476 Pac. 1072 Lys. 235 fr. 105; item Hom. *E* 214 sq. π 102 sq. Theogn. 343 Soph. Ai. 1175 Eur. Or. 1087 etc., cf. etiam *Γ* 299 α 47 etc.; similis est Vesp. 1431, praeterea vid. infra vs. 1056. — [8]) *Tot ontbinding overgaan.* Vid. Eccl. 1036 et Plat. Phaedon. 80*c*. — [9]) Vid. ad vs. 340 sq. — [10]) Vid. ad Ran. 571.

ἀπεπυδάρισα μόθωνα, περιεκόκκασα.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οὔ τοι, μὰ τὴν Δήμητρ', ἐὰν μή σ' ἐκφάγω
ἐκ τῆσδε τῆς γῆς, οὐδέποτε βιώσομαι.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἢν μὴ ἐκφάγῃς; ἐγὼ δέ γ', ἢν μή σ' ἐκπίω,
κἢν ἐκροφήσας αὐτὸς ἐπιδιαρραγῶ.

---

697. περιεκόκκασα Photius] -κόκκαυσα R (i. e. -$\overset{υ}{α}$σα aut -$\overset{α}{υ}$σα), -κόκκυσα cett.

698. Δήμητρ' ἐὰν V alii] Δήμητρά γ' εἰ R vitiose (vid. ad vs. 700 et ad vs. 1350), Reisig Δήμητρ' ἔτ' εἰ. Scribi potuit sine vitio ἔτ' ἢν (cf. Thesm. 225), sed littera Γ, quam solus praebet R, nata esse mihi videtur ex prava accusativi forma Δήμητραν, quae etiamnunc extat in cod. M Δήμητραν ἐὰν invito metro praebenti.

700. ἢν (bis)] εἰ R vitio manifesto. ‖ ἐκφάγῃς] -γῃς μ' Bergk. ‖ γ'...μή σ' R] σ'...μὴ cett.

701. κἢν (κἂν) ἐκροφήσας Bothe] κἀπεκροφήσας codd., κᾆτ' ἐκροφήσας Seager, uterque probabiliter (Π—Ν vel ΙΤ).

---

aliunde ignota ad imitationem τοῦ ψολόεντος κεραυνοῦ [1]) est efficta.

697. ἀπεπυδάρισα μόθωνα] idem quod ἀπωρχησάμην verbum hoc valere intellegimus [2]), nam μόθωνα [3]) nunc dici saltationem φορτικὴν καὶ κορδακώδη libenter credimus Tryphoni [4]) vel cum illo e nostri loci contextu efficimus.

— περιεκόκκασα] cf. Thesm. 1059, ubi echo dicitur verborum ἐπικοκκάστρια.

698. ἐκφάγω] furentis hoc est, minitari alicui se crudum eum devoraturum. Sic Iuppiter ad Iunonem: εἰ... ὠμὸν βεβρώθοις Πρίαμον cum liberis totoque populo, tunc fortasse satiaretur tua ira [5]), vel ad milites suos Xenophon: ἄνδρες, οὗτοί εἰσιν, οὓς ὁρᾶτε, μόνοι ἔτι ἡμῖν ἐμποδών...· τούτους, ἤν πως δυνώμεθα, καὶ ὠμοὺς δεῖ καταφαγεῖν [6]), de perioecis autem idem testatur, si forte Spartiatarum mentio iniciatur in sermonibus, οὐδένα αὐτῶν δύνασθαι κρύπτειν τὸ μὴ οὐχ ἡδέως ἂν καὶ ὠμῶν ἐσθίειν αὐτῶν [7]). Itaque nunc Paphlago dicere cum velit: *male dispeream ni te ex hacce regione* ἐκβάλω, notione τοῦ καταφαγεῖν eius animo sanguinis avido obversante in ἐκφάγω id mutat [8]). Quadamtenus similis est verbi ἀπολάψαι usus Nub. 811.

699. οὐδέποτε βιώσομαι] i. e. οὐκέτι βιωτὸν ἔσται μοι, *vitam meam abiciam.* Qualibus votis inservire solet optativus [9]). Ceterum conferri possunt verba ridicula dominae ad ancillam precibus se enecantem: Κύδιλλα, μή με λυπεῖτε, | ἢ φεύξομ' ἐκ τῆς οἰκίης [10]).

701. *Etiamsi dein disrumpar.* Quod absurde sibi repugnantia nunc optat, id ne animadvertit quidem aut non curat isiciarius.

---

[1]) Hom. ψ 330 etc. — [2]) πυδαρίζειν eo quo σκιρτᾶν vel λακτίζειν sensu adhibitum legitur etiam apud Paroemiographum s. v. Ὄνος τὰ Μελιταῖα (p. 151 Gaisf.). — [3]) De qua voce vid. ad vs. 635. — [4]) Athen. 618 c (Poll. IV 101 Phot. s. v.). — [5]) Hom. Δ 35, cf. Χ 347 Ω 212 sq. — [6]) Anab. IV 8 § 14. — [7]) Hellen. III 3 § 6. — [8]) Quod suo loco legitur compositum Vesp. 925. — [9]) E. g. infra vs. 833 μὴ ζῴην. Vid. ad Ran. 177. — [10]) Herod. Mimiamb. V 73 sq.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀπολῶ σε, νὴ τὴν προεδρίαν τὴν ἐκ Πύλου.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἰδού, „προεδρίαν“! οἷον ὄψομαί σ' ἐγὼ
ἐκ τῆς προεδρίας ἔσχατον θεώμενον!

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐν τῷ ξύλῳ δήσω σε, νὴ τὸν οὐρανόν.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(cum risu ad spectatores:)

ὡς ὀξύθυμος!

(Ad Paphlagonem:)

φέρε, τί σοι δῶ καταφαγεῖν;

(Ad spectatores:)

ἐπὶ τῷ μάλισθ' ἥδοιτ' ἄν; ἐπὶ βαλλαντίῳ;

---

706. ὀξύθυμος] ὀξυθυμεῖ Halbertsma.

707. *μάλισθ' ἥδοιτ'] φάγοις ἥδιστ' codd. vitiose, nisi praecedat τί γάρ, quod quominus proponamus obstat versus exitus; φάγοις ἡσθεὶς Meineke admodum contorte, φαγὼν ἥδοι' Enger (ἥδοιτ' Kock), φάγοις γήτει' Bergk, φάγοις μ' ἥδιστ' OSchneider, ἔμ' ἴσως φάγοις ἥδιστ' ἂν ἐπὶ β. Kähler. Equidem arbitror participium φαγών verbo ἥδοιτο superscriptum, ad sententiam scilicet explendam, erroris causam extitisse. Recte autem Kock videtur observasse ad chorum hunc versum dici, quapropter ἥδοιτο cum illo scripsi. Adverbium μάλιστα ita usurpatum habes Ach. 799: τί δ' ἐσθίει μάλιστα;

---

702. De proedria Cleoni decreta vid. ad vs. 327.

703. ἰδού, „προεδρίαν“!] vid. ad Ran. 1205.

— οἷον] vid. ad vs. 367.

704. ἐκ] de mutato rerum statu praepositio solito more [1]) nunc usurpatur.

— ἔσχατον θεώμενον] commentarii instar sunt Alexidis versus: ἐνταῦθα περὶ τὴν ἐσχάτην δεῖ κερκίδα | ὑμᾶς καθιζούσας θεωρεῖν ὡς ξένας [2]). *Posthac in cuneo supremo* faeci plebeculae et peregrinis intermixtus *sedebis*; — quo nunc detruduntur Archeptolemi [3]).

705. ἐν τῷ ξύλῳ] cf. vs. 367.

706. ὡς ὀξύθυμος!] sic Trygaeus in Pace: ὡς δριμύς! [4]) — item secum loquens vel spectatores alloquens, et nescio quis de equo: ὡς ὀρθόπληξ! [5]).

— τί κτἑ.] hominem ore vasto se allatrantem irridens *quamnam offam* — isiciarius ait — *istius cerberi gulae iniciam? Quomodo obturem istam voraginem*, ἵνα μὴ αὐτὸν ἐμὲ καταπίῃς? Nempe ὡνὴρ ὄξος ἅπαν, πεινᾶντι δὲ μηδὲ ποτένθῃς [6]). *Semper vehemens et iracundus est, at siti fameque rabidum* [7]) *ne adire quidem tutum.*

707. μάλιστα] cf. Ach. 799.

— βαλλαντίῳ] cf. vs. 1197 Av. 157 sq. etc.

---

[1]) Ut vs. 1321 Ran. 1011 etc. — [2]) Alex. fr. 41. — [3]) Vid. vs. 327. — [4]) Pac. 257. — [5]) Fr. 43. — [6]) Quae Gorgus Theocr. XV 148 verba contulit Casaubonus. — [7]) Senec. de ira II 19.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐξαρπάσομαί σου τοῖς ὄνυξι τἄντερα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀπονυχιῶ σου τἀν Πρυτανείῳ σιτία.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἕλξω σε πρὸς τὸν δῆμον, ἵνα δῷς μοι δίκην.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ ἐγὼ δὲ σ' ἕλξω καὶ διαβαλῶ πλείονα.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀλλ', ὦ πόνηρε, σοὶ μὲν οὐδὲν πείθεται·
ἐγὼ δ' ἐκείνου καταγελῶ γ' ὅσον θέλω.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὡς σφόδρα σὺ τὸν δῆμον σεαυτοῦ νενόμικας!

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐπίσταμαι γὰρ αὐτὸν οἷς ψωμίζεται.
κᾆθ' (ὥσπερ αἱ τίτθαι) γε σιτίζεις κακῶς·

---

709. *τἀν Πρυτανείῳ*] *τἀκ Πρυτανείου* Zacher.

711. *διαβαλῶ* R Γ^1] *διαβαλῶ γε* V et cett., quod servans GHermann pro *σ' ἕλξω* scribebat *σ' ἄρα*, Sauppe *σέ γε*. Bergk dedit *σ' ἕλκων διαβαλῶ γε*, vVelsen *σ' ἕλξω διαβαλῶν γε*.

713. *θέλω*] forma verbi suspecta (vid. ad Vesp. 493); Bachmann *ὅσ' ἂν ἐθέλω*.

---

708. *Meisce unguibus e corpore tuo evellam viscera.* Cf. ianitoris ad personatum Herculem minae: *Echidna centumgemina τὰ σπλάγχνα σου διασπαράξει κτέ.* [1]).

709. *At ego ex tuis visceribus excerpam ipsas dapes, quibus in Prytaneo te ingurgitas* [2]). Verbum *ἀπονυχίζειν* alibi est *ungues praecidere* [3]), sed nunc *unguibus excerpendi* sensu usurpatum esse contextus docet — sive et alias ita adhibitum fuit, sive comicus more suo [4]) novam vim ei nunc tribuit.

714. *σεαυτοῦ νενόμικας*] *tuam esse plebem persuasum habes* [5]). Nempe Paphlago probe novit quid sit illud quod isiciario suasit Demosthenes, *τὸν δῆμον προσποιεῖσθαι* [6]). Mox tamen suo detrimento experietur *τοῦ λέγοντος* esse Demum [7]).

715. *Scio nimirum quales offae in os ei sint inserendae.* Verbum *ψωμίζειν* proprie dicitur de nutricibus infantulos alentibus [8]), sed — *δὶς παῖδες οἱ γέροντες*. Apte autem contuleris Vesp. 712, ubi populus dicitur *ὥσπερ ἐλαολόγοι χωρεῖν ἅμα τῷ τὸν μισθὸν ἔχοντι.*

---

1) Ran. 473 et quae illuc contuli. — 2) Vid. ad vs. 280 sq. — 3) Menandr. fr. 996. — 4) Vid. Vesp. 353, 589 etc. — 5) De perfecto vid. ad vs. 54. — 6) Vs. 215, ubi vid. — 7) Vs. 860. — 8) Lys. 19 Thesm. 692.

μασώμενος γὰρ τῷ μὲν ὀλίγον/ἐντιθεὶς, / ψωμίον στόματι
αὐτὸς δ' ἐκείνου τριπλάσιον κατέσπακας.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

καί, νὴ Δί', ὑπό γε δεξιότητος τῆς ἐμῆς
δύναμαι ποιεῖν τὸν δῆμον εὐρὺν καὶ στενόν.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

χὠ πρωκτὸς οὑμὸς τουτογὶ σοφίζεται.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οὐκ, ὦ 'γάθ', ἐν βουλῇ με δόξεις καθυβρίσαι.
ἴωμεν εἰς τὸν δῆμον.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐδὲν κωλύει,

---

717. τῷ] τὸ V R alii.

721. τουτογὶ] τουτοΐ V² alii.

722. Versus vix integer; pro δόξεις Lenting δόξας, item Zacher, qui post hunc versum huiuscemodi quid excidisse suspicatur: ἐν τῷ γε δήμῳ τοῦτο νικήσεις ποιῶν, vHerwerden coniecit μ' ἔθ' ἕξεις.

723. εἰς τὸν δῆμον] ὡς τὸν Δῆμον Meineke non recte.

723 sq. , | ἰδού.] sic pro „. | ἰδού," scripsit Vahlen (coll. vs. 972); ἰδού, βαδίζω coniecerat vWilamowitz.

---

717 sq. *Cibos alumno edentulo paratos dum manducas*, quo facilius ab eo possint comedi scilicet et digeri, *ipse longe maximam partem devoras, ceu improba nutrix.* Eadem imagine usus est Democrates [1]), de verbo autem μασᾶσθαι vid. ad Vesp. 780.

718. κατέσπακας] de hoc verbo vid. ad vs. 107 et ad Ran. 576. Perfecti similis usus Vesp. 494, 561 Eupol. fr. 118 [2]).

720. εὐρὺν καὶ στενόν] proverbialem hanc fuisse locutionem, ut *alba nigris, quadrata rotundis miscere, susque deque habere,* ἄνω τε καὶ κάτω στρέφεσθαι, alia multa, noster locus docet. Significant igitur haec verba: *ea est mea calliditas ut plebe facere possim quidlibet.* Aliena autem hinc duco verbum αὐξάνεσθαι [3]), quod contulit Kock, et παχύς adiectivum [4]), de iis quibus bene est usurpatum [5]). Sed haud absimili metaphora isiciarius utitur infra [6]).

721. τουτογὶ] vid. ad Ran. 965.

722. *Non videberis in senatu me contumelia affecisse.* Vereor ut sana sint haec verba, quae sic interpretatur Kock: *vix credibile mox videbitur hominibus te...* [7]), Hartman autem: *non fiet psephisma, sat scio, cuius hoc sit exordium:* „ἐπειδὴ ὁ δεῖνα ἔδοξεν ἐν βουλῇ καθυβρίσαι Παφλαγόνα" κτέ.

723. εἰς τὸν δῆμον] i. e. εἰς τὴν ἐκκλησίαν [8]). — οὐδὲν κωλύει, | ἰδού] item vs. 972: ἰδού... οὐδὲν κωλύει.

---

[1]) Aristot. Rhetor. III 4. — [2]) Cf. aoristus gnomicus Ran. 1068 etc. — [3]) Vesp. 638. — [4]) Pac. 1170 etc. — [5]) Vid. ad Vesp. 288. — [6]) Vs. 1347 sq. — [7]) Item Willems: *„on ne se doutera guère que tu m'aies..."* — [8]) Cf. Vesp. 594 Thucyd. V 45 § 1.

ἰδού. βάδιζε, μηδὲν ἡμᾶς ἰσχέτω.
(Aedes adeunt ambo.)

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ὦ Δῆμε, δεῦρ' ἔξελθε.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

νὴ Δί', ὦ πάτερ,
ἔξελθε δῆτα, Δημίδιον ὦ φίλτατον.

(Per fenestram despicit Demus, senex grandaevus, debilis, mitis et stolidus.)

SCENA DECIMA QUARTA.

Isiciarius, Paphlago, Demus, Chorus.

ΔΗΜΟΣ.

τίνες οἱ βοῶντες; οὐκ ἄπιτ' ἀπὸ τῆς θύρας;
τὴν εἰρεσιώνην μου κατασπαράξετε.

---

725. Uni (Cleoni) totum tribuunt codd. plerique.

726. *δῆτα, Δημίδιον ὦ* Brunck] *δῆτ' ὦ Δημίδιον* codd.; Bentley scribebat *δῆτ' ὦ Δημακίδιον* (vid. vs. 823). Reiske Cleoni dabat verba *ὦ Δ. φ.*, Cobet *ὦ φίλτατε* scribebat, Cleoni id tribuens; vWilamowitz versum delet, sed verba tradita bene tuitus est Vahlen.

727. *ἀπὸ*] *ἐκ* R vitiose, hinc Bothe *ἐκτὸς* (male); Elmsley coniecit *οὐκ ἀπό*.

728. *κατασπαράξετε* Cobet] *κατεσπαράξατε* codd.; cf. Ach. 284.

---

724. Item Bdelycleon Vesp. 1264: *ἄγε νυν ἴωμεν· μηδὲν ἡμᾶς ἰσχέτω* [1]). Verbum *βαδίζειν* haud infrequenter ita adhibetur [2]).

725 sq. *νὴ Δί' ... ἔξελθε δῆτα*] verbum, quo alter est usus, ab altero sic iteratur addita particula *δῆτα*, quae urgentis est [3]).

726. *Δημίδιον ὦ φίλτατον*] item Ach. 475: *Εὐριπίδιον ὦ γλυκύτατον καὶ φίλτατον*, Thesm. 210: *Εὐριπίδη ὦ φίλτατε* [4]).

727. Simillima sunt verba Dicaeopolidis tibiarum cantu ex aedibus suis evocati: *οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν;* [5]).

728. Cf. Dicaeopolis Ach. 284: *Ἡράκλεις, τουτὶ τί ἐστι; τὴν χύτραν ξυντρίψετε.* Etiam Vesp. 399 *τῆς εἰρεσιώνης* fit mentio, ubi vid.

---

[1]) Cf. Pac. 949: *οὐδὲν ἴσχει... ἡμᾶς*, Eur. Iph. Aul. 661: *μ' ἴσχει...τι.* Praeterea vid. ad Ach. 127. — [2]) Thesm. 25, 617 etc. — [3]) Item vs. 749 Av. 269, 275 Thesm. 740 etc. Hinc apparet Wilamowitzium versum Eur. Herc. 899 iure suo ademisse choro, sic igitur legentem: *Amphitr. αἰαῖ κακῶν. Chor. αἰαῖ δῆτα κτἑ.* — [4]) Cf. etiam Nub. 746: *ὦ Σωκρατίδιον φίλτατον*, Vesp. 1512: *ὦ Καρκίν', ὦ μακάριε*, Av. 1271: *ὦ Πειθέταιρ', ὦ μακάρι', ὦ σοφώτατε*, Pac. 1198: *ὦ φίλτατ' ὦ Τρυγαῖε*, Eur. Cycl. 266: *ὦ κάλλιστον ὦ Κυκλώπιον*, Soph. Phil. 799: *ὦ τέκνον, ὦ γενναῖον.* — [5]) Ach. 864; vid. etiam Vesp. 456.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἔξελθ', ἵν' εἰδῇς οἷα περιυβρίζομαι.

(Foras prodit Demus.)

ΔΗΜΟΣ.

τίς, ὦ Παφλαγών, ἀδικεῖ σε;

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

διὰ σὲ τύπτομαι

ὑπὸ τουτουὶ καὶ τῶν νεανίσκων.

ΔΗΜΟΣ.

τιή;

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ὁτιὴ φιλῶ σ', ὦ Δῆμ', ἐραστής τ' εἰμὶ σός.

---

729. In R M post vs. 726 legitur. || *ἵν' εἰδῇς*] *ἵν' ἀθρήσῃς* vel *ἀθρήσων* Zacher (coll. Nub. 731 Pac. 538) sine causa idonea; vid. commentarius. || *περιυβρίζομαι* Elmsley] *περ ὑβρίζομαι* codd. (male igitur lecta est littera *π'*, quae utrumque significat).

---

729. *Huc ades, ut scias qualia mihi sint perpetienda dum tibi inservio* [1]). — *ἵν' εἰδῇς κτέ.*] sic loquitur qui contumelia affectus *ultorem* sibi petit; inest enim: *ut cum resciveris insignia exempla edas in meos obtrectatores* [2]). Saepe etiam ad eos *qui peccarunt* voce minaci dicitur *ἵν' εἰδῇς κτέ.*, *ut meliora edoctus nihil eiusmodi in te admittas posthac* [3]). Quae verba [4]) in certam locutionem ita abierunt, ut ibi quoque cum amara irrisione usurpentur, ubi nova scientia ei qui deliquerit parum sit profutura. Vid. Eur. Troad. 85 sq., ubi *Achaeorum corporibus* — Minerva ait ad Neptunum — *mare Aegaeum oppleamus, ὡς ἂν τὸ λοιπὸν τἄμ' ἀνάκτορ' εὐσεβεῖν | εἰδῶσ' Ἀχαιοί*, vel Soph. Ant. 310 sq.: *nisi hominem qui Polynicis corpus pulvere conspersit mihi ob oculos sistatis,* — Creontis sunt verba, — *οὐχ ὑμῖν Ἅιδης μοῦνος ἀρκέσει κτέ., | ἵν' εἰδότες τὸ κέρδος ἔνθεν οἰστέον | τὸ λοιπὸν ἁρπάζητε.* Item Lycus apud Euripidem Herc. 245: *vivos istos cremate, pedissequi, ἵν' εἰδῶσ' οὕνεχ' οὐχ ὁ κατθανὼν | κρατεῖ χθονὸς τῆσδ' ἀλλ' ἐγὼ τὰ νῦν τάδε.* Cf. etiam Soph. Oed. Col. 1377, ubi filiis suis mortem apprecatur senex, *ἵν' ἀξιῶτον τοὺς φυτεύσαντας σέβειν*, et Trach. 1110 Herculis de scelesta uxore verba: *προσμόλοι μόνον, | ἵν' ἐκδιδαχθῇ πᾶσιν ἀγγέλλειν ὅτι | καὶ ζῶν κακούς γε καὶ θανὼν ἐτεισάμην.*

732. *ἐραστής τ' εἰμὶ σός*] item vs. 1341 [5]). Sic Theorus Ach. 143 de Odrysarum rege Sitalce dicit: *φιλαθήναιος ἦν ὑπερφυῶς ὑμῶν τ' ἐραστὴς ὡς ἀληθῶς* [6]). Ubi addito *ὡς ἀληθῶς* significatur nonnisi per metaphoram hoc vocabulum sic potuisse usurpari. Non iocose autem sed

---

[1]) De verbo *περιυβρίζειν* vid. Vesp. 1319 Thesm. 535 Herodot. I 114 II 152 III 127 IV 159. — [2]) Cf. vs. 747. — [3]) Vid. Nub. 1461 Vesp. 376, 454. — [4]) Perinde atque nostrum: *ik zal je leeren.* — [5]) Vid. etiam vs. 1163 Av. 1279 Plat. Conv. 173 *b*. — [6]) *Hij was zoo waar op u verliefd.*

ΔΗΜΟΣ.

σὺ δ' εἶ τίς ἑτεόν;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀντεραστὴς τουτουί,
ἐρῶν πάλαι σου βουλόμενός τέ σ' εὖ ποιεῖν
ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ καλοί τε καὶ ἀγαθοί.
ἀλλ' οὐχ οἷοί τ' ἐσμὲν διὰ τουτονί. σὺ γὰρ
ὅμοιος εἶ τοῖς παισὶ τοῖς ἐρωμένοις·
τοὺς μὲν καλούς τε καὶ ἀγαθοὺς οὐ προσδέχει,
σαυτὸν δὲ λυχνοπώλαισι καὶ νευρορράφοις

735. καλοί τε] καλοί γε Lenting praeter necessitatem (vid. vs. 738 Nub. 101 etc.) nec sine sententiae detrimento (vid. commentarius).
737. Del. vWilamowitz.

singulari cum gravitate eandem metaphoram adhibens Pericles in oratione funebri [1]) cives iubet τῆς πόλεως ἐραστὰς γίγνεσθαι, *urbem suam eo amore amplecti quo quis amat sponsam dilectissimam.* Quapropter suspicor ipsius Cleonis dictum aliquod in ecclesia nuper auditum spectatoribus in mentem nunc revocari.

733. ἑτεόν] vid. ad Vesp. 8.

734 sq. τε ..ἄλλοι τε κτέ.] *cum et ego beneficiis cumulare te velim et multi alii ex optimatibus.* Ridicule igitur τοῖς καλοῖς τε καὶ ἀγαθοῖς [2]) sive bonis viris se ipsum annumerat botularius.

734. εὖ ποιεῖν] vid. ad Nub. 1175.

738—740. Pueros tu imitaris, o Deme; quos amatoribus generosis nequam homunciones praeferre quotidie videre est. — Simillima civibus suis exprobrant chorus Ran. 727 sqq. et Praxagora Eccl. 176 sqq. [3]). Voce λυχνοπώλαις designatur *Hyperbolus,* qui hoc anno strategus fuit [4]). Quem vero spectet comicus νευρορράφων sive *sutorum* [5]) mentionem faciens nescimus [6]), neque σκυτοτόμος quis hac aetate in rep. aliquid valuerit dicere habeo; certos tamen quosdam viros tangi veri videtur similius quam eo tantum consilio prolata esse haec nomina ut subiungi posset βυρσοπωλῶν mentio, quae vox utpote ultimum opprobrium in finem enunciati detrusa est.

739 sq. σαυτὸν...δίδως] idem hoc est quod χαρίζει [7]) sive quod infra [8]) dicitur εἶναί τινος [9]). Rei igitur amatoriae hoc verbum est aptissimum; sed etiam in universum dici potuit *dare se* sensu *arbitrio alicuius se permittendi,* idem igitur valens quod ἐπιτρέπειν [10]) et ἀνατιθέναι [11]). Sic ἑαυτόν τινι διδόναι etiam alibi [12]) usurpatur, idem autem dicitur ἑαυτόν τινι ἐπιδοῦναι [13]), — quod tamen in nostrum locum parum quadrat, quoniam de pueris ἐρωμένοις dici id non potuit.

[1]) Thucyd. II 43 § 1. — [2]) Nub. 101 etc. — [3]) Vid. etiam Pac. 683 sq. et supra vs. 185—193. — [4]) Vid. vs. 1313 et ad Nub. 1065 Vesp. 1007. — [5]) Xen. Cyr. VIII 2 § 5 Plat. Rep. 421*a* Euthydem. 294*b*, cf. Hesiod. Oper. 544. — [6]) Nam errat scholiasta *Lysiclem* hac voce designari perhibens. — [7]) Vs. 517. — [8]) Vs. 860. — [9]) Praeterea vid. ad vs. 215. — [10]) Vid. ad Ran. 529. — [11]) Vid. ad Nub. 1453. — [12]) Thucyd. I 33 § 2 II 68 § 7 Demosth. XVIII § 97 Soph. Phil. 84; vid. etiam Eur. Herc. 200 τὸ σῶμα δοῦναι et Soph. Phil. 972. — [13]) Thesm. 217 Plut. 781.

καὶ σκυτοτόμοις καὶ βυρσοπώλαισιν δίδως.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

εὖ γὰρ ποιῶ τὸν δῆμον.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

εἰπέ μοι, τί δρῶν;

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ὅ τι; στρατηγῶν, ὑποδραμὼν τοὺς ἐκ Πύλου,
πλεύσας ἐκεῖσε τοὺς Λάκωνας ἤγαγον.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγὼ δὲ περιπατῶν γ' ἀπ' ἐργαστηρίου

---

740. *-λαισιν δίδως*] *-λαις ἐπιδίδως* Cobet, sed vid. commentarius.

741. *μοι*] *μοι νῦν* R, *νῦν* V et plerique fortasse recte; sed constanter — plus quinquagies — apud comicos dici *εἰπέ μοι*, nec nisi Vesp. 996 legi *εἰπέ νυν*, ibi autem statim addi pronomen *μοι*, docuit vBamberg. Cf. tamen Eq. 1361.

742. *ὅ τι;* Elmsley] *ὅτι* sine interpunctione codd. || **στρατηγῶν* Mnemos. 1887 p. 460] *τῶν στρατηγῶν* codd. (*τὸν -γὸν* $Γ^2$ Ald.). || *ὑποδραμὼν* V R] *ὑπεκδραμὼν* codd. complures (cf. vs. 676). || *τοὺς* Bentley] *τῶν* codd. (*τὸν* $Γ^2$ Ald.). || Hunc versum alii aliter refinxerunt: *τῶν στρατηγῶν ὑποδραμόντων, ἀποδραμόντων, ὑποτρεμόντων* (vel *-σάντων*) *ἐκ Πύλου* coniecere Meineke CFHermann Kock, *τὸν στρατηγὸν ὑποδραμὼν τοὺς ἐκ Πύλου* Sauppe (*τὸν ἐν Πύλῳ* Weise). Equidem arbitror participium *στρατη-*

---

741. *Nec mirum Demum mihi se dare, qui beneficiis obstrictum eum teneam.* — *εἰπέ μοι*] vid. ad Ran. 39.

742 sq. *Quaenam sint illa beneficia rogas? Circumveni* [1]) *eos qui Pylo missi aderant, sumtoque munere strategi ipse cum classe illuc profectus Lacedaemonios huc adduxi captivos.* — Malis artibus deberi victoria illa Cleonis passim per nostram fabulam dicitur [2]). *Τοὺς ἐκ Πύλου* Paphlago nunc vocat eos qui Pylo a ducibus Athenas missi nunciarant periculum esse ne expugnari Sphacteria non posset; hos enim falsa referre in populi concione Cleon tunc perhibuerat [3]). Participium autem „*πλεύσας*", quod superbe admodum et magna cum gravitate a Paphlagone profertur, desumsit comicus ex ipsis Cleonis verbis, quibus coram populo est usus in concione illa, hominum sermonibus diu opinor celebrata, qua imperium ei extra ordinem est tributum. Tunc enim „*πλεῖν ἐπὶ τοὺς Λάκωνας*" cives iterum iterumque iussit, „*ῥᾴδιον γὰρ εἶναι, εἰ ἄνδρες εἶεν οἱ στρατηγοί, πλεύσαντας λαβεῖν τοὺς ἐν τῇ νήσῳ· καὶ αὐτός γ' ἄν, εἰ ἦρχε, ποιῆσαι τοῦτο.*" Cui in tuto naviganti cum cives obstrepentes „*τί οὐ καὶ νῦν πλεῖς;*" clamarent, iocantes primo et hominem *ἀθαλάττευτον ἀσαλαμίνιον* ridentes, mox vero serio *ἐπιβοῶντες*, ille provinciam in se delatam audacter recepit et *παρελθὼν πλεύσεσθαι ἔφη* — quaeque plura de eo refert Thucydides [4]).

744 sq. Perridicule isiciarius furtum a se perpetratum Paphlagonis illi faci-

---

[1]) De verbo *ὑποτρέχειν* vid. ad vs. 676. — [2]) Cf. vs. 55, (1161,) 1201. — [3]) Thucyd. IV 26 § 3. — [4]) Thucyd. IV 27 sq.

ἕψοντος ἑτέρου τὴν χύτραν ὑφειλόμην.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

καὶ μὴν ποιήσας αὐτίκα μάλ' ἐκκλησίαν,
ὦ Δῆμ', ἵν' εἰδῇς ὁπότερος νῷν ἐστί σοι
εὐνούστερος, διάκρινον, ἵνα τοῦτον φιλῇς.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ναί, ναί, διάκρινον δῆτα, — πλὴν μὴ ἐν τῇ πυκνί.

ΔΗΜΟΣ.

οὐκ ἂν καθιζοίμην ἐν ἄλλῳ χωρίῳ.
ἀλλ' εἰς τὸ πρόσθε! χρὴ παρεῖναι εἰς τὴν πύκνα.

(Locum editum in aedium vicinia, qui pro Pnyce est, adit Demus ibique considit.)

γῶν, quo comicus magna cum derisione nunc — ut vs. 1313 — est usus, pro genitivo substantivi στρατηγός habitum errorum causam extitisse; requiri autem participium docent versus 744 verba περιπατῶν δέ γε.

747. Δῆμ', ἵν' εἰδῇς] Δημίδιον, εἰθ' vHerwerden, coll. vs. 1207. Sed ἵνα necessarium est h. l., quoniam causa est reddenda cur in concionem cives convocari iubeat Paphlago; me autem iteratum ἵνα male non habet.

748. ἵνα τοῦτον R] ἵν' ἐκεῖνον V et plerique, ἢν τοῦτον Reifferscheid.

751. εἰς] ὡς Casaubonus (*ut olim*, ut Aesch. Ag. 19, 1436). || πρόσθε!] interpunxit Meineke. || χρὴ] (ἐ)χρῆν V alii (ut Pac. 1041 Av. 364 Thesm. 598 Plut. 624 etc.), quod nimiae est festinationis. || παρεῖναι] παριέναι vHerwerden (ut Ach. 43 Eccl. 129 Herodot. VIII 89), post πρόσθε sententiam non incidens.

---

nori opponit, singula eius verba imitatus: „*Praetor Pylum navigavi!*" ille clamavit: — „*nihil hoc est prae mea sollertia*", retorquet novus plebeculae patronus: „*namque ego nuper cum otiosus aliquantisper deambularem, ollam quam aliquis e sodalibus meis parabat surripui.*" In quo enunciato ἀπ' ἐργαστηρίου non iungo cum verbo ὑφειλόμην, ut fieri solet; quod si voluisset poeta, praepositione ἐξ usus additoque articulo dixisset ἐκ τοῦ ἐργαστηρίου. Nam nisi de *sua* officina suisque sodalibus loquitur isiciarius, vocis χύτρας molestus est articulus et ἕτερος pronomen vix potest explicari. Itaque περιπατῶν ἀπ' ἐργαστηρίου interpretor *obambulans post officium diurnum*, *recens ab officina.* Sic vir *ab excubiis* domum rediens ἀπὸ τείχους εἰσιέναι dicitur [1]), vel ἀπὸ δείπνου βαδίζειν dicuntur convivae qui epulas modo reliquerunt [2]), et οἱ ἀπὸ δείπνου sunt *coenati* [3]). Qualibus in locutionibus articulo non est locus.

747 sq. Cf. vs. 1207 sq.

747. ἵν' εἰδῇς] cf. vs. 729.

749. ναί, ναί, διάκρινον δῆτα] vid. ad vs. 725 sq.

751. ἀλλ' εἰς τὸ πρόσθε!] hoc quoque e vita desumtum; sunt enim praeconis ad populum verba: „πάριτ' εἰς τὸ πρόσθεν, ὡς ἂν ἐντὸς ἦτε τοῦ καθάρματος" [4]). Nostro loco omissum est verbum *procedendi.*

— χρὴ παρεῖναι εἰς τὴν πύκνα] magistratuum cives certum aliquem locum

---

[1]) Thesm. 495; cf. Av. 497. — [2]) Pac. 839. — [3]) Eccl. 694. Cf. etiam Vesp. 103. — [4]) Ach. 43 sq. Eccl. 129; praeterea cf. Ach. 242 Lys. 185, 302 Thesm. 645 Thucyd. VII 43 § 5 Plat. Conv. 174*d* etc.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(secum:)

οἴμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλ᾽. ὁ γὰρ γέρων
οἴκοι μὲν ἀνδρῶν ἐστι δεξιώτατος,
ὅταν δ᾽ ἐπὶ ταυτησὶ κάθηται τῆς πέτρας,

---

capessere iubentium verbum est *παρεῖναι*. Cf. Eccl. 283: *τοῖς μὴ παροῦσιν ὀρθρίοις εἰς τὴν πύκνα*, Ach. 172: *τοὺς Θρᾷκας παρεῖναι εἰς ἔνην*, Vesp. 937: *Λάβητι μάρτυρας παρεῖναι* etc.

753—755. Apte conveniunt versus, quibus Solon proximo saeculo cives suos increpuerat: *ὑμέων δ᾽ εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἴχνεσι βαίνει, | σύμπασιν δ᾽ ὑμῖν χαῦνος ἔνεστι νόος· | εἰς γὰρ γλῶσσαν ὁρᾶτε καὶ εἰς ἔπη αἱμύλου ἀνδρός, | εἰς ἔργον δ᾽ οὐδὲν γιγνόμενον βλέπετε* [1]). Quae verba in animo habuisse videtur Thucydides, cum Cleonem fecit Athenienses *θεατὰς μὲν τῶν λόγων ἀκροατὰς δὲ τῶν ἔργων* vocantem [2]), et clarius etiam respexit Cratinus [3]). Noster autem an etiam *χαυνοπολῖται* illud [4]) inde duxerit nescio. — Alienus vero hinc est vs. 956, ubi Cleon assimulatur laro *ἐπὶ πέτρας κεχηνότι*. Sed cf. vs. 1263, ubi *Κεχηναίων πόλις* ridicule vocantur Athenae, et vs. 1118, ubi *πρὸς τὸν λέγοντα κεχηνέναι* populus dicitur [5]). Ultima versus 755 verba citra spem sanandi corrupta duco [6]). Nam frustra me iudice ad ludum quendam popularem haec referuntur in scholiis: *ἐπειδὴ εἴωθε τὰ παιδία παίζοντα ἄνω ῥίπτειν τὰς ἰσχάδας καὶ τῷ στόματι αὐτὰς δέχεσθαι* vel filo e calamo suspensas ore captare [7]). Qualis cum puero comparatio hinc aliena mihi videtur, ubi non *mobilis aviditas* pingitur sed *tardus et veternosus stupor* [8]); senes enim neque hodie in eiusmodi ludis se torquent, neque Aristidis Periclisve aevo sic deridendos se praebere solebant, opinor, sed puerulis talia relinquebant. Accedit quod pueros ita ludentes non sedisse sed cucurrisse et subsiluisse suspicor. Denique *ἐμποδίζειν* est *impedire* [9]), *caricas* autem *impedire* dici potuisse eos qui caricas *ore prehenderent*, id quidem cras credam. Aristarchus vero participio *ἐμποδίζων*, quod *μασώμενος* interpretabatur, spectari *μελισσουργοὺς* apibus suis hiemali tempore pabula parantes sibi persuaserat. Veram interpretationem nescio an indicent verba quae in scholiorum farragine fere delitescunt: *ἢ ἐμφορούμενος. ἔνιοι δὲ ἀπὸ τοῦ τὸν σῦκα λαμβάνοντα χάσκειν.* Nam sic demum locum intellego si de sene stolido vultu et ore late diducto assidenti dicitur: „credas eum stomachum suum ficis opplevisse iamque post coenam nimis copiosam ducere vix posse spiritum." Sic apud Pherecratem alter alteri pessima quaevis imprecatus *ὦ δαιμόνιε*, ait, *πύρεττε μηδὲν φροντίσας, | καὶ τῶν φιβάλεων τρῶγε σύκων τοῦ θέρους, | καὶ ἐμπιμπλάμενος κάθευδε τῆς μεσημβρίας, | κᾆτα σφακέλιζε καὶ πέπρησο καὶ βόα* [10]). Sed comicus noster quibus verbis hoc vel simile quid dixerit, — nam multo festiviore fortasse usus est comparatione, — id omnino nescio. *Ὀπτωμέναις κόγχαισιν ἐπὶ τῶν ἀνθράκων* homines quosdam *ἀναχάσκοντας* assimulavit noster in Babyloniis [11]).

754. *τῆς πέτρας*] vid. ad vs. 313.

---

1) Solon. fr. 11; locum contulit Piccolomini. — 2) III 38 § 4. — 3) Cratin. fr. 128. — 4) Ach. 635. — 5) Vid. etiam Ran. 990 et supra ad vs. 651. — 6) Vid. annot. critica. — 7) Quem ludum etiamnunc in Italia vivere oculatus testis Piccolomini affirmat. — 8) Cf. vs. 651. — 9) Lys. 359 Herodot. IV 60 Philemon. fr. 164 etc. — 10) Pherecrat. fr. 80. Cf. Aristoph. fr. 463 Nicophont. 12 Eubul. 106. — 11) Fr. 68.

κέχηνεν ὥσπερ ἐμποδίζων ἰσχάδας.

ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 756—760).

(ad Isiciarium:)

νῦν δεῖ σε πάντα δὴ κάλων ἐξιέναι σεαυτοῦ,
καὶ λῆμα θούριον φορεῖν, καὶ λόγους ἀφύκτους,
ὅτοισι τόνδ' ὑπερβαλεῖ. ποικίλος γὰρ ἀνὴρ
καὶ ἐκ τῶν ἀμηχάνων πόρους εὐμήχανος πορίζειν.

---

755. ἐμποδίζων] verbum ignotum et obscurum; συμποδίζων Pökel, ἐμπαγίζων Ribbeck, ἐμβροχίζων Kock, ἐνστομίζων Zacher, infeliciter omnes. Verum latet.
756. δεῖ] δὴ V alii (δῆ R), ut Ach. 451 Vesp. 526 Lys. 327, 557 Eccl. 571. || δὴ] δεῖ V alii.
758. ἀνὴρ] ἀνὴρ codd.
759. εὐμήχανος πορίζειν Bentley] -νους -ζων codd.

---

756. *Nunc sane tota vela vento sunt pandenda!* [1]) Proverbiali hac locutione etiam Medea utitur apud Euripidem: ἐχθροὶ γὰρ ἐξιᾶσι πάντα δὴ κάλων [2]), et verbis audacter mutatis Iris Furorem incitans: φόνιον ἔξιει κάλων [3]). Sic Hippias apud Platonem Protagoram iubet μὴ πάντα κάλων ἐκτείναντα οὐρίᾳ ἐφέντα φεύγειν εἰς τὸ πέλαγος τῶν λόγων [4]), et hinc in Sisypho dialogo legimus: τὸ λεγόμενόν γε πάντα κάλων ἐφέντες [5]). Quo loco quod dicitur τὸ λεγόμενόν γε, id nostro loco et apud Euripidem inest particulae δή [6]). Suam vim verba obtinent Eur. Troad. 94: ὅταν στράτευμ' Ἀργεῖον ἐξιῇ κάλως. Idem autem significatur proverbiali locutione *omnem lapidem movere,* id est *nihil intentatum relinquere* [7]).

757. θούριον] poetica haec vox apud nostrum non redit [8]). Apud Homerum θοῦρος audiunt Mars et Aiax, θοῦρις autem dicuntur ἀλκή et ἀσπίς vel αἰγίς.

— φορεῖν] sic alibi iocose dicitur φορεῖν γόμφιον [9]), λόχμην [10]), πνεύμονα [11]), γλῶτταν [12]), ὀφθαλμόν [13]), κρέας [14]), in seria autem poetarum dictione ἦθος [15]) et similia [16]). Cf. epicum ἐπιϜειμένος ἀλκήν vel ἀναίδειαν [17]).

— ἀφύκτους] vid. ad Nub. 1229.

758. ποικίλος] vid. ad vs. 196.

759. *Verus Prometheus est iste.* Nam manifeste noster imitatur nunc Aeschyli de Prometheo versum, quem affert scholion: δεινὸς γὰρ εὑρεῖν καὶ ἐξ ἀμηχάνων πόρους [18]). Praeterea vid. Eccl. 236: χρήματα πορίζειν [19]) εὐπορώτατον γυνή, Eur. Iph. Taur. 1032: δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας, Iph. Aul. 356: τί δράσω; τίνα δὲ πόρον εὕρω ποθέν; Soph. Ant. 360, ubi de homine dicitur: παντοπόρος ἄπορος ἐπ' οὐδὲν ἔρχεται τὸ μέλλον. Denique huc faciunt Vesp. 308, ubi puer verba quaedam Pindari secutus „πόρον ἱρὸν" dicit viam salutis, et Thesm. 769, ubi Mne-

---

[1]) *Nu moogt ge wel alle zeilen bijzetten.* — [2]) Med. 278. — [3]) Herc. 837. — [4]) Protag. 338*a.* — [5]) Sisyph. 389*c.* — [6]) Quasi gallice dicas: *c'est le cas de le dire.* Vid. Ach. 315 de usu particulae ἤδη. — [7]) Eur. Heracl. 1002 etc.; praeterea vid. ad vs. 436 et Ran. 700. — [8]) Nam Ran. 1289 verba aliena afferuntur. — [9]) Plut. 1059. — [10]) Lys. 800. — [11]) Eupol. fr. 147. — [12]) Ephipp. fr. 23. — [13]) Adesp. fr. 388. — [14]) Eur. Cycl. 126. — [15]) Soph. Ant. 705. — [16]) Item nos *voeren* in locutionibus *een hoogen staat, toon voeren*; cf. etiam nostrum *er op na houden.* — [17]) *Α* 149 *Η* 164 etc. — [18]) Prom. 59. Cf. supra vs. 836, 843, 1229 sq. (etiamne fr. 645?) et vid. ad vs. 1019. — [19]) Cf. etiam Eccl. 825.

πρὸς ταῦθ' ὅπως ἕξει πολὺς καὶ λαμπρὸς ἐπὶ τὸν ἄνδρα.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλὰ φυλάττου, καὶ πρὶν ἐκεῖνον προσκεῖσθαί σοι, πρότερον σὺ
τοὺς δελφῖνας μετεωρίζου καὶ τὴν ἄκατον παραβάλλου.

---

760. ἐπὶ Cobet] ἐς codd.

761. προσκεῖσθαί σοι] προκεῖσθαί σοι V alii, προσικέσθαι σου R et Suidas s. v. δελφίς (cf. Aesch. Choeph. 1033); MSchmidt προϊκέσθαι σου coll. Hesychii glossa προϊκέσθαι· ἐφικέσθαι, at illic προσικέσθαι esse legendum multo probabilius statueris. || πρότερον R] -ρος V et plerique.

---

silochus πόρον ἐκ τοῦ Παλαμήδους vocat inventum ex Euripidis Palamede fabula sibi cognitum [1]). Est autem πόρος via per quam inclusis vel oppressis patet exitus [2]). Hinc *viae parandarum pecuniarum* (*redituum*) πόροι cum alibi dicuntur [3]) tum in titulo libri Xenophontis.

760. πρὸς ταῦτα] vid. ad Nub. 990 et ad Vesp. 927.

— ὅπως] vid. ad Nub. 489.

— ἕξει πολὺς καὶ λαμπρὸς ἐπὶ τὸν ἄνδρα] ad vs. 430 sq. vid. de verbi ἐξιέναι et adiectivi λαμπροῦ usu. Adiectivum πολύς proprie de vehementi procella vel flumine turgido dicitur [4]), hinc transfertur ad homines, e. g. Κλέων δ' ἐνταῦθα δὴ πολὺς ἐνέκειτο [5]). Cum toto autem versu cf. Vesp. 423: ἐπ' αὐτὸν ἵεσο.

761 sq. Nunc quoque, ut supra [6]), triremi in hostes irruenti assimulatur Cleon.

761. πρὶν ... πρότερον] vid. ad vs. 542.

— πρόσκεισθαί σοι] vid. ad vs. 245.

762. τοὺς δελφῖνας μετεωρίζου] sic vocabantur plumbi massae praegraves, quae catenis suspendebantur ex antennis, adversariorum triremibus naufragium minantes, si subito impetu demissae earum transtra et tabulata ipsasque costas navis perfringerent. Vid. Thucyd. VII 41 § 2: κεραῖαι ... ἀπὸ τῶν ὁλκάδων δελφινοφόροι ἠρμέναι et Pherecratis versus in scholiis allati: ὅδε δὴ δελφίς ἐστι μολιβδοῦς δελφινοφόρος τε κεροῦχος, | ὃς διακόψει τοὔδαφος αὐτῶν ἐμπίπτων καὶ καταδύων [7]). Quae machinae fuerintne εἰς δελφῖνα ἐσχηματισμέναι [8]) an aliam ob causam in nautarum lingua sic fuerint denominatae [9]), quis hodie pro certo affirmet! Non perpetuo autem remigum capitibus eas imminuisse, sed tum demum in altum esse sublatas cum in hostem pararetur incursio, cum per se intellegitur tum noster locus docet.

— τὴν ἄκατον παραβάλλου] loci contextus docet isiciarium hoc quoque *ad arcendum hostis ingruentis impetum* facere iuberi. Sed quomodo verbis id insit dubitatur. *Cymbam* parandam esse, *quae praebeat perfugium* si navis mergatur, contendit scholiasta: „ὡς εἴ τις κίνδυνος ἐκ τοῦ ἀνέμου <εἴη>, αὐτὴν ἐμβησόμενος" — manifestis erroribus implicatus; non enim *procellae* nunc assimulatur Paphlago, sed *navi longae*, neque *fugam* sed *proelium* parat isiciarius. Patet igitur cymbae mentionem hinc esse alienam. Neque ipsam triremem ἄκατον [10])

---

[1]) Vid. etiam adi. πόριμος Ran. 1429. — [2]) *Uitweg.* — [3]) E. g. Eccl. 653. — [4]) Ut μέγας Thucyd. II 5 § 2. — [5]) Thucyd. IV 22 § 2. Item Herodot. VII 14 Ar. Av. 488 Eur. Hipp. 443 etc.; vid. etiam Ran. 1221 Demosth. XXV § 57. — [6]) Vs. 692. — [7]) Pherecrat. fr. 12. Etiam *manus ferreae*, quarum mentio fit Thucyd. IV 25 § 4 et VII 62 § 3, c. 65, huc faciunt. — [8]) Ut scholia h. l. et Thucyd. l. l. perhibent. — [9]) ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν? — [10]) *Boot, schuit.*

SCENA DECIMA QUINTA.

Eidem.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

τῇ μὲν δεσποίνῃ Ἀθηναίᾳ, τῇ τῆς πόλεως μεδεούσῃ,
εὔχομαι, εἰ μὲν περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων γεγένημαι
βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα καὶ Κύνναν καὶ Σαλαβακχώ,
ὥσπερ νυνὶ μηδὲν δράσας δειπνεῖν ἐν τῷ Πρυτανείῳ·

---

763. Ἀθηναίᾳ V] -ῃ R et plerique, quod si verum est, poetae alicuius verba hic afferri cum Zachero statuamus necesse. Sed. vid. Pac. 271 et supra commentarius ad vs. 585.

764. τὸν] τῶν V R et fere omnes, quod glossema esse suspicatus vVelsen Δῆμον τονδὶ πάντων coniecit h. l. et vs. 832.

765. Σαλαβακχώ] -βάκχωι R, -βάκχαν cett.

---

nunc vocari credibile est, licet in Euripidis chorico Argivarum naves dicantur ποντοπόροι θοαὶ ἄκατοι [1]). Sed cum videam ἀκάτιον dici velum, quod ab altero malo in prora collocato suspenditur [2]), ipsum autem illum malum ἀκάτειον vocari [3]), inde efficio ἄκατον fuisse nomen *antennae*, ex qua suspensi erant delphini. Hanc igitur *obmove hosti* coryphaeus ait *et in eum intende*. Nimirum instante pugna haec κεραία sive antenna, quae in transversum tendere solebat, ita vertebatur ut ex altera eius extremitate supra proram eminenti delphini in navem hostilem praecipitari possent [4]). Itaque alienus a nostro loco est Ran. 269, neque huc faciunt Xenophontis loci [5]), ubi Conon et Lysander naves suas ὡς εἰς ναυμαχίαν parantes παραβάλλουσι τὰ παραρρύματα vel τὰ παραβλήματα, — pluteos opinor ligneos vel vimineos, navis utrumque latus protegentes, quibus cavebatur ne remi possent destringi ab hostibus praetervehentibus.

763. μεδεούσῃ] vid. ad vs. 585.

764. περὶ τὸν δῆμον] vid. ad vs. 812.

765. Ut Aiax unus omnium praestantissimus fuit τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλεΐωνα, sic Paphlago sumta superbia meritis scilicet quaesita perhibet nullum hominem Athenis sibi esse anteponendum — excepto Lysicle illo, cui in rep. administranda successit [6]), et famosissimis quibusdam meretriculis. Ridicule igitur nulli nisi vilissimo cuique nebuloni cedere paratum se dicit. *Cynnae* etiam alibi [7]) ad deridendum Cleonem fit mentio, et in Thesmophoriazusis [8]) se ipsum repetens comicus Cleophontem demagogum Salabaccho multo deteriorem dicit. Praeterea conferri possunt loci ubi Agathon poeta et Euripidis Musa assimulantur Cyrenae meretrici [9]).

766. *Etiam posthac publico sumtu epulari nulla de causa* [10]). Ridicule insertum est illud μηδὲν δράσας, *nullo strenuo facinore perpetrato* [11]), expectatur enim πολλὰ καὶ ἀγαθὰ δράσας τὴν πόλιν vel πλεῖστα τὸν δῆμον εὐεργετήσας vel eiusmodi quid.

---

[1]) Hec. 446; vid. etiam Theophil. com. fr. 6. — [2]) Epicrat. fr. 10 Xenoph. Hell. VI 2 § 27 etc. — [3]) Poll. I 91. — [4]) Vid. quae de similibus in Plataeensium muro machinis scribit Thucyd. II 76 § 4. — [5]) Hell. I 6 § 19 II 1 § 22. — [6]) De quo homine vid. ad vs. 132. — [7]) Pac. 755 = Vesp. 1032. — [8]) Thesm. 805. — [9]) Thesm. 98 Ran. 1328. — [10]) Vid. ad vs. 280 sq. — [11]) Cf. vs. 905.

εἰ δέ σε μισῶ καὶ μὴ περὶ σοῦ μάχομαι μόνος ἀμφιβεβηκώς,
ἀπολοίμην καὶ διαπρισθείην διατμηθείην τε λέπαδνα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ ἔγωγ', ὦ Δῆμ', εἰ μή σε φιλῶ καὶ μὴ στέργω, κατατμηθεὶς
ἑψοίμην ἐν περικομματίοις· κεἰ μὴ τούτοισι πέποιθας,
(mensulam suam indicans:)
ἐπὶ ταυτησὶ κατακνησθείην ἐν μυττωτῷ μετὰ τυροῦ,

767. ἀμφιβεβηκώς Dawes] ἀντιβεβηκώς vel -βληκώς codd.; *obnitendi* vel *repugnandi* verbum Ran. 202 vel Soph. El. 575 aptissimum est, hic vero ferri vix potest.
768. διατμηθείην] κατατμηθείην R non recte (cf. v. l. vs. 496), hoc enim facit qui *minutal* parat (vs. 769, cf. Ephipp. fr. 22), illud qui *lora*. Cf. Ach. 301.

767. Cf. oraculum quod de Paphlagone est redditum: περὶ τοῦ δήμου... μαχεῖται, | ὥς τε περὶ σκύμνοισι βεβηκώς [1]). Ubi quod περιβεβηκώς et nostro loco ἀμφιβεβηκώς dicitur, ex epica dictione est desumtum. Nempe miles qui sodalem prostratum [2]), canis quae catulos [3]) corpore suo tegit, ἀμφιβεβήκασιν αὐτούς, hinc autem de numinibus urbem suam tutantibus hoc verbum usurpatur [4]). — Paphlago ceterique demagogi nunquam non in ore habent illud: περὶ τοῦ δήμου μαχοῦμαι ἀεί! *democratiam tueri nunquam desinam!* [5]). Cum verbis εἰ δέ σε μισῶ cf. vs. 400: εἴ σε μὴ μισῶ κτέ.

768. Cf. Nub. 442 et 455 et vid. Herodoti locus de Spartae rege cerrito, qui ipse se ipsum in lora dissecuit [6]). Quo nihilo levius furens Caligula ille *multos honesti ordinis* leviusculas ob causas *medios serra dissecuit* [7]). Cuiusmodi horrores multos etiamnunc habet oriens, nam *tjingtjang* quid sit et Seres quomodo saeviant in maleficos novimus. — Λέπαδνα autem, quae vox apud nostrum non redit, sunt *lora* latiora, e. g. lora quibus equorum iugo iunctorum circumligantur pectora [8]). Cambyses Sisamnis iudicis iniqui cutem cum detraxisset, ἱμάντας ἐξ αὐτοῦ ἔταμε καὶ ἐνέτεινε τὸν θρόνον ἐς τὸν ἵζων ἐδίκαζε [9]). Ceterum cf. chori minae Ach. 301.

769 sq. Votum, quod Paphlago ex sua arte desumserat, leviter immutatum isiciarius suum facit: *et ego nisi te amo atque diligo, in minutal concisus fartum fiam!* [10]).

770. εἰ μὴ τούτοισι πέποιθας] *si nondum satis firmum hoc tibi videtur iusiurandum,* <*plus etiam dicam*> [11]).

771. ἐπὶ ταυτησί] nempe ἐπὶ τῆς τραπέζης, ἐπὶ τοῦ ἐλεοῦ quem secum attulit [12]). Sic in Acharnensibus Dicaeopolis caput suum ἐπιξήνῳ fortiter imponit mactandum ni patriae amantissimum se praestet [13]).

— κατακνησθείην ἐν μυττωτῷ μετὰ τυροῦ] vid. ad Vesp. 63. Dicebatur autem μυττωτός [14]) *moretum*, ex allio caseo aliis condimentis compositum [15]); quod in

[1]) Cf. vs. 1038 sq. — [2]) *E* 299 *Ξ* 477 *P* 4, 313. — [3]) Hom. υ 14. — [4]) *A* 37, 451 ι 198 Aesch. Sept. 175. — [5]) Vid. Vesp. 593, 666. — [6]) Supra ad vs. 214 allatus. — [7]) Si fas est credere Suetonio Calig. 27. — [8]) *E* 730 *T* 393. — [9]) Herodot. V 25. — [10]) Cf. vs. 372. — [11]) Simile brachylogiae exemplum habemus vs. 791; vid. ad Ach. 318. — [12]) Vid. ad vs. 152 et cf. vs. 1165 et de omisso substantivo ad Ach. 331. — [13]) Recte locum interpretatur scholion. — [14]) Ach. 174. — [15]) Descripsit poeta ignotus in carmine pseudovergiliano Moreto, Parthenii *Μυττωτόν* imitatus; etiam Sueium quendam Moretum scripsisse testatur Macrobius III 18 § 11.

καὶ τῇ κρεάγρᾳ τῶν ὀρχιπέδων ἑλκοίμην εἰς Κεραμεικόν.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

καὶ πῶς ἂν ἐμοῦ μᾶλλόν σε φιλῶν, ὦ Δῆμε, γένοιτο πολίτης;
ὃς πρῶτα μέν, ἡνίκ' ἐβούλευον, σοὶ χρήματα πλεῖστ' ἀπέδειξα
ἐν τῷ κοινῷ, τοὺς μὲν στρεβλῶν, τοὺς δ' ἄγχων, τοὺς δὲ μεταιτῶν,
οὐ φροντίζων τῶν ἰδιωτῶν οὐδενός, εἰ σοὶ χαριοίμην.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τοῦτο μέν, ὦ Δῆμ', οὐδὲν σεμνόν· καὶ ἐγὼ γάρ τοῦτό σε δράσω.

---

774. ,σοὶ Kock] σοι codd.; χρήματά σοι mavult Blaydes.
776. χαριοίμην R] -ζοίμην metro invito ceteri.
777. τοῦτό] ταὐτό vVelsen.

---

scena parari videmus Pac. 236 sqq., ubi saevus Belli deus in mortarium ingens conterenda iacit *allia* Megarica [1]) *porraque* Prasiana Siculumque *caseum* et *mel* Atticum.

772. *Et mea ipsius fuscina* [2]) *in Ceramicum protrahar.* His verbis competit id quod ad versum 355 observavi [3]); praeterea vid. Plut. 955 et supra vs. 365. De voce κρεάγρᾳ vid. ad Vesp. 1155. In *Ceramicum* autem quod protrahendum se offert, parum festiva et fere inepta mihi videtur explicatio quam in scholiis prolatam recepit Kock: *in locum ubi cives pro patria mortui sepeliuntur* [4]). Nam εἰ μὴ φιλεῖ τὸν δῆμον, eiusmodi honore indignissimus est isiciarius. Sed locus extra urbem, quo a κοπρολόγοις deferebantur cadavera bestiarum ceteraeque sordes quae in via publica tolerari non possent, significari mihi videtur. Verto igitur: in *sterquilinium publicum.*

774. ἡνίκ' ἐβούλευον] *quo tempore senator eram.* Cum nondum ad hodiernum strategi honorem evectus nihil essem nisi unus e quingentis senatoribus.

— σοὶ] sine emphasi verbo suo est praemissum [5]).

— ἀπέδειξα] *exhibui* [6]). Eodem sensu dicitur ἀποφῆναι [7]).

775. στρεβλῶν ... ἄγχων] in proverbialem quandam locutionem iunguntur nunc haec participia [8]). De verbo στρεβλοῦν vid. ad Ran. 615 sqq., de verbo ἄγχειν Vesp. 1039 et ad Nub. 988.

— μεταιτῶν] ilocalariter hoc quoque meritis suis apponit Paphlago, quod ipse partem aliquam lucelli sibi poposcerit semper [9]). Sic de Labe cane perorans testatur causae patronus: ἅττ' ἂν εἴσω τις φέρῃ, | τούτων μεταιτεῖ τὸ μέρος. εἰ δὲ μή, δάκνει [10]).

776. *Nihil curans singulos homines, si modo tibi gratum essem facturus* [11]). „Οὐ φροντίζω" — sic Paphlago secum — „τῶν ἰδιωτῶν οὐδενός, εἰ χαριοῦμαι τῷ δήμῳ" [12]).

777. οὐδὲν σεμνόν] *nihil insoliti* [13]). Cf.

---

[1]) Cf. Ach. 761. — [2]) Cf. vs. 839. — [3]) Nam scholiasta suam sibi habeat explicationem: τοῦτο οὐχ ἁπλῶς ἀλλ' ἀφ' ἱστορίας. — [4]) Av. 395 Thucyd. II 34. — [5]) Ut Ran. 615. — [6]) Cf. Plut. 210 Herodot. VIII 35 etc. — [7]) Demosth. XX § 77 etc. — [8]) Ut apud nostrates — olim certe — *galg en rad.* — [9]) Miro errore scholia explicant μεταιτῶν· τοὺς μὴ ὀφείλοντας δηλονότι. — [10]) Vesp. 971 sq.; praeterea vid. supra vs. 66. — [11]) „*Perissent les colonies!*" — [12]) Similis est verborum structura Xenoph. Anab. I 4 § 7: οἱ δ' ᾤκτιρον εἰ ἁλώσοιτο. Vid. etiam Plat. Menex. 245 *b*: βασιλεὺς ... ἐξῄτει τοὺς Ἕλληνας τοὺς ἐν τῇ ἠπείρῳ, ... εἰ μέλλοι συμμαχήσειν ἡμῖν. — [13]) *Niets bijzonders.*

ἁρπάζων γὰρ τοὺς ἄρτους σοι τοὺς ἀλλοτρίους παραθήσω.
ὡς δ' οὐχὶ φιλεῖ σ' οὐδ' ἔστ' εὔνους, τοῦτ' αὐτό σε πρῶτα διδάξω,
ἀλλ' ἢ διὰ τοῦτ' αὔθ' ὁτιή σου τῆς ἀνθρακιᾶς ἀπολαύει.
σὲ γάρ, ὃς Μήδοισι διεξιφίσω περὶ τῆς χώρας Μαραθῶνι,
καὶ νικήσας ἡμῖν μεγάλως ἐγγλωττοτυπεῖν παρέδωκας,
ἐπὶ ταῖσι πέτραις οὐ φροντίζει σκληρῶς σε καθήμενον οὕτως·
οὐχ ὥσπερ ἐγὼ ῥαψάμενός σοι τουτὶ φέρω. ἀλλ' ἐπαναίρου,

781. Μαραθῶνι Bentley] ἐν Μ. codd. metro invito.
783. ταῖσι Brunck] ταῖς codd.; ταῖσδε Lenting (de articulo omisso vid. ad Nub. 61).

οὐδὲν πονηρόν [1]), πάντα ἀγαθά [2]), οὐ θαῦμα [3]), alia, et de adiectivo σεμνῷ vid. ad Ran. 178.

778. παραθήσω] vid. ad vs. 52.

780. ἀλλ' ἤ] vid. ad Ran. 928.

— τῆς ἀνθρακιᾶς ἀπολαύει] maligne exprobrantis est victum quotidianum sic designare; sic alibi τα ἄλφιτα [4]) vel τὰ σιτία [5]) contemtim dicunt. Idem autem loquendi genus agnoscimus in verbis Telemachi: οὐ γὰρ ἀϜεργὸν ἀνέξομαι ὅς κεν ἐμῆς γε | χοίνικος ἅπτηται [6]). Collectivum ἀνθρακιά [7]) idem valet quod οἱ ἄνθρακες. In iis assabantur carnes pisciculi alia opsonia [8]).

781. διεξιφίσω] *digladiatus es*, διεμαχέσω τῷ ξίφει. Praepositio δια- in hoc verbo *contentionem* indicat, item in διορχεῖσθαι *saltando certare* [9]), διακεκραγέναι *clamoribus certare* [10]), διασπᾶσθαι *inter se raptare* [11]); qualia verba mediam formam habent, etiamsi simplex activi sit generis [12]).

— Μαραθῶνι] vid. Vesp. 711 et ad Nub. 986.

782. ἐγγλωττοτυπεῖν] similia vid. Nub. 792 Ran. 826.

783. Simillima dicit Bdelycleon in Vespis, ubi praesertim vid. vs. 672: σὺ δὲ τῆς ἀρχῆς ἀγαπᾷς τῆς σῆς τοὺς ἀργελόφους περιτρώγων.

— ἐπὶ ταῖσι πέτραις] vid. ad vs. 313 et Ach. 25.

— οὐ φροντίζει] ut alias verba ἥδεσθαι, χαίρειν, ἄχθεσθαι, προτιμᾶν [13]), sic nunc φροντίζειν additum sibi habet participium. De significatione autem verbi vid. ad Ran. 493 et cf. Cratin. fr. 302: ἡ δ' ἐφρόντιζ' οὐδὲ ἕν et notissimum illud: „οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ" [14]).

784. οὐχ ὥσπερ ἐγὼ ... φέρω] elegans haec est brevitas [15]); nam accuratius — id est moleste et putide — loquenti dicendum esset: οὐδὲν ὅμοιον ποιῶν ἐμοί, ὃς ... φέρω. Quod loquendi genus redit Plat. Protag. 341 *a*: σὺ ... ἄπειρος εἶναι φαίνει, οὐχ ὥσπερ ἐγὼ ἔμπειρος (εἰμί), Gorg. 522 *a*: τοὺς νεωτάτους ὑμῶν διαφθείρει τέμνων τε καὶ κάων ..., οὐχ ὥσπερ ἐγὼ ... εὐώχουν ὑμᾶς, Conviv. 179 *e*: *Orphei mortem dii* ἐποίησαν ὑπὸ γυναικῶν γενέσθαι, οὐχ ὥσπερ Ἀχιλλέα ... ἐτίμησαν, 189 *c*: *homines si scirent quid possit Amor, videntur mihi* θυσίας ἂν αὐτῷ ποιεῖν μεγίστας, οὐχ ὥσπερ νῦν τούτων οὐδὲν γίγνεται, Eur. Bacch. 928 sq.: ἀλλ' ἐξ ἕδρας σοι πλόκαμος ἐξέστηχ' ὅδε, | οὐχ ὡς ἐγώ νιν ὑπὸ μίτρᾳ καθήρμοσα, Eubul. fr. 42: ὡς δ' ἐδείπνει κοσμίως! |

[1]) Pac. 363. — [2]) *Optima quaevis*, vid. ad Ran. 302. — [3]) Vesp. 1139. — [4]) Vid. ad Nub. 176. — [5]) Vid. ad vs. 575. — [6]) Hom. τ 27 sq. — [7]) Vox redit Hom. *I* 213 h. Merc. 140, 238 Cratin. fr. 143. — [8]) Ach. 891 etc. — [9]) Vesp. 1499. — [10]) Infra vs. 1403 Av. 306. — [11]) Ran. 477, ubi vid. — [12]) Vid. Cobet Mnemos. 1858 p. 165 sq. — [13]) Ran. 638. — [14]) Herodot. VI 129 Hermipp. fr. 17. — [15]) *Heel anders dan ik, die ... breng.*

κᾆτα καθίζου μαλακῶς, ἵνα μὴ τρίβῃς τὴν ἐν Σαλαμῖνι.

(Culcitam imponit senis sedili.)

ΔΗΜΟΣ.

ἄνθρωπε, τίς εἶ; μῶν ἔκγονος εἶ τῶν Ἁρμοδίου τις ἐκείνου;

---

785. τρίβῃς] τριβῇς V alii vitiose. || τὴν ἐν] ἔτι τὴν Naber; vid. ad vs. 1334.

786. ἔκγονος] ἔγγονος V R alii. || τῶν Ἁρμοδίου] τῶν Ἁρμοδίων vVelsen (vid. Pac. 741 Av. 1701, 1703); Blaydes τοῦ γ' Ἁρμοδίου. || ἐκείνου Blaydes] ἐκείνων codd.

οὐχ ὥσπερ ἅλλαι τῶν πράσων ποιούμεναι | τολύπας ἔσαττον τὰς γνάθους κτέ. [1]), Demosthen. XXI § 218 *οὐ γὰρ ἐκ πολιτικῆς αἰτίας, οὐδ' ὥσπερ Ἀριστοφῶν ... ἔλυσε τὴν προβολήν ... κρίνεται* [2]).

— *ῥαψάμενος*] cf. Nub. 538. Culcitam unde nunc habeat isiciarius praestat non rogare; qui etiam infra [3]) seni offert dona, ex quotidiana certe sua supellectile non expromta. Ad rem quod attinet, cf. Xenoph. Hell. IV 1 § 30: *ῥαπτά, ἐφ' ὧν καθίζουσιν οἱ Πέρσαι μαλακῶς*, qualem fastum Agesilaus sprevisse illic dicitur. Neque rupium duritiem curabant Athenienses in concionem venientes, ubi solis magistratibus prytanibusque lignea quaedam erant sedilia [4]), et postea demum fuerunt, opinor, qui in theatrum culcitas secum afferrent [5]); Romae autem usque ad regnum Caligulae senatores *ἐπὶ γυμνῶν τῶν σανίδων* sederunt [6]). Sed triremium *remiges* utebantur pulvinari [7]), nates ne attererentur [8]). Quamquam grammaticos vocem *ὑπηρέσιον* sic explicantes suaviter ridet Naber [9]), cum Breusingio contendens Atheniensium remiges nullas habuisse culcitas, sed in duris scamnis sedisse, *λισφοπύγους* [10]) idcirco per iocum dictos [11]).

785. *τὴν ἐν Σαλαμῖνι*] *καμοῦσαν πυγὴν* additur in scholio. Et de substantivo quidem dubitari nequit, sed participium potius *ναυμαχήσασαν* vel *νικήσασαν* mente est supplendum. Nempe victoria navalis, quae remigum peritiae praesertim debebatur, demi podice reportata esse festive nunc dicitur. Sunt enim *οἱ ἐν Σαλαμῖνι milites qui Salamine dimicarunt*, ut *οἱ (ἐν) Μαραθῶνι marathonomachi* [12]) et Miltiades *ὁ ἐν Μαραθῶνι* [13]); hinc autem iocose noster, nomine proprio ut assolet abusus, *Ἀριστομάχην τὴν Μαραθῶνι* vocat victoriam illic reportatam [14]). Subsimili breviloquentia torvus Belli deus dicitur *ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν* [15]), siquidem illic supplendum est *τιλᾶν ποιῶν* [16]).

786. Harmodium et Aristogitonem *τοὺς τυραννοκτόνους* Athenienses insignibus honoribus coluerunt *ἐξ ἴσου τοῖς ἥρωσι καὶ τοῖς θεοῖς* [17]). In beatorum insulis degere credebantur [18]), eorumque posteris decreta est *ἡ ἐν τῷ Πρυτανείῳ σίτησις* [19]).

---

1) Scripsi *ἅλλαι* pro *ἄλλαι*. — 2) Vid. etiam Demosthen. Prooem. 35. — 3) Vs. 872, 883, 906, 909. — 4) Acharn. 25. — 5) Theophr. Char. 2. — 6) Dion. Cass. LIX 7. — 7) *ὑπηρεσίῳ*. — 8) Cratin. fr. 269 Hermipp. 54 Thucyd. II 93. Sic postea in galeis „les bancs étaient couverts d'un sac bourré de laine," quoniam remiges assurgebant et recidebant in subsellium, „qui ploiait en les recevant." Vid. Naber Mnemos. 1895 p. 242. — 9) L. l. p. 264—267. — 10) Fr. com. adesp. 1075 schol. Plat. Conv. 193*a* Poll. II 184. — 11) Vid. infra vs. 1368; *ὑπηρέσιον* autem ipse Naber interpretatur „sacculum in quo omnes suas reculas nauta secum portat." Sed hanc controversiam eo lubentius mitto quod a nostro loco aliena est. — 12) Thucyd. II 34 § 5 Demosth. XIV § 30. — 13) Plat. Gorg. 516*d*. — 14) Thesm. 806. — 15) Pac. 241. — 16) *Quem qui adspiciunt ἐγχέζουσιν*. Sic Zacher et vHerwerden. — 17) Demosth. XIX § 280 [Aristot.] Rep. Ath. LVIII § 1. — 18) Teste scolio notissimo. — 19) Dinarch. I § 101.

τοῦτό γέ τοί σου ἀληθῶς τοὔργον γενναῖον καὶ φιλόδημον.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(ad Demum:)

ὡς ἀπὸ μικρῶν εὔνους αὐτῷ θωπευματίων γεγένησαι!

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(ad Paphlagonem:)

καὶ σὺ γὰρ αὐτὸν πολὺ μικροτέροις τούτων δελεάσμασιν εἷλες.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

καὶ μὴν εἴ πού τις ἀνὴρ ἐφάνη τῷ δήμῳ μᾶλλον ἀμύνων
ἢ μᾶλλον ἐμοῦ σε φιλῶν, — ἐθέλω περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ πῶς σὺ φιλεῖς, ὃς τοῦτον ὁρῶν οἰκοῦντ' ἐν ταῖς πιθάκναισι

---

787. *τοί σου ἀληθῶς τοὔργον*] *τοί σ' ἀληθῶς αὐτουργον* R, *σου τοὔργον ἀληθῶς* (om. *τοί*) ceteri, Reisig *τοῦτ' αὐτό γέ τοι τοὔργον ἀληθῶς*, Bergk *τοῦτό γέ τοὐστὶν τοὔργον ἀληθῶς*, Ribbeck *τοῦτό γέ τοὐστὶν ἀληθῶς τοὔργον*, Kock *τοῦτό γέ τοί σου ἀληθῶς τοὔργον*. Equidem malim **τουτὶ γάρ τοι* (vel *σοι*) *ἀληθῶς τοὔργον*.

790. *πού τις*] *πώποτ'* Cobet.

792. *σὺ — τοῦτον*] *τοῦτον σὺ φιλεῖς, ὃς* Elmsley. || *τοῦτον ὁρῶν οἰκοῦντ'*] *ὁρῶν οἰκοῦντα τοῦτον* R. || *οἰκοῦντ' ἐν ταῖς*] *-ντα μὲν ἐν* Elmsley. Blaydes *ὅστις γ' οἰκοῦντ' αὐτὸν ὁρῶν ἐν*. || *πιθάκναισι*] *φιδάκναισι* Brunck e scholio Hesychio Moeride (cf. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 80). Probabilitate caret quod Blaydes coll. Thuc. II 52 § 1 proposuit *καλύβαισι*. Neque enim vitii causa apparet neque aptus sic est articulus.

---

787. Verba sic sunt ordinanda: *τοὔργον τοῦτό σού ἐστιν ἀληθῶς γενναῖον καὶ φιλόδημον*. Pronominis *σου* similis est usus Vesp. 1433: *ὅμοιά σου καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις τρόποις*, infra vs. 803: *ἃ πανουργεῖς ... σου*, vid. etiam Lys. 507 sq.: *ὑμῶν ... τῶν ἀνδρῶν ἅττ' ἐποιεῖτε*, infra vs. 985 sq.: *καὶ τόδε θαυμάζω τῆς ὑομουσίας αὐτοῦ*, *hoc quoque hominis invenusti factum demiror*. Voce autem *ἔργῳ* quodlibet facinus notabile indicatur, sive *strenue* gestum, ut h. l., sive *stulte, impudenter, improbe*, ut Ran. 563: *τούτου πάνυ τοὔργον*, Herod. Mimiamb. III 48: *τοῦ Μητροτίμης ἔργα Κοττάλου ταῦτα* [1]).

788. *Quantilli pretii sunt blandimenta, quibus te sibi conciliavit iste!* De praepositione *ἀπό* vid. ad vs. 538.

789. *Nempe tu quoque oblectamentis eum captavisti, et multo quidem magis nugatoriis quam haecce sunt mea.*

790 sq. Simillima verborum et sententia est et structura Ach. 317 sq. ubi vid. [2]).

791. *περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι*] vid. ad Nub. 644.

792. *καί*] vid. ad Nub. 210.

792 sq. *ἐν ταῖς πιθάκναισι | καὶ γυπαρίοις καὶ πυργιδίοις*] *in terrae penetralibus atque inter ipsas nubes* [3]). *Πιθάκναι* a *πίθοις* aut diversae omnino non erant aut iis simillimae [4]); nam *parva* dolia

---

[1]) Vid. etiam ad Nub. 1345 et Ran. 884. — [2]) Vid. etiam Vesp. 523. — [3]) *ἐν φωλεοῖς καὶ καλιαῖς* (schol.). — [4]) Etiam Plut. 546 Plat. com. fr. 114 Demosth. XXX § 28 commemorantur et a Polemone apud Athen. 483 *d*.

καὶ γυπαρίοις καὶ πυργιδίοις ἔτος ὄγδοον οὐκ ἐλεαίρεις,
ἀλλὰ καθείρξας αὐτὸν βλίττεις· Ἀρχεπτολέμου δὲ φέροντος

significari, id quidem non est credibile, licet a grammaticis perhibeatur [1]). In cellis igitur asservabantur, accuratius autem loquenti potius *inter dolia* habitare popellus dicendus fuisset; minime tamen absurde *in doliis* habitans fingitur nunc, quandoquidem sequens aetas Diogenem certe vidit ἐν πίθῳ degentem, et olim Eurystheus in dolium se coniecisse ferebatur ut Herculem Cerberumque effugeret [2]). Quae autem vocantur γυπάρια [3]) et mox πυργίδια, sunt aedicularum tabulata in altum extructa, ut hominibus intra urbis moenia se opprimentibus casulae qualescunque invenirentur omnibus [4]). Nisi de ipsis *moenium turriculis* nunc loquitur comicus, quod suspiceris collatis verbis Thucydidis: κατεσκευάσαντο δὲ καὶ ἐν τοῖς πύργοις τῶν τειχῶν πολλοὶ καὶ ὡς ἕκαστός που ἐδύνατο [5]). Quam misere autem inter multitudinem ἐν καλύβαις πνιγηραῖς διαιτωμένην [6]) plus semel grassata fuerit pestilentia, notius est quam ut hic enarretur.

793. ἔτος ὄγδοον] primo vere anni 431 Athenienses rusticos intra urbis moenia collegerunt archonte *Pythodoro* [7]), dein archontibus *Euthydemo* (431/430), *Apollodoro* (430/429), *Epaminone* (429/428), *Diotimo* (428/427), *Eucle* (427/426), *Euthyno* (426/425) est bellatum, et nunc archon est *Stratocles* (425/424). Sic efficitur numerus octonarius. Non recte autem autumaverit quispiam ab hoc loco discrepare verba Dicaeopolidis in Acharnensibus, qui uno anno ante fabulam nostram loquens ἕκτῳ ἔτει in praedium se redire dicit [8]); non enim archontum sed anni temporum habita ratione [9]) *sex* ait ille *anni iam praeterierunt postquam in urbem rure abii*, id quod ex asse verum est. Aliter rursus in Pace instituitur ratio, ubi sub belli Archidamii finem Graeci dicuntur τρία καὶ δέκ' ἔτη γλίχεσθαι [10]) ἤδη τῆς εἰρήνης [11]). Qui numerus ut vero sit consentaneus, turbae Corcyraeae et Potidaeae defectio bello sunt annumerandae; et potuere sane, immo debuerunt illic ei annumerari [12]).

— ἐλεαίρεις] poeticum verbum apud nostrum non redit.

794. καθείρξας αὐτὸν βλίττεις] *reclusum tenes, tuum lucrum inde faciens.* Assimulatur nunc urbs apum alveo; cives autem sunt apes, non sibi mellificantes sed rustico, qui „οὐδὲν φροντίζων τῶν ἰδιωτῶν" fumo eas suffocat, ut ceras melle completas impune possit suas facere. Sic Cleon populum ab agris suis seclusum fame tabescere, infinitis proeliis perire, peste deleri facile fert, dum ipsi „mel" illud in Prytaneo stet paratum inque ipsius loculos semper aliquid rapinarum redundet. — Verbum βλίττειν a stirpe μ(ε)λιτ ductum [13]) proprie significat *apum favos castrare* [14]), hinc translato sensu i. u. *spoliare* valet [15]).

— Ἀρχεπτολέμου] de pacis — vel potius Lacedaemoniorum — patrono hoc acerrimo vid. ad vs. 327.

[1]) Hesych. et Anecd. Bekk. p. 290. Errorem peperisse videtur deminutivum πιθάκνιον (Eubul. fr. 132 Lucian. XXV § 4). — [2]) Apollodor. II 5 § 7. — [3]) *Kraaiennesten. Specus subterraneos,* τρώγλας, interpretatur Hehn Culturpfl.[4] p. 437. — [4]) De voce πύργῳ vid. Demosthen. XLVII § 56: *cum uxor mea et liberi in aula meae prandenrent,* ὡς ἐπεισπηδῶσιν οὗτοι καὶ καταλαμβάνουσιν αὐτὰς καὶ ἥρπαζον τὰ σκεύη, αἱ μὲν ἄλλαι θεράπαιναι — ἐν τῷ πύργῳ γὰρ ἦσαν, οὗπερ διαιτῶνται — ὡς ἤκουσαν κραυγῆς, κλῄουσι τὸν πύργον· καὶ ἐνταῦθα μὲν οὐκ εἰσῆλθον, τὰ δ' ἐκ τῆς ἄλλης οἰκίας ἐξέφερον σκεύη. — [5]) Thucyd. II 17 § 3. — [6]) Ibid. c. 52 § 2, vid. etiam c. 14. — [7]) Thucyd. II 14. — [8]) Ach. 266, vid. etiam vs. 890. — [9]) Cf. Thucyd. V 20 § 2 sq. — [10]) Sic Blaydes. — [11]) Pac. 990. — [12]) Praeterea componi potest ille versus cum locis ad Ran. 50 a me allatis, ubi *tredecim* ita dicitur ut apud nos *een dozijn.* — [13]) Vid. ad Nub. 1001. — [14]) I. e. *spoliare.* Vid. Plat. Rep. 564*e*, Aristot. H. Anim. V 22 § 6 IX 40 § 24. — [15]) Vid. Lys. 475, et compositum ἀποβλίσαι Av. 498.

τὴν εἰρήνην ἐξεσκέδασας, τὰς πρεσβείας τ' ἀπελαύνεις
ἐκ τῆς πόλεως ῥαθαπυγίζων, αἳ τὰς σπονδὰς προκαλοῦνται.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἵνα γ' Ἑλλήνων ἄρξῃ πάντων. ἔστι γὰρ ἐν τοῖς λογίοισιν

796. ῥαθαπυγίζων] ῥοθοπ. schol. et Suidas.
797—800. Isiciario continuat R.
797. ἄρξῃ πάντων] πάντων ἄρξῃ R.

796. ῥαθαπυγίζων] verbum hoc alibi non obvium secundum veteres grammaticos significat σιμῷ τῷ ποδὶ τὸν γλουτὸν παίειν [1]), *pede porrecto alicuius nates percutere* [2]); id quod Sophocles his verbis indicavit: καὶ μὴν ὑβρίζων αὐτίκ' ἐκ βάθρων ὅλῳ | ῥυτῆρι κρούων γλουτὸν ὑπτίου ποδός [3]). Conferri autem potest Ranarum locus, ubi tardi cursoris πυγὴν ταῖς πλατείαις παίειν dicuntur cives irridentes [4]). Verbi exitus obscurus non est, prior autem pars ῥαθα- sono in mentem revocat substantivum epicum ῥαθάμιγγας [5]) sive *guttas* coeni vel cruoris, quae ex humido solo post rotas equorumque ungulas exsiliunt. Quae si cum verbo ῥαίειν cohaeret, ῥαθαπυγίζειν est ῥαίειν τὴν πυγήν. — τὰς σπονδὰς] cf. Thucyd. IV 22 § 3: οὔτε ποιήσοντας ἃ προυκαλοῦντο, V 37 § 5: τὰ εἰρημένα προκαλούμενοι. Addi poterat ὑμᾶς, quemadmodum Ach. 652 dicitur: ὑμᾶς οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν εἰρήνην προκαλοῦνται, vel Plat. Euthyphr. 5 *a*: αὐτὰ ταῦτα προκαλεῖσθαι αὐτόν.

797—799. *Ita sane, sed ut Graeciae principem eum reddam aliquando!* — Amara admodum his inest irrisio consiliorum Periclis, quae nunc exsequi conatur Cleon: detrimenta quidem et incommoda satis gravia aliquantisper toleranda fore civibus, in terra enim impares esse adversariorum copiis, sed si obdurarent et perferrent, fore ut devictis tandem hostibus cunctis Graecis imperitarent. Eadem igitur nunc pollicetur Paphlago: cives ἢν ἀναμείνωσιν, olim pro triobolo, quod nuper iis largitus est Cleon, quinas drachmae partes in diem accepturos; instare enim beatissima tempora vaticiniis dudum nunciata, quibus Demus non ex terrarum illo angulo, ubi Cecropis urbs delitescit, sed ex ipso centro Graeciae gentibus vicinis iussa sit daturus et Siculos Poenosque [6]) et longinqua Ecbatana [7]) suae dicioni subdita habiturus. — In somniis suis Cleones Alcibiadaeque viderunt regnum, cuius fines Alexander demum gladio suo descripsit. *Arcadiae* autem cur nunc fiat mentio intellegimus cum reputamus *Mantineam* Lacedaemoniis perpetuo fuisse infestam, et paucis annis post ad eam urbem ancipiti proelio pugnasse Lacedaemonios contra Argivos Atheniensium socios [8]). Praeterea comicus fortasse in mente nunc habet vetustum oraculum Lacedaemoniis redditum: Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς κτἑ. [9]), quae verba in dicterium abiisse testantur Diogenianus [10]) et Cicero [11]). Praeter expectationem autem non ἄρξαι vel eiusmodi quid dicit Paphlago, sed *stipem merere* [12]); quasi omnia insint τῷ ἡλιάσασθαι [13]).

[1]) Poll. IX 126, cf. Phot. s. v. — [2]) Item nostrates ad ultimam contumeliam significandam: *iemand met een schop onder zijn achterste wegjagen.* — [3]) Soph. fr. 938. — [4]) Ran. 1094—1096. — [5]) Hom. Λ 536 Υ 501 Ψ 502. — [6]) Vs. 174. — [7]) Vs. 1089. — [8]) Vid. praesertim Thucyd. VI 16 § 6 et supra ad vs. 465. — [9]) Herodot. I 66. — [10]) Diogenian. II 69. — [11]) Ad Attic. X 55 § 2. — [12]) Item vs. 1089. — [13]) De quo verbo vid. Vesp. 772 Phrynich. fr. 63 et Lysias in oratione deperdita apud Harpocrat. s. v. Ἡλιαῖα.

ὡς τοῦτον δεῖ ποτ' ἐν Ἀρκαδίᾳ ... πεντωβόλου ἡλιάσασθαι,
ἢν ἀναμείνῃ· πάντως δ' αὐτὸν θρέψω ἐγὼ καὶ θεραπεύσω,
ἐξευρίσκων εὖ καὶ μιαρῶς ὁπόθεν τὸ τριώβολον ἕξει.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐχ ἵνα γ' ἄρξῃ μὰ Δί' Ἀρκαδίας προνοούμενος, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον
σὺ μὲν ἁρπάζῃς καὶ δωροδοκῇς παρὰ τῶν πόλεων, ὁ δὲ δῆμος
ὑπὸ τοῦ πολέμου καὶ τῆς ὁμίχλης ἃ πανουργεῖς μὴ καθορᾷ σου,
ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης ἅμα καὶ χρείας τοῦ μισθοῦ πρός σε κεχήνῃ.
ἢν δέ ποτ' εἰς ἀγρὸν οὗτος ἀπελθὼν εἰρηναῖος διατρίψῃ
καὶ χῖδρα φαγὼν ἀναθαρρήσῃ καὶ στεμφύλῳ εἰς λόγον ἔλθῃ,

798. πεντωβόλου Kuster] πεντώβολον codd.; idem vitium Kuster correxit Pac. 254 Lys. 574.
802. ἁρπάζῃς] -ξῃς R, -σῃ(ι)ς V et plerique.
804. τοῦ Cobet] καὶ codd. vitiose, nihil enim h. l. est ὑπὸ μισθοῦ (*prae mercede*).
805. ἢν Dobree] εἰ codd.; Hirschig εἰ ... διατρίψει ... ἀναθαρρήσει et ἐλθὼν in fine vs. 806, fortasse recte. Subiunctivus tamen est vs. 579.
806. στεμφύλῳ] -λων V alii.

799. πάντως] vid. ad Ran. 263.
800. εὖ καὶ μιαρῶς] vid. vs. 256 et ad Nub. 99.
801. προνοούμενος] cf. Nub. 975.
802 sq. Idem crimen sobriis verbis in Cleonem iacit Thucydides: ἠναντιοῦτο τῇ εἰρήνῃ, ... γενομένης ἡσυχίας καταφανέστερος νομίζων ἂν εἶναι κακουργῶν καὶ ἀπιστότερος διαβάλλων [1]). De verbo δωροδοκεῖν vid. ad Ran. 361. Vox ὁμίχλη autem, quae cum voce πολέμῳ coniuncta ἓν διὰ δυοῖν efficit [2]), idem fere significat nunc quod καπνός Pac. 610. Nempe ὁμίχλη ποιμέσιν οὔ τι φίλη, κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνων est teste patre poeseos. Conferri potest Acharnensium locus, ubi senes τῆς δίκης τὴν ἠλύγην dicunt eam mentium perturbationem, qua quid ius quid iniustum sit non iam satis perspicitur, sed nebula quaedam vero praetenta esse videtur [3]). Genitivus σου denique ita est explicandus ut vs. 787.
804. τοῦ μισθοῦ] cf. vs. 256.
— πρός σε κεχήνῃ] vid. ad vs. 651.
805. Rusticis, qui belli initio praedia sua hostibus reliquerunt urenda et diripienda, χαλεπῶς διὰ τὸ ἀεὶ εἰωθέναι ἐν τοῖς ἀγροῖς διαιτᾶσθαι ἡ ἀνάστασις ἐγένετο [4]), iamque intra moenia inclusi ἀποβλέπουσιν εἰς ἀγρόν [5]), illuc ἀνερπύσαι δαιμονίως βουλόμενοι [6]). Itaque viri qui pacem reducere avebant ἐν τοῖς γεωργοῖς omnem spem ponebant [7]), τοὺς αὐτουργοὺς μόνους τὴν γῆν σῴζειν cum Euripide rati [8]). Demus autem postquam in fine nostrae fabulae resipuit pristinasque vires recuperavit, acceptis ταῖς τριακοντούτισι σπονδαῖς abit εἰς τοὺς ἀγρούς [9]), perinde atque Dicaeopolis [10]).
806. χῖδρα] sic frumenti vel hordei [11])

[1]) Thucyd. V 16 § 1. — [2]) Ut χρησμοὶ καὶ τὸ Πυθικόν (?) vs. 220, Ἀθηναίους καὶ τὸν δῆμον vs. 811, κυλίχνιον καὶ φάρμακον vs. 906, κριθὰς καὶ βίον vs. 1101, πτέροισι καὶ ῥοιζήμασιν Av. 1182. — [3]) Ach. 684. — [4]) Thucyd. II 14. — [5]) Ach. 32. — [6]) Pac. 585. — [7]) Pac. 511. — [8]) Orest. 920. — [9]) Vs. 1394. — [10]) Ach. 201 sqq.; vid. etiam fr. 107 et adesp. 133. Etiam Xen. Hell. V 2 § 7 dignus qui conferatur est locus. — [11]) Immaturi?

γνώσεται οἵων ἀγαθῶν αὐτὸν τῇ μισθοφορᾷ παρεκόπτου,
εἶθ' ἥξει σοι δριμὺς ἄγροικος, κατὰ σοῦ τὴν ψῆφον ἰχνεύων.
ἃ σὺ γιγνώσκων τόνδ' ἐξαπατᾷς καὶ ὀνειροπολεῖς περὶ σαυτοῦ.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οὔκουν δεινὸν ταυτί σε λέγειν δῆτ' ἔστ' ἐμὲ καὶ διαβάλλειν
πρὸς Ἀθηναίους καὶ τὸν δῆμον, πεποιηκότα πλείονα χρηστά,
νὴ τὴν Δήμητρα, Θεμιστοκλέους πολλῷ περὶ τὴν πόλιν ἤδη;

---

808. τήν] τε Palmer (coll. Av. 257). || ἰχνεύων] immerito addubitavit Reiske; vid. commentarius.
809. σαυτοῦ] αὐτοῦ vHerwerden coll. vs. 797 sq.
811. Ἀ. καὶ τὸν δ.] Halbertsma τὸν δ. τὸν Ἀθηναίων (ut vs. 764); sed vid. commentarius.

---

grana cocta [1]) vocabantur [2]). Vox redit Pac. 595 [3]).

— στεμφύλῳ] *olivis unde expressum est oleum* [4]), vili profecto cibo.

— εἰς λόγον ἔλθῃ] locutio εἰς λόγον (-ους) ἐλθεῖν vel συνελθεῖν [5]) proprie dicta significat *hominem aliquem adire* [6]). Sed in sermone quotidiano iocose dicitur *cibum adire, aggredi, alloqui*; e. g. συνὼν κορακινιδίοις καὶ μαινιδίοις [7]), ξυγγενέσθαι μάζαις [8]), ξυνεγιγνόμην ἀεὶ τοῖς ἀγαθοῖς φάγροισιν [9]), ἵνα σπλάγχνοισι συγγενώμεθα [10]). Etiam verba προσειπεῖν (*salutare*) βούλομαι τὰς ἀμπέλους et similia [11]) conferri possunt, neque hinc alienum est φροντίσι συγγίγνεσθαι [12]).

807. τῇ] i. e. τῇ σῇ, quam extollere soles, utpote singulare beneficium [13]).

— παρεκόπτου] cf. vs. 859 et Nub. 640 [14]).

808. *Tunc huc in urbem tibi redibit, acer rusticus denuo factus et calculum circumspiciens quo te petat* [15]). Acharnenses illos cogitemus εἰς τοὺς τρίβωνας τῶν λίθων ξυλλέγοντας et Βαλλήναδε βλέποντας [16]). Consulto autem ψῆφον nunc dicit isiciarius, non λίθον, quoniam non vi et pugnis sed *suffragiis* Cleonem ulturus est populus ὀστρακίνδα βλέπων [17]). Verbum ἰχνεύειν redit Thesm. 662.

— δριμύς] *asper* [18]).

— ἄγροικος] vid. vs. 41.

809. ὀνειροπολεῖς περὶ σαυτοῦ] *de te ipso somnia narras* [19]). Collatis vs. 1090 et Vesparum fabulae initio [20]) suspicetur quispiam aut ipsum Cleonem aut unum ex eius sodalibus nuper — quae erat illorum temporum superstitio — somnium aliquod coram populo rettulisse.

810. οὔκουν δεινὸν ... δῆτα] vid. ad vs. 609 et ad Nub. 399.

811. Ἀθηναίους καὶ τὸν δῆμον] idem quod τὴν πόλιν καὶ τὸν δῆμον (vid. ad vs. seq.).

812. περὶ τὴν πόλιν] non cives tantum et rempublicam sed etiam urbis moenia

---

[1]) *Gort.* — [2]) Vid. Nicander apud Athen. 126*b*—*d*, Pollux VI 62. — [3]) Vid. etiam fr. 889 et ad fr. 682, Alcman apud Athen. 648*b*. — [4]) Cf. Nub. 45 fr. 392 Phrynich. 38 Antiphan. 79 Anaxandr. 41[56] Alex. 196 Diphil. 87. — [5]) Infra vs. 1300. — [6]) Vid. ad Nub. 470. — [7]) Pherecrat. fr. 56. — [8]) Teleclid. fr. 38. — [9]) Eupol. fr. 38. — [10]) Teleclid. fr. 108. — [11]) Pac. 557; vid. ad Ach. 266. — [12]) Infra vs. 1291, ubi vid.; cf. etiam vs. 410. — [13]) De re vid. vs. 1352. — [14]) De quo loco vid. supra ad vs. 318. — [15]) καταδικάσαι προῃρημένος (schol.). — [16]) Ach. 184, 234. — [17]) Vs. 855, cf. etiam vs. 1150. — [18]) Cf. Vesp. 278 Pac. 349 Av. 255 Plat. Theaet. 173*a* etc. — [19]) De verbo vid. ad Nub. 16. — [20]) Vesp. 13 sqq.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

„ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει!" σὺ Θεμιστοκλεῖ ἀντιφερίζεις;
ὃς ἐποίησεν τὴν πόλιν ἡμῶν μεστήν, εὑρὼν ἐπιχειλῆ·

814. μεστὴν εὑρὼν ἐπιχειλῆ] ultimum adiectivum *plenam* interpretati recentiores pro μεστὴν coniecerunt λεπτὴν (sic Kock coll. Eccl. 539) aliaque eiusmodi, sed ferri sic non potest verborum ordo. Minus displicet quod Kock postea proposuit: μεστὴν ἰσχυρὰν ἐπιχειλῆ, adiectivum ἰσχυρός tamen ab hac imagine est alienum; quapropter Starkie tentavit μεστὴν πυρῶν, ἐπιχειλῆ (*full of wheat — even to the brim*), vIJzeren μεστήν, ἀγαθῶν ἐπιχειλῆ, equidem malim certe μεγάλην ἀγαθῶν τ' ἐπιχειλῆ. Sed vid. commentarius.

a Themistocle erecta nunc cogitat Paphlago; frequenter autem dicebatur: ἄνδρα ἀγαθόν (εὔνουν alia) εἶναι vel γίγνεσθαι περὶ τὴν πόλιν [1]) vel περὶ τὸν δῆμον [2]), unde etiam in nostrum locum irrepsit praepositio inutilis περί. Utrumque coniunctum est Plut. 567, ubi oratores dicuntur περὶ τὸν δῆμον καὶ τὴν πόλιν δίκαιοι εἶναι — quamdiu sint pauperes; in Acharnensibus autem coryphaeus expostulat, poetae inimicos famam eius rodentes perhibere ὡς κωμῳδεῖ τὴν πόλιν καὶ τὸν δῆμον καθυβρίζει [3]). Idem loquendi genus agnoscimus vs. 1208 iocose detortum [4]).

813. ὦ — λέγει] haec verba, quibus etiam Paupertas Plut. 601 utitur, Paphlago [5]) habet ex Euripidis Telepho, quam fabulam his annis saepius vellicavit comicus [6]). Conferri possunt praeterea quae affert scholion nutricis Euripideae verba [7]): κλύεθ' οἷα λέγει! et Adrasti [8]): ὦ πόλις Ἀργεία, τὸν ἐμὸν πότμον οὐκ ἐσορᾶτε; — Telephi verbis etiam infra [9]) utitur Paphlago, nunc autem heroem tragicum festivissime παρῳδεῖ; nam apud *Argivos* aliquid hoc tempore molitum esse Cleonem supra claris verbis dictum est [10]).

— ἀντιφερίζεις] epicum hoc verbum [11]) vs. 818 redit.

814. Themistocli Plutarchus haec tribuit verba: λύραν μὲν ἁρμόσασθαι καὶ μεταχειρίσασθαι ψαλτήριον οὐκ ἐπίσταμαι, πόλιν δὲ μικρὰν καὶ ἄδοξον παραλαβὼν ἔνδοξον καὶ μεγάλην ἀπεργάσασθαι [12]). Sic Augustus *marmoream se relinquere Romam, quam latericiam accepisset* [13]) moriens gloriebatur [14]). Τὸν ἐπὶ Θεμιστοκλέους βίον Τηλεκλείδης ἐν Πρυτάνεσιν ἁβρὸν ὄντα παρέδωκεν [15]).

— ἐπιχειλῆ] adiectivum apud veteres alibi non obvium ἐνδεᾶ vel ἐλλιπῆ interpretantur grammatici [16]), neque alium sensum contextus admittit [17]); sequendus autem videtur Willems, qui proprie poculum ἀνατετραμμένον, *inversum*, *vacuum* igitur, sic dictum esse perhibet, ἐπὶ τὰ χείλη sive τὸ στόμα κείμενον [18]). —

1) Ach. 663, 698 Lys. XXXI § 28. — 2) Vs. 764, 831, 873 sq. — 3) Ach. 631. Vid. etiam supra vs. 273. — 4) Alienum vero hinc duco versum 477, ubi vid. annot. critica. — 5) Testibus scholiis. — 6) In Acharnensibus et Nubibus. — 7) Med. 168. — 8) Suppl. 808. — 9) Vs. 1240. — 10) Vs. 465 sq., ubi vid. — 11) Φ 357 etc. — 12) In vita c. 2. — 13) γηΐνην παραλαβών. — 14) Suet. Aug. 28. — 15) Teste Athenaeo 553*e*. Vid. infra ad vs. 1382 sq. — 16) Scholia Suidas Pollux II 89 IV 189 V 133 Hesychius. — 17) Quapropter multi philologi versum corruptum habuerunt (vid. annot. crit.), collatis adiectivis ἰσοχειλεῖ (Xen. Anab. IV 5 § 26 Aristot. H. Anim. IV 9 § 6), ὑπερχειλεῖ (Hesych.), αὐτοχειλεῖ (Soph. fr. 133) *usque ad labra repletum* intellegentes cum seris imitatoribus Themistio XIII p. 174 et Synesio p. 57. — 18) Cf. Athen. 501*d*; confert autem similis conformationis adiectivum ἐπίπλευρον *couché sur le flanc*. Equidem nescio an praeterea prosit collata gallofrancorum locutio *être sur les dents* (= *aux abois*).

καὶ πρὸς τούτοις ἀριστώσῃ τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν,[2]
ἀφελών τ' οὐδὲν τῶν ἀρχαίων ἰχθῦς καινοὺς παρέθηκεν.
σὺ δ' Ἀθηναίους ἐξήτησας μικροπολίτας ἀποφῆναι,
διατειχίζων καὶ χρησμῳδῶν, — ὁ Θεμιστοκλεῖ ἀντιφερίζων!

[2] er hat den P. mit der Stadt verbunden

815 sq. Suspicor verum verborum ordinem hunc esse: *ἀφελών τ' οὐδὲν τῶν ἀρχαίων τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν, | καὶ πρὸς τούτοις ἀριστώσῃ καινοὺς ἰχθῦς παρέθηκεν. Nam ἀριστώσῃ ex verbo ambiguo προσμάττειν potuit nasci, sed sine causa positum in textu vulgato minus placet; qui hoc praeterea habet incommodi, quod non τοῖς ἀριστῶσι sed τοῖς ἀριστήσουσιν hominibus pinsi solet polenta.

Vini potissimum mentionem nunc fieri, ut mox coenae, quod sunt qui statuant, non crediderim, quoniam ἐπιπίνεται vinum, non cibis praemittitur.

815. De hoc loco Plutarchus disputans acute observavit potius dicendum fuisse Themistoclem τὴν πόλιν ἐξάψαι τοῦ Πειραιῶς καὶ τὴν γῆν τῆς θαλάττης [1]). *Moenibus cinctus* est Piraeus a Themistocle, viginti autem annis post — Cimonis Periclisque aetate — longis qui dici solent muris urbi *iunctus* [2]).

— προσέμαξεν] *affinxit, iunxit*, iocose pro προσῆψεν nunc dictum. Cf. Theocrit. XII 32: ὅς δέ κε προσμάξῃ γλυκερώτατα χείλεσι χείλη, Soph. Trach. 1053: πλευραῖσι προσμαχθὲν ἀμφίβληστρον [3]).

816. Post cibum (μᾶζαν) commemoratur opsonium. Ridicule autem praeter cetera beneficia, quibus urbem suam Themistocles ille cumulavit, hoc quoque laudi ei vertitur, quod exinde non rancidulis piscibus [4]) sed recens captis [5]) vesci licuerit Atheniensibus. — Meminimus quid in senatu de apuis Phalericis modo turbatum fuerit teste botulario.

Loci autem sensum bene reddidit Willems: „Athènes au sein de l'abondance, „ne se contente plus du δεῖπνον. Elle „s'offre le luxe de déjeuner, de déjeuner „à la fourchette, comme on dirait actu„ellement: car elle se fait servir une „grande variété de poissons."

817 sq. Prisci illi cives agri sui erant amantissimi, neque longinquorum Sacarum Poenorumve terras appetebant. Non illi urbis nostrae nervos succidere, non illi in brevius eius fines contrahere studebant; sed quod pauperum oppidanorum vitam nunc vivimus intra moenia nostra occlusi, et stomachum latrantem vaticiniis delenire iubemur, in te tuisque huius rei est culpa, qui malis artibus prohibetis quominus fiat pax [6]). — Vox μικροπολῖται etiam alibi legitur [7]), cf. substantiva comica χαυνοπολῖται [8]) et διαδρασιπολῖται [9]). Διατειχίζειν interpretor *populum muro interposito a suis praediis secludere*, sive intra urbis moenia cohibere; quod supra καθεῖρξαι est dictum [10]). Χρησμοὺς ᾄδειν Paphlago dicitur etiam vs. 61, ubi vid.

[1]) Themist. 19. — [2]) Thucyd. I 93 § 3—8, 107 § 1, 108 § 3 [Xenoph.] de Rep. Ath. II § 15 sqq. — [3]) Vid. etiam Theocrit. III 29. — [4]) τριταίοις fr. 387. — [5]) καινοῖς, *versche visch*. — [6]) Simillima sunt Lysiae de *Theramene* verba XII § 63: οὔ μοι δοκοῦσιν ἴσου ἄξιοι γεγενῆσθαι (Θεμιστοκλῆς καὶ Θηραμένης)· ὁ μὲν γὰρ Λακεδαιμονίων ἀκόντων ᾠκοδόμησε τὰ τείχη, οὗτος δὲ τοὺς πολίτας ἐξαπατήσας καθεῖλε. — [7]) Xen. Hell. II 2 § 10 Aeschin. II § 120, adiectivo autem μικροπολιτικῷ Aristophanes usus est alibi, si fides Polluci IX 25. — [8]) Ach. 635. — [9]) Ran. 1014. — [10]) Vs. 794. Aliter interpretatur nostrum locum Willems, qui collato verbo διιστάναι (Vesp. 41) vertit: „élever des murs de séparation entre les citoyens = les diviser politiquement," hac certe in re mecum faciens quod de veris *muris* in urbe a Cleone *interstructis* sermonem non fieri probe sensit.

καὶ ἐκεῖνος μὲν ἔφευγεν τὴν γῆν, σὺ δ' ἀχιλλείων ἀπο... μάττει.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οὔκουν ταυτὶ δεινὸν ἀκούειν, ὦ Δῆμ', ἐστίν μ' ὑπὸ τούτου,
ὁτιή σε φιλῶ;

ΔΗΜΟΣ.

παῦ' ὦ οὗτος, καὶ μὴ σκέρβολλε πονηρά.
πολλοῦ δὲ πολύν με χρόνον καὶ νῦν ἐλελήθης ἐγκρυφιάζων.

---

819. ἔφευγεν vHerwerden] φεύγει codd.
821. ὦ οὗτος Bentley] οὑτοσὶ codd. metro invito; vVelsen νῦν παῦ' οὗτος, Dindorf ὦ παῦ' οὗτος, Anz 'γώ; — παῦ' οὗτος.
822. με] μὲν R. || ἐλελήθης] -θεις codd.

---

819. σὺ δ' ἀχιλλείων ἀπο... μάττει] *tu vero dum in Prytaneo matteis te ingurgitas* [1]), *paniculis manus tibi deterges.* — Insanae profecto luxuriae erat τὸ ἀπομαγδαλιαῖς [2]) χρῆσθαι ἀχιλλείοις. Nam ἀχιλλείους μάζας fuisse optimae notae nec vulgarium hominum palato factas, docent verba Pherecratis, ubi inter cetera aurei aevi bona commemorantur ποταμοὶ ζωμοῦ μέλανος ἀχιλλείοις μάζαις κοχυδοῦντες [3]), et propius etiam ad nostrum locum accedunt Cratini versus: βασιλεὺς Κρόνος ἦν τὸ παλαιόν, | ὅτε τοῖς ἄρτοις ἠστραγάλιζον, μᾶζαι δ' ἐν ταῖσι παλαίστραις | Αἰγιναῖαι κατεβέβληντο [4]) et Teleclidis: μήτρας δὲ τόμοις καὶ χναυματίοις οἱ παῖδες ἂν ἠστραγάλιζον [5]). Voce ἀχιλλείοις etiam Sophoclem [6]) usum esse testantur grammatici. Et quoniam nullus iam adest Thearion vel Mithaecus, nominis originem haud facilius hodie explicuerit quispiam quam nostrorum pistorum vocem *kadetjes* vel *profetenbroodjes.* Neque Tryphonem, cum ἄρτων et μαζῶν varia nomina conquireret, de ἀχιλλείοις certi quid scribere habuisse, apparet e verbis Athenaei [7]). Scilicet non vivacia sunt talia nomina. — Acute denique observavit Kock, dativum ἀχιλλείοις expectari [8]), sed genitivo nunc uti isiciarium, quasi ἀπολαύεις additurus sit. Quapropter puncta τὸ ἀπροσδόκητον indicantia inserui equidem.

820. Cf. Soph. Ai. 1235: ταῦτ' οὐκ ἀκούειν μεγάλα πρὸς δούλων κακά;

821. παῦε] vid. ad Ran. 122.

— οὗτος] vid. ad Vesp. 1.

— σκέρβολλε] verbum non redit. In scholiis ποίκιλλε est adscriptum ex sententia Callimachi, cuius afferuntur verba: σκέρβολα μυθήσαντο [9]).

822. *Vel sic satis diu me ludificasti.*

— πολλοῦ... πολύν] i. e. πάμπολυν. Cf. Ran. 1046 [10]).

— ἐλελήθης] plusquamperfecti sive imperfecti hic usus ex locutione ἦν ἄρα et similibus est notissimus [11]). *Dudum me latebas — ut sero edoctus nunc demum video* [12]).

— ἐγκρυφιάζων] verbum licet non redeat, non est dubium quin *in occulto dolos nectere* [13]) significet. *Panis* nomen ἐγκρυφίαν grammatici norunt.

---

1) Vid. ad vs. 280 sq. — 2) Vs. 414 sq. — 3) Pherecrat. fr. 130. — 4) Cratin. fr. 165. — 5) Teleclid. fr. 1^{14}. Cf. praeterea Plut. 816 et fr. adesp. 780. — 6) Sophocl. fr. 494, in satyrico igitur dramate. — 7) Athen. 114*e,f.* — 8) Quemadmodum ἀπομάττειν τῷ πηλῷ dicitur Demosth. XVIII § 259. — 9) Callimach. fr. 281. — 10) Vid. etiam ad Ach. 177. — 11) Vid. ad Vesp. 183. — 12) Verbum etiam vs. 1044 Nub. 380 sic est usurpatum. — 13) *Schuilhoekje spelen, de kat in het donker knijpen.*

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

μιαρώτατος, ὦ Δημακίδιον, καὶ πλεῖστα πανοῦργα δεδρακώς!
ὁπόταν χασμᾷ καὶ τοὺς καυλοὺς
τῶν εὐθυνῶν ἐκκαυλίζων
καταβροχθίζει, καὶ ἀμφοῖν γε χεροῖν
μυστιλᾶται τῶν δημοσίων.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οὐ χαιρήσεις, ἀλλά σε κλέπτονθ'
αἱρήσω ἐγὼ τρεῖς μυριάδας.

---

823 sq. Post adi. μιαρώτατος verbum desiderans Geel pro ὦ scribebat ὤν, sed ὦ cum abesse nequeat, Kock coniecit μιαρώτατά γ' (sic tamen parum placent adiectiva μιαρώτατος et πανοῦργος coniuncta), vVelsen Δημάκιον, ὤν, Blaydes μιαρός τ' ἐστ' et γὰρ τοὺς (vel ˙τοὺς γὰρ) pro καὶ τοὺς vs. 824.

826. καταβροχθίζει] -ζῃ Porson cum M[1], sed requiritur indicativi forma, non enim a particula ὁπόταν haec esse suspensa iure observavit Sobolewski. || γε] addidit Lenting; vid. vs. 264. Bentley ἀμφοῖν χειροῖν, sed attica haec non est forma.

---

823. μιαρώτατος] *exclamatio* haec est [1]). — Δημακίδιον] deminutivum hoc ductum est a dictionis familiaris nomine Δήμαξ [2]).

824. ὁπόταν χασμᾷ] *quoties oscitas sive dormitas* [3]). Nimirum Demus est γερόντιον νυσταλέον [4]). Idem autem quod nostro loco infra dicitur verbis oraculi: ἐξέδεταί σου τοὔψον ὅταν σύ ποι ἄλλοσε χάσκῃς [5]).

824—826. *Et litium caules excerptas devoras.* Verbum ἐκκαυλίζειν non redit, sed ἀποκαυλίζειν [6]) est *praefringere*, et simplex Ar. adhibuit in verbis: λόγχαι δ' ἐκαυλίζοντο [7]). Est igitur ἐκκαυλίζειν *olerum caules excerpere* abiectis foliis externis [8]), et εὐθυνῶν cor medullamque devorare Cleon nunc dicitur [9]). — Non ut publico commodo invigiletur — sic haec verba reddi possunt — in eos qui magistratum deposuerunt inquiritur hodie, sed ut tibi peculia crescant. Scilicet publico sumtu vesci te iussimus! [10])

826. καὶ ... γε] *atque adeo* [11]).

827. μυστιλᾶται] *haurit* [12]). Non damnatorum tantum bona praerodit, sed ex ipso aerario publico plenis manibus sua ducens heluatur.

828. οὐ χαιρήσεις] item supra οὔ τοι χαιρήσετον [13]), Plut. 64 οὔ τοι ... χαιρήσεις [14]). — κλέπτοντα] vid. ad vs. 296.

829. *Immo quinque talentorum damnandum te curabo equidem* [15]).

---

[1]) *Een gemeene schavuit!* — [2]) De cuius termino vid. ad vs. 361. — [3]) Verbo χασμᾶσθαι *oscitare* (χάσκειν, χάσμη) utuntur etiam Plato Gorg. 486 *b* et Alexis fr. 257; cf. praeterea vox χάσμημα Av. 61. — [4]) Vid. fr. adesp. 875. — [5]) Vs. 1032. De verbi χάσκειν usu vid. ad vs. 651. — [6]) Thucyd. II 76 § 4 Eur. Suppl. 717. — [7]) Fr. 404. — [8]) *Effeuiller.* — [9]) De magistratibus ὑπευθύνοις vid. vs. 259 et Vesp. 102, et de verbo καταβροχθίζειν supra vs. 357. — [10]) Cf. vs. 819. — [11]) Vid. vs. 264 et ad Ran. 49. — [12]) Vid. Plut. 627 et infra ad vs. 1168. — [13]) Vs. 235. — [14]) Praeterea vid. ad Ran. 843. — [15]) Vid. vs. 435 et ad Nub. 591 et 758.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τί θαλαττοκοπεῖς καὶ πλατυγίζεις,
μιαρώτατος ὢν περὶ τὸν δῆμον
τὸν Ἀθηναίων; καί σ' ἐπιδείξω,
νὴ τὴν Δήμητρ', ἢ μὴ ζῴην,
δωροδοκήσαντ' ἐκ Μυτιλήνης

---

830. πλατυγίζεις] πτερυγίζεις (ut Plut. 575) schol. Pac. 92.
831 sq. τὸν Ald.] τῶν codd.; vid. ad vs. 764.
834. Μυτιλήνης] Μιτυλήνης codd.

---

830. *Quid nugaris?* [1]. E nautarum lingua haec desumta sunt verba, ut alia multa. Nam θαλαττοκοπεῖν, quod apud Photium bene redditur verbo ματαιολογεῖν [2], est *fluctus inutiliter ferire,* undam τῇ πλάτῃ sive *remi palmula* [3]) non secantem sed percutientem. Idem valet μετεωροκοπεῖν sive *remo aëra ferire* [4] et nunc altero verbo πλατυγίζειν significatur, quod avium e. g. est palmipedum [5]. In alio loquendi genere eodem sensu dicitur σκιαμαχεῖν et apud apostolum noto loco τὸν ἀέρα δέρειν [6]. Denique huc afferenda sunt Paupertatis verba: φλυαρεῖς καὶ πτερυγίζεις [7].

831. περὶ τὸν δῆμον] vid. ad vs. 812.

832. ἐπιδείξω] *civibus te monstrabo utpote furem* [8]. Cf. Nub. 748.

833. ἢ μὴ ζῴην] vid. ad vs. 699 et Ran. 177.

834. δωροδοκήσαντα] vid. ad Ran. 361. — ἐκ Μυτιλήνης] ex illa scilicet urbe, quae, Cleonis si vicisset sententia, prorsus fuisset deleta [9]. Hic, si usquam, apparet [10] non serio huiuscemodi crimina in scena proferri [11]. Sed retor-

---

1) *Wat plast en floddert gij toch?* — 2) Vid. etiam Anecd. Bekk. p. 42 et de verbi conformatione supra ad vs. 289. — 3) Thesm. 770 etc. — 4) Pac. 92, quod qui facit μετεωροκόπος dicitur Plat. Rep. 488*e* (cod. -σκόπος, em. Porson). — 5) Vid. Eubul. fr. 115: χῆνα πλατυγίζοντα. — 6) Item vicini nostri *battre l'air, to beat the air*; cf. etiam locutio: *why are you beating about the bush?* et nostrum *om het randje heenpraten.* — 7) Plut. 575. Vid. etiam infra vs. 1344. — 8) *Ten toon stellen.* — 9) Thucyd. III 36 § 6. Nam nihil quicquam credendum est scholiastae ad Lucian. Tim. 30, qui Cleonem δωροδόκον εἰς ὑπερβολὴν fuisse ait, in litteris enim ad Mitylenaeos datis ipsum scripsisse — sic certe in textu tradito haec inter se sunt iuncta — „se prius quidem auctorem extitisse ut Lesbii adulti cuncti interficerentur, τῆς δὲ νυκτὸς ἐπιούσης ἐλθόντων ὡς αὐτὸν τῶν ἐπιδημούντων Ἀθήνησι Λεσβίων καὶ δέκα ταλάντοις αὐτὸν ἀργυρίου μετελθόντων, μεταπεῖσαι πάλιν τὸν δῆμον." Quae si *scripsisset* unquam ipse Cleon, vesanus fuisset profecto, et magis etiam vesanus si *ficta* scripsisset; *vera* autem haec et in vulgus nota si fuissent, non tacuisset profecto ea de re Thucydides, qui alia omnia refert loco notissimo, et comicus non talenti duas partes dixisset opinor, cum decem posset talenta integra. Sed sive e Theopompo maledicentissimo scriptore sive — quod eodem fere redit — e comicis nunc sapit homo doctior quam prudentior, meras nugas ex iis quae in fontibus suis invenerat effinxit. — 10) Id quod Müller Strübing demonstratum ivit Aristoph. u. die hist. Kritik p. 359 sqq. — 11) Vid. etiam vs. 438 et 932 et ad Nub. 591. Prudenter de hoc loco iudicavit Keck Quaest. Ar. p. 47, qui in universum de huiusmodi criminibus sic statuit: „poetae comico minime credimus, „Cleonem venalem fuisse, hoc tantum e poetae versibus colligimus, facultatem „dona accipiendi ei fuisse;" pervulgatum autem Athenis crimen fuisse et temere in multos coniectum ὡς ὁ δεῖνα ἔχει τάλαντα πολλὰ ἐκ τῆς ἀρχῆς testatur Lysias XIX § 48.

πλεῖν ἢ μνᾶς τετταράκοντα.

ΧΟΡΟΣ.

Antistropha (vs. 836—840).

ὦ πᾶσιν ἀνθρώποις φανεὶς μέγιστον ὠφέλημα,
ζηλῶ σε τῆς εὐγλωττίας. εἰ γὰρ ὧδ' ἐποίσεις,
μέγιστος Ἑλλήνων ἔσει, καὶ μόνος καθέξεις
τὰν τῇ πόλει, τῶν ξυμμάχων τ' ἄρξεις ἔχων τρίαιναν,
ᾗ πολλὰ χρήματ' ἐργάσει σείων τε καὶ ταράττων.

835. πλεῖν ἢ μνᾶς] μυριάδας (Μδασ) Zacher dubitanter.
837. ἐποίσεις] -σει (*in eum irrues*) Kock coll. Thuc. III 23 § 3 Herodot. VIII 61 etc.

---

quetur nunc in Cleonem id quod ipse de Diodoto perhibuerat: κέρδει ἐπαιρόμενον auctorem extitisse ut Mitylenaeis devictis parceretur, oratorem nimirum mercede ab ipsis conductum [1]).

835. Vid. ad Ran. 90.

836. Chorus fortasse imitatur prima verba Ius Prometheum adspicientis: ὦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσιν φανείς, | τλῆμον Προμηθεῦ [2]). Nempe novus nunc Prometheus supervenit, hominem qui μετὰ τὰ πράγματα [3]) Prometheum se praestitisset [4]) ignominiose propulsurus [5]).

837. Simillima est verborum structura Ach. 1008 Vesp. 1450; videatur etiam Thesm. 175.

— εὐγλωττίας] cf. Nub. 445.

— ἐποίσεις] *inferes* [6]) ... quid? Nullum enim adest obiectum. Casaubonus *ei plagam* mente supplebat; qui si verum divinavit, e palaestra hoc quoque verbum [7]) est desumtum. Sed cum dicendi hic usus neque aliunde stabiliri posse videatur neque in contextum satis quadrare, equidem malo vertere *si sic perges*, verbo ἐπιφέρειν eum sensum tribuens qui verbo ἐπιδιδόναι est proprius, e. g. in Hermippi versiculis: μείζων γὰρ ἡ νυνδή ἐστι, καὶ δοκεῖ γέ μοι, | ἐὰν τοσοῦτον ἐπιδιδῷ τῆς ἡμέρας, | μείζων ἔσεσθαι Διαγόρου τοῦ Τερθρέως [8]).

839. τὰν τῇ πόλει] quae alias dicuntur τὰ πράγματα τῆς πόλεως [9]).

— ἔχων τρίαιναν] *novus Neptunus per mare Aegaeum dominaberis.* Nimirum fuscinam, qua mortales cogas eorumque opes convellas, ipsa tua ars tibi praebuit [10]). Inversa ratione alibi Neptuni fuscina assimulatur coquorum τορύνῃ [11]).

840. πολλὰ χρήματ' ἐργάσει] *magnam pecuniam facies* [12]). Cf. πράττεσθαι *exigere* [13]).

— σείων τε καὶ ταράττων] *fuscinam istam quassando socios perterrebis* καὶ ξυντριαινώσεις [14]). Verbum σείειν cum novo huic ἐνοσίχθονι est aptum tum vero sy-

---

1) Thucyd. III 38 § 2; vid. etiam Diodoti illic responsum 42 § 2 et ipsorum Mitylenaeorum verba 11 § 4. — 2) Aesch. Prom. 613. — 3) *Après coup.* — 4) Lucian. II 2, cf. Eupol. fr. 456. — 5) Vid. ad vs. 1019 et 759. — 6) Av. 344 Ran. 1253 Hom. *Α* 89 π 438 etc. — 7) Vid. ad Nub. 551. — 8) Hermipp. fr. 42. — 9) Vid. ad vs. 130. — 10) Cf. vs. 772 et simillimus iocus Eur. Cycl. 343. — 11) Fr. adesp. 354, quod ad vs. 984 attuli. „Ursprünglich bedeutet der dreizack nichts „weiter als die harpune des thunfisch- oder delphinenjägers" (Preller Myth. I⁴ coll. Aesch. Sept. 131). — 12) Cic. Verr. II § 17 Nep. Cim. I § 3. Item nos: *gij zult veel geld maken, you will make much money.* Cf. Herod. I 24 Demosth. LVI § 34 etc. — 13) Ach. 1211 etc. — 14) Cf. fr. 24 Eur. Herc. 946 Bacch. 348, τριαινοῦν Pac. 570, ἀνατριαινοῦν Amphid. fr. 14.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

καὶ μὴ μεθῇς τὸν ἄνδρ᾽, ἐπειδή σοι λαβὴν δέδωκεν·
κατεργάσει γὰρ ῥᾳδίως, πλευρὰς ἔχων τοιαύτας.

SCENA DECIMA SEXTA.

Eidem.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.
(irridens:)

οὐκ, ὦ ἀγαθοί, ταῦτ᾽ ἐστί πω ταύτῃ, μὰ τὸν Ποσειδῶ.
ἐμοὶ γάρ ἐστ᾽ εἰργασμένον τοιοῦτον ἔργον, ὥστε
ἀπαξάπαντας τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐπιστομίζειν,
ἕως ἂν ᾖ τῶν ἀσπίδων τῶν ἐκ Πύλου τι λοιπόν.

843. *πω*] *ποι* R alii, hinc *τοι* Pökel parum probabiliter, utile enim et fere necessarium est *πω* (cf. Plut. 399). || *ταύτῃ*] *ταυτὶ* R.
846. *τῶν* R] *τι τῶν* cett.

cophantarum artibus. Vid. e. g. fr. 219: *ἔσειον, ᾔτουν χρήματ᾽, ἠπείλουν, ἐσυκοφάντουν* [1]). De verbo *ταράττειν* autem vid. ad vs. 251, et de similis potestatis verbis ad vs. 859.

841. *λαβὴν δέδωκεν*] vid. ad Nub. 551.

842. *πλευρὰς*] *latera* [2]).

843. *O boni, multum abest ut res istuc processerit!* [3]) Cf. Plut. 399: *οὐκ ἔστι πω τὰ πράγματ᾽ ἐν τούτῳ.* Propius etiam accedunt haec Promethei verba, quae fortasse in mente nunc habet comicus [4]): *οὐ ταῦτα ταύτῃ Μοῖρά πω τελεσφόρος | κρᾶναι πέπρωται* [5]), et Medeae: *κακῶς πέπρακται πανταχῇ· — τίς ἀντερεῖ; — ἀλλ᾽ οὔτι ταύτῃ ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ, πω* [6]).

845. *ἐπιστομίζειν*] *os alicui obturare* [7]). Cf. Calliclis ad Socratem verba: *Πῶλος ὑπὸ σοῦ συμποδισθεὶς ἐν τοῖς λόγοις ἐπεστομίσθη* [8]).

846. *Donec in fori porticu cernentur victoriae meae monumenta, nihil contra me praevalebunt obtrectatorum verbula.* — Nempe in stoa poecile, in cuius parietibus cum alia erant depicta tum fabulosa Thesei cum Amazonibus pugna et Marathonomachorum facinora immortalia, inter cetera *ὑπομνήματα τῶν καλῶν ἔργων* [9]) suspensi erant clipei Lacedaemoniorum Sphacteriae captorum, et multis saeculis post eos vidisse se testatur Pausanias: *ἐνταῦθα ἀσπίδες κεῖνται χαλκαῖ· καὶ ταῖς μέν ἐστιν ἐπίγραμμα ἀπὸ Σκιωναίων καὶ τῶν ἐπικούρων* [10]) *εἶναι, τὰς δ᾽ ἐπαληλιμμένας πίσσῃ, μή σφας ὅ τε χρόνος λυμήνηται καὶ ὁ ἰός, Λακεδαιμονίων εἶναι λέγουσι τῶν ἁλόντων ἐν τῇ Σφακτηρίᾳ νήσῳ* [11]). Et digna profecto in paucis haec erant quae diis patriis offerrentur donaria! populus autem *ἐξεπλάγη* in ipso foro *ἰδὼν στίλβοντα τὰ λάβδα* [12]). *Τοὺς γὰρ Λακεδαιμονίους οὔτε λιμῷ οὔτ᾽ ἀνάγκῃ οὐδεμιᾷ τὰ ὅπλα παρα-*

[1]) Item Pac. 639 Teleclid. fr. 2 Antiphont. VI § 43, leg. Gortyn. V[36] *αἴ ... κα κάρτει ἐνσείῃ ἢ ἄγῃ ἢ φέρῃ.* — [2]) *Longen.* — [3]) *Beste vrienden, zoover is het nog lang niet!* — [4]) Vid. vs. 759. — [5]) Aesch. Prom. 511. — [6]) Eur. Med. 364 sq.; vid. etiam Hipp. 41. — [7]) *Den mond stoppen.* — [8]) Plat. Gorg. 482*e*. Item Aeschin. II § 110 etc.; alio sensu Plut. 379 *τὸ στόμα ἐπιβῦσαι* dicitur, nempe *corrumpendi.* — [9]) Aeschin. III § 186. — [10]) Vid. ad Vesp. 210. — [11]) Pausan. I 15. — [12]) Ut Eupolidis (fr. 359) verbis utar.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐπίσχες ἐν ταῖς ἀσπίσιν· λαβὴν γὰρ ἐνδέδωκας.
οὐ γάρ σε χρῆν, εἴπερ φιλεῖς τὸν δῆμον, ἐκ προνοίας
ταύτας ἐᾶν αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξιν ἀνατεθῆναι.

---

848. σε χρῆν R] σ᾽ ἐχρῆν cett.
849. αὐτοῖσι τοῖς] αὐτοῖς V alii.

δοῦναι communis semper fuerat Graecorum opinio [1]. Sed τοῖς λακωνίζουσι mire displicebant tantae ignominiae documenta publica.

847. ἐπίσχες] cf. Ran. 522.

— ἐν ταῖς ἀσπίσιν] i. e. *in voce* „ἀσπίσι". Vid. ad vs. 124.

— λαβὴν ... ἐνδέδωκας] cf. Nub. 551.

849. αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξιν] de pronominis usu vid. ad Vesp. 119. Ad rem autem quod attinet, Spartiatae novarum rerum minime appetentes per saecula complura spreverunt clipeorum ansas sive ὄχανα brachio inserendo, quae a Caribus inventae ferebantur [2], apud Athenienses autem aliasque gentes dudum in usu erant. Prisco igitur more Spartiatae clipeos non inserto per bina ὄχανα brachio versabant, sed loro de cervice suspenso sustentabant soloque manubrio regebant [3], et tertio demum a. C. saeculo Cleomenes rex eos iussit τὴν ἀσπίδα φορεῖν δι᾽ ὀχάνης, μὴ διὰ πόρπακος [4]. Dorica autem voce [5]) πόρπαξ dicebatur qui apud Homerum audit τελαμών [6] sive *balteus* fibulis [7] scuto annexus [8]; quod clare ostendunt Aiacis Sophoclei ad filiolum verba: ἀλλ᾽ αὐτό μοι σύ, παῖ, λαβὼν ἐπώνυμον, | Εὐρύσακες, ἴσχε διὰ πολυρράφου στρέφων | πόρπακος ἑπτάβοιον ἄρρηκτον σάκος [9], et veteres interpretes, qui negabant Aiacis scutum πόρπακα habuisse [10], hanc vocem cum rotundorum clipeorum ὀχάνοις [11] confuderunt. Clipeorum autem a Cleone post victoriam in stoa poecile suspensorum balteos praesertim oculos Atheniensium, a quorum armis eiusmodi lora aliena erant, in se convertisse, facile intellegimus; aptam igitur nunc iocandi materiem praebent comico. Si vero cum Aelio Dionysio [12] πόρπακα interpretamur manubrium in clipei parte interiore, cum alia nascuntur incommoda, tum noster locus quid habeat festivi non video. In ore mulieris Laconicae πορπακισάμενος idem valet quod ἐνασπιδωσάμενος [13], Pacis autem dea ornatur epitheto iocose poetico μισοπορπακιστάτη [14]. Infra denique, ubi Cleonymi taxiarchi Atheniensis πόρπαξ commemoratur [15], comicus aut prisci alicuius poetae verba [16] imitatur aut de re nobis ignota iocatur [17].

---

[1]) Thucyd. IV 40 § 1. — [2]) Herodot. I 171. — [3]) Doricum huiusmodi clipeum cerni in clarissima Martis statua, quae Ludovisia vocatur, observarunt Daremberg et Saglio I p. 1251, iisque assentiri se amicus collega Holwerda hac de re interrogatus mihi dixit. Qui clipeus praeter balteum duobus annulis alligatum *duo* habet manubria; quorum is videtur fuisse usus, ut miles pro re nata modo hoc modo illud manu prehenderet. Cuiusmodi clipei casu περιρρυῆναι, quod Brasidae aliquando accidit λιποψυχοῦντι (Thucyd. IV 12 § 1), multo facilius poterant quam si brachium ansis duabus satis artis insertum et fere infixum fuisset. Domi autem dum versabantur, ἐξῇρουν τῆς ἀσπίδος τὸν πόρπακα, teste Critia apud Libanium II p. 85. — [4]) Plut. Cleom. 11; vid. Helbig Hom. Epos¹ p. 49,1 et 228, 3. — [5]) Vid. ad vs. 361. — [6]) *Ε* 796 *Λ* 38 etc. — [7]) πόρπαις. — [8]) σιδαρόδετος Bacchyl. fr. 46⁶. — [9]) Soph. Ai. 574 sqq. — [10]) Eustath. p. 995, 19. — [11]) Hom. *Θ* 193. — [12]) Apud Eustath. p. 905, 52. — [13]) Lys. 106. — [14]) Pac. 662. — [15]) Vs. 1372. — [16]) Cf. e. g Eur. Phoen. 1127 Hel. 1376. — [17]) Citharae ἐπιπόρπαμα commemorat Plato com. fr. 10.

ἀλλ' ἐστὶ τοῦτ', ὦ Δῆμε, μηχάνημ', ἵν', ἣν σὺ βούλῃ
τὸν ἄνδρα κολάσαι τουτονί, σοὶ τοῦτο μὴ ἐγγένηται.
ὁρᾷς γὰρ αὐτῷ στῖφος οἷόν ἐστι βυρσοπωλῶν
νεανιῶν, — τούτους δὲ περιοικοῦσι μελιτοπῶλαι
καὶ τυροπῶλαι, — τοῦτο δ' εἰς ἓν ἐστι συγκεκυφός.
ὥστ', εἰ σὺ βριμήσαιο καὶ βλέψειας ὀστρακίνδα,

851. (ἐ)γγένηται R] 'κγένηται cett. (cf. Pac. 346).
853. *νεανιῶν*] *νεανικῶν* Halbertsma. || *περιοικοῦσι*] *περιογκοῦσι* Geel, *περικυκλοῦσι* Bergk, *περιβομβοῦσι* Meineke, *περιπολοῦσι* Kock. Sed vid. commentarius.

851. *ἐγγένηται*] cf. Ran. 690. — Ridicule Cleon perhibetur non ut splendidae victoriae vivax esset memoria clipeos illos in conspicuo suspendisse, quemadmodum Demosthenes e. g. nuper post pugnam ad Olpas trecentas hostium panoplias diis dedicaverat [1]), sed ut ipsius sectariis ad manum essent arma, si quando cum bonis viris foret depugnandum.

852. Ut Pisistratus suis clavigeris [2], sic Paphlago institorum caterva stipatus in medium procedere solet. Cf. feminarum sub virili veste latitantium *πλεῖστος ὄχλος ἄθρους εἰς τὴν πύκνα ἐλθών*, quas propter candidam cutem *σκυτοτόμοις ᾔκαζον* veri viri [3]).

853. *περιοικοῦσι*] hinc apparet hisce omnibus in eodem vico suas fuisse domus; quem extra urbem fuisse situm et per se satis est verisimile et dicitur id in scholiis ad Ach. 724: *Λεπρὸς τόπος ἔξω τοῦ ἄστεος ἔνθα τὰ βυρσεῖα ἦν.* In eadem autem vicinia iussu aedilium habitasse venditores caseorum propter graveolentiam molestorum et mellis muscarum agmina allicientis, probabiliter statuit Willems.

854. *τοῦτο δ' εἰς ἓν ἐστι συγκεκυφός*] *et id omne conspirat in unum* [4]), sodalicium quoddam efficiunt. Cf. fr. adesp. 365: *εἰς τὸ φανερὸν μὲν οὐχὶ τολμῶσιν λέγειν, | ὑποτονθορύζουσιν δὲ συγκεκυφότες*, Herodotus: *οἱ κακοῦντες τὰ κοινὰ συγκύψαντες ποιεῦσι* [5]).

855. *βριμήσαιο*] *mussites, stomacheris.* Cf. Xen. Cyrop. IV 5 § 9: Cyaxares *ἐβριμοῦτο τῷ Κύρῳ καὶ τοῖς Μήδοις* [6]).

— *βλέψειας ὀστρακίνδα*] de nominibus verbo *βλέπειν* adiunctis vid. ad Ran. 562; nostro vero loco artius etiam cognatus est Ach. 234, ubi senes Dicaeopolidi lapides intentantes *βλέπειν Βαλλήναδε* dicuntur; praeterea vid. supra vs. 808. Nunc populus ioculariter dicitur *ὀστρακίνδα βλέπειν*, id est *ostracismum minitari*, ut assolet comicus novam vim subdere vocibus vitae communis [7]). Erat enim *ὀστρακίνδα παίζειν* ludus, quem Plato comicus sic descripsit: *εἴξασιν γὰρ τοῖς παιδαρίοις τούτοις, οἳ ἑκάστοτε γραμμὴν | ἐν ταῖσιν ὁδοῖς διαγράψαντες διανειμάμενοι δίχ' ἑαυτοὺς | ἑστᾶσ' αὐτῶν οἱ μὲν ἐκεῖθεν τῆς γραμμῆς, οἱ δ' αὖ ἐκεῖθεν, | εἷς δ' ἀμφοτέρων εἰς μέσον ἑστὼς ὄστρακον αὐτοῖς ἀνίησιν* (?), *| κἢν μὲν πίπτῃσι τὰ λεύκ'* (?) *ἐπάνω, φεύγειν ταχὺ τοὺς ἑτέρους δεῖ, | τοὺς δὲ διώκειν* [8]). Quo tamen loco non respici ostracismum [9]) assentior Kockio. Simili ioco Cratinus ludi nomen *ἐφετίνδα* ad iudiciorum *ἐφέσεις* transtulit [10]). Multa

[1]) Thucyd. III 114 § 1. — [2]) Vid. ad vs. 448 sq. — [3]) Eccl. 384. — [4]) *En dat schoolt allemaal samen.* — [5]) Herod. III 82; item VII 145. Praeterea vid. Vesp. 570 Phrynich. fr. 3[6]. — [6]) Vid. etiam Soph. Ai. 322? — [7]) Vid. ad Vesp. 353. — [8]) Plat. com. fr. 153. Cf. Plat. Phaedr. 241*b* Rep. 521*c* Poll. IX 111 sq. — [9]) Quod sumsit Cobet ad Platon. com. p. 177. — [10]) Cratin. fr. 415.

νύκτωρ καθαρπάσαντες ἂν τὰς ἀσπίδας, θέοντες
τὰς εἰσβολὰς ... τῶν ἀλφίτων ἂν καταλάβοιεν ἡμῶν.

ΔΗΜΟΣ.

οἴμοι τάλας· ἔχουσι γὰρ πόρπακας; ὦ πόνηρε,
ὅσον με παρεκόπτου χρόνον τοιαῦτα κρουσιδημῶν.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ὦ δαιμόνιε, μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι, μηδ᾽ οἰηθῇς
ἐμοῦ ποθ᾽ εὑρήσειν φίλον βελτίον᾽, ὅστις εἷς ὢν
ἔπαυσα τοὺς ξυνωμότας· καί μ᾽ οὐ λέληθεν οὐδὲν

856. καθαρπάσαντες] κατασπάσαντες R alii.
857. ἡμῶν] *ἡμῖν?

autem praeterea novimus ludorum nomina in -ίνδα exeuntia: ποσίνδα [1]), κυνητίνδα [2]), χαλκίνδα [3]), κρυπτίνδα [4]), ψηλαφίνδα [5]), σχοινοφιλίνδα, πλειστοβολίνδα, διελκυστίνδα [6]) etc. [7]).

856. καθαρπάσαντες] cf. Eur. Andr. 1122: κρεμαστὰ τεύχη πασσάλων καθαρπάσας [8]).

857. *Noctu correptis clipeis, qui in porticu sunt suspensi, aditus ad fori locum ubi venumdatur farina fortasse occupabunt.* Sic Thebis anno 379 Phyllidae sectarii τῶν ἐκ τῆς στοᾶς ὅπλων καθελόντες ὥπλισαν captivos ab ipsis liberatos [9]). More solito voce τοῖς ἀλφίτοις significatur *locus* [10]); ridicule autem finguntur coniurati non *arcem* occupantes vel *pnycem* citato gradu petentes sed ... forum penarium. Vid. loci ubi τὰ ἄλφιτα cum contemtu dicitur victus quotidianus [11]), et recordemur iocorum de Cleonis epulis [12]). Ceterum vox militaris est εἰσβολαί, *fauces* enim *montium* significat [13]).

859. παρεκόπτου] cf. vs. 807 et παρακρούειν *decipiendi* sensu adhibitum [14]).

— τοιαῦτα κρουσιδημῶν] i. e. τὸν δῆμον οὕτω κρούων καὶ σείων καὶ ταράττων καὶ κυκῶν. Vid. infra vs. 1379 adi. κρουστικός, Nub. 318 substantivum κροῦσις, et supra ad vs. 251 et 840, de pronominis autem accusativo vid. vs. 878, 1124 etc.

860. μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι] cf. Iocastae de coniuge verba: ἀλλ᾽ ἐστὶ τοῦ λέγοντος, εἰ φόβους λέγοι [15]). Vid. etiam infra vs. 1118: πρὸς τὸν λέγοντα ἀεὶ κέχηνας, Soph. Phil. 386: πόλις γάρ ἐστι πᾶσα τῶν ἡγουμένων | στρατός τε σύμπας, *quaevis enim civitas omnesque copiae in ducum sunt potestate et horum sententiam sequuntur* [16]).

861. εἷς ὢν] item Plut. 186 et εἷς ὢν μόνος Plut. 948.

862. ἔπαυσα τοὺς ξυνωμότας] vid. ad vs. 330.

— μ᾽ οὐ λέληθεν οὐδὲν] vid. ad vs. 75.

[1]) Xen. Mag. Eq. V 10, = ἀρτιάζειν Ar. Plut. 816. — [2]) *Patertje*, Cratet. fr. 23. — [3]) *Pleiduitje*, Herod. Mimiamb. III 6, cf. ibid. vs. 65. — [4]) *Verstoppertje*. — [5]) *Blindemannetje*. — [6]) *Sluip door*. — [7]) Vid. Poll. IX 110—117 Bekk. Anecd. p. 1353. — [8]) Item ibid. vs. 813. Quod etiam καθελεῖν dicitur, e. g. Ach. 1118. — [9]) Xen. Hell. V 4 § 8. — [10]) De quo genere loquendi vid. supra vs. 254 et ad Ran. 1068. — [11]) Nub. 176 etc. — [12]) Vs. 280 sq. etc.; praeterea conferendus est vs. 1060. — [13]) Suam vim obtinet Ach. 1075. — [14]) Plat. Lys. 215c etc. — [15]) Soph. Oed. R. 917. — [16]) Item Aesch. Eum. 738 Eur. El. 1103 etc.; praeterea vid. supra vs. 714, 739 sq. et ad vs. 215.

ἐν τῇ πόλει ξυνιστάμενον, ἀλλ' εὐθέως κέκραγα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὅπερ γὰρ οἱ τὰς ἐγχέλεις θηρώμενοι πέπονθας.
ὅταν μὲν ἡ λίμνη καταστῇ, λαμβάνουσιν οὐδέν·
ἐὰν δ' ἄνω τε καὶ κάτω τὸν βόρβορον κυκῶσιν,
αἱροῦσι. καὶ σὺ λαμβάνεις, ἢν τὴν πόλιν ταράττῃς.
ἓν δ' εἰπέ μοι τοσουτονί· σκύτη τοσαῦτα πωλῶν
ἔδωκας ἤδη τουτῳὶ κάττυμα παρὰ σεαυτοῦ
ταῖς ἐμβάσιν, φάσκων φιλεῖν;

ΔΗΜΟΣ.

οὐ δῆτα, μὰ τὸν Ἀπόλλω.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἔγνωκας οὖν δῆτ' αὐτὸν οἷός ἐστιν; ἀλλ' ἐγώ σοι
ζεῦγος πριάμενος ἐμβάδων τουτὶ φορεῖν δίδωμι.

ΔΗΜΟΣ.

κρίνω σ' ὅσων ἐγὼ οἶδα περὶ τὸν δῆμον ἄνδρ' ἄριστον

---

867. Del. Cobet; sed eo omisso nimis abrupta fit sententia, neque αἱρεῖν absolute positum cuiusvis interpolatoris esse videtur. || αἱροῦσι] αἴρουσι(ν) V R etc. (quod an piscatorum fuerit verbum dubitat Lenting; cf. verbi *to rise* usus).

869. τουτῳὶ κάττυμα] κάττυμα τούτῳ R.

872. ἐμβάδων] -δοιν Dindorf perperam.

873. σ'] om. R. || ὅσων Bentley] ὅσον (ὅλον) codd. metro invito, ὅσον γ' Ald. (*quod quidem sciam*) invita sententia. || ἄνδρ' R] ὄντ' cett.; cf. Nub. 1050.

---

863. κέκραγα] praeter expectatum, nam *statim animadverto* vel *caveo* (φυλάττω) dicendum erat potius. *Quicquid suspecti oculos meos ferit, aures civium obtundo* [1]).

864. πέπονθας] vid. ad Nub. 234 [2]).

865. καταστῇ] vid. ad Ran. 1003.

866 sq. Vid. ad vs. 309—311 et de particulis ἄνω τε καὶ κάτω ad Nub. 616. Nobis, qui perinde atque Athenienses nautarum piscatorumque sumus natio, non minus usitata est locutio *in troebel water visschen*.

867. αἱροῦσι] i. e. εὐαγρεσίᾳ *utuntur* [3]). Cf. proverbium εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ [4]), quod Cratinus ridicule immutavit [5]).

868. τοσουτονί] cf. vs. 420.

869. κάττυμα] cf. Vesp. 1160.

870. φάσκων φιλεῖν] item vs. 946.

872. Vid. ad vs. 784.

873. περὶ τὸν δῆμον] vid. ad vs. 812.

---

[1]) Vid. vs. 312 etc. — [2]) Cum toto versu conferenda essent poetae verba Nub. 559: „ceteri comici in Hyperbolum impetum faciunt τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχέλεων τὰς ἐμὰς μιμούμενοι," si sanus esset ille versus. Sed cum apta sententia inde effici nequeat, suspicor nunc vocem τῶν ἐγχέλεων illic interpreti deberi. — [3]) Sic etiam nostrates verbo *vangen* absolute posito utuntur. — [4]) Phot. Hesych. Paroemiogr. — [5]) Cratin. fr. 4; vid. etiam Ephipp. fr. 5[2].

εὐνούστατόν τε τῇ πόλει καὶ τοῖσι δακτύλοισιν.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οὐ δεινὸν οὖν δῆτ' ἐμβάδας τοσουτονὶ δύνασθαι,
ἐμοῦ δὲ μὴ μνείαν ἔχειν ὅσων πέπονθας; ὅστις
ἔπαυσα τοὺς βινουμένους, τὸν γρυπὸν ἐξαλείψας.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὔκουν σε δῆτα ταῦτα δεινόν ἐστι πρωκτοτηρεῖν,
παῦσαί τε τοὺς βινουμένους; κοὐκ ἔσθ' ὅπως ἐκείνους
οὐχὶ φθονῶν ἔπαυσας, ἵνα μὴ ῥήτορες γένοιντο.
τονδὶ δ' ὁρῶν ἄνευ χιτῶνος ὄντα τηλικοῦτον,

---

876. ἔχειν] ἔχειν σ' Blaydes.

877. βινουμένους R[1]] κινουμένους V R[2] alii. || γρυπὸν olim quidam] Γρύττον codd.; Γρύλλον Blaydes, sed proprium nomen non dedisse poetam indicio mihi est articulus.

878. δῆτα] om. V R et plerique, σε ταῦτ' ὦ μιαρέ vVelsen; σε δῆτα δεινόν ἐστι ταῦτα Blaydes.

880. γένοιντο R] γένωνται cett.

881. τηλικοῦτον] τηλικουτονί codd.

---

874. τῇ πόλει καὶ τοῖσι δακτύλοισιν] etiam infra ilocaliter sic iunguntur incongrua [1]). Pedum autem digiti δάκτυλοι dicuntur etiam Alex. fr. 148: ὁ πρῶτος εὑρὼν μετὰ λυχνούχου περιπατεῖν | τῆς νυκτὸς ἦν τις κηδεμὼν τῶν δακτύλων [2]). Cum toto versu cf. Vesp. 445—447.

877. ἔπαυσα] vid. ad vs. 330.

— τοὺς βινουμένους] cf. Nub. 1102.

— τὸν γρυπὸν ἐξαλείψας] *nomine illius hominis, cuius nasum aduncum nostis, ex albo civium deleto.* — Lex vetabat ne quis ἡταιρηκὼς civium iure uteretur [3]), sed rarissimas Athenis fuisse ἑταιρήσεως γραφὰς facile intellegimus. Itaque admirationem nuper moverat Cleon famosum aliquem virum ἐκ τοῦ ληξιαρχικοῦ γραμματείου ἐξαλείψας. Quis autem fuerit adolescens ille, qui ὁ γρυπός [4]) nunc dicitur, nescimus; sed nobilis eum gentis, morum autem dissolutorum fuisse contextus docet. Nam nisi claris natalibus fuisset nebulo, quem Cleon capite deminuendum curaverat ὡς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἐφ' ὕβρει πεπρακότα, indignum nimirum qui coram populo verba faceret magistratuve fungeretur, comicus nunc de eo taceret, opinor. Eandem autem ob causam, nisi fallor, non suo nomine designatur sed tectius indicatur cognomento quodam, de quo audiamus Socratem: „puer dilectus si simus est, ἐπίχαρις dicitur ab admiratoribus, τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν βασιλικόν φατε εἶναι, fuscos autem viriles dicitis, candidos divum gnatos" [5]). Cf. etiam Herodae locus, ubi muliercula tabulam pictam admirata „et cetera ad vitam expressa sunt" ait „et ὁ γρυπὸς οὗτος ἄνθρωπος" [6]).

878. ταῦτα ... πρωκτοτηρεῖν] i. e. οὕτω τηρεῖν τοὺς πρωκτούς [7]).

879. παῦσαι] vid. ad vs. 330.

880. Vid. ad Nub. 1089.

881. τηλικοῦτον] *hominem id aetatis.*

---

[1]) Vs. 1208, ubi vid. — [2]) Item Vesp. 275 Av. 8. — [3]) Vid. Aeschin. I § 19 sq. — [4]) Si vera haec est lectio. — [5]) Plat. Rep. 474*e*. — [6]) Herod. Mimiamb. IV 67. — [7]) Cf. vs. 859 et vid. ad vs. 381.

οὐπώποτ' ἀμφιμασχάλου τὸν Δῆμον ἠξίωσας,
χειμῶνος ὄντος· ἀλλ' ἐγώ σοι τουτονὶ δίδωμι.

(Tunicam Demo induit.)

ΔΗΜΟΣ.

τοιουτονὶ Θεμιστοκλῆς οὐπώποτ' ἐπενόησεν.
καίτοι σοφὸν κἀκεῖν' ὁ Πειραιεύς· ἔμοιγε μέντοι
οὐ μεῖζον εἶναι φαίνεται ἐξεύρημα τοῦ χιτῶνος.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἴμοι τάλας, οἵοις πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις!

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὔκ· ἀλλ' ὅπερ πίνων ἀνὴρ πέπονθ' ὅταν χεσείῃ,
τοῖσιν τρόποις τοῖς σοῖσιν ὥσπερ βλαυτίοισι χρῶμαι.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀλλ' οὐχ ὑπερβαλεῖ με θωπείαις· ἐγὼ γὰρ αὐτὸν
προσαμφιῶ τοδί· σὺ δ' οἴμωζ', ὦ πόνηρ'.

(Senem pallio amicire vult.)

---

884 sq. Cf. vs. 812—818.

887. πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις] vid. ad vs. 290 et de voce πιθηκισμοῖς ad Ran. 708.

888. πέπονθε] vid. ad Nub. 234.

889. Commentarii instar sunt verba Blepyri in Ecclesiazusis [1]) narrantis se frustra quaesiisse soleas suas, dein cum festinato opus esset, uxoris calceolis pedes inseruisse. Sic οἱ πίνοντες [2]) cum a coena surgunt ad ventrem exonerandum, — non enim inter cultiores homines sed inter botularios iam versamur, — quibuscunque calceis arreptis utuntur. Discalceati enim accumbebant veteres [3]). Solus Socrates ὁ ἀνυπόδητος [4]) non solebat poscere soleas, quas non haberet; quamquam et hic cum ab Agathone in coenam esset vocatus, τὰς βλαύτας ὑπεδήσατο [5]), ne sordidis scilicet pedibus amici triclinium intraret. Cf. Hermippi versiculi: (*armis convivia cedunt*), χλανίδες δ' οὖλαι καταβέβληνται, | θώρακα δ' ἅπας ἐμπερονᾶται, | κνημὶς δὲ περὶ σφυρὸν ἀρθροῦται, | βλαύτης δ' οὐδεὶς ἔτ' ἔρως λευκῆς, | κτέ. [6]). A λακωνικαῖς autem βλαύτας sive βλαυτία [7]) non multum fuisse diversas apparet coll. Vesp. 1158. Ad locutionem quod attinet, cf. Eur. Or. 769: οὐχὶ Μενέλεω τρόποισι χρώμεθα.

890. ὑπερβαλεῖ] cf. vs. 56. Ad rem quod attinet, cf. Plat. Rep. 426*c*: ἐν ταῖς κακῶς πολιτευομέναις τῶν πόλεων ὃς ἂν τοὺς πολίτας ἥδιστα θεραπεύῃ καὶ χαρίζηται ὑποτρέχων καὶ προγιγνώσκων τὰς σφετέρας βουλήσεις καὶ ταύτας δεινὸς ᾖ ἀποπληροῦν, οὗτος ἄρα ἀγαθός τε ἔσται ἀνὴρ καὶ σοφὸς τὰ μεγάλα καὶ τιμήσεται ὑπὸ σφῶν.

891. τοδί] sc. τὸ ἱμάτιον. — Identidem dubito an isiciarius *suam* stragulam, in qua sedens merces suas venumdare soleat, *suas*que soleas, *suam* denique tu-

---

[1]) Vs. 313—319 et 344—347. — [2]) *Convivae.* — [3]) Vid. Vesp. 103 Pherecrat. fr. 153 $^{4-6}$ Plat. Conv. 213*b* et ad Nub. 500. — [4]) Vid. ad Nub. 363. — [5]) Plat. Conv. 174*a*. — [6]) Hermipp. fr. 47. Vid. etiam Anaxil. fr. 18^2. — [7]) Athen. 338*a*.

ΔΗΜΟΣ.

(donum oblatum repellens:)

ἰαιβοῖ!
οὐκ εἰς κόρακας ἀποφθερεῖ; βύρσης κάκιστον ὄζει.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ τοῦτο δ᾽ ἐπίτηδές σε περιήμπεσχ᾽, ἵνα σ᾽ ἀποπνίξῃ.
καὶ πρότερον ἐπεβούλευσέ σοι. τὸν καυλὸν οἶσθ᾽ ἐκεῖνον
τοῦ σιλφίου τότ᾽ ἄξιον γενόμενον;

ΔΗΜΟΣ.

οἶδα μέντοι.

---

891. *ἰαιβοῖ* Dindorf] *αἰβοῖ* codd., quod extra versum collocans (ut Av. 1342) Bentley scribebat *ὦ πόνῳ πονηρέ* (cf. Vesp. 466).

892. ;... *ὄζει*. Kock] ,... *ὄζων*; codd., *ὄζον* Lenting.

893. *τοῦτο δ᾽* vVelsen] *τοῦτ᾽* codd., *τοῦτό γ᾽* Bentley. ‖ *περιήμπεσχ᾽* Meineke] *περιήμπεσχεν* R, *περιήμπισχεν* V cett.; vid. ad Nub. 214. ‖ *ἵνα σ᾽*] *ἵν᾽* V alii.

895. *τοῦ*] *τὸν* Bentley cum cod. A. ‖ **τότ᾽*] *τὸν* codd.

---

nicam de corpore detractam seni obtulerit, Paphlago autem hunc ut aemuletur pallium *suum* nunc ei porrigat. Sic multo sane vividior erit scena, et coriorum odor facilius explicabitur, quam si Paphlago recens emtam vestem domino nescio unde afferat. Quae tamen admitti nequit suspicio nisi sumimus ficta loquentem isiciarium dixisse *ῥαψάμενος* vs. 784 et *πριάμενος* vs. 872.

892. Cf. Philocleon novam vestem spernens in Vespis [1]).

— *οὐκ εἰς κόρακας ἀποφθερεῖ;*] vid. Nub. 789 et ad Ran. 607. Etiam nostrae fabulae vs. 4 huc facit.

893. *ἐπίτηδες*] vid. Vesp. 391.

— *ἀποπνίξῃ*] cf. Vesp. 1134.

894 sq. *Et antea insidias tibi struxit iste: scis quam vili pretio nuper prostiterit laserpitium?* — Mare mediterraneum totum iam navibus suis reclusum gloriabantur Athenienses, et cum Siculorum caseo et porcis Poenorumque stragulis vestibus iam affluebat in Athenarum foro *ὁ ἐκ Κυρήνης καυλός* [3]), i. e. laserpitii caules edules. Similes autem in usus adhibebatur hoc olus atque inter nos *rheum*, cuius cum caules eduntur tum radices in medicamentis usurpantur. Erat autem silphii succus [4]) acerrimus [5]). Sed etiam in condiendis eduliis silphium usurpabatur [6]), plurimasque eius virtutes qui fuse enumerat inter „eximia naturae dona" refert Plinius [7]). Scilicet quod rarum carum; nam Plinii aetate in Cyrenaica non iam inveniebatur laserpitium, sed e Media invehebatur [8]). Athenis vero quo tempore acta est nostra fabula vilescere nuper coeperat largius advectum et in varios vitae usus adhiberi [9]). Quod Cleoni non laudi sed culpae ridicule nunc vertitur. — De adiectivo *ἀξίῳ* vid. ad vs. 645.

895. *μέντοι*] *sane!* vid. ad vs. 168.

---

[1]) Vesp. 1135 sqq.; vid. etiam Vesp. 38. — [2]) Cf. [Xen.] Rep. Ath. 2 § 7. — [3]) Hermipp. fr. 63[4] Herodot. IV 169 Plut. 925, *ὁ Λίβυς καυλός* Antiphan. fr. 217[13], *καυλὸς ἐκ Καρχηδόνος* Eubul. fr. 19[3], cf. 7[3]. — [4]) *Laser*. — [5]) Ar. Plut. 719 Eccl. 404. — [6]) Av. 534, 1579 Eccl. 1169. — [7]) H. Nat. XXII 49. — [8]) XIX 15. — [9]) Cf. Müller Strübing Aristoph. u. die hist. Kritik p. 145.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐπίτηδες οὗτος αὐτὸν ἔσπευδ᾽ ἄξιον γενέσθαι,
ἵν᾽ ἐσθίοιτ᾽ ὠνούμενοι, καὶ ἔπειτ᾽ ἐν ἡλιαίᾳ
βδέοντες ἀλλήλους ἀποκτείνειαν οἱ δικασταί.

ΔΗΜΟΣ.

νὴ τὸν Ποσειδῶ καὶ πρὸς ἐμὲ τοῦτ᾽ εἶπ᾽ ἀνὴρ Κόπρειος.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐ γὰρ τόθ᾽ ὑμεῖς βδεόμενοι δή που ἐγένεσθε πυρροί;

ΔΗΜΟΣ.

καὶ νὴ Δί᾽ ἦν γε τοῦτο Πυρράνδρου τὸ μηχάνημα.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἵοισί μ᾽, ὦ πανοῦργε, βωμολοχεύμασιν ταράττεις!

---

896. *ἔσπευδ᾽*] *ἔσπευσεν* R.
897. *ἐσθίοιτ᾽*] *-ητ᾽* R alii.
899. *Κόπρειος*] demoticum esse vidit Böckh.
901. *γε* R] *γε καὶ* cett., *γὰρ* vVelsen. || Post hunc versum haec fere intercidisse suspicatur vVelsen: *ΑΛΛ. μὰ τοὺς θεούς, ἀλλ᾽ οὑτοσί τις πυρρίας κάκιστος.*
902. *πανοῦργε*] *πόνηρε* V alii.

---

896. *ἐπίτηδες*] vid. ad Vesp. 391.
— *ἔσπευδε*] nempe „*τότε*" [1]). De verbi usu vid. vs. 926 Pac. 672 et cf. *σπουδάσαι* Ach. 685.

899. *Non primum nunc istud audio, sed idem olim mihi dixit vir Κόπρειος* sive e demo *Κόπρῳ* oriundus. De cuiusmodi iocis vid. vs. 79 et ad Ran. 427; eidem autem verborum lusui noster indulsit in Ecclesiazusis [2]). Ridetur nunc suspicacissima plebeculae indoles, etiam absurda crimina cupide arripientis et certissimis scilicet argumentis statim corroborantis.

900. De medii *βδεῖσθαι* usu vid. ad Nub. 1004 et cum toto versu cf. Ran. 308 Eccl. 329, 1061.
— *οὐ ... δή που ...;*] vid. ad Ran. 522.

901. *Ita sane, et Pyrrhandri quidem manifestum id erat artificium.* — Pyrrhandrum, quisquis fuit ille, nuper in civium suspicionem incidisse, hic versus fortasse testatur. Nam non e praecedentibus versibus hunc iocum profluxisse, sed excogitatos esse illos versus ut iocum — frigidum satis — nomen hoc proprium posset praebere, id quidem perspicere mihi videor. Sed quoniam Pyrrhandrum nullum novimus [3]), certi quid praestari nequit. Ipsum *Cleonem* designari, hunc enim *rufum* fuisse [4]), Droyseni est opinio; cui ex parte assensus Müller Strübing coniecit *Βυρσάνδρου,* — infeliciter sanequam. *Πεισάνδρου* [5]) autem nomen iocose nunc sic mutatum esse fortasse haud inepte suspicetur quispiam; sed nimis incerta sunt haec omnia.
— *καὶ ... γε*] vid. ad Ran. 49.

902. *βωμολοχεύμασιν*] vid. ad Ran. 358.

---

[1]) Vs. 895. — [2]) Eccles. 317 (et 362). — [3]) *πονηρὸν καὶ συκοφάντην* fuisse de suo opinor affirmat scholiasta. — [4]) Cf. vs. 407. — [5]) Pac. 395 etc.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἦ γάρ θεός μ' ἐκέλευσε νικῆσαί σ' ἀλαζονείαις.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀλλ' οὐχὶ νικήσεις. ἐγὼ γάρ φημί σοι παρέξειν,
ὦ Δῆμε, μηδὲν δρῶντι μισθοῦ τρυβλίον ῥοφῆσαι.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγὼ δὲ κυλίχνιόν γέ σοι καὶ φάρμακον δίδωμι,
τἀν τοῖσιν ἀντικνημίοις ἑλκύδρια περιαλείφειν.

(Offert seni pyxidem.)

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐγὼ δὲ τὰς πολιάς γέ σου ἐκλέγων νέον ποιήσω.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἰδοὺ δέχου κέρκον λαγῶ τὼ ὀφθαλμιδίω περιψῆν.

(Seni caudam leporinam praebet.)

---

903. *ἀλαζονείαις* Dindorf] -ας R, -ᾳ reliqui. Cf. vs. 290.
904. *οὐχὶ*] *οὐ* V alii, *οὔ με* Ald.
908. *γέ*] om. V alii.
909. *τὼ ὀφθαλμιδίω*] *τὠφθαλμίδια* Elmsley metri causa; sed vid. ad Nub. 1066

---

904 sq. *φημί σοι παρέξειν...μισθοῦ τρυβλίον ῥοφῆσαι*] ioculariter inter se nunc commixtae sunt locutiones *παρέξω σοι μισθόν* et *παρέξω σοι τρυβλίον φακῆς* [1]) vel *ἀθάρης* [2]) *ῥοφῆσαι*. Dicitur autem *μισθοῦ τρυβλίον* [3]) ut *εἰρήνης τρυβλίον* Ach. 278, idemque genitivi usus est in verbis *τάγηνον τευθίδων* [4]), *χύτρα ἀθάρης* [5]), *τρυβλίον πτισάνης* [6]), *ἔτνους τρυβλίον* [7]), *κάλαθος πτερύγων* [8]).

905. *μηδὲν δρῶντι*] *dum otio perfrueris* [9]). Ne id quidem posthac a te poscetur ut tribunal adeas. Nunc stipem meres sane [10]), et maiora tibi promisi [11]); sed quies a iudiciis procul abest, et nocte intempesta surgendum est ut illuc perveniatur: itaque in posterum *gratis* pabula tibi praebebo.

906. *κυλίχνιον ... καὶ φάρμακον*] i. e. *κυλίχνιον φαρμάκου* [12]). A voce *κύλιξ* ducitur *κυλίχνη* [13]), hinc *κυλίχνιον*, ut a voce *πόλις* ducta sunt *πολίχνη* [14]) et *πολίχνιον*. Idem autem valent *ἐξάλειπτρον* [15]) et *ἀλάβαστος* [16]). Nempe Athenienses *καὶ τὴν ἰατρικὴν πυξίδα καλοῦσι κυλικίδα* [17]).

907. *ἑλκύδρια*] seni ne offensioni sit [18]), deminutivo hoc utitur, cui similia sunt *μελύδριον* [19]), *σκελύδριον* [20]), alia.

---

[1]) Vs. 1007. — [2]) Vs. 1026. — [3]) *Een pannetje vacatie.* — [4]) Infra vs. 929. — [5]) Plut. 673. — [6]) Alex. fr. 142. — [7]) Cratet. fr. 9. — [8]) Av. 1325. — [9]) Cf. vs. 766. — [10]) Cf. vs. 256. — [11]) Vs. 798. — [12]) Vid. ad vs. 803. — [13]) Fr. 498. — [14]) Herodot. VI 26 Thucyd. VII 4 § 6. Etiam in nomen proprium abiit: Hom. *B* 557 l. a., Thucyd. VIII 14 § 3. — [15]) Ach. 1063. — [16]) Ibid. vs. 1053. — [17]) Athen. 480*b*. — [18]) Theophr. Char. 19. — [19]) Eccl. 883. — [20]) Herod. Mimiamb. IV 89.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀπομυξάμενος, ὦ Δῆμ', ἐμοῦ πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀποψῶ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐμοῦ μὲν οὖν! ἐμοῦ μὲν οὖν!

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐγώ σε ποιήσω τριηρ-
αρχεῖν ἀναλίσκοντα τῶν
σαυτοῦ, παλαιὰν ναῦν ἔχοντ',
εἰς ἣν ἀναλῶν οὐκ ἐφέ-
ξεις οὐδὲ ναυπηγούμενος·
διαμηχανήσομαί θ' ὅπως
ἂν ἱστίον σαπρὸν λάβῃς.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀνὴρ παφλάζει! παῦε, παῦ'

---

910. ἀπομυξάμενος] -μαξάμενος V alii. || Δῆμ', ἐμοῦ] Δῆμέ μου R (ut Thesm. 744).

911. Isiciario totum dat Ald.; in codice V alterum ἐμοῦ μὲν οὖν omissum est, ante versum autem 912 est nota Cleonis. Posterius ἐμοῦ μὲν οὖν R alii Cleoni tribuunt cum versibus sequentibus.

913 sq. ἀναλίσκοντα τῶν σαυτοῦ] del. Cobet, sed idoneis argumentis defendit Vahlen. Etiam vs. 924—926 prius res indicatur, dein rei causa subiungitur.

919—922. Isiciario dedit Bergk, in codd. sunt Chori (Coryphaei); vVelsen Choro dabat vs. 919 sq.[a], Isiciario vs. 920[b]—922.

919. ἀνὴρ] ἀνὴρ codd. || παῦε, παῦ'] in parenthesi haec collocat Lenting scholiastam secutus.

---

910. Dignum nunc certe se praestat Paphlago quem demirentur Theori [1]) et quicquid praeterea Athenis est assentatorum. *Capillis meis pro mantili utere, sodes,* seni dicit: χειρομάκτρῳ [2]) χρῶ ταῖς ἐμαῖς θριξίν. Ultimae autem rusticitatis cum sit ἐσθῆτι ἀπομύττεσθαι [3]), quid dicas de homine qui ad talia praebeat caput suum. Dionysi parasiti regi suo πολλάκις παρασχεῖν τὰ πρόσωπα καταπτύεσθαι feruntur [4]).

913. τριηραρχεῖν ἀναλίσκοντα] *per totum trierarchiae tuae tempus sumtus facere.*

915. Id quod iam dictum est clarioribus etiam verbis iteratur: *navem in quam nunquam non pecuniae aliquid sit impendendum aliquidve sarciendum.*

918. Docet hic versus trierarchas etiam hoc tempore, perinde atque postea [5]), non navem tantum accepisse sed etiam τὰ σκεύη τῆς νεώς ex armamentariis publicis iis fuisse exhibita.

919. παφλάζει] *ebullit, effervescit* [6]). Quod apposite de Paphlagone nunc dicitur [7]); cf. παφλάσματα de verbis tumidis usurpatum [8]). Item Timocles Hy-

[1]) Vesp. 600. — [2]) Xen. Cyrop. I 3 § 5. — [3]) Theophr. Char. 19. — [4]) Athen. 249 *f*. Etiam Diodori comici fr. 2 conferri potest. — [5]) Demosth. XLVII § 22 sqq. LI § 5. — [6]) *Begint te razen.* — [7]) Item Pac. 314; vid. etiam ad vs. 2. — [8]) Av. 1243.

ὑπερζέων. ὑφελκτέον
τῶν δαδίων ἀπαρυστέον
τε τῶν ἀπειλῶν ταυτηί.

(Ridens Paphlagoni offert suum cochlear.)

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

δώσεις ἐμοὶ καλὴν δίκην,
ἰπούμενος ταῖς εἰσφοραῖς.

920. *ὑπερζέων*] *ὑπερζέονθ'* Brunck.
921. *δαδίων*] sic vel *δαλίων* (cf. Pac. 959) Bentley, *δάδων* codd., *δὲ τῶν ξύλων* Ald.

periden oratorem *κόμποις παφλάζειν* dixit [1]). Proprie autem *de liquore* dicitur hoc verbum [2]). Similis est usus verborum *ὑπερζεῖν* [3]), *ἐπιζεῖν effervescere* [4]), *ἀποζεῖν* [5]), *ἐξαναζεῖν* [6]), *ζεῖν* [7]). Quae omnia de animo commoto sunt dicta [8]).

— *παῦε*] iteratur etiam Pac. 326: *παῦε παῦ' ὀρχούμενος*, praeterea vid. ad Ran. 122. Etiam Ran. 269 imperativus est repetitus.

920. *ὑπερζέων*] quod *ὑπερβάλλειν* dicitur Herodot. I 59 [9]).

922. *ταυτηί*] nempe *τῇ ζωμηρύσει* [10]). Minarum spumam supernatantem ex olla effervescente tollendam esse ait isiciarius, nunc quoque artis suae verbulis usus. Simillima autem metaphora adhibita Alexis [11]) hominem dixit perinde atque vinum primo quidem *ἀποζέσαι* debere atque *ἀφυβρίσαι* [12]), et provectiore demum aetate *ἀπαρυθέντα τὴν ἄνω ἐπιπολάζουσαν ἄνοιαν* potabilem fieri et sedari [13]). De verbo *ἀπαρύσαι* vid. etiam Herodot. IV 2.

923. Cf. Vesp. 453: *ἀλλὰ τούτω μὲν τάχ' ἡμῖν δώσετον καλὴν δίκην.*

924. *ἰπούμενος*] cf. Aesch. Prom. 365: *Typhon iacet ἰπούμενος ῥίζαισιν Αἰτναίαις ὕπο*, item Pindarus *Aetnam* vocat *ἶπον ἠνεμόεσσαν ἑκατογκεφάλα Τυφῶνος ὀβρίμου* [14]). Est enim *ἰποῦν mole* vel *machina comprimere*. Sic Lys. 291 *τὼ ξύλω τὸν ὦμον ἐξιπώκατον* conqueritur coryphaeus, *elisus mihi est humerus onere quod gesto.* Multo autem fortius est *ἰποῦν* quam *πιέζειν*, quo verbo apud Hesychium redditur, quod autem nostro loco dicitur *ταῖς εἰσφοραῖς ἰποῦσθαι*, id apud Lysiam est *πιέζεσθαι ταῖς εἰσφοραῖς* [15]).

— *ταῖς εἰσφοραῖς*] molestissimae civibus hoc tempore erant *εἰσφοραὶ* sive tributa extraordinaria, quae Cleon anno 428 aut primum irrogavit [16]) aut post longum annorum intervallum redintegravit [17]), cum belli sumtus ingentes exhausissent aerarium neque ad damna sarcienda sufficerent sociorum *φόροι* [18]).

[1]) Timocl. fr. 15. — [2]) Hom. *Ν* 798 Ar. fr. 498 Cratin. 206 Eubul. 109 Antiphan. 217⁴; vid. etiam ad Ran. 249. — [3]) Vs. 920. — [4]) Ach. 321 Thesm. 468 Soph. Trach. 840 Eur. Hec. 583 Iph. T. 987 Herodot. VII 13 Babr. 95 vs. 60. — [5]) Alex. fr. 45³. — [6]) Aesch. Prom. 370. — [7]) Soph. Oed. C. 434 Eur. Hec. 1055. — [8]) Ut nostrum *ziedende drift.* — [9]) Vid. ad vs. praecedentem. — [10]) Antiphan. fr. 249, *soeplepel.* In scholiis male suppletur: *τῇ κρεάγρᾳ.* Recte interpretatus est Kuster. De omissis autem huiusmodi nominibus vid. ad Ach. 331. — [11]) Alex. fr. 45. — [12]) *Jeter sa gourme.* — [13]) *καταστῆναι*, vid. ad Ran. 1003. Item Xenophon iuvenibus *ἐπιπολάζειν ὕβριν* dixit Rep. Laced. 3 § 2. — [14]) Olymp. IV 11. — [15]) Lys. XXVIII § 3. Vid. etiam Xen. Hellen. VI 2 § 1 *ἀποκναίεσθαι χρημάτων εἰσφοραῖς* et Antiphan. fr. 204³. Etiam nostra *geld afpersen* et *knevelarijen* huc faciunt. — [16]) Id quod e Thucydidis verbis effecerim. — [17]) Sic statuerunt alii. — [18]) Vid. Thucyd. III 19.

ἐγὼ γὰρ εἰς τοὺς πλουσίους
σπεύσω σ' ὅπως ἂν ἐγγραφῇς.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγὼ δ' ἀπειλήσω μὲν οὐ-
δέν, εὔχομαι δέ σοι ταδί·
τὸ μὲν τάγηνον τευθίδων
ἐφεστάναι σίζον, σὲ δὲ
γνώμην ἐρεῖν μέλλοντα περὶ
Μιλησίων καὶ κερδανεῖν
τάλαντον, ἣν κατεργάσῃ,
σπεύδειν ὅπως τῶν τευθίδων
ἐμπλήμενος φθαίης ἔτ' εἰς

935 sq. *ἔτ' εἰς ... ἐλθών* V] *ἔτ' εἰς ... ἐλθεῖν* R et plerique. Similis est lectionis varietas Nub. 1384; vHerwerden *πρὶν εἰς ... ἐλθεῖν*, Zacher *ἔτ' ἢ 'ς ... ἐλθεῖν* (coll. Herodot. VI 108 Xen. Cyrop. I 6 § 39 etc.). Equidem non dubito quin Venetus ipsam poetae manum servet.

925. *εἰς τοὺς πλουσίους*] thetes enim liberi erant a tributo hoc solvendo [1]).

926. *σπεύσω σε*] de verbo vid. ad vs. 896 et de prolepsi ad Nub. 493.

927—940. Non minas sed „preces" — immo diras! — profert isiciarius. Quibus simillimas et nihilo minus artificiose elaboratas fundit chorus Ach. 1156—1173, Antimacho cuidam pessima quaevis imprecatus itemque a *τευθίσιν* facto initio.

929. *τευθίδων*] de genitivo vid. ad vs. 904 sq. Est autem *τευθὶς* *loligo* [2]), *sepiae* arte cognata: *σύννομον | τῆς κυφονώτου σῶμ' ἔχουσα σηπίας | ξιφηφόροισιν χερσὶν ἐξωπλισμένη | τευθίς* [3]). Apud Aristophanem etiam Ach. 1157 commemoratur.

930. *ἐφεστάναι*] nempe *ἐπὶ τοῦ πυρός* sive *ἐπὶ τοῦ ἐπιστάτου* [4]), unde *ἀφαιρεῖται* cibus ut apponatur coenantibus [5]).

— *σίζον*] cf. Polyphemi oculus *σίζων ἐλαϊνέῳ περὶ μοχλῷ*. Piscium autem *ἐν τηγάνοις σιζόντων* haud infrequens apud comicos est mentio [6]).

931 sq. De *Milesiis* hoc tempore deliberatum esse supra [7]) vidimus; de talento autem, quod lucraturus nunc fingitur Paphlago, idem valet quod de similibus criminibus cunctis [8]).

933. *ἣν κατεργάσῃ*] eadem verba leguntur Eccl. 247, idem autem valet *ἣν διαπράξῃς* [9]): *si effeceris id quod cupiunt qui vocem tuam emerunt.*

934—936. Verba sic iungenda: *ὅπως φθαίης ἔτι ἐλθὼν* [10]) *εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν τευθίδων ἐμπλήμενος, ut concionem adeas devoratis prius loliginibus illis*, i. e. *ut prius etiam devores illas loligines quam concionem adeas.*

935. *ἐμπλήμενος*] gulosi hominis aviditas bene sic pingitur [11]).

[1]) Vid. ad Vesp. 41. — [2]) *Pijl-inktvisch*, *calmar* hodie dicta Italis. — [3]) Antiphan. fr. 217. — [4]) Av. 437. — [5]) Vid. ad Ach. 1119. Item nostrae coculae de cibis dicere solent *opzetten*, *opstaan*, *afzetten*, *afnemen*. — [6]) Ach. 1158 Teleclid. fr. 10 Alex. 187, cf. etiam Magnet. 1 et Nicostrat. 7. — [7]) Vs. 361. — [8]) Vid. ad vs. 834. — [9]) Plut. 378. — [10]) De notissimo participii post *φθάνειν* usu vid. Nub. 1384 Plut. 485, 685, 1133 etc. — [11]) Cf. Vesp. 1127 Eccl. 51.

ἐκκλησίαν ἐλθών· ἔπει-
τα πρὶν φαγεῖν ἀνὴρ μεθή-
κοι, καὶ σὺ τὸ τάλαντον λαβεῖν
βουλόμενος ἐ-
σθίων ἅμ᾽ ἀποπνιγείης.

ΧΟΡΟΣ.

(Cantus.)

εὖ γε, νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα.

SCENA DECIMA SEPTIMA.

Eidem.

ΔΗΜΟΣ.

καὶ ἐμοὶ δοκεῖ καὶ τἄλλα γ᾽ εἶναι καταφανῶς
ἀγαθὸς πολίτης, οἷος οὐδείς πω χρόνου

937. ἀνὴρ Lenting] ἀνὴρ codd.

940. ἅμ᾽] addidit Meineke coll. Eccl. 85, vid. etiam Philetaeri fr. 6; ἐπαποπνιγείης Elmsley.

941 sq. Miri numeri; tetrametrum ut efficeret Bergk delebat particulam γε et in fine lacunam significabat, quam verbis <τάδ᾽ ηὔξω> explet vHerwerden (coll. vs. 928). Sed neque τάδε pro ταῦτα satis aptum, neque metrum anapaesticum nunc expectatur. Sermone pedestri haec dicta esse perhibet scholion metricum, quod vix tamen est credibile, nam ceteri huiusmodi loci (Ach. 237, 241 Av. 865 sqq., 1661 sqq. Thesm. 295) a nostro sunt diversi; itaque vix dubito quin a cuncto choro magna cum gravitate cantata fuerint haec verba, non a solo coryphaeo recitata.

943. δοκεῖ ... εἶναι] δοκεῖ· ... ἐστὶ Meineke, δοκεῖ· ... ἦν γὰρ vVelsen. || καταφανῶς] περιφανῶς Meineke; vid. commentarius.

937. πρὶν φαγεῖν] subiectum (σε) omissum est, ut Thesm. 572, vel ut obiectum ibidem vs. 1208.

— ἀνὴρ μεθήκοι] sc. σε, *vir ille* (qui te corrupit) *adsit te petens*. De verbo μεθήκειν vid. ad vs. 605.

940. Sic mortem te dignam invenias, ipsa tua avaritia suffocatus; quemadmodum Philoxeno heluoni polypus nimis delicatus necem intulisse fertur [1]), Phormisius autem βινῶν ἅμα diem obiisse supremum et Lais βινουμένη [2]).

942. Consimilia sunt Demosthenis verba: μὰ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα, οὐ ψεύσομαι [3]), de more autem per tria numina iurandi vid. ad Nub. 1234.

943. καταφανῶς] non redit apud comicos, qui alias dicere solent περιφανῶς [4]), quod hic quoque fortasse est scribendum. Idem apud Thucydidem valet διαφανῶς [5]).

944. οἷος οὐδείς πω] cf. Thucydidis verba: *Themistocles apud regem* γίγνεται

[1]) Athen. 341. — [2]) Philetaer. fr. 6 et 9. — [3]) Demosth. LII § 9. — [4]) Vs 1186 etc. — [5]) Thucyd. II 65 § 8.

ἀνὴρ γεγένηται τοῖσι πολλοῖς τοῦ ὀβολοῦ.
σὺ δ', ὦ Παφλαγών, φάσκων φιλεῖν μ', ἐσκορόδισας.
καὶ νῦν ἀπόδος τὸν δακτύλιον, ὡς οὐκέτι
ἐμοὶ ταμιεύσεις.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(anulum reddens:)

ἔχε· τοσοῦτον δ' ἴσθ', ὅτι,
εἰ μή μ' ἐάσεις ἐπιτροπεύειν, ἕτερος αὖ
ἐμοῦ πανουργότερός τις ἀναφανήσεται.

945. ἀνὴρ] πολλοῦ Blaydes, ut Plut. 98; in V litterae ἀνὴρ γε sunt in rasura. Sed vid. commentarius.

μέγας [1]) ὅσος οὐδείς πω Ἑλλήνων [2]), et Gorgiae apud Platonem dictum gloriosum: οὐδείς μέ πω ἠρώτηκε καινὸν οὐδὲν πολλῶν ἐτῶν [3]).

— χρόνου] insolite pro πολλοῦ χρόνου vel διὰ (πολλοῦ) χρόνου est dictum [4]). Quamquam et nos dicimus *in geen tijd(en)* pro *in langen tijd niet*. Cf. etiam χρόνῳ *tandem* [5]).

945. τοῖσι πολλοῖς τοῦ ὀβολοῦ] perexigui pretii sunt quae πολλὰ τοῦ ὀβολοῦ veneunt, ut apuae [6]); contra τίμιον est τὸ μικρὸν τοῦ ὀβολοῦ πωλούμενον [7]). Itaque οἱ πολλοὶ τοῦ ὀβολοῦ [8]) sunt *faex plebeculae*, ὁ συρφετὸς τῆς πόλεως [9]). Sic scilicet in comici ore audit civitas, in qua non οἱ ἄριστοι praepolleant sed οἱ πολλοί. Dignissimus qui conferatur est Vesparum locus [10]), ubi Euathlus et Cleonymus quique eorum sunt similes dicuntur οἱ „οὐχὶ προδώσω τὸν Ἀθηναίων κολοσυρτόν".

946. φάσκων φιλεῖν μ' ἐσκορόδισας] *tu, qui amare me perhibes, bilem mihi movisti.* De verbo σκοροδίσαι vid. ad vs. 494, verba autem φάσκων φιλεῖν etiam vs. 870 sunt dicta. Alienum hinc est quod observarunt Casaubonus et Berglerus [11]), φιλεῖν etiam *osculari* significare; non enim eius qui φάσκει φιλεῖν, sed eius qui revera φιλεῖ, displicere possunt basia.

947 sq. *Iamque anulum meum mihi redde, non enim dispensatore* (ἐπιτρόπῳ) *te utar posthac* [12]). — Promus condus sigillo domini sibi credito litteras obsignabat quaeque servanda erant ἐσήμαινε sive σφραγῖδα ἐπέβαλλεν [13]). Quod urbis claves et sigillum publicum, in quo noctua vel gorgoneum expressum fuisse videtur, uni quotidie τῶν πρυτάνεων credebatur, qui dicebatur ἐπιστάτης [14]), id huc non facit [15]).

948. ἔχε] cf. vs. 51.

949. ἐπιτροπεύειν] vid. vs. 212.

— ἕτερός ... τις] cf. Nub. 34.

1) Codd. μέγας καί. — 2) Thucyd. I 138 § 2. — 3) Gorg. 448 *a*. — 4) Vid. ad Vesp. 1252. — 5) Lys. XIII § 83 etc. — 6) Sic alias δέκα τοῦ ὀβολοῦ a comicis dictum fuit ἐπὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων (fr. adesp. 763), et vilissimam polentam Antiphanes vocavit τὴν πλείστην τοῦ ὀβολοῦ μᾶζαν (fr. 135); vid. etiam Timocl. fr. 18³ Av. 1079. — 7) Vid. Eupol. fr. 185. — 8) *De „honderd om een dubbeltje"*. Cf. supra vs. 73. — 9) Vesp. 673. — 10) Vesp. 666. — 11) Coll. Horat. Epod. 3 et Thesm. 494. — 12) De verbi ταμιεύειν usu vid. Lys. 493, 495 Thesm. 419 Eccl. 600, et cf. ταμίας Vesp. 613, ἐπίτροποι καὶ ταμίαι Eccl. 212. — 13) Lys. 1198 Thesm. 415 Eur. Or. 1108 Herc. 53 fr. 762 Xen. Hell. V 1 § 30 etc. — 14) Vid. [Aristot.] Rep. Athen. 44 § 1. — 15) Praeterea videantur quae de hoc loco in Prolegomenis sunt observata.

ΔΗΜΟΣ.

οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ δακτύλιός ἐσθ' οὑτοσὶ
οὑμός· τὸ γοῦν σημεῖον ἕτερον φαίνεται,
ἀλλ' ἢ οὐ καθορῶ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

φέρ' ἴδω.

(Anulum a sene acceptum inspiciens:)

τί σοι σημεῖον ἦν;

ΔΗΜΟΣ.

δημοῦ βοείου θρῖον ἐξωπτημένον.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐ τοῦτ' ἔνεστιν.

ΔΗΜΟΣ.

οὐ τὸ θρῖον; ἀλλὰ τί;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

λάρος κεχηνὼς ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν.

ΔΗΜΟΣ.

αἰβοῖ τάλας.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τί ἔστιν;

ΔΗΜΟΣ.

ἀπόφερ' ἐκποδών.

---

955. τοῦτ' ἔνεστιν R] τοῦτό γ' ἔστιν V et plerique.

---

953. ἀλλ' ἢ οὐ καθορῶ] Cf. Thesm. 97 sq.: ἀλλ' ἢ τυφλὸς μέν εἰμ'· ἐγὼ γὰρ οὐχ ὁρῶ | ἄνδρ' οὐδέν' ἐνθάδ' ὄντα, Κυρήνην δ' ὁρῶ. Praeterea de particulis ἀλλ' ἢ vid. vs. 1162 et ad Ran. 928.

954. Verborum huic lusui — quem multis hodie, ut mihi, frigere suspicor — etiam Vesp. 40 noster indulsit, qui totus conferendus est locus. Verbum θρῖον tetigi ad Vesp. 436 et Ran. 134, δήμου autem θρῖον etiam Ach. 1102 commemoratur [1]). Compositum ἐξοπτᾶν vs. 1204 (?) redit [2]).

955. ἔνεστιν] cf. vs. 122.

956. Vid. ad vs. 313 et ad Nub. 591; πέτρα nunc non tota dicitur Pnyx [3]) sed τὸ βῆμα sive ὁ λίθος [4]), unde verba faciebant ad populum. Apud Matronem τὸν παρῳδὸν Homerica dictione festive utentem Chaerephon parasitus dicitur πεινῶντι λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς, | νήστης, ἀλλοτρίων εὖ εἰδὼς δειπνοσυνάων [5]).

---

[1]) Post Elmslei emendationem. — [2]) Praeterea vid. Ach. 1005 Pherecrat. fr. 108^{10} Teleclid. 1^{7} Eubul. 15^{8}. — [3]) Ut vs. 754 et alibi. — [4]) Pac. 680 Eccl. 87, vid. etiam Thesm. 529 et ad Ach. 683. — [5]) Athen. 134*e*.

οὐ τὸν ἐμὸν εἶχεν, ἀλλὰ τὸν Κλεωνύμου.
παρ' ἐμοῦ δὲ τουτονὶ λαβὼν ταμίευέ μοι.
(Alium anulum tradit isiciario.)

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

μὴ δῆτά πώ γ', ὦ δέσποτ', ἀντιβολῶ σ' ἐγώ,
πρὶν ἄν γε τῶν χρησμῶν ἀκούσῃς τῶν ἐμῶν.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ τῶν ἐμῶν νυν.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀλλ' ἐὰν τούτῳ πίθῃ,
μολγὸν γενέσθαι δεῖ σε.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

κἤν γε τουτῳί,
ψωλὸν γενέσθαι δεῖ σε μέχρι τοῦ μυρρίνου.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀλλ' οἵ γ' ἐμοὶ λέγουσιν ὡς ἄρξαι σε δεῖ
χώρας ἁπάσης ἐστεφανωμένον ῥόδοις.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οἱ ἐμοὶ δέ γ' αὖ λέγουσιν ὡς ἁλουργίδα

958. *Κλεωνύμου*] de hoc homine vid. ad Nub. 353.

960. *μή ... πώ γε*] vid. ad Nub. 196.

961. Paphlagonis vaticinia etiam fabulae initio commemorata sunt [1]).

962. *ἐὰν τούτῳ πίθῃ*] *si isti* (eiusque oraculis) *aurem praebueris.*

963. *μολγὸν*] utrem bovinum sic dictum esse ait Pollux [2]), addens Aristophanem *χρησμόν τινα παίζοντα* hoc verbo usum esse in versu: *μή μοι Ἀθηναίους αἰνεῖτ'* [3]), *ἢ μολγοὶ ἔσονται* [4]). Nempe et illic et nostro loco [5]) comicus respicit oraculum, quod Theseo eiusque urbi olim datum esse ferebatur: *ἀσκὸς γὰρ ἐν οἴδματι ποντοπορεύσῃ* et postea a Sibylla his verbis esse iteratum: *ἀσκὸς βαπτίζῃ, δῦναι δέ τοι οὐ θέμις ἐστί* [6]). Etiam in Agricolis fabula oraculum illud tangens noster voce *μολγῷ* est usus [7]). Quod autem voci *ἀσκῷ* his locis iocose substitutum est *μολγός*, inde efficio talem demum utrem, cuius corium esset attritum, *μολγὸν* esse dictum. Quod nomen in homines *μοχθηροὺς* translatum esse docet priscus aliquis grammaticus in scholiis, fortasse Crates; sed corruptissima haec extant.

964. *μυρρίνου*] ut *μύρτον* et *σῦκον* et *κριθή* et *βάλανος* et *λειμών* [8]) et alia hoc nomen ad pudenda est translatum.

967. *ἁλουργίδα*] *paludamentum purpu-*

[1]) Cf. vs. 61. — [2]) Poll. X § 187. — [3]) *αἰνεῖν*? — [4]) Fr. 694. — [5]) Vid. etiam vs. 1067. — [6]) Plut. Thes. 24 Pausan. I 20 § 4. — [7]) Teste Symmacho in scholiis, qui ipsa comici verba affert (fr. 101), misere tamen corrupta. — [8]) Eur. Cycl. 171.

ἔχων κατάπαστον καὶ στεφάνην ἐφ' ἅρματος
χρυσοῦ διώξει . . . Σμικύθην καὶ Ἀγύρριον.

---

968. στεφάνην] στέφανον Meineke, illud enim de femineo tantum ornatu dici (Eccl. 1034 et saepius apud alios). Sed vid. commentarius.

969. διώξει Elmsley] -ξεις codd. || Ἀγύρριον Dindorf] κύριον codd.; nomen proprium in codicum lectione latere certum duco. Quod qui primus sensisse videtur Reiske, καὶ Πυρρίαν proponebat, minime sane absurde. Vid. commentarius.

---

reum [1]). Dicebatur etiam φοινικὶς [2]) vel ξυστίς [3]). Nempe ἁλουργής [4]) vocabatur lana purpura tincta [5]). Quod ubi secundum artis praecepta fit, δευσοποιὸς exinde est color, et sine detrimento lavari possunt vestimenta inde confecta; sin minus, „ἐξίτηλοι" evadunt πορφυρίδες [6]). Hinc δευσοποιὸν πονηρίαν Dinarchus dicit improbitatem ἀνέκπλυτον, quae nullis purgaminibus possit deleri [7]), et nostro perfrictae frontis nebulo audit περιαλουργὸς τοῖς κακοῖς [8]).

968. κατάπαστον] i. e. πεποικιλμένην, ποικίλην, *vestem pictam*: δίπλακα πορφυρέην, πολλὰ δαίδαλα ἔχουσαν ἐμπεπασμένα. Nam πάττειν in vetusta certe lingua est ποικίλλειν [9]).

— στεφάνην] hac voce, quae alibi *feminarum* ornamentum significat [10]), iocose nunc designatur priscus ornatus, qui infra vs. 1331 τὸ ἀρχαῖον σχῆμα marathonomachorum dicitur [11]).

969. Post διώξει expectatur *hostium* mentio; sed ioco usus, quem etiam Ach. 699 et Vesp. 1207 admisit, comicus enunciatum detorquet in verbi διώκειν usum forensem; duorum enim *civium* subiungit nomina, significans igitur dignissimos hos esse qui rei fiant. *Smicythum* illum, quem anno 424/3 scribam τῶν ταμιῶν τῆς θεοῦ fuisse testantur lapides, huc refert Müller Strübing [12]), litis autem Smicythae alicui olim intentatae mentionem facit Demosthenes [13]); fortasse igitur hic homo intellegendus. *Agyrrhius* aliquot annis post in rep. administranda magnas egit partes, quo tempore auctor extitit ut etiam concionantibus, perinde atque iudicibus, tribueretur merces diurna [14]). Nunc igitur inter Cleonis asseclas bonis viris infestos commemorari potuit. Non tamen constat Aristophanem hoc loco usum esse eius nomine, quod e coniectura est scriptum; nam etiam altera quae proposita est lectio: Σμικύθην καὶ Πυρρίαν [15]) habet quod placeat. — Id quidem certum est, nugari scholiastam illum, qui Smicythen pro Thracio regulo habeat, et deteriora etiam duco quae ad traditam vocem κύριον defendendam a veteribus sunt prolata [16]).

---

[1]) ἀλουργιαῖον fr. 741. — [2]) Ach. 320 etc. — [3]) Vid. ad Nub. 70. — [4]) ἀλοϜεργής. — [5]) πορφυροβαφής. — [6]) *Verschieten*: Xen. Oecon. X § 3. — [7]) Dinarch. II § 4. De adiectivo δευσοποιῷ vid. praeterea Plat. Rep. 429*e* Alex. fr. 141⁹ Diphil. fr. 72 Ruhnk. ad Tim. s. v. — [8]) Ach. 856. Nos: *door de wol geverwd.* — [9]) Hom. Γ 126 Χ 441; vid. etiam Ξ 179 et ad Nub. 912, supra vs. 99 et 502. — [10]) Etiam apud nostrum, Eccl. 1034. Vid. ad Hom. Σ 597. — [11]) Poetae igitur mentem vernacule bene reddas sic: *met een gebloemde japon aan en een oorijzer op het hoofd.* — [12]) Aristoph. u. die hist. Kritik p. 339. — [13]) Demosth. XIX § 191. — [14]) [Aristot.] Rep. Ath. 41 § 3, schol. Eccl. 102; praeterea vid. ad Ran. 367. — [15]) *Jan-rap en zijn maat.* Est enim vulgare nomen *Smicythes* (vel *-thus*): Eccl. 293 Vesp. 401 Eccl. 46 Pherecrat. fr. 32; cf. *Smicrines* comoediae novae nomen, Alex. fr. 76. De voce autem πυρρίᾳ vid. ad Ran. 730. — [16]) Schol.: ὥσπερ ἐν ταῖς εἰσαγωγαῖς τῶν ἐγκλημάτων κηρύττειν εἰώθασιν, ἐπειδὰν γυναικὶ ἐπιφέρηται ἔγκλημα. οὕτω γὰρ

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

καὶ μὴν ἔνεγκ᾽ αὐτοὺς ἰών, ἵν᾽ οὑτοσὶ
αὐτῶν ἀκούσῃ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

πάνυ γε.

ΔΗΜΟΣ.

καὶ σύ νυν φέρε.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἰδού.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἰδού, νὴ τὸν Δί᾽· οὐδὲν κωλύει.

(Paphlago domum intrat, Isiciarius dextrorsum abit, suas in urbe aediculas petens.)

ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 973—984).

ἥδιστον φάος ἡμέρας
ἔσται τοῖσι παροῦσι καὶ
πᾶσιν τοῖς ἀφικνουμένοις,

---

970 sq.[a] Choro (Coryphaeo) dedit Enger, in codd. sunt Demi (sic habet R) vel Cleonis (quod est in V).

970. ἰών] εἰσιών V alii.

971. πάνυ γε] cum reliquis verbis huius versus Isiciario tribuit Lenting (coll. Ach. 342 Vesp. 457), Demo Enger. || νυν] δή Ald.

972. Totum Cleoni tribuebat Meineke, ἰοὺ ἰού legens; nimis audacter Bergk *ΚΛ.* ἴω; *ΑΛΛ.* ἴω; *ΔΗΜ.* νὴ τὸν Δί᾽, οὐδὲν κωλύει, Blaydes *ΚΛ.* ἰδού. *ΑΛΛ.* ἰδού. *ΔΗΜ.* θέοιτ᾽ ἄν. *ΚΛ.* *ΚΑΙ ΑΛΛ.* οὐδὲν κωλύει.

974. τοῖσι] τοῖσιν V, τοῖς R; *τοῖς τε?

975. In codd. est τοῖσιν ἀφικνουμένοισιν, Dobree addidit πᾶσιν (post παροῦσι id collocans). Bentley coniecit τοῖσι δεῦρ᾽ (Porson καὶ δεῦρο τοῖς) ἀφικνουμένοις, Cobet τοῖσιν εἰσαφικνουμένοις (ut Plat. Menon. 92*e* Xen. Redit. III § 12 V § 1), vVelsen τοῖς ἀφιξομένοις, κακῶς.

---

970. ἔνεγκε ... ἰών] vid. ad Nub. 1212.

972. Cf. vs. 723. — Domum suam abire fingitur isiciarius teste vs. 1001.

973. φάος] poetica forma in canticis redit Av. 1748 Ran. 1529 et in parodia Ach. 1185 [1]). „Παρὰ τὰ Εὐριπίδου" haec dicta esse perhibet scholion, nullo tamen Euripidis loco allato.

975. τοῖς ἀφικνουμένοις] *peregrinis huc adventantibus* [2]).

προκαλεῖσθαι εἰώθασιν ἐν τῷ δικαστηρίῳ· „ἡ δεῖνα καὶ ὁ κύριος" τουτέστιν ὁ ἀνήρ. ἅμα οὖν ὡς γυναικώδη τὸν Σμικύθην κωμῳδεῖ. — [1]) Cf. φέγγος infra vs. 1319. — [2]) Cf. Av. 1418.

ἢν Κλέων ἀπόληται.
καίτοι πρεσβυτέρων τινῶν
οἵων ἀργαλεωτάτων
ἐν τῷ Δείγματι τῶν . . . δικῶν
ἤκουσ' ἀντιλεγόντων,
ὡς εἰ μὴ ἐγένεθ' οὗτος ἐν
τῇ πόλει μέγας, οὐκ ἂν ἤ-
στην σκεύει δύο χρησίμω,
δοίδυξ οὐδὲ τορύνη.

976. Κλέων] οὗτός γ' Keck, Cleonem enim suo nomine alibi in hac fabula non designari. At nunc in scena non adest Paphlago, ἐκεῖνος igitur dicendum esset.
981. ἐγένεθ'] γένοιθ' codd.
983. σκεύει] σκεύη codd.; vid. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.² p. 103.

976. Commentarii instar est Thucydidis testimonium de optimatium quae anno 425 ergo Cleonem fuit mente: *Cleonis Pylum aggressuri consilia haud ingrata fuere* τοῖς σώφροσι τῶν ἀνθρώπων, λογιζομένοις δυοῖν ἀγαθοῖν τοῦ ἑτέρου τεύξεσθαι, ἢ Κλέωνος ἀπαλλαγήσεσθαι, ὃ μᾶλλον ἤλπιζον, ἢ σφαλεῖσι γνώμης Λακεδαιμονίους σφίσι χειρώσεσθαι [1]. Necdum deferbuisse illud odium videmus, neque aliter senserunt postea, cum in Thraciam cum copiis profectus est Cleon [2].

978. οἵων] eodem sensu quo ὅτι additur superlativo [3].

979. Dicebatur Δεῖγμα [4] stoa ubi rerum promercalium *specimina* [5] solebant exponi. Notissimum autem erat Piraei Δεῖγμα portui adiacens, quo multi semper confluebant emturientes, crebrasque ibi, ut in foro, fuisse otiosorum hominum confabulationes quivis intellegit [6]. Etiam aliis urbibus suum fuisse Δεῖγμα disertis testimoniis constat [7], sed *litium* Δεῖγμα nusquam fuit, nec nisi iocoso quodam linguae lapsu potuit dici; sunt autem intellegendae σανίδες λελευκωμέναι seriem causarum proximo tempore diudicandarum exhibentes. Illuc crebro confluentes senes heliastae [8] Cleonem patronum suum collaudare solent.

980. ἀντιλεγόντων, ὡς] *qui in contrariam partem disputantes perhibebant* [9].

984. Quemadmodum malignus sycophanta κρατὴρ κακῶν et τριπτὴρ δικῶν audit [10], sic *reip.* δοίδυξ sive *pistillum* [11] atque τορύνη sive *cochlear* [12] dicitur nunc turbulentus demagogus, quem chorus βορβοροτάραξιν vocavit supra [13]. Digna quae praeterea conferantur sunt verba coloris Aristophanei: *Neptunus mare turbavit* ὥσπερ τορύνην τὴν τρίαιναν ἐμβαλών [14]) et: ἀναδοιδυκίζειν [15]) i. e. ἀναταράττειν. Verbum τορύνειν infra legitur [16].

— οὐδὲ] negligentius pro καί particula hoc est dictum, quasi οὐκ ἂν ἦν δοίδυξ praecesserit [17].

[1]) Thucyd. IV 28. — [2]) Vid. Vesp. Prolegom. p. XXXII sq. — [3]) Item Ach. 384 Xen. Anab. IV 8 § 2 Plat. Conv. 220*b* etc. — [4]) *Bazar.* — [5]) Ach. 988 Menandr. fr. 95 etc. — [6]) Cf. Xen. Hell. V 1 § 21, Demosth. XXXV § 29 L § 24, Lys. fr. c. Tisidem, Polyaen. VI 2 § 2. — [7]) Vid. e. g. Polyb. V 88. — [8]) Cf. Vesp. 349 (Nub. 779). — [9]) Cf. Plut. 593 vel Herodot. VIII 77. — [10]) Ach. 937. — [11]) Vesp. 938. — [12]) Av. 78 sq. — [13]) Vs. 309, ubi vid. — [14]) Fr. adesp. 354. — [15]) Fr. adesp. 926, vid. etiam fr. 973; nos: *de peentjes opscheppen.* — [16]) Vs. 1172. — [17]) Vid. ad μηδέ vs. 580.

Antistropha (vs. 985—996).

ἀλλὰ καὶ τόδ' ἔγωγε θαυ-
μάζω τῆς ὑομουσίας
αὐτοῦ. φασὶ γὰρ αὐτὸν οἱ
παῖδες, οἳ ξυνεφοίτων,
τὴν δωριστὶ μόνην ἐναρ-
μόττεσθαι θαμὰ τὴν λύραν,
ἄλλην δ' οὐκ ἐθέλειν μαθεῖν·
κᾆτα τὸν κιθαριστὴν
ὀργισθέντ' ἀπάγειν κελεύ-
ειν, „ὡς ἁρμονίαν ὁ παῖς
οὗτος οὐ δύναται μαθεῖν
ἢν μὴ δωροδοκιστί."

989. *ἐναρμόττεσθαι* Dindorf] *ἁρμόττεσθαι* codd.; *ἂν ἁρμόττεσθαι* Ald.
996. *δωροδοκιστί* V^1 R] *-κηστί* V^2 alii, qui neque probus est terminus, nam *-κητί* dicendum foret (et sic habent pauci), neque festivus, nam parum est similis adverbiis *δωριστί λυδιστί* ceteris.

985 sq. De structura vid. ad vs. 787.

986. *ὑομουσίας*] vid. ad Nub. 1001.

988. *ξυνεφοίτων*] vid. Plat. Euthydem. 272*c*: *οἱ παῖδες οἱ συμφοιτηταί μου* vel Cleocriti apud Xenophontem verba: *συγχορευταὶ καὶ συμφοιτηταὶ γεγενήμεθα καὶ συστρατιῶται* [1]), et ad Nub. 916.

989. *τὴν δωριστί*] sc. *ἁρμονίαν*. Cf. Lachetis verba apud Platonem: *κομιδῇ μοι δοκεῖ μουσικὸς* [2]) *ὁ τοιοῦτος εἶναι, ἁρμονίαν καλλίστην ἡρμοσμένος* [3]), *οὐ λύραν οὐδὲ παιδιᾶς ὄργανα ἀλλὰ τῷ ὄντι ζῆν ἡρμοσμένος αὐτὸς αὑτοῦ τὸν βίον σύμφωνον τοῖς λόγοις πρὸς τὰ ἔργα, ἀτεχνῶς δωριστί, ἀλλ' οὐκ ἰαστί, οἶμαι δὲ οὐδὲ* [4]) *φρυγιστὶ οὐδὲ λυδιστί, ἀλλ' ἥπερ μόνη Ἑλληνική ἐστιν ἁρμονία* [5]). Activo *ἐναρμόττειν* utitur Pindarus, de ipsa Musa locutus: *Μοῖσα ... παρέστα μοι ... ἐναρμόξαι* [6]), sed mortales cum suam lyram parant eam *ἐναρμόττονται*. Aeolicam harmoniam prae ceteris laudat Pratinas: *μήτε σύντονον δίωκε μήτε τὰν ἀνειμέναν Ἰαστὶ μοῦσαν, ἀλλὰ τὰν μέσαν νεῶν ἄρουραν αἰόλιζε τῷ μέλει* [7]).

992. *κιθαριστὴν*] vid. ad vs. 188 sq. et Nub. 964.

993 sq. Aut ad ipsum puerum "*ἄπαγε*" dixit ludimagister iratus: „*quin proripis te*", aut ad eius paedagogum: „*ἄπαγε αὐτόν*" [8]). De transitu ab indirecta oratione ad directam vid. ad vs. 668 sq.

996. *δωροδοκιστί*] adv. iocose fictum; cf. Cratini dea *Δωρὼ συκοπέδιλος* [9]) et de verbo *δωροδοκεῖν* vid. ad Ran. 361.

[1]) Xen. Hell. II 4 § 20. — [2]) I. e. *cultus homo*, supra vs. 191. — [3]) Cf. vs. 1236. — [4]) *Nedum.* — [5]) Lach. 188*d*. Cf. etiam 193*d* Rep. 398*e* sq. *a*; praeterea vid. ad Nub. 968 et ad Ran. 1314. — [6]) Ol. III 9. — [7]) Apud Athen. 624*f*. Quae verba cum Aristot. Polit. VIII 7 § 4 sunt conferenda, haud scio autem an sic sint scribenda: *μήτε σύντονον δίωκε μήτ' ἄγαν ἀνειμέναν | τὰν μέσαν νεῶν ἄρουραν αἰόλιζε τῷ μέλει.* Nam difficile est non agnoscere tetrametros. — [8]) Hoc cum Kockio puto. — [9]) Supra vs. 529.

SCENA DECIMA OCTAVA.

Demus, Paphlago, Isiciarius, Chorus.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(voluminibus onustus rediens:)

ἰδοὺ θέασαι! κοὐχ ἅπαντας ἐκφέρω.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(maiorem etiam vim voluminum secum trahens:)

οἴμ', ὡς χεσείω! κοὐχ ἅπαντας ἐκφέρω.

ΔΗΜΟΣ.

ταυτὶ τί ἐστί;

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

λόγια.

ΔΗΜΟΣ.

πάντ';

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐθαύμασας;

καὶ νὴ Δί' ἔτι γέ μοί ἐστι κιβωτὸς πλέα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐμοὶ δ' ὑπερῷον καὶ ξυνοικία δύο.

ΔΗΜΟΣ.

φέρ' ἴδω, τίνος γάρ εἰσιν οἱ χρησμοί ποτε;

---

997. *ἰδοὺ θέασαι*] item Ach. 366 Eur. Herc. 1131, *ἰδοὺ θεῶ* Vesp. 1170, *ἰδοὺ θεᾶσθε* Soph. Trach. 1079.

998. Vid. ad Ran. 1 sqq. et 8.

999. *πάντα;*] *cunctane ista volumina vaticiniis sunt impleta?*

— *ἐθαύμασας*] vid. Nub. 185 et ad Nub. 174.

1001. Vox *ὑπερῷον*, quae apud Homerum frequens est, apud nostrum redit Eccl. 698 Plut. 811[1]); *ξυνοικία* autem sive *insula* commemoratur etiam Thesm. 273 et fr. 133. Cuius vocis vim optime his verbis exponit Aeschines[2]): *ὅπου πολλοὶ μισθωσάμενοι μίαν οἴκησιν διελόμενοι ἔχουσι, συνοικίαν καλοῦμεν, ὅπου δ' εἷς ἐνοικεῖ οἰκίαν*[3]). Dicit igitur isiciarius sibi aedicularum suarum partem superiorem duasque domus praegrandes mercede conductas oraculis plenas esse insuper.

---

[1]) Cf. etiam Lys. I § 22 etc. — [2]) I § 124. — [3]) Praeterea cf. Thucyd. III 74 § 2 [Xen.] Rep. Athen. I § 17 Aeschin. I § 43 Herod. Mimiamb. III 47.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἵ ἐμοὶ μέν εἰσι Βάκιδος.

ΔΗΜΟΣ.

οἵ δὲ σοὶ τίνος;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

Γλάνιδος, ἀδελφοῦ τοῦ Βάκιδος γεραιτέρου.

ΔΗΜΟΣ.

εἰσὶν δὲ περὶ τοῦ;

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

περὶ Ἀθηνῶν, περὶ Πύλου,
περὶ σοῦ, περὶ ἐμοῦ, περὶ ἁπάντων πραγμάτων.

ΔΗΜΟΣ.

οἵ σοὶ δὲ περὶ τοῦ;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

περὶ Ἀθηνῶν, περὶ φακῆς,
περὶ Λακεδαιμονίων, περὶ σκόμβρων νέων,
περὶ τῶν μετρούντων τἄλφιτ᾽ ἐν ἀγορᾷ κακῶς,
περὶ σοῦ, περὶ ἐμοῦ. τὸ πέος οὑτοσὶ δάκοι.

1005. δὲ] δὲ δὴ V. || Ἀθηνῶν] Ἀθηναίων R (cf. vs. 159).
1006. ἁπάντων] πάντων V alii.
1007. Ἀθηνῶν] Ἀθηναίων V R et paene omnes (cf. vs. 159).
1009. κακῶς] καλῶς R.
1010. Sic est in R et plerisque, sed V et alii habent περὶ σοῦ, περὶ ἐμοῦ, περὶ

1003. De *Bacide* vid. ad vs. 123.

1004. *Glanidem* noster Bacidi de suo nunc largitur fratrem [1]), ioculariter abusus piscis cuiusdam nomine [2]).

1007 sq. Ridicule rebus gravissimis intermiscentur puls et scombri, et Pylo, quae Cleoni σίτησιν illam peperit, substituitur φακῆ [3]), quo magis etiam sortilegorum nugae ipsique demagogi talia plebeculae venditantes [4]) in contemtum deducantur. De voce φακῆ vid. ad Vesp. 811, *scombrorum* [5]) Hellesponto advectorum mentio fit apud Hermippum [6]). Verborum similis est compositio Ran. 112 sq. Antiphan. fr. 88; vid. etiam Plut. 190 sq.

1009. Belli praesertim annis, in tanta annonae caritate, farinae venditores saepe fraudasse cives cum per se intellegitur, tum praeter nostrum locum testatur Nub. 640.

1010. τὸ πέος οὑτοσὶ δάκοι] vulgatum

---

[1]) Cf. vs. 1035, 1097. — [2]) *Siluri, meerval*: schol., Archipp. fr. 26 Ephipp. 12^{1} Mnesimach. 4^{32} etc. — [3]) Vid. ad vs. 280 sq., vs. 575, vs. 1167. — [4]) Vid. ad vs. 61. — [5]) *Makreelen.* — [6]) Hermipp. fr. 63^{5}; praeterea cf. Anaxandr. 41^{41} Mnesimach. 4^{34} etc.

ΔΗΜΟΣ.

ἄγε νυν ὅπως αὐτοὺς ἀναγνώσεσθέ μοι,
καὶ τὸν περὶ ἐμοῦ ἐκεῖνον, ᾧπερ ἥδομαι,
ὡς „ἐν νεφέλῃσιν αἰετὸς" γενήσομαι.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἄκουε δή νυν καὶ πρόσεχε τὸν νοῦν ἐμοί.
„φράζευ, Ἐρεχθεΐδη, λογίων ὁδόν, ἥν σοι Ἀπόλλων

ἁπάντων πραγμάτων, dein novo versu τὸ πέος οὑτοσὶ δάκοι. Qui merus error mihi videtur e versu 1006 natus, itaque non facio cum Kockio, qui additis verbis <ἄλλων τε πολλῶν> duos trimetros hinc effecit admodum languidos, neque assentior GHermanno verba τὸ πέος οὑτοσὶ δάκοι e versu 1029 (ubi vid.) huc irrepsisse existimanti. Vid. commentarius.

1015. φράζευ] φράζε pauci hic et vs. 1030, i. e. φράζε'(ο), quod fortasse h. l., ut apud Homerum, est scribendum. Vid. tamen vs. 1058.

τὸν θυμὸν vel τὰ χείλη vel ἑαυτὸν οὑτοσὶ δάκοι, *ira disrumpatur iste per me licet* [1]), ridicule sic mutatur nunc in ore hominis de plebe, verborum violentorum et obscoenorum appetentis [2]). Sic in nostris triviis „*tonitru tuum feriam*" audias clamantes, cum *caput* volunt, multaque eiusmodi — sed parum amoenus foret catalogus — ex ore popelli possunt colligi.

1011. ἄγε νυν ὅπως] vid. ad Nub. 489.

1013. Respicitur Bacidis vaticinium clarissimum: εὔδαιμον πτολίεθρον Ἀθηναίης ἀγελείης, | πολλὰ ἰδὸν καὶ πολλὰ παθὸν καὶ πολλὰ μογῆσαν | αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι γενήσεαι ἤματα πάντα [3]). Quo urbem δυσάλωτον significari non recte perhibet Zenobius [4]), sed trita imagine dicitur post multas res adversas superior evasura et inter ceteras gentes dominatura: *nunc oppressa iaces: ales mox aethera findes.* „Nubilocuculiam" autem illo vaticinio manifeste indicari in Avibus festive perhibet ille [5]). Dignum denique quod conferatur est oraculi quod Eetioni olim redditum est exordium: αἰετὸς ἐν πέτρῃσι κύει [6]).

1015 sqq. Fictum afferri carmen quivis intellegit, felicissime autem comicus imitatur dictionem vatum, in quorum ore illud φράζεο Ἐρεχθεΐδη et similia erant frequentissima; cf. oraculi Cadmo dati initium: φράζεο δή μοι μῦθον, Ἀγήνορος ἔκγονε Κάδμε [7]), vel ipsius Bacidis carmen de Xerxe: φράζεο βαρβαρόφωνος ὅταν ζυγὸν εἰς ἅλα βάλλῃ [8]). Λογίων ὁδός autem est quae apud Homerum dicitur οἴμη [9]), et recentiores poetae saepius dixerunt ὁδὸν μαντικῆς [10]), θεσφάτων [11]), μελέων [12]), λόγων [13]), βουλευμάτων [14]), γνώμης [15]), συμφορᾶς [16]). Versus 1016 proxime accedit ad h. Apoll. 443: *Apollo* εἰς ἄδυτον κατέδυνε διὰ τριπόδων ἐριτίμων, quem locum menti comici nunc obversatum esse credibile est, certe

---

[1]) *Die daar mag zich dood ergeren.* Vid. ad Nub. 1369 Vesp. 1083 Ran. 43. — [2]) Vid. ad vs. 365. — [3]) Tangitur etiam infra vs. 1087 sq. Av. 978, 987, et in Daetalensibus eodem respexerat noster teste scholio ad h. l., quod ipsa oraculi verba affert. — [4]) Zenob. II 50. — [5]) Av. 962 sqq. — [6]) Herodot. V 92. — [7]) Schol. Eur. Phoen. 638. — [8]) Herodot. VIII 20. — [9]) ϑ 74, 481 χ 347 h. Merc. 451 οἶμος. — [10]) Soph. Oed. R. 311. — [11]) Eur. Phoen. 911. — [12]) Ar. Av. 1374 in parodia. — [13]) Pindar. Ol. I 178 etc. Herodot. I 95 Ar. Pac. 733, cf. λόγων κέλευθος Rhes. 422. — [14]) Eur. Hecub. 744. — [15]) Eur. Hippol. 391. — [16]) Eur. Heracl. 236.

„ἴαχεν ἐξ ἀδύτοιο διὰ τριπόδων ἐριτίμων.
„σῴζεσθαί σ' ἐκέλευσ' ἱερὸν κύνα καρχαρόδοντα,
„ὃς πρὸ σέθεν χάσκων καὶ ὑπὲρ σοῦ δεινὰ κεκραγὼς
„σοὶ μισθὸνποριεῖ, κἢν μὴ δρᾷ ταῦτ' ἀπολεῖται.
„πολλοὶ γὰρ μίσει σφε κατακρώζουσι κολοιοί."

ΔΗΜΟΣ.

ταυτί, μὰ τὴν Δήμητρ', ἐγὼ οὐκ οἶδ' ὅ τι λέγει.
τί γάρ ἐστ' Ἐρεχθεῖ καὶ κολοιοῖς καὶ κυνί;

1018. πρὸ σέθεν Bothe] πρόσθεν codd.; cf. vs. 1023. || χάσκων R] δάκνων V, λάσκων alii, quod de canibus dicitur h. Merc. 145, vid. autem ad Ran. 97; sed tautologiam h. l. efficit. || σοῦ] σέο Brunck fortasse recte.
1019. δρᾷ] δρᾷς Bothe, perperam, ut arbitror; vid. commentarius.
1022. Ἐρεχθεῖ καὶ] Ἐρεχθείδῃ Bentley, Ἐρεχθείδῃ 'ν vVelsen. || κολοιοῖς R] -οῖσι cett.

etiam Av. 575 hymnum Apollinis videtur esse imitatus [1]); praeterea conferri possunt verba servuli Euripidis dictionem imitantis Plut. 39: τί δῆτα Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων;

1017. Canem more epico dicit ἱερόν sive *ingentem* [2]). Etiam καρχαρόδους epicum est canum epitheton [3]), quo indicantur dentes *serrati*, hinc praeacuti et avidi in praedam [4]). Solum hoc epitheton ad Cleonem designandum sufficit in Pace [5]), *inferno* autem cani saepius eum assimulavit noster [6]). Praeterea hoc vaticinium veluti in nuce habet lepidam illam canum litem, qua Vesparum fabulam noster exhilaravit.

1018. *Qui ante te collocatus cuilibet ore aperto minatur.*

1019. σοὶ μισθὸν ποριεῖ] quod βόσκειν dictum est supra [7]). Collatis autem vs. 1079 et 1101 oboritur suspicio ipsum Cleonem nuper, cum adversarii negarent ad suscipiendam expeditionem aliquam sufficere aerarium publicum, „ἐγὼποριῶ τὸν μισθόν!" exclamasse: „*o cives, non deerit militibus nostris panis quotidianus: mihi credite!*" et hinc iocose *Prometheum* dictum fuisse, δεινὸν scilicet ὄντα πόρους εὑρεῖν [8]).

— κἢν μὴ δρᾷ ταῦτ' ἀπολεῖται] *nam id ni fecerit peribit.* — Popello ni suppalpetur Cleon, facessere iubebitur vel etiam in vincula conicietur.

1020. Cf. vs. 1051.

— σφε] non epicam nunc dictionem noster servat, sed tragicos secutus σφε eo sensu quo αὐτόν usurpat [9]).

— κατακρώζουσι κολοιοί] verbum redit vs. 1051 Av. 2 [10]).

1022. *Nam quid Erechtheo cum monedulis et cane?* Cf. Nicomach. fr. 1[24]: γεωμετρικῇ δὲ καὶ σοὶ πρᾶγμα τί; com. adesp. fr. 486: τί γὰρ ἀσπίδι ξύνθημα καὶ βακτηρίᾳ; Herodot. V 33: σοὶ δὲ καὶ τούτοισι τοῖσι πρήγμασι τί ἐστι; 84: ἔφασαν σφίσι τε καὶ Ἀθηναίοισι εἶναι οὐδὲν πρῆγμα, et in dictione cothurnata Epicharmus: τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία; [11]), noster Thesm. 140: τίς δαὶ κατόπτρου καὶ ξίφους κοινωνία; Ran. 47: τί κόθορνος καὶ ῥόπαλον ξυνηλθέτην; Eur. Ion. 1285: τί δ' ἐστὶ Φοίβῳ σοί τε κοινὸν ἐν μέσῳ; —

[1]) H. Ap. 114. — [2]) Cf. Hom. Π 407 etc. — [3]) Κ 360 Ν 198 Hes. Oper. 604, 796. — [4]) Cf. Aristot. H. Anim. II 1 § 9 VIII 8 Part. Anim. III 1. — [5]) Pac. 754 = Vesp. 1031. — [6]) Vid. vs. 1030. — [7]) Vs. 256; praeterea cf. vs. 804. — [8]) Vid. ad vs. 836 et 759. — [9]) Cf. Enchir. dict. ep. p. 254. — [10]) Vid. etiam vs. 287 et de monedulis ad Vesp. 129. — [11]) Apud Stob. Flor. XC 8.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐγὼ μέν εἰμ' ὁ κύων, πρὸ σοῦ γὰρ ἀπύω·
σοὶ δ' εἶπε σῴζεσθαί μ' ὁ Φοῖβος τὸν κύνα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐ τοῦτό φησ' ὁ χρησμός, ἀλλ' ὁ κύων ὁδὶ
ὥσπερ ἀθάρης σου τῶν λογίων παρεσθίει.
ἐμοὶ γάρ ἐστ' ὀρθῶς περὶ τούτου τοῦ κυνός.

ΔΗΜΟΣ.

λέγε νυν· ἐγὼ δὲ πρῶτα λήψομαι λίθον,
ἵνα μή μ' ὁ χρησμὸς ὁ περὶ τοῦ κυνὸς δάκῃ.

1023. μέν] γάρ R.

1026. ἀθάρης GHermann] θύρας codd., quae lectio et alia habet absurda et *vaticiniorum* cum *ianua* comparationem. Splendida emendatio!

1028. νυν] δή V alii.

1029. ὁ περὶ τοῦ κυνὸς] τὸ πέος οὑτοσὶ l. a. in V, quae repetita sunt e vs. 1006 (vid. ad vs. 1010); de se ipse his verbis uti nequit senex. GHermann sibi persuaserat veram lectionem hanc esse: ὁ περὶ τοῦ κυνὸς δάκῃ. | — ἄκουε δή νυν· τὸ πέος οὑτοσὶ δάκοι.

Arte cognata est locutio „τί σοὶ τοῦτο;" *quid ad te?* [1]) Idem autem quod dativus σοί significat πρὸς σέ [2]). Denique vix est quod observem, eodem sensu etiam τί δὲ σοὶ μέλει τοῦτο dictum esse [3]).

1023 sq. Vid. Xen. Comm. II 7 § 14, ubi Socrates ait canem aliquando ita allocutum esse oves: ἐγώ εἰμι ὁ καὶ ὑμᾶς αὐτὰς σῴζων, ὥστε μήτε ὑπ' ἀνθρώπων κλέπτεσθαι μήτε ὑπὸ λύκων ἁρπάζεσθαι· ἐπεὶ ὑμεῖς γε, εἰ μὴ ἐγὼ προφυλάττοιμι ὑμᾶς, οὐδ' ἂν νέμεσθαι δύναισθε, et [Demosth.] XXV § 40, ubi de Aristogitone orator τί οὖν οὗτός ἐστι; inquit: „κύων νὴ Δία" φασί τινες „τοῦ δήμου!" — ποδαπός; οἷος οὓς μὲν αἰτιᾶται λύκους εἶναι μὴ δάκνειν, ἃ δέ φησι φυλάττειν πρόβατα αὐτὸς κατεσθίειν. Praeterea cf. Aesch. Agam. 607, ubi Clytaemestra δωμάτων κύνα ἐσθλὴν ait *absenti marito me praestiti.*

1023. ἀπύω] verbum poesi epicae [4]) et lyricae proprium in dialogo scenico nonnisi Rhes. 776 et nostro loco invenitur.

1025. τοῦτό φησι] vid. ad vs. 128.

1026. ἀθάρης] cf. Pherecrat. fr. 108^3, ubi beatorum vita hoc in primis bonum habere dicitur, quod ποταμοὶ ἀθάρης eorum pedes alluant, et Plut. 673 sqq., ubi servulus refert mire se allexisse ἀθάρης χύτραν [5]).

— παρεσθίει] vid. heliastae superbientis dictum Vesp. 596: αὐτὸς δὲ Κλέων ὁ κεκραξιδάμας μόνον ἡμᾶς οὐ περιτρώγει [6]), praeterea cf. παρατρώγειν [7]) et ἀποτρώγειν [8]), et de re vid. Vesp. 925, 956. Hoc igitur dicit isiciarius: intacta et integra iste non sinit oracula, sed mente fallaci meliorem eorum partem tibi detrahit.

1027. ὀρθῶς] vid. ad Nub. 251.

1029. δάκῃ] iocum non admodum facetum praebet verbum δάκνειν in *vexandi*

---

[1]) Vs. 1198 Lys. 514 Thesm. 497 Eccl. 520 Diphil. fr. 32^{18} adesp. 105^7 Theocrit. XV 90 Martial. VII 10. — [2]) Vid. ad vs. 202. — [3]) E. g. fr. adesp. 114^2. — [4]) ἠπύειν. — [5]) Vid. etiam Cratet. fr. 9. — [6]) Quod verbum Ach. 258 Vesp. 672 redit. — [7]) Pac. 415 Ran. 988. — [8]) Ran. 367 Eupol. fr. 14.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

„φράζευ, Ἐρεχθείδη, κύνα Κέρβερον ἀνδραποδιστήν,
„ὃς κέρκῳ σαίνων σ', ὁπόταν δειπνῇς ἐπιτηρῶν,
„ἐξέδεταί σου τοὔψον ὅταν σύ ποι ἄλλοσε χάσκῃς·
„εἰσφοιτῶν δ' εἰς τοὐπτάνιον λήσει σε κυνηδὸν
„νύκτωρ τὰς λοπάδας καὶ τὰς . . . νήσους διαλείχων."

ΔΗΜΟΣ.

νὴ τὸν Ποσειδῶ, πολύ γ' ἄμεινον, ὦ Γλάνι.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ὦ τᾶν, ἄκουσον, εἶτα διάκρινον τότε.

1030. φράζευ] φράζε' ? vid. ad vs. 1015.
1031. σ'] om. V R et plerique.
1032. ἐξέδεται] ἐξέλεται R. || σου] σοι Cobet. || ποι Cobet] που codd.
1033. δ'] τ' R.
1036. ἄκουσον] ἀκούσας pauci, ἔτ' ἄκουσον vVelsen. || τότε] cum εἶτα . . . τότε alias non reperiatur, Voss infeliciter coniecit τόδε (Pökel τοδί), multo melius vBamberg ΔΗΜ. τὸ τί; (vid. ad Ran. 7), sed vid. commentarius.

---

notionem translatum [1]. Subsimile est quod servus dicit apud Plautum [2]: *Nimis vellem habere perticam. — Quoi rei? — Qui verberarem | asinos, si forte occeperint clamare hinc ex crumena* — argentum pro asinis acceptum significans.

1030. De huius vaticinii exordio idem valet quod de vs. 1015. *Cerberum* autem noster Cleonem dixit etiam Pac. 313, ubi scholia testantur Platonem comicum [3]) eodem nomine eum designasse [4]. Denique ἀνδραποδιστὴν sive *plagiarium* [5] quod eum vocat, id convicii est meri, perinde atque φαλαίνας πανδοκευτρίας nomen perabsurdum, quo Cleon designatur Vesparum initio [6].

1031. σαίνων σε] vid. ad vs. 48.

— ὁπόταν δειπνῇς ἐπιτηρῶν] i. e. ἐπιτηρῶν σε δειπνοῦντα [7].

1032. ὅταν — χάσκῃς] cf. vs. 824 et vid. ad vs. 651.

1033. τὸ ὀπτάνιον] *culinam* [8]. Scholia perhibent significari τὸ Πρυτανεῖον, fortasse recte.

1034. λοπάδας] cf. Vesp. 511 Plut. 812.

— νήσους] hoc quidem manifeste est ἀπροσδόκητον pro χύτρας, ut in scholiis observatur. Vid. Vesp. 904, ubi canis ille Cydathenaeus, sub cuius persona ipse latitat Cleon, dicitur ἀγαθὸς ὑλακτεῖν καὶ διαλείχειν τὰς χύτρας. De re autem vid. infra ad vs. 1071. Cf. etiam comici anonymi verba apud Plutarchum: ὥσπερ ἵππον ἐξυβρίσαντα τὸν δῆμον οἱ κωμῳδιοποιοὶ λέγουσι πειθάρχειν οὐκέτι τολμᾶν, ἀλλὰ δάκνειν τὴν Εὔβοιαν καὶ ταῖς νήσοις ἐπιπηδᾶν [9].

1035. Γλάνι] cf. vs. 1004.

1036. Vid. ad Vesp. 725.

— εἶτα διάκρινον τότε] i. e. καὶ τότε δὴ διάκρινον. Insolitam particularum εἶτα τότε iuncturam non habeo suspectam, et

---

[1]) Vid. ad vs. 1010. — [2]) Asinar. III 2, 43. — [3]) Plat. fr. 216. — [4]) Vid. praeterea Pac. 754 = Vesp. 1031, Vesp. Prolegom. p. XXIII. — [5]) *Zielverkooper, ronselaar*, Plut. 521 sq. Xen. Mem. I 2 § 62. — [6]) Vesp. 35. — [7]) De verbo ἐπιτηρεῖν vid. ad Ran. 1151. — [8]) Vox redit Pac. 891 Alex. fr. 173[13] Hegesipp. 1[19] alibi. — [9]) Fr. adesp. 41 apud Plut. Pericl. 7.

„ἔστι γυνή, τέξει δὲ λέονθ' ἱεραῖς ἐν Ἀθήναις,
„ὃς περὶ τοῦ δήμου πολλοῖς κώνωψι μαχεῖται,
„ὥς τε περὶ σκύμνοισι βεβηκώς. τὸν σὺ φυλάξαι
„τεῖχος ποιήσας ξύλινον πύργους τε σιδηροῦς.“
ταῦτ' οἶσθ' ὅ τι λέγει;

ΔΗΜΟΣ.

μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὔ.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἔφραζεν ὁ θεός σοι σαφῶς σῴζειν ἐμέ·
ἐγὼ γὰρ ἀντὶ τοῦ λέοντός εἰμί σοι.

ΔΗΜΟΣ.

καὶ πῶς μ' ἐλελήθης Ἀντιλέων γεγενημένος;

1037. δὲ] τὲ R.

1039. τε] om. R. || τὸν R] ὃν V et plerique. || φυλάξαι Bentley cum V[1]] φύλαξαι codd. plerique (cf. Aeschyl. Suppl. 1012), φύλασσε pauci.

1041. Priorem versus partem Demo, alteram Isiciario dant codd. fere omnes. Lenting Isiciario dabat priorem, Demo alteram. Cf. vs. 1069.

1042. ἔφραζεν R] ἔφρασεν V et plerique.

1044. ἐλελήθης] -θεις codd. (με λήθεις R).

τότε certe, quod magnam habet vim in fine enunciati collocatum, sine detrimento non potest abici.

1037. Hic quoque versus sono revocat oracula quae inter Graecos circumferebantur: Λάβδα κύει, τέξει δ' ὀλοοίτροχον, vel: αἰετὸς ἐν πέτρῃσι κύει, τέξει δὲ λέοντα, de Cypselo Periandri patre [1]). Sic etiam Agariste ante paucos dies quam Periclem enixa est in somno ἐδόκεε λέοντα τεκεῖν [2]), et Alcibiadem σκύμνῳ λέοντος assimulat Aeschylus apud Aristophanem [3]). Etiam in sermone quotidiano mulierculae de pueris recens natis ita loquebantur [4]). Activa futuri forma τέξειν etiam h. Merc. 493 extat [5]).

1038 sq. Vid. ad vs. 767. *Culices* nunc dicuntur οἱ ῥήτορες, ut vs. 60 *muscae*.

1039 sq. τὸν σὺ φυλάξαι κτέ.] *hunc tu serva intra murum ligneum ferreasque turres* [6]). Festive sic respicitur et mox in novum sensum detorquetur clarissimum illud oraculum de *ligneis* Athenarum *moenibus* [7]), cui simile est oraculum Siphniis olim redditum, in quo Samiorum classis ξύλινος λόχος audit [8]). Verum autem τεῖχος ξύλινον Persarum commemoratur apud Herodotum [9]). *Turres ferreas* vel *aheneas* novimus ex Danaes fabula [10]); cf. Pind. fr. 217: σχήσει τὸ πεπρωμένον οὐ πῦρ, οὐ σιδάρεον τεῖχος.

1041. μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὔ] vid. ad Nub. 732.

1044. καὶ] vid. ad Nub. 210.

— μ' ἐλελήθης] cf. vs. 822.

— Ἀντιλέων] vid. vs. 615 et ad Vesp. 84.

[1]) Herodot. V 92. — [2]) Herodot. VI 131. — [3]) Ran. 1431. — [4]) Vid. Thesm. 514. — [5]) Vid. praeterea ad Hom. λ 249. — [6]) Canem qui custodit φυλάττειν etiam Ran. 469 dicitur, de infinitivi autem usu vid. ad Nub. 850 Ran. 133 et Enchirid. dict. ep. § 124. — [7]) Herodot. VII 141 sqq. VIII 51. — [8]) Ibid. III 57. — [9]) Ibid. IX 65. — [10]) Soph. Ant. 946 etc.; Helbig Hom. Epos[1] p. 72 et 330 sq.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἓν οὐκ ἀναδιδάσκει σε τῶν λογίων ἑκών,
ὅ τι τὸ σιδηροῦν τεῖχός ἐστι καὶ ξύλον,
ἐν ᾧ σε σῴζειν τόνδ' ἐκέλευσ' ὁ Λοξίας.

ΔΗΜΟΣ.

πῶς δῆτα τοῦτ' ἔφραζεν ὁ θεός;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τουτονὶ
δῆσαί σ' ἐκέλευ' ἐν πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ.

ΔΗΜΟΣ.

ταυτὶ τελεῖσθαι τὰ λόγι' ἤδη μοι δοκεῖ.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

„μὴ πείθου· φθονεραὶ γὰρ ἐπικρώζουσι κορῶναι.
„ἀλλ' ἱέρακα φίλει, μεμνημένος ἐν φρεσὶν ὥς σοι
„ἤγαγε συνδήσας Λακεδαιμονίων κορακίνους."

1045. ἓν] ἓν δ' Cobet. || ἑκών] μόνον (e vs. seq.) Cobet, fortasse recte.

1046. ὅ τι τὸ Cobet] ὃ μόνον codd., μόνον, ὃ Dindorf. || τεῖχός ἐστι] ἐστι τεῖχος R, *ἐστι τοῦτο? || ξύλον] ξύλων plerique, l. a. ξύλινον, Blaydes ξύλου parum probabiliter.

1049. ἐκέλευ' ἐν Elmsley coll. Et. M. 346,18] ἐκέλευ(σ)ε codd.

1052. ὥς Bergk] ὅς codd. (cf. vs. 526).

1045. ἑκών] i. e. ἐπίτηδες [1]), *de industria, consulto, sciens volensque*; item vs. 1123.

1049. ἐν πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ] quod dicitur ξύλον σιδηρόδετον Herodot. IX 37. Ceterum vid. ad Nub. 592.

1050. Cf. infra vs. 1248: πέπρακται τοῦ θεοῦ τὸ θέσφατον, Homericum τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται [2]), Vesp. 799: ὅρα τὸ χρῆμα· τὰ λόγι' ὡς περαίνεται! Vix autem est quod observem, etiam nostro loco praesentis, non futuri, temporis esse formam τελεῖσθαι.

1051. Cf. vs. 1020, Pindar. Ol. II 156: κόρακες ὣς ἄκραντα γαρύετον | Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον, et de malis sui temporis poetis Theocritus VII 47 sq.: ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν | ἀντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι.

1053. κορακίνους] sic *corvorum pulli* nunc dicuntur, more epico. Nam quotidianus Atheniensium sermo terminum -ῖνος, qui etiam e lingua latina est notissimus [3]), nonnisi in nominibus propriis servabat [4]); κορακῖνον autem piscium quaedam species exigua vilisque [5]) apud eos nomen habebat [6]).

---

[1]) Vid. ad Vesp. 391. — [2]) *B* 330 etc. — [3]) *Corvinus.* — [4]) Vid. ad Nub. 380 sq.; in -ιδεύς vero *pullorum* nomina apud Athenienses desinere solent (vid. ad Ach. 866). — [5]) *Saperda.* — [6]) Lys. 560 fr. 537 Pherecrat. 56 etc., Athen. 308 *d*—309 *a*, Aristot. H. Anim. V 10 etc.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(secum:)

τοῦτό γέ τοι Παφλαγὼν παρεκινδύνευσε μεθυσθείς.

(Alta voce:)

„Κεκροπίδη κακόβουλε, τί τοῦθ' ἡγεῖ μέγα τοὔργον;
„καί κε γυνὴ φέροι ἄχθος, ἐπεί οἱ ἀνὴρ ἀναθείη·
„ἀλλ' οὐκ ἂν μαχέσαιτο.“ χέσαιτο γάρ, εἰ μαχέσαιτο.

1054. Demostheni tribuunt codd. quidam. ‖ γέ] δέ R.

1056. κε] γε R alii. ‖ φέροι R] φέρει V et plerique. ‖ *οἱ] κεν codd.; Blaydes μιν non male. ‖ ἀναθείη] -θείῃ Cobet Var. Lect. p. 324, sed nisi καί τε ... φέρει scribatur — quod cum alias ob causas tum coll. ϑ 195 minime suaserim — praestare mihi videtur optativus.

1057. χέσαιτο γὰρ] χέσαι γὰρ ἂν Dobree; equidem malim certe χέσαιτό κεν, et in versum praecedentem illud κεν aberrasse suspicor; sed vid. commentarius.

1054. *παρεκινδύνευσε μεθυσθείς*] vesani ebriive hominis fuisse Cleonis illud susceptum [1]) iudicaverunt cives, certe perhibuerunt eius adversarii [2]). Ceterum ambiguus est horum verborum sensus; nam et significare possunt: *hunc certe versiculum ipse Paphlago audacter finxit ebrius*, et: *illam provinciam nunquam in se recepisset, si mentis compos fuisset.*

1055. *κακόβουλε*] vid. ad Nub. 587—589 et cf. Atheniensium epitheta *ταχύβουλοι* et *μετάβουλοι* Ach. 630—632.

1056. Felicissime nunc quoque isiciarius suum facit versum notissimum. Nam mortui Achillis cum et Aiax et Ulixes sibi poscerent arma, incerti autem haererent principes utri tribuerent utpote omnium Argivorum fortissimo, ex Nestoris consilio missus speculator, qui ipsorum hostium sententias exploraret, audivit puellas Troianas disputantes; quarum una cum Aiacem longe fortiorem iudicasset propter corpus Achillis e pugna humeris relatum, alia Minervae instinctu exclamavit: „*πῶς ἐπεφωνήσω; πῶς οὐ κατὰ κόσμον ἔϜειπες | ψεῦδος;*" et mox [3]): „*καί κε γυνὴ φέροι ἄχθος, ἐπεί Ϝοι ἀνὴρ ἀναθείη*", *vel mulieris est ferre sarcinam a viro sibi impositam*, — iocose illud onus significans quod solae feminae gestant nec nisi a viro gravatae. Quo audito Ulixi, qui Achillis corpus ab hostibus defendisset, virtutis praemium decretum est. — Sic in Parva Iliade rem enarratam esse docent scholia; materiem postea Aeschylus Sophocles alii certatim arripuerunt [4]).

1056. *ἀναθείη*] vid. ad vs. 694 sq.

1057. Posterior hexametri pars ipsius est isiciarii; qui ioculariter nunc verbi *χέσαι* genus vicino *μαχέσασθαι* assimulans inauditam fingit formam et Datide illo [5]) dignam. Sic *Κλαυσαμενόν* aliquem lingua invita Cratinus per iocum nuncupavit [6]), ad notorum nominum *Ἀκεσαμενοῦ Δεξαμενοῦ Τισαμενοῦ* analogiam [7]). Mente autem repetenda est particula *ἄν* e priore versus parte [8]). Recordemur denique oportet minantis esse *χεσεῖ* = *male mulcaberis* [9]).

---

[1]) *μανιώδη ὑπόσχεσιν* Thucyd. IV 39 § 3. — [2]) De verbo *παρακινδυνεύειν* vid. ad Ran. 99. — [3]) Paucis fortasse interiectis; quamquam fieri potest ut nihil desit, *ψεῦδος* autem glossatori debeatur. — [4]) Cf. Hom. λ 547 et Welcker Ep. Cyclus p. 72 sq. — [5]) Pac. 291. — [6]) Cratin. fr. 104. — [7]) Vid. etiam supra vs. 115. — [8]) Item Aesch. Agam. 1049 Soph. Oed. R. 937. — [9]) Vesp. 941 Eccl. 1063; cf. Nub. 295 Ran. 485 (Eccl. 640).

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀλλὰ τόδε φράζευ, πρὸ Πύλου Πύλον ἥν σοι ἔφραζεν.
„ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο“ —

ΔΗΜΟΣ.

τί τοῦτο λέγει, „πρὸ Πύλοιο;“

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τὰς πυέλους φησὶν καταλήψεσθ' ἐν βαλανείῳ.

ΔΗΜΟΣ.

ἐγὼ δ' ἄλουτος τήμερον γενήσομαι;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὗτος γὰρ ἡμῶν τὰς πυέλους ὑφήρπασεν.
ἀλλ' οὑτοσὶ γάρ ἐστι περὶ τοῦ ναυτικοῦ
ὁ χρησμός, ᾧ σε δεῖ προσέχειν τὸν νοῦν πάνυ.

ΔΗΜΟΣ.

προσέχω· σὺ δ' ἀναγίγνωσκε, τοῖς ναύταισί μου

1058. φράζευ] φράσαι (i. e. φράσσαι) R alii, fortasse recte; cf. vs. 1067 et ad vs. 1015. || ἔφραζεν] sic V R alii, ἔφραξε(ν) pauci.

1059. λέγει πρὸ] λέγει τὸ R.

1061. Interrogandi signum in fine habet *Γ*, ceteri punctum.

1062. Demo continuant R alii; delebat Kappeyne vdCoppello, cui assensus Zacher aliquot versuum lacunam significavit. || οὗτος] αὐτὸς V alii (cf. vs. 75). || ὑφήρπασεν Meineke] ἀφήρπασεν codd., ἀφαρπάσει (male pro -σεται) Bothe.

1064. σε] om. R.

1059 sq. Respicitur versus: ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο, Πύλος γε μέν ἐστι καὶ ἄλλος [1]), quo tres urbes cognomines indicatas esse ferunt. Sed suspicor iocose nunc ad Pylum urbem referri haec verba, in pythiae vero vel sortilegi alicuius ore, vel etiam in prisco aliquo carmine epico, de aditu ad regnum Orci τοῖο πυλάρταο fuisse dicta, significasse autem: *portae alia porta praestructa est, nec non tertia est porta.* Cui explicationi haud scio an faveat sententia Aristarchi in Homeri versu *E* 397 πύλον *ianuam atri Ditis* interpretantis.

1060. τὰς πυέλους ... καταλήψεσθαι] *balneorum alveos occupaturum* Paphlagonem perabsurde — neque admodum facete — perhibet isiciarius. Eundem autem de voce πυέλῳ lusum supra noster admisit [2]); praeterea huc facit vs. 857, ubi periculum esse dicitur ne Paphlagonis asseclae fori penarii aditus praecludant.

1062. *Iste nimirum nostras nobis* πυέλους *surripuit.* En recurrit crimen illud gloriae fraudulenter praetoribus surreptae et iocus e vocum πυέλου et Πύλου similitudine petitus.

---

[1]) Vel ἄλλη: Strab. p. 339, Steph. Byz. s. v. Κορυφάσιον, schol., Eustath. 1394, 46. — [2]) Vs. 55, ubi vid.

ὅπως ὁ μισθὸς πρῶτον ἀποδοθήσεται.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

„Αἰγεΐδη, φράσσαι κυναλώπεκα μή σε δολώσῃ,
„λαίθαργον, ταχύπουν, δολίαν κερδώ, πολύιδριν."
οἶσθ' ὅ τι ἐστὶν τούτο;

ΔΗΜΟΣ.

Φιλόστρατος ἡ κυναλώπηξ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐ τοῦτό φησιν, ἀλλὰ ναῦς ἑκάστοτε

1067. φράσσαι] φράσαι (vel φρᾶσαι) codd.
1068. λαίθαργον] dubitanter Blaydes λαίμαργον.
1069. Priorem versus partem Paphlagoni dat Lenting; cf. vs. 1041. || ὅ τι ἐστί(ν) τοῦτο R] ὅ τι, τί ἐστι τοῦτο V, ὅ τι τοῦτο nonnulli, ὅτι τοῦτο τί ἐστι Ald., ὅ τι τοῦτο; τί ἐστι Bothe.
1070. ἀλλὰ] ἀλλ' ἃ Lenting (coll. Thesm. 418, 587 sq.), ἃς δὲ Blaydes.

1066. πρῶτον] *ante omnia, quam primum* [1]).

1067 sq. Oraculi, quo Atheniensium civitas assimulabatur utri e fluctibus semper emergenti [2]) prima erant verba: *Αἰγεΐδη Θησεῦ*. Cavere nunc iubentur Athenienses *vulpeculam avidam rapidam fallacem sagacem*. Quibus verbis *Paphlagonem* denuo rideri neminem fugere potest, licet mox in *Philostratum* lenonem iocose detorqueantur, dein absurdius etiam in *naves longas*. Cum priore versu conferri possunt verba Hieroclis: φράζεο δή μή πώς σε δόλῳ φρένας ἐξαπατήσας | ἰκτῖνος μάρψῃ [3]).

1067. κυναλώπεκα] vox significat bestiam vulpis astu cum canina impudentia coniungentem; canum autem genus quoddam ἀλωπεκίδες dicebatur, quod ex canum vulpiumque conubio prodiisse credebatur [4]).

1068. λαίθαργον] *malignum* [5]). Etiam Sophoclem canem hoc adiectivo designasse testatur scholion [6]).

— κερδώ] vulpeculae nomen est in fabulis Aesopeis [7]), cum vocibus epicis κερδαλέος et κερδαλεόφρων conferendum.

1069. Senex audito κυναλώπεκος nomine pro sua stultitia ne dubitat quidem quin in vaticinio sermo fiat de illo homine, quem omnes ita appellare soleant, de Philostrato nimirum lenone [8]).

1070 sq. *Non hoc est quod dicit vaticinium, sed iste* — et manu designat Paphlagonem — *naves longas identidem poscit ad cogenda tributa bellica.* — Ad crebras aerarii lacunas explendas cum vix sufficerent sociorum φόροι civiumque εἰσφοραί, missi sunt identidem strategi, qui etiam a sociis pecunias extraordinarias cogerent, certe peterent. Ex his fuit Melesander, qui anno 430 cum sex navibus Asiae oram ἀργυρολογῶν in Lyciae interiora incursione facta cum multis suorum est occisus [9]); et anno 428 cum ad Mytilenen oppugnandam deesset pecunia, Ἀθηναῖοι, καὶ αὐτοὶ εἰσενεγκόντες τότε

---

[1]) Item nos: *ten eerste.* — [2]) Vid. ad vs. 963. — [3]) Pac. 1099, qui locus nostro est simillimus. — [4]) Xen. Venat. I § 3. — [5]) *Valsch.* — [6]) Soph. fr. 902; cf. Eustath. 1493, 32. — [7]) Lucian. XX § 84 et passim apud Babrium. Recte igitur verteris: *Reintje.* — [8]) Vid. Lys. 957. — [9]) Thucyd. II 69.

αἰτεῖ ταχείας ἀργυρολόγους οὑτοσί·
ταύτας ἀπαυδᾷ μὴ διδόναι σ' ὁ Λοξίας.

ΔΗΜΟΣ.

πῶς δὴ τριήρης ἐστὶ κυναλώπηξ;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὅπως;
ὅτι ἡ τριήρης τ' ἐστὶ χὠ κύων ταχύ.

ΔΗΜΟΣ.

πῶς οὖν „ἀλώπηξ“ προσετέθη πρὸς τῷ „κυνί“;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀλωπεκίοισι τοὺς στρατιώτας ἤκασεν,
ὁτιὴ βότρυς τρώγουσιν ἐν τοῖς χωρίοις.

1074. τ'] addidit Meineke, qui etiam χἠ τριήρης coniecit.

πρῶτον εἰσφορὰν διακόσια τάλαντα [1]), ἐξέπεμψαν καὶ ἐπὶ τοὺς ξυμμάχους ἀργυρολόγους ναῦς δώδεκα, quibus praeerat Lysicles cum quatuor collegis, sed et ille in Cariae montibus gravi clade accepta cum parte copiarum cecidit [2]). Multo melius circa belli finem illic rem gessit Alcibiades, quem centum talenta e Caria confecisse ἀργυρολογοῦντα refert Xenophon [3]). Qualibus locis non tantum de cogendis φόροις ordinariis sermonem fieri, quos socii non suo tempore solvissent [4]), Thucydidis verba testari mihi videntur [5]).

1073 sq. Isiciarius non corrigit stolidi senis errorem, sed lepide eo utitur, quo risum extorqueat spectatoribus clariusque etiam ostendat quam absurda e vaticiniis possint elici et popello venditari.

1074. *Cum vox τριήρης tum vox κύων celere quid significat* [6]).

1076. ἤκασεν] nempe ὁ χρησμός. Vid. vs. 1064 et 1070, et de verbo εἰκάζειν ad Vesp. 1308.

1077. Vulpeculas racemis insidiantes e Cantico Canticorum [7]) et Theocrito [8]) et praesertim ex Aesopi fabula immortali nemo non novit. Ridicule autem iis assimulantur nunc milites missi ad sociorum tributa — sive ordinaria sive extraordinaria — cogenda [9]). Facile enim nobis fingimus hos non sancte semper pepercisse peregrinorum bonis, sed stimulante praesertim fame, si suum sibi μίσθον non accepissent a quaestoribus, misere vexasse hominum belli aerumnis exhaustorum praedia [10]). Cum toto autem loco conferendus est Pacis versus: αἱ γὰρ ἐνθένδ' αὖ τριήρεις ἀντιτιμωρούμεναι | οὐδὲν αἰτίων ἂν ἀνδρῶν τὰς κράδας κατήσθιον [11]).

---

[1]) Vid. ad vs. 924. — [2]) Thucyd. III 19, vid. ad vs. 132. — [3]) Hell. I 4 § 9. — [4]) Cf. Gilbert Griech. Alterth. I[1] p. 398, 4, Köhler über den Delisch-Attischen Bund (Abhandl. d. Berl. Akad. d. Wissensch. 1869) p. 133, Müller Strübing Aristoph. u. die hist. Kritik p. 100 sq., Fränkel ad Böckhii Oecon. Publ.[3] annot. 886. — [5]) Dignus qui conferatur locus est Thuc. VIII 3 § 1, ubi Agis rex τὰ τῶν ξυμμάχων ἀργυρολογῆσαι εἰς τὸ ναυτικόν dicitur; nam ibi de certis fixisque tributis ne sermo quidem esse potest. Vid. etiam Xen. Hell. IV 8 § 30. — [6]) Vid. ad vs. 207. — [7]) II 15. — [8]) Theocrit. I 47 sqq. — [9]) *Inkwartiering.* — [10]) De voce χωρίοις vid. Ach. 227, 998 Pac. 562 etc. — [11]) Pac. 626 sq.

ΔΗΜΟΣ.

εἶεν.
τούτοις ὁ μισθὸς τοῖς „ἀλωπεκίοισι“ ποῦ;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγὼ ποριῶ καὶ τοῦτον ἡμερῶν τριῶν.
ἀλλ' ἔτι τόνδ' ἐπάκουσον, ὃν εἶπέ σοι „ἐξαλέασθαι“
χρησμὸν Λητοΐδης „Κυλλήνην, μή σε δολώσῃ.“

ΔΗΜΟΣ.

ποίαν Κυλλήνην;

1079. Post ποριῶ virgulam scribit Kock coll. Thuc. IV 55 § 2 Plut. 546. Sed nisi quis cum scholiasta putet ἡμερῶν τριῶν h. l. significare *quod in tres dies sufficiat*, itaque mente suppleri posse participium ὄντα, non video quomodo haec verborum structura possit defendi.

1080. τόνδ'] τῶνδ' R, τοῦδ' Cobet.

1078. *Mittamus ista, sed vulpeculae quas tu dicis unde mercedem suam sunt habiturae?* — Quid mirum si una voce de Atheniensis militis protervitate conqueruntur socii: esuriunt scilicet copiae nostrae peregre missae [1].

1079. *Ego et hunc exhibebo.* — Perridicule fingitur isiciarius tantam auri vim de nihilo expediturus. Ipsius autem Cleonis verba nunc, ut alibi, afferri suspicor [2]; quodque adicit *intra triduum*, id quidem dictum est ad deridendam κουφολογίαν Cleonis, qui „*intra viginti dies*“ dixerat „*aut captivi aut mortui erunt* Lacedaemonii illi, quos vinci non posse perhibent segnes vestri praetores“ [3]. — Perperam vero vetusti interpretes intellegebant *mercedem et quidem in triduum* [4], non enim *commeatus* nunc fit mentio sed *stipendii*, neque magnum profecto hoc foret promissum. Genitivus „temporis spatium intra quod“ h. l. indicat, ut Thucyd. VIII 101 § 1: αἱ νῆες ἐπισιτισάμεναι δυοῖν ἡμέραιν (*intra biduum*) et passim [5].

1080. τόνδε] dicitur ἐπακούειν τινός τι, e. g. Xen. Anab. VII 1 § 14: ἐπακούσαντές τινες τῶν στρατιωτῶν ταῦτα. Item ὑπακούειν τινί τι, Thucyd. I 26 § 4: οὐδὲν αὐτῶν (neutr.) ὑπήκουσαν, 29 § 1: οὐδὲν τούτων ὑπήκουον.

1081 sqq. *Cyllenen* Eleorum portum sub belli Peloponnesiaci initium a Corcyraeis vastatum commemorat Thucydides [6]; sed multo clarior erat Arcadiae mons altissimus Cyllene, ubi Mercurius natus esse ferebatur [7]; nam Panis natales [8] huc non faciunt. Itaque *fraudis* nescio quam suspicionem habebat nomen loci, ubi furum summus ille patronus primam lucem adspexisset; sintne autem de nihilo conficta isiciarii haec verba, an aliquod hoc tempore in hominum ore fuerit vaticinium in quo Cyllenes fieret mentio, effici iam nequit.

1082. ποίαν] vid. ad Ran. 529.

---

[1]) Cf. vs. 1367. — [2]) Vid. ad vs. 1019. — [3]) Thucyd. IV 28 § 4 et 39 § 3. — [4]) Pellecti locis qualis est Ach. 197, ubi vid. — [5]) Ach. 83, 782 Pac. 151 Vesp. 260 Soph. Oed. C. 397, 821 Eur. Or. 1211 Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 167 n° 1405 etc. — [6]) Thucyd. I 30. — [7]) Hom. ω 1 Soph. Oed. R. 1104 etc., Preller Myth. I[4] p. 389. — [8]) Soph. Ai. 695 etc.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τὴν τούτου χεῖρ' ἐποίησεν
Κυλλήνην ὀρθῶς, ὁτιὴ φησ'· „ἔμβαλε κυλλῇ."

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οὐκ ὀρθῶς φράζει· τὴν Κυλλήνην γὰρ ὁ Φοῖβος
εἰς τὴν χεῖρ' ὀρθῶς ἠνίξατο τὴν Διοπείθους.
ἀλλὰ γάρ ἐστιν ἐμοὶ χρησμὸς περὶ σοῦ πτερυγωτός,
αἰετὸς ὡς γίγνει καὶ πάσης γῆς βασιλεύεις.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ γὰρ ἐμοί· καὶ γῆς καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς γε θαλάσσης,

1084. φράζει R] φράζεις codd. cett., sed ad Demum haec dici contextus docet.
1086. ἐστιν ἐμοὶ] ἔστι μοι V alii.
1087. βασιλεύεις R] -σεις V et plerique non recte; vid. commentarius ad vs. 127.
1088. καὶ γῆς] κἂν λῇς Bergk; sed hoc non est epicum, neque recte sic haberet γε. Quamquam molesta esse καὶ γῆς non nego; quae dittographiae deberi — sequuntur enim καὶ τῆς — facile suspicetur quispiam. || γε R] τε V alii, σὺ vVelsen.

— ἐποίησεν] *in poesi dixit* [1]).

1083. *Istius hominis volam optimo iure vocavit Cyllenen; haec enim dicit: „da quo implear."* Verborum hic lusus, de quo vid. ad Vesp. 84, eo fit facilior quod montis nomen Κυλλήνη cum adiectivo κυλλῷ [2]) sive κοίλῳ *cavo* revera cohaeret; cf. autem Thesm. 936 sq.: ὦ πρύτανι, πρὸς τῆς δεξιᾶς, ἥνπερ φιλεῖς | κοίλην προτείνειν, ἀργύριον ἤν τις διδῷ, et Tibull. II 4, 14: *illa cava pretium flagitat usque manu.*

1083—1085. ὀρθῶς] vid. ad Nub. 251.

1084. φράζει] *interpretatur iste.*

1085. εἰς ... ἠνίξατο] cf. Pac. 47 Av. 970 et vid. ad Ran. 61.

— τὴν χεῖρα ... τὴν Διοπείθους] *Diopithi,* quem in isiciarii vaticinio spectari perhibet Paphlago, manum recurvam fuisse hic versus testatur. Clarus autem illo tempore hic erat χρησμολόγος [3]), qui sub belli initium auctor fuit ut inquireretur in τοὺς τὰ θεῖα μὴ νομίζοντας ἢ λόγους περὶ τῶν μετεώρων διδάσκοντας, — Periclis amicum Anaxagoram petens [4]); et brevi post belli exitum, cum Spartae de regno disceptarent Leotychides et Agesilaus, Diopithes Leotychidae favens hocce vaticinium edidit: φράζεο δή, Σπάρτη, καίπερ μεγάλαυχος ἐοῦσα, | μὴ σέθεν ἀρτίποδος βλάψῃ χωλὴ βασιλεία κτἑ. [5]); claudus nimirum altero pede erat Agesilaus. Hominem παραμαινόμενον vocavit Amipsias in Conno [6]), item Teleclides in Amphictionibus ὑπομανιώδη eum dixit aut talem ostendit [7]). Non huc facit Vesp. 380, ubi eius nomen eo tantum consilio commemoratur ut verborum lusus inde possit peti.

1087. De praesentis temporis hoc usu vid. ad vs. 127 et de ipso vaticinio ad vs. 1013.

1088 sq. *Non solum per orbem terrarum sed etiam per mare Erythraeum do-*

---

[1]) Cf. Thesm. 547 Ran. 935, 1044 etc. — [2]) Av. 1379, cf. Homericum κυλλοποδίων. — [3]) ὁ μέγας audit Av. 988. — [4]) Plut. Pericl. 32. — [5]) Xen. Hellen. III 3 § 3, Plut. Ages. 3 Lysand. 22 Pausan. III 8 § 5. — [6]) Amips. fr. 10. — [7]) Vid. etiam Phrynich. fr. 9.

χὤτι γ' ἐν Ἐκβατάνοις δικάσεις λείχων ἐπίπαστα.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀλλ' ἐγὼ εἶδον ὄναρ, καί μοι ἐδόκει ἡ θεὸς αὐτὴ
τοῦ δήμου καταχεῖν ἀρυταίνῃ πλουθυγίειαν.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

νὴ Δία καὶ γὰρ ἐγώ· καί μοι ἐδόκει ἡ θεὸς αὐτὴ
ἐκ πόλεως ἐλθεῖν καὶ γλαῦξ αὐτῇ ἐπικαθῆσθαι,
εἶτα κατασπένδειν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀρυβάλλῳ
ἀμβροσίαν κατὰ σοῦ, κατὰ τούτου δὲ σκοροδάλμην.

ΔΗΜΟΣ.

ἰού, ἰού.

1089. γ'] del. Dindorf.
1090. ἐδόκει] δοκεῖ V alii (cf. vs. 1092).
1092. ἐγώ· καί] om. R. || ἐδόκει] δοκεῖ V alii (cf. vs. 1090).

---

minaberis et Ecbatanis iussa dabis [1]). Maris mediterranei imperium et iudicia in Arcadiae convallibus seni promiserat Paphlago: multo maiora nunc ei portendit recentissimus hic civitatis sospitator. Vid. ad vs. 797—799 et de verbis λείχων ἐπίπαστα ad vs. 103, denique de particulis καί γε ad Ran. 49.

1090 sq. *In somnio dea mihi visa est super populi caput trullâ effundere opesque viresque* [2]).

1091. καταχεῖν] verbum sic usurpatum est etiam Nub. 74 Vesp. 7 [3]); cf. etiam ἀμφιχεῖν Hes. Op. 65.

— ἀρυταίνῃ] voce utitur etiam muliercula irata apud Antiphanem: ἐὰν δὲ τἀργαστήριον ποιῆτε περιβόητον, | κατασκεδῶ, νὴ τὴν φίλην Δήμητρα, τὴν μεγίστην | ἀρύταιναν ὑμῶν ἐκ μέσου βάψασα τοῦ λέβητος | ζέοντος ὕδατος [4]). Cf. ἀρύβαλλος [5]), ἀρύστιχοι [6]), ἀρυστῆρες [7]), quae ducta sunt omnia ab *hauriendi* verbo ἀρύ(τ)ειν [8]), cuius stirps inest etiam vocibus ἐτνήρυσις [9]), ζωμήρυσις [10]), οἰνήρυσις [11]).

— πλουθυγίειαν] de priscae conformationis hoc vocabulo vid. Vesp. 677. Alia omnia Apollo vaticinatus fuerat olim in exordio notissimi oraculi de Athenarum ligneis moenibus: οὐ δύναται Παλλὰς Δί' Ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι | λισσομένη πολλοῖσι λόγοις καὶ μήτιι πυκνῇ [12]).

1092 sq. *Mihi autem ipsa dea e sacello suo in arce prodire visa est noctuam suam capiti habens insidentem.* De voce ἐκ πόλεως vid. ad Nub. 69.

1094. ἀρυβάλλῳ] ποτήριον hoc erat κάτωθεν εὐρύτερον ἄνω δὲ συνηγμένον, ὡς τὰ συσπαστὰ βαλλάντια [13]). Cf. vs. 1091.

1095. σκοροδάλμην] cf. vs. 199.

1096. ἰού] vid. ad Ran. 653.

---

[1]) Mare Erythraeum etiam Av. 145 pro „ultima Thule" commemoratur, Ecbatanorum autem nomen Ach. 64, 613 Vesp. 1143 sq. ita fere ut nostro loco est adhibitum; vid. etiam Vesp. 1139. — [2]) Cf. vs. 809. — [3]) Item Hom. Ψ 408 ζ 235 ψ 156 etc. — [4]) Antiphan. fr. 25. — [5]) Vs. 1094. — [6]) Vesp. 855. — [7]) Herodot. II 168. — [8]) Nub. 272. — [9]) Ach. 245 fr. 779. — [10]) Antiphan. fr. 249 Anaxipp. 6 Philipp. epigr. 13 etc. — [11]) Ach. 1067. — [12]) Herodot. VII 141. — [13]) Athen. 783 *f*.

οὐκ ἦν ἄρ' οὐδεὶς τοῦ Γλάνιδος σοφώτερος.
καὶ νῦν ἐμαυτὸν ἐπιτρέπω σοι τουτονὶ
„γερονταγωγεῖν καὶ ἀναπαιδεύειν πάλιν."

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

μήπω γ', ἱκετεύω σ', ἀλλ' ἀνάμεινον, ὡς ἐγὼ
κριθὰς ποριῶ σοι καὶ βίον καθ' ἡμέραν.

1100. ἐγὼ] ἔγωγε V R et paene omnes.

1097. οὐκ ἦν ἄρα] de imperfecti usu vid. ad Vesp. 183.
— Γλάνιδος] cf. vs. 1004.
1098. ἐμαυτὸν ... τουτονὶ] cf. Nub. 141.
— ἐπιτρέπω] vid. vs. 1259 et ad Ran. 529.
1099. Utitur nunc Demus aniculae ex Sophoclis Peleo verbis: *Πηλέα τὸν Αἰάκειον οἰκουρὸς μόνη | γεροντανωγῶ καὶ ἀναπαιδεύω πάλιν. | πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ* [1]. Eodem respicitur in versu quem Plutarchus ad Cleonem plebeculam sibi devincientem refert, sive ab ipso fictum sive — quod arbitror [2] — ex alia fabula desumtum: *γεροντανωγῶν καὶ ἀναμισθαρνεῖν διδούς* [3]. Verbo *γεροντανωγεῖν* Sophocles usus est etiam in Oedipo Coloneo [4].
1100. μήπω γ', ἱκετεύω] vid. ad Nub. 196 et 696.
1101—1106. Ut Vesp. 715—718, sic huic loco inest gradatio quaedam. Illic enim dicitur: „frumenti vim ingentem cum expectares, in singulos cives vix quinque cesserunt medimni, et hordei quidem medimni; neque totum simul accepisti illud quicquid erat, sed unius modii altera pars in singulos dies tibi est concessa; quid quod ne ista quidem sportula ad te perveniebat, nisi civem te esse demonstrasses magistratibus." Nostro vero loco meliora sensim promittuntur; et primo quidem Paphlago id ipsum praebiturum se dicit quod plebecula nuper acceperat, *hordei choenicem* pro die, dein ipsa *farina* promittitur, tandem *puls* inde confecta *opsoniique* aliquid.
1101. Verba haec ἓν διὰ δυοῖν efficiunt [5]. Nam *κριθαί*, quas Demo promittit Paphlago, *τὸν καθ' ἡμέραν βίον* constituunt, et fortasse ipsa Cleonis verba ex Paphlagonis ore nunc quoque percipiuntur [6]. Egregio autem cum contemtu de ista demagogorum munificentia non hoc tantum aliisque nostrae fabulae locis verba fecit comicus, sed magis etiam aperte quid de ea sentiret biennio post est prolocutus ore Bdelycleonis [7]. Nec non Pacis huc facit locus, ubi diris devovens pacis adversarios Trygaeus „*si quis ἐπιθυμεῖ μαχῶν*", inquit „*ἐσθίοι κριθὰς μόνας*" [8]: mancipiorum cibo isto vescatur, quo omnes per hosce annos vitam vix aegre sustentavimus [9]. Itaque non recte nunc verba *κριθὰς καὶ βίον* interpretetur quispiam *hordeum ceterumque victum quotidianum* collatis locutionibus qualis est *ὦ Ζεῦ καὶ θεοί* [10].

---

[1]) Soph. fr. 434. Vid. ad Nub. 1417. — [2]) Cum Kockio fr. adesp. 11. — [3]) Nic. 2. Denuo eum adhibet Mor. 807*a*. — [4]) Oed. C. 348; cf. Eur. Bacch. 193: *γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ.* — [5]) Vid. supra ad vs. 803. — [6]) Vid. ad vs. 1019. — [7]) Vesp. 715—718; ubi quod dicitur *κατὰ χοίνικα*, prorsus idem valet quod nostro loco *καθ' ἡμέραν*. Vid. quae ad illos versus et ad Vesp. 440 observavi. — [8]) Pac. 449. — [9]) Etiam Hermippi Phormophoros in hoc argumento versatam esse fabulam suspicor. — [10]) Vid. ad Nub. 413.

ΔΗΜΟΣ.

οὐκ ἀνέχομαι κριθῶν ἀκούων· πολλάκις
ἐξηπατήθην ὑπό τε σοῦ καὶ Θουφάνους.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀλλ' ἄλφιτ' ἤδη σοι πoριῶ ἐσκευασμένα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγὼ δὲ μαζίσκας γε διαμεμαγμένας,
καὶ τοὔψον ὀπτόν· μηδὲν ἄλλ' εἰ μὴ ἔσθιε.

ΔΗΜΟΣ.

ἀνύσατέ νυν ὅ τι περ ποιήσεθ'· ὡς ἐγώ,
ὁπότερος ἂν σφῷν νῦν με μᾶλλον εὖ ποιῇ,
τούτῳ παραδώσω τῆς πυκνὸς τὰς ἡνίας.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

τρέχοιμ' ἂν εἴσω πρότερος.

1102. οὐκ] οὐδ' V fortasse recte (cf. Vesp. 1337, ubi aliter tamen ordinata sunt verba. || πολλάκις] πολλὰ γὰρ Blaydes.

1108. νῦν με μᾶλλον εὖ GHermann] εὖ με μᾶλλον ἂν codd.; Kock εὖ με μᾶλλον νῦν, Bergk μᾶλλον εὖ με νῦν.

1110. εἴσω R] ἤδη V et plerique, quod intellegi vix potest nisi addatur *quo* tendat Paphlago, cum praesertim sequatur πρότερος. Alia res est vs. 1161.

1103. *Theophanem* ὑπογραμματέα fuisse [1]) recte, ut arbitror, e Demi verbis efficitur in scholio; sed quod ibi additur: „Cleonis assentatorem fuisse", id de nihilo opinor est fictum, certe nihil ad rem. Nam teste nostro loco dispensabat Theophanes largitiones, quae civibus propter annonae caritatem his annis saepius sunt concessae.

1105. μαζίσκας] cf. vs. 1166.

1106. ὀπτόν] constans haec est forma adiectivi verbalis, a breviore igitur stirpe verbi ὀπτᾶν ducta (= ὠπτημένος) [2]).

— μηδὲν — ἔσθιε] post ἄλλο e contextu mente suppleri potest δρᾶ. Nam idem haec valent quod ἔσθιε μόνον vel quod alibi dicitur ἀλλὰ τὰς γνάθους διοίγνυ [3]). Vid. ad vs. 615.

1107. ἀνύσατε] vid. ad Ran. 606.

— ποιήσετε] futurum idem nunc [4]) valet quod subiunctivus aoristi cum particula ἂν vel ὅ τι περ μέλλετε ποιήσειν [5]).

1108 sq. Cf. Dionysi verba: ὁπότερος οὖν ἂν τῇ πόλει παραινέσειν | μέλλῃ τι χρηστόν, τοῦτον ἄξειν μοι δοκῶ [6]).

1109. Sic Blepyrus ille *vereor* inquit *ne mulieres* παραλαβοῦσαι τῆς πόλεως τὰς ἡνίας | ἔπειτ' ἀναγκάζωσιν ἡμᾶς κτέ. [7]), et eadem imagine usus Plato dicit: παραδοῦναι τὰς τῆς πόλεως ἡνίας [8]).

1110. Poetae mentem si recte interpretor, isiciarius aedes non intrat ut

---

[1]) Vid. ad Ran. 1084. — [2]) Apud nostrum redit Pac. 1058 Av. 552, praeterea vid. Diphil. fr. 44 Philemon. iunior. fr. 1, Herodotus passim, Sophocl. Antig. 475 Herod. Mimiamb. II 65 etc. — [3]) Eccl. 852. — [4]) Item Ach. 255 Pac. 1267 Thesm. 917. — [5]) Cf. Sobolewski Synt. p. 159 et vid. infra ad vs. 1183. — [6]) Ran. 1420 sq. — [7]) Eccl. 466. — [8]) Politic. 266 *e*.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐ δῆτ᾽, ἀλλ᾽ ἐγώ.

(Repulso adversario isiciarius ianuam ingreditur prior, sequitur Paphlago.)

ΧΟΡΟΣ.

Stropha 1 (vs. 1111—1120).

ὦ Δῆμε, καλήν γ᾽ ἔχεις
ἀρχήν, ὅτε πάντες ἄν-
θρωποι δεδίασί σ᾽, ὥσ-
περ ἄνδρα τύραννον.
ἀλλ᾽ εὐπαράγωγος εἶ,
θωπευόμενός τε χαί-

munuscula inde expromat et Demo de ipsius bonis aliquid largiatur, sed unicum ei est consilium Paphlagoni negotia facessere, cuius lateri adhaeret velut equo tabanus. Mox autem vacuis redibit manibus, dein sua mensula et suis botulis ceterisque dapibus, quas secum attulit cum forte fortuna huc est delatus, senem donabit.

1111 sqq. O laudes fellis atque aceti plenae, quibus cumulatur nunc Δῆμος ille τύραννος [1])! Eodem nimirum redeunt quo Bdelycleonis in Vespis oratio; cuius hoc est argumentum: tu, quem terrarum dominum dicunt, misere ductari te pateris et nugatoriis quibusdam munusculis acceptis beatum te praedicas.

1111. γε] *sane*, — id quod demagogi numquam non tibi asseverant, in his ipse Cleon, qui de Mytilenaeorum sorte sententiam dicturus sic incipit apud Thucydidem: *o cives, non videtis quanto in periculo versemini*, οὐ σκοποῦντες ὅτι τυραννίδα ἔχετε τὴν ἀρχὴν καὶ πρὸς ἐπιβουλεύοντας αὐτοὺς καὶ ἄκοντας ἀρχομένους [2]). Neque aliter locutus fuerat Pericles, siquidem iure suo Thucydides huic quoque tribuit verba: ὡς τυραννίδα ἤδη ἔχετε τὴν ἀρχήν [3]), ipsi autem adversarii Atheniensium urbem τύραννον ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐγκαθεστάναι his temporibus saepius autumarunt [4]). Cf. etiam Isocratis verba: *patres nostri, qui democratiam instituerunt*, διεγνωκότες ἦσαν ὅτι δεῖ τὸν μὲν δῆμον ὥσπερ τύραννον καθιστάναι τὰς ἀρχάς κτέ., *cives autem otio affluentes* ἐπιμελεῖσθαι τῶν κοινῶν ὥσπερ οἰκέτας [5]), et Aristotelis: *iudicia a Solone instituta immodice auxerunt populi potestatem, nam exinde cives* ὥσπερ τυράννῳ τῷ δήμῳ χαριζόμενοι τὴν πολιτείαν εἰς τὴν νῦν δημοκρατίαν κατέστησαν [6]).

1112. ὅτε] *siquidem nunc*, ut Nub. 34, 1217 et saepe. Item in antistropha, vs. 1122.

1115. εὐπαράγωγος εἶ] *a quovis ductari te sinis*, nimis facilem te praebes nequam hominibus. Adiectivum εὐπαράγωγος oppositum sibi habet ἀνάγωγον, quod est equorum contumacium [7]).

1116. Sic in Acharnensibus rustici Attici dicuntur χαίρειν σφόδρα si quis ἀνὴρ ἀλαζὼν ipsorum civitatem per fas et nefas collaudet [8]), poeta vero ibidem fertur cives suos docuisse μὴ λίαν ἐξαπατᾶσθαι | μηδ᾽ ἥδεσθαι θωπευομένους μηδ᾽

[1]) *Het souveraine volk.* — [2]) Thucyd. III 37. — [3]) II 63 § 2. — [4]) Vid. Corinthiorum verba apud Thucyd. I 122 § 3 et 124 § 3. — [5]) Isocrat. VII § 26. — [6]) Politic. II 12. — [7]) Xen. Mem. III 3 § 4 [Arist.] Rep. Ath. 49 § 1 (?); de *canibus* dicitur Xen. Mem. IV 1 § 3. — [8]) Ach. 371—373.

ρεις καὶ ἐξαπατώμενος,
πρὸς τόν τε λέγοντ' ἀεὶ
κέχηνας· ὁ νοῦς δέ σου
παρὼν ἀποδημεῖ.

ΔΗΜΟΣ.

Antistropha 1 (vs. 1121—1130).

νοῦς οὐκ ἔνι ταῖς κόμαις
ὑμῶν, ὅτε μ' οὐ φρονεῖν
νομίζετ'· ἐγὼ δ' ἑκὼν
ταῦτ' ἠλιθιάζω.
αὐτός τε γὰρ ἥδομαι

1118. *τόν τε* R et Suidas s. v. *εὐπαράγωγος*] *τε τὸν* cett.
1122. *ὅτε*] *ὅτι* codd. nonnulli.

εἶναι χαυνοπολίτας [1]). Et in Ranis urbs dicitur plena esse *βωμολόχων δημοπιθήκων ἐξαπατώντων τὸν δῆμον ἀεί* [2]). Aristoteles autem fuse demonstrat democratiae et alia cum tyrannide esse communia et adulatorum utramque esse feracem, *τὸν γὰρ δημαγωγὸν εἶναι τοῦ δήμου κόλακα* [3]). Et facilius esse multos quam unum decipere acute observavit Herodotus [4]).

1118 sq. Idem supra dictum est *τοῦ λέγοντος εἶ* [5]); praeterea vid. ad vs. 753—755 et de verbo *κεχηνέναι* ad vs. 651.

1119 sq. *Non apud te es, αἱ σαὶ φρένες ἠερέθονται, sedes quidem in concione, sed alia omnia agens ad ipsas res animum non advertis* [6]), *θεατὴς μὲν γιγνόμενος τῶν λεγομένων ἀκροατὴς δὲ τῶν ἔργων*, ut est apud Thucydidem [7]). Nempe *ἐπὴν ὁ νοῦς ᾖ μὴ καθεστηκώς τινι, | οὐκ ἔστ' ἀκούειν οὐδὲν αὐτὸν οὐδ' ὁρᾶν* [8]). Cf. Acharnensium locus, ubi Euripidis *animus* dicitur *peregre esse sine corpore velox, ἔξω ξυλλέγων ἐπύλλια*, licet ipse tragicus *ἔνδον ἀναβάδην ποιῇ τραγῳδίαν* [9]), cui loco simillima apud ipsum Euripidem dicit Creusa: *οἴκοι δὲ τὸν νοῦν ἔσχον ἐνθάδ' οὖσά περ* [10]). Cf. locutiones: *νοῦς ὑμῖν οὐκ ἔνεστι* [11]) et *οὐκ ἐν αὑτοῦ εἶναι* [12]). Verbum *ἀποδημεῖν* noster etiam Nub. 371 festive adhibuit.

1121. *Non abest mea mens, sed vobis mens deest.* Istud caput tam belle comatum cerebrum non habet [13]).

1122. Cf. Antiphan. fr. 196: *οἱ ῥήτορες κεκραγότες opes undique corrasas suas faciunt, νεμομένων δὲ πλησίον | αὐτῶν κάθηται λοιδορουμένων τ' ἀεὶ | ὁ δῆμος, οὐδὲν οὔτ' ἀκούων οὔθ' ὁρῶν.*

1123. *ἑκών*] cf. vs. 1045.

1124. *ταῦτ' ἠλιθιάζω*] verbum apud nostrum non redit, sed adi. *ἠλίθιος* legitur Ach. 443 etc.; *ταῦτα* autem est obiectum internum quod dicitur, cf. e. g. Homericum *τί με ταῦτα λιλαίεαι ἠπεροπεύειν* [14]).

[1]) Ach. 635. — [2]) Ran. 1085. Ubi ultima tamen verba glossatoris esse videntur. — [3]) Politic. V 11. — [4]) V 97: *πολλοὺς οἶκε εἶναι εὐπετέστερον διαβάλλειν ἢ ἕνα.* — [5]) Vs. 860, ubi vid. — [6]) *Ton esprit bat la campagne, gij zijt niet bij de pinken.* — [7]) Thucyd. III 38 § 4. — [8]) Philemon. fr. 151. — [9]) Ach. 396 sqq.; cf. Hor. Ep. I 12, 13. — [10]) Ion. 251. — [11]) Ach. 556, cf. Lys. 572, 1124 Eccl. 856. — [12]) Vesp. 642. Praeterea vid. ad Nub. 228 sqq. et 761—763. — [13]) De equitum coma vid. vs. 580 et ad Nub. 14. — [14]) *Γ* 399. Praeterea vid. supra vs. 859 et 878.

βρύλλων τὸ καθ' ἡμέραν,
κλέπτοντά τε βούλομαι
τρέφειν ἕνα προστάτην·
τοῦτον δ', ὅταν ᾖ πλέως,
ἄρας ἐπάταξα.

ΧΟΡΟΣ.

Stropha 2 (vs. 1131—1140).

οὕτω μὲν ἄρ' εὖ ποιεῖς,

1131. οὕτω] χοὕτω V R alii, quam lectionem e litteris χο. οὕτω natam esse probabiliter suspicatur Blaydes (cf. vs. 1214). ‖ ἄρ' ... ποιεῖς Meineke] ἂν ... ποιοῖς (-ῇς, -εῖς) codd.; simile est vitium Pac. 640 Eccl. 645.

1126. Verbum βρύλλειν aliunde ignotum est; quod autem a Symmacho in scholiis cum infantulorum voce βρῦν [1]) componitur, id vero parum videtur simile, cum praesertim υ vocalis non stirpi sit propria sed exitui, qui etiam in verbo ἐξαπατύλλειν aliisque apparet [2]). A sensu tamen verbi non longe aberrasse Symmachum ὑποπίνειν interpretantem contextus docet; manifesto enim id fere quod ῥοφεῖν significat, obiectum autem est τὸ καθ' ἡμέραν [3]), et vertenda sunt verba: *nam primo libenter sorbeo diaria mea*: gratus est mihi ὁ μισθός, quo quotidie ab istis donor. Multo minus aptum huic loco fit enunciatum si sumimus τὸ καθ' ἡμέραν non obiecti sed *temporis* esse accusativum [4]), *quotidie* igitur significare, verbum autem βρύλλειν esse intransitivum et id fere valere quod *nugari* vel *dormitare*.

1128. τρέφειν ἕνα προστάτην] verbum τρέφειν, ut βόσκειν [5]), de animalibus domesticis usurpatur, de hominibus autem dictum contemtus aliquid habere solet. De populi προστάταις vid. [Arist.] Rep. Ath. 28 et supra Prolegomena [6]). Numerale nunc ita est adhibitum ut alias εἷς τις [7]), *unus aliquis*; cf. Plat. Rep. 565*c*: ἕνα τινὰ ἀεὶ δῆμος εἴωθε διαφερόντως προΐστασθαι ἑαυτοῦ καὶ τοῦτον τρέφειν τε καὶ αὔξειν μέγαν.

1129 sq. *Hunc autem ubi rapinis bene repletum atque plane distentum video, sublato brachio caedo.* Apposite Casaubonus laudavit Suetonii de Vespasiano verba: *creditur etiam procuratorum rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria solitus promovere, quo locupletiores mox condemnaret; quibus quidem vulgo „pro spongiis" dicebatur „uti", quod quasi et siccos madefaceret et exprimeret humentes* [8]). Nec non proxime accedunt verba seditiosa, quae a. u. 370 Romae sunt audita, cum Manlius multitudinis defensor a dictatore in vincula esset coniectus: *saginare plebem populares suos, ut iugulentur* [9]).

1130. ἄρας] mente supplendum est τὴν χεῖρα [10]). Sic Ach. 686 ξυνάπτειν valet ξυμπλέκεσθαι. Omitti solent nimirum obiecta, quae nemo non sponte sit addi-

[1]) Nub. 1382. — [2]) De quibus vid. ad vs. 224. — [3]) Ut Epicrat. fr. 3⁶ Isocrat. XII § 179; vid. etiam Soph. Oed. C. 1364. — [4]) Ut Eur. Ion. 123 Electr. 182. — [5]) Vid. ad Ach. 678. — [6]) De voce προστάτῃ et de verbo προΐστασθαι vid. praeterea Vesp. 419 Pac. 684 Eccl. 176 Thucyd. VIII 89 § 4 etc — [7]) Vid. ad Ran. 911. — [8]) Vespas. 16. — [9]) Liv. VI 17. — [10]) Item Plut. 689 (?) Menandr. fr. 887 Soph. Oed. R. 127 (Eur. Cycl. 458?); alienus vero hinc est nostrae fabulae vs. 1362 vel Eccl. 261.

καί σοι πυκνότης ἔνεστ'
ἐν τῷ τρόπῳ, ὡς λέγεις,
τούτῳ πάνυ πολλή,
εἰ τούσδ' ἐπίτηδες ὥσ-
περ δημοσίους τρέφεις
ἐν τῇ πυκνί, κᾆθ' ὅταν

1132. καί Reiske] εἰ codd., quod e vs. 1135 irrepsisse puto; ἦ Meineke. Si vero εἰ h. l. servetur, quod suadet Sobolewski coll. vs. 483, in vs. 1135 καὶ scribatur auctore Kockio; sed mihi multo minus placet haec verborum structura.
1133. ὡς] ᾧ Reiske, ὃν Blaydes.
1134. τούτῳ] οὕτω Dobree (ut vs. 1131).
1135. εἰ] vid. ad vs. 1132.

turus: *manum* vel *brachium, crus* [1]), *equum, navem* [2]), *aquam* [3]), similia. Additum legitur τὴν χεῖρα Eur. Cycl. 418 [4]); cf. etiam ἐπάρει τὴν εὐώνυμον πτέρυγα et τὴν δεξιὴν πτέρυγα ἐπάρας in inscriptione Ephesia [5]). Idem quod ἄρας ἐπάταξε valet Homericum κόψεν ἀνασχόμενος [6]); cf. etiam κατ' ὤμου [7]) et Homericum κατωμαδόν [8]). Denique de structura verborum ὅταν ᾖ... ἐπάταξα vid. ad Ran. 1068.

1132—1134. Sic iungantur: καὶ ἐν τῷ τρόπῳ τούτῳ πάνυ πολλὴ πυκνότης ἔνεστί σοι, ὡς λέγεις. *Tuo iure ais sollers admodum consilium inesse isti rationi agendi.*

1132. πυκνότης] hac voce, quae in sermone quotidiano *densitatem* significabat [9]), iocose respici τὴν Πύκνα [10]) recte observat Fritzsche [11]). Idem autem nunc valet quod Homericum πυκινὴ μῆτις vel βουλή, senex igitur πυκιμηδής vel πυκινόφρων dicitur. Cf. chori verba in Thesmophoriazusis: πάντα δ' ἐβάστασεν φρενὶ πυκνῶς τε | ποικίλους λόγους ἀνηῦρεν | εὖ διεζητημένους [12]) et Euripidis ad Dicaeopolidem: δώσω, πυκνῇ γὰρ λεπτὰ μηχανᾷ φρενί [13]).

1133. τῷ τρόπῳ] cf. Socratis ad Strepsiadem verba: κάτειπέ μοι σὺ τὸν σαυτοῦ τρόπον [14]) et nescio cuius apud Antiphanem: τὸν τρόπον μὲν οἶσθά μου | ὅτι τῦφος οὐκ ἔνεστιν [15]).

1135. τούσδε] *hosce,* quos manu designat histrio, — Cleonem prae ceteris, in primis subselliis sedentem.

— ἐπίτηδες] cf. Vesp. 391.

1136. ὥσπερ δημοσίους] recte in primo scholio additur: ταύρους ἢ βοῦς. Nam *victimis publicis* nunc assimulantur demagogi, ut *milites* a Philemone, apud quem nescio quis latronem contemtim sic alloquitur: στρατιῶτα, κοὐκ ἄνθρωπε, καὶ σιτούμενε | ὥσπερ ἱερεῖον, ἵν' ὅταν ᾖ καιρὸς τυθῇς [16]). Demagogis, perinde atque bubus saginatis [17]), parcitur donec adsit tempus mactandi. Non recte multi [18]) δημοσίους interpretati sunt καθάρματα sive φαρμακούς, i. e. *homines nequam* proximis Thargeliis immolandos [19]).

[1]) ἐπαείρειν Herodot. II 162, ἀνατείνειν Lys. 799. — [2]) ἐλαύνειν. — [3]) ἐκβάλλειν etc. — [4]) Qui tamen locus nostro non est similis. Cf. etiam Eccl. 264 sq. — [5]) CIG. 2953 (IGA. 499). — [6]) ξ 425; vid. ad Γ 362. — [7]) Herod. Mimiamb. III 3. — [8]) Ο 352, ubi vid., et alibi. — [9]) Cf. Nub. 406 etc. — [10]) Vs. 1137. — [11]) Vid. ad Vesp. 353. — [12]) Thesm. 438 sqq. — [13]) Ach. 445. Etiam Nub. 702 conferri potest. — [14]) Nub. 478. — [15]) Antiphan. fr. 195. Praeterea vid. Ach. 339 Lys. IX § 1 etc. — [16]) Philem. fr. 155. — [17]) *Paasch-ossen.* — [18]) In his ego ad Ran. 733. — [19]) Vid. infra vs. 1405.

μή σοι τύχῃ ὄψον ὄν,
τούτων ὃς ἂν ᾖ παχὺς
θύσας ἐπιδειπνεῖς.

ΔΗΜΟΣ.

Antistropha 2 (vs. 1141—1150).

σκέψασθε δέ μ', εἰ σοφῶς
αὐτοὺς περιέρχομαι,
τοὺς οἰομένους φρονεῖν
καί μ' ἐξαπατύλλειν.
τηρῶ γὰρ ἑκάστοτ' αὐ-
τούς, οὐδὲ δοκῶν ὁρᾶν,
κλέπτοντας· ἔπειτ' ἀναγ-
κάζω πάλιν ἐξεμεῖν
ἅττ' ἂν κεκλόφωσί μου,
κημῷ καταμηλῶν.

1150. κημῷ Blaydes] κημὸν codd.

1138. ὄψον] *carnes*, notissimo genere loquendi.

1139. παχὺς] admodum facete utitur adiectivo, quod et de bestiis bene saginatis usurpari solebat et — in quotidiano certe sermone — de hominibus locupletibus [1].

1140. θύσας ἐπιδειπνεῖς] *iugulatum opsonii loco comedis.* Idem valet θῦσαι quod ἀποσφάξαι, ut passim [2]; nimirum bubula nisi festis diebus vesci non solebant. De verbo ἐπιδειπνεῖν autem vid. ad Nub. 421.

1142. περιέρχομαι] vid. ad vs. 290.

1144. ἐξαπατύλλειν] verbum, de cuius termino vid. supra ad vs. 224 Ran. 92, apud nostrum redit Ach. 657.

1146. δοκῶν] vid. ad Ran. 564.

1148. πάλιν ἐξεμεῖν] cf. vs. 404. Biennio ante noster Cleonem rapinas suas evomentem in scena ostenderat [3].

1149. μου] vid. ad vs. 436.

1150. κημῷ καταμηλῶν] quoniam homines de plebe argentum modo acceptum vel mox solvendum solebant ἐγκάψαι εἰς τὴν γνάθον [4], facile potuit fieri ut nummus unus pluresve casu deglutirentur, id quod Euelpidi illi aliquando accidit [5]. Tunc igitur ut stomachus thesaurum abditum in lucem remitteret, gulae inserebatur digitus vel pluma [6] vel quicquid praesto erat, id quod καταμηλοῦν [7] iocularitor nunc dicitur, verbo desumto ex arte medicorum [8], quibus μήλη est *specillum* [9] et μήλωσις *vulneris exploratio.* Demo autem pro specillo est ὁ κημός, hoc enim instrumento cogit demagogos reddere quae de publico sunt suffurati.

---

[1]) Vid. ad Vesp. 288 et cf. Pac. 1170. — [2]) E. g. fr. 693 Herodot. I 216 Eur. Cycl. 334. — [3]) Vid. Prolegomena et ad Ach. 6. — [4]) Alex. fr. 128[7]; vid. ad Vesp. 609. — [5]) Av. 502 sq. — [6]) Ach. 584 sqq. — [7]) *Sondeeren.* — [8]) Cf. Phrynich. fr. 62. — [9]) *Sonde.*

(Ex aedibus redit Paphlago sedile et cistam repletam gestans. Quem proximus sequitur isiciarius manibus vacuis.)

SCENA DECIMA NONA.

Demus, Paphlago, Isiciarius, Chorus.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(ad isiciarium:)

ἄπαγ' εἰς μακαρίαν ἐκποδών.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

σύ γ', ὦ φθόρε.

(Paphlagonem violento ictu perculsum deicit.)

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(sponte consedisse se fingens:)

ὦ Δῆμ', ἐγὼ μέντοι παρεσκευασμένος
τρίπαλαι κάθημαι, βουλόμενός σ' εὐεργετεῖν.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(item considens:)

ἐγὼ δὲ δεκάπαλαί γε καὶ δωδεκάπαλαι

1151. Demo totum tribuunt V^2 R. || ἄπαγ'] ἔρρ' l. a.
1154. γε] om. R, in fine versus repetit V (in archetypo igitur omissum dein in margine additum fuerat).

Nempe *suffragii lationem* significat ὁ κημός, de qua voce vid. ad Vesp. 99; idem igitur Cleoni nunc minitatur Demus quod supra [1]) isiciarius, conferri autem potest vox κεραμικὴ μάστιξ de *ostracismo* dicta in comoedia ignota [2]). — Similia verbo καταμηλοῦν sunt ἐκκαλαμᾶσθαι [3]) et ἐκπηνίζεσθαι [4]), proxime autem ad nostrum locum accedit fr. 614: τὴν φάρυγα μηλῶν δύο δραχμὰς ἕξει μόνας [5]) — item fortasse dictum de homine furaci.

1151 sq. His versibus quae supra adscripsi debeo Hartmano, qui poetae mentem recte interpretatus esse mihi videtur.

1151. Per euphemismum, qui in Paphlagonis ore perridiculus est, non εἰς κόρακας [6]) nunc dicitur, sed εἰς μακαρίαν Verbum ἄπαγε etiam Pac. 1053 intransitive sic est usurpatum, item fr. adesp. 1216: ἄπαγ' εἰς τὸν φθόρον, alibi autem idem dicitur βάλλ' εἰς μακαρίαν [7]) vel omisso verbo εἰς μακαρίαν [8]). Cf. Ran. 85. Etiam εἰς ὀλβίαν ita dictum esse — ab eo opinor qui *Olbiae* urbis notissimae nomen respiceret — testatur Photius s. v. [9]).

— φθόρε] vox redit Thesm. 535 Plat. Euthyd. 285 *b* Demosth. XIII § 24.

1152. μέντοι] cf. vs. 168.

1153. τρίπαλαι] vox ad analogiam adiectivi τριδούλου et similium iocose conformata redit Av. 465 [10]).

1154. Plane idem dicebat nescio quis

---

[1]) Vs. 808 et 855. — [2]) Adesp. fr. 33. — [3]) Vesp. 609. — [4]) Ran. 578. — [5]) ἕξεις ὅλας Kock. — [6]) Vid. ad Ran. 187 et 607. — [7]) Plat. Hipp. Mai. 293 *a*. — [8]) Antiphan. fr. 245. — [9]) Fr. adesp. 1092. — [10]) Cf. nostra *drie-*, *tiendubbel* pro *-voudig*.

καὶ χιλιόπαλαι καὶ προπαλαιπαλαίπαλαι.

ΔΗΜΟΣ.

ἐγὼ δὲ προσδοκῶν γε τρισμυριόπαλαι
βδελύττομαί σφῳ καὶ προπαλαιπαλαίπαλαι.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον;

ΔΗΜΟΣ.

εἴσομ' ἢν φράσῃς γε σύ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἄφες ἀπὸ βαλβίδων ἐμέ τε καὶ τουτονί,
ἵνα σ' εὖ ποιῶμεν ἐξ ἴσου.

1158. οὖν] om. R. || Alteram versus partem Choro dedit vVelsen coll. vs. 970. || εἴσομ' ἢν Porson] εἴ γε (εἰ δὲ R) μὴ codd.; vid. commentarius. || φράσῃς] -σεις R alii.

---

apud Philonidem: *κατάκειμαι δ', ὡς ὁρᾶτε, δεκάπαλαι* [1]), vid. etiam Heniochi fr. 2: *ὁ βοῦς ὁ χαλκοῦς ἦν ἂν ἑφθὸς δεκάπαλαι.* Similis autem exaggeratio inest sycophantae querelis Plut. 850 sqq.: *ὡς ἀπόλωλα δείλαιος | καὶ τρὶς κακοδαίμων καὶ τετράκις καὶ πεντάκις | καὶ δωδεκάκις καὶ μυριάκις.*

1157. *βδελύττομαι*] vid. ad Ach. 586.

1158. *οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον;*] *scin quid tu facias?* [2]). E locutionibus *οἶσθ' οὖν ὃ χρὴ δρᾶν;* [3]) et *τόδε οὖν δρᾶσον* concrevit haec formula loquendi [4]), quam recte Bentley sic expedivit: *νῦν οὖν δρᾶσον — οἶσθ' ὃ (τι);* — Simillima sunt *οἶσθά νυν ὅ μοι ποίησον* [5]), *οἶσθ' ὅ τι ποίησον* [6]), *οἶσθ' ὡς ποίησον* [7]). Transitus autem quidam paratus cernitur in verbis: *ὡς οὖν ποιήσατε, id quod facere igitur vos oportet* [8]).

— *εἴσομ' ἢν φράσῃς γε σύ*] sic etiam Trygaeo roganti: *ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον;* respondet Hierocles: *ἢν φράσῃς* [9]). Praeterea cf. Alex. fr. 133: *ἐπίστασαι τὸν σαῦρον ὡς δεῖ σκευάσαι; | — ἀλλ' ἢν διδάσκῃς,* Nicomach. fr. 1: *καὶ μὴν ἴσως ὅσον μαγείρου διαφέρει | μάγειρος οὐκ οἶσθ'.— εἴσομαι δέ γ' ἢν λέγῃς,* Plaut. Pseudul. II 2, 62: *set scin quid te oro Sure? — Sciam si dixeris,* Plat. Rep. 408*d*: *ἀλλ' οἶσθ' οὓς ἡγοῦμαι τοιούτους; — ἢν εἴπῃς, ἔφη,* Soph. Oed. R. 1517: *οἶσθ' ἐφ' οἷς οὖν εἶμι; — λέξεις καὶ τότ' εἴσομαι κλύων.*

1159. *ἄφες ἀπὸ βαλβίδων*] de verbo vid. ad Ran. 133, de nomine ad Ach. 483 Vesp. 548. *Carceres* autem, unde cursus initium facturi sunt, vocat locum prope ianuam, ubi fabulae initio potavit Demosthenes, cuius *lagena* et *poculum* etiamnunc ibi adstant, isiciarius autem ibi deposuit *mensulam* suam ceterasque quas in forum deferebat *sarcinas*. Nunc *sedile* et *cistam* illic collocavit Paphlago.

---

[1]) Philonid. fr. 8. — [2]) Plaut. Mil. IV 2, 43 Pers. I 3, 74. — [3]) Cf. Eur. Iph Taur. 759. — [4]) Fere ut nostrum *weet je wat je doet* (pro: *doen moet*). Redit Pac. 1061 Av. 54, 80 Eur. Hec. 225 Ion. 1029 Hel. 315, 1233 Iph. Aul. 725 Cycl. 131(?) fr. 647. — [5]) Hermipp. fr. 43. — [6]) Menandr. fr. 916 (Gregor. Corinth. p. 15 sqq. Schaef.). — [7]) Soph. Oed. R. 543; vid. etiam ad Ach. 1064. — [8]) Plat. Protag. 338*a*. — [9]) Pac. 1061.

ΔΗΜΟΣ.

δρᾶν ταῦτα χρή.

ἄπιτον.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ ΚΑΙ ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἰδού.

(Sibi invicem occursantes nihil proficiunt.)

ΔΗΜΟΣ.

θέοιτ' ἄν.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὑποθεῖν οὐκ ἐῶ.

(Paphlagonem repellit.)

ΔΗΜΟΣ.

(secum:)

ἀλλ' ἦ μεγάλως εὐδαιμονήσω τήμερον
ὑπὸ τῶν ἐραστῶν, νὴ Δί', εἴ τι θρύψομαι.

1161. ἰδού] in codd. soli Cleoni aut Isiciario tribuuntur; ab ambobus coniunctim proferri vidit Kock. Enger scribebat ΠΑΦ. ἰδοὺ θέοιμ' ἄν. ΑΛΛ. ὑποθεῖν οὐκ ἐῶ.

1163. εἴ τι Hartman] ἢ 'γὼ codd.; pronomen cum abundet, Kock proposuit ἢ ἐπιτρίψομαι (coll. scholii verbis ἀντὶ τοῦ συντριβήσομαι et Pac. 246), Blaydes ἀλλ' ἦ ... εἰ μὴ θρύψομαι, Zacher ἀλλ' ἦ ... εἰ ἐπιτρίψομαι (coll. vs. 175 et Av. 176), Bergk nimis audacter ἢ διαρραγήσομαι (*aut beatum me reddent istorum dona aut — iis oppletus disrumpar*). Errorem peperit vis particularum ἀλλ' ἦ (vs. 1162) non agnita.

1161. ἰδού] sic loquitur qui dicto audientem se praestat.

— θέοιτ' ἄν] *quin igitur curritis?* Nempe Paphlago et isiciarius se invicem praepediunt.

— ὑποθεῖν οὐκ ἐῶ] *ego certe istis tuis artibus frustrari me non sinam.* De verbo ὑποθεῖν et cognatis vid. ad vs. 47, et de re ad vs. 742 sq.

1162. ἀλλ' ἦ] *profecto*; cf. vs. 953, et de elliptico usu harum particularum, quae cum interrogativo ἀλλ' ἦ [1]) minime sunt confundendae, vid. ad Ran. 928.

1163. ἐραστῶν] cf. vs. 732.

— εἴ τι θρύψομαι] *si non nimis gratum citiusve contentum me praebuero* [2]). De pronominis τι usu vid. ad Nub. 1076 et de verbo θρύπτεσθαι Bekk. Anecd. 43: θρύπτεσθαι· ὡράζεσθαι [3]). ἄμφω Εὔπολις· ὡραζομένη καὶ θρυπτομένη [4]), Xen. Conv. VIII § 6: ὁρῶ σε ἐρῶντα οὐχ ἁβρότητι χλιδαινομένου οὐδὲ μαλακίᾳ θρυπτομένου, Plat. Phaedr. 228c: ἐθρύπτετο ὡς δὴ οὐκ ἐπιθυμῶν λέγειν etc.; dicitur igitur de eo qui *fastidium prae se fert* [5]). Cf. ἀποσεμνύνεσθαι [6]).

---

[1]) Ach. 424 sq. etc. — [2]) Sic locum interpretatus est Hartman. — [3]) Cf. Eccl. 202. — [4]) Eupol. fr. 358. — [5]) *Zich airs geven, coquetteeren.* — [6]) Ad Ran. 178.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(sedile, quod modo secum attulit, seni offerens:)

ὁρᾷς; ἐγώ σοι πρότερος ἐκφέρω δίφρον.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(mensulam suam seni apponens:)

ἀλλ' οὐ τράπεζαν· ἀλλ' ἐγὼ προτεραίτερος.

(Versus sequentes dum dicuntur, certatim identidem procurrunt et recurrunt Paphlago et isiciarius, novas semper dapes petentes dein afferentes.)

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(placentam ex sua cista expromens:)

ἰδοὺ φέρω σοι τήνδε μαζίσκην ἐγὼ
ἐκ τῶν ὀλῶν τῶν ἐκ Πύλου μεμαγμένην.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(panis crustas seni apponens:)

ἐγὼ δὲ μυστίλας μεμυστιλημένας
ὑπὸ τῆς θεοῦ τῇ χειρὶ τῇ ἐλεφαντίνῃ.

1165. Priorem versus partem an seni θρυπτομένῳ tribuam dubito.
1168. δὲ] δέ γε Meineke.

1165. *At mensam ego magis etiam prior tibi affero.* Suum nimirum ἐλεόν [1]) ad manum habet. — Iocose nunc ficta est vox προτεραίτερος ad analogiam genuinorum comparativorum, quales sunt πρῳαίτερος et ὀψιαίτερος.

1166. *En accipe quam tibi fero placentam.* De articulo omisso vid. ad Nub. 60 et de voce μαζίσκη supra vs. 1105.

1167. Denuo respicitur Cleonis illa victoria [2]). Neque obscurum est quasnam ὀλὰς sive *hordei grana* [3]) nunc dicat Paphlago; nam cum capta est Sphacteria, in insula illa, quam per trimestre fere spatium inclusam tenuerant Athenienses, inventum etiam est frumenti aliquid [4]), nec minus tunc hordeum illud fama celebratum est, opinor, quam olim apud patres nostros olla moreti quae in hostium fugatorum castello deprensa est calida adhuc, cum Lugdunum Batavorum post longam obsidionem liberata est urbs, cuius rei usque ad hunc diem inter nos vivit memoria. Fortasse autem Athenas illud hordeum secum adduxerat Cleon, quo clarius appareret civibus non fame sed vi et armis fractos esse animos invictorum illorum Lacedaemoniorum. Hae igitur sunt „αἱ ὀλαὶ αἱ ἐκ Πύλου", neque vulgarem nunc placentam sed suam ipsius totiusque populi gloriam Paphlago gustandam praebet seni.

1168. Crustas quibus pultem vel iusculum hauriat orique admoveat Demo offert isiciarius, ex suis nimirum copiis depromtas; sed ab ipsa Minerva excavatas esse perhibet. Verbum μυστιλᾶσθαι supra vidimus [5]); μυστίλην autem [6]) Pollux recte dicit ψωμὸν κοῖλον εἰς ἔτνος ἢ

---

[1]) Vid. vs. 152 et 771. — [2]) Prae ceteris locis nunc cf. vs. 55. — [3]) Pac. 948, 961 Diphil. fr. 89 Dittenb. Syll. 373[19]. — [4]) Thucyd. IV 39 § 2. — [5]) Vs. 827. — [6]) Pherecrat. fr. 108[5] etc.

ΔΗΜΟΣ.

ὡς μέγαν ἄρ' εἶχες, ὦ πότνια, τὸν δάκτυλον!

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(aliam dapem offerens:)

ἐγὼ δ' ἔτνος γε πίσινον εὔχρων καὶ καλόν·
ἐτόρυνε δ' αὔθ' ἡ Παλλὰς ἡ Πυλαιμάχος.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(ollam seni obtrudens:)

ὦ Δῆμ', ἐναργῶς ἡ θεός σ' ἐπισκοπεῖ,
καὶ νῦν ὑπερέχει σου χύτραν ζωμοῦ πλέαν.

ΔΗΜΟΣ.

οἴει γὰρ οἰκεῖσθ' ἂν ἔτι τήνδε τὴν πόλιν,
εἰ μὴ φανερῶς ἡμῶν ὑπερεῖχε τὴν χ... ύτραν;

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(piscis frustum afferens:)

τουτὶ τέμαχός σοι ἔδωκεν ἡ Φοβεσιστράτη.

1171. γε] om. R.
1172. αὔθ' ἡ] αὐτὴ Bothe.

ζωμὸν βαθυνθέντα [1]). Hae quoque, ut ἀπομαγδαλιαί [2]), canibus proici solebant.

1169. Phidiae Virgo ex auro ebore lapidibus pretiosis elaborata [3]) pedum erat triginta trium, itaque eius manui, quae Victoriae simulacrum gestabat virum τετράπηχυν aequans, trabales erant digiti.

1170. *Nunquam antea perspexi quam ingens tibi esset digitus.* Cf. Ach. 990, ubi de Pace dicitur: ὡς καλὸν ἔχουσα τὸ πρόσωπον ἄρ' ἐλάνθανες [4]).

1171. ἔτνος... πίσινον] *pultem de lente* [5]).

1172. Hunc cibum non Parthenonis illa incola paravit, sed quae vicina ei erat Pallas Πρόμαχος, haec autem epico epitheto πυλαιμάχῳ [6]) festive nunc designatur, idque *Pyli victricem* intellegere iubemur. Vid. ad Vesp. 84 et de verbo τορύνειν ad vs. 984.

1173. Senex habet sedile et mensam, manu tenet crustam: frui igitur iam poterit iusculo quod ei apponitur, et mox carnibus farto ceteris, quae e suis copiis promit isiciarius.

1174. Ilocaliter post ὑπερέχει σου non τὴν χεῖρα [7]) vel τὴν αἰγίδα adicit isiciarius, sed *ollam iusculo repletam*, quasi παρέχει σοι dixisset. Quae dum profert verba, novum hoc cornu copiae supra senis caput tenet suspensum, ita ut iamiam πλουθυγίειαν inde effusurum credas.

1176. τὴν χ... ύτραν] denuo praeter expectatum pro τὴν χεῖρα dictum [8]).

1177. τουτὶ τέμαχος] de omisso articulo

---

[1]) Poll. VI 87; cf. X 89 Diogen. Laert. VI 6 § 37, Phot. et Suid. s. v. — [2]) Vs. 414 sq. — [3]) Plat. Hipp. Min. 290*b* Preller Gr. Myth. I^4 p. 227 sq. — [4]) De imperfecti hoc usu vid. ad Nub. 1271 et Vesp. 183. — [5]) *Erwtensoep*, item Antiphan. fr. 182; vid. ad vs. 1182. Vox ἔτνος redit praeterea Ach. 246 Av. 78 Lys. 1060 Ran. 62 sq., 506 Eccl. 845 Calliae fr. 21 etc. — [6]) Hom. *E* 31 Stesichor. fr. 48. — [7]) Solon. fr. 4^4, cf. Hom. *E* 433 *I* 419, 687 *Ω* 374. — [8]) Observavit Casaubonus.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(carnes exhibens:)

ἡ δ' Ὀβριμόπατρά γ' ἑφθὸν ἐκ ζωμοῦ κρέας,
καὶ χόλικας ἤνυστρόν τε καὶ γαστρὸς τόμον.

ΔΗΜΟΣ.

καλῶς γ' ἐποίησε τοῦ πέπλου μεμνημένη.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(placentam promens:)

ἡ Γοργολόφα σ' ἐκέλευε τουτονὶ φαγεῖν
ἐλατῆρος, ἵνα τὰς ναῦς ἐλαύνωμεν καλῶς.

1178. *Ὀβριμόπατρα*] *Ὀβριμοπάτρα* codd., item *-πάτρη* apud Homerum; sed brevem fuisse sonum finalem iure contendisse videtur IMHoogvliet.

1179. *χόλικας* Blaydes] *χόλικος* codd.; singularis nonnisi Vesp. 1144 redit, ubi certam ob causam est usurpatus. || **ἤνυστρον*] *ἠνύστρου* codd.; quae lectio licet concinat cum Mnesimachi fr. 4[14] *τόμος ἀλλᾶντος, τόμος ἠνύστρου*, a nostri tamen loci verbis vicinis discrepat.

---

vid. ad Nub. 60 et de voce *τεμάχει* ad Ran. 517.

1178. *Ὀβριμόπατρα*] epicae huius vocis [1]) syllaba prima aut paenultima, fortasse utraque, more prisco producitur. Sic etiam adiectivum *ᾱθάνατος* vetustum numerum postea servavit [2]); cf. praeterea *ἕδρα* Av. 216, *Κῡπρογένεια* Lys. 551 et annot. critica ad Nub. 320.

1179. De voce *χόλιξι* vid. ad Ran. 576, de voce *ἠνύστρῳ* supra vs. 356, de voce *γαστρί* ad Nub. 409.

1180. *Et bene quidem factum hoc est, quod aliquid certe pro peplo mihi redditur.* Ita loquitur senex etiamnunc *θρυπτόμενος* [3]), licet inter opulentissimas dapes fere delitescat. Cum locutione *καλῶς γ' ἐποίησε ... μεμνημένη* cf. Pac. 1311: *εὖ ποιεῖς δὲ καὶ σὺ φράζων*, Eccl. 803 sq.: *ἣν διαρραγῶ δέ, τί; | — καλῶς ποιήσεις*, Herodot. V 24: *εὖ ἐποίησας ἀπικόμενος*, Eur. Med. 472: *εὖ δ' ἐποίησας μολών*. Inversa autem ratione verbi *ποιεῖν* participium usurpatum est locis similibus: *καλῶς γε ποιῶν* (*ἔπεμψε*) [4]), *εὖ γε ... ποιῶν ἀπόλωλ' ἐκεῖνος* [5]), *καλῶς τοίνυν ποιῶν ἀπόλλυται* [6]), *τοιγαροῦν ἀπωλόμην καλῶς ποιῶν* [7]), *καλῶς γε ποιῶν σύ* [8]). Qualibus locis si mente supplendum est verbum, necessaria est particula *γε* [9]). Eodem sensu Plut. 1119 usurpatum est verbum *σωφρονεῖν*. — De *peplo* Minervae vid. supra ad vs. 565 sq.

1181. *ἡ Γοργολόφα*] *cristam coruscans γοργὸν λόφον ἔχουσα*. Minervae hoc epitheto Ach. 567 exornatur belli fulmen illud Lamachus.

— *ἐκέλευε*] imperfecto etiam famuli nostrates ita utuntur [10]).

1182. *ἐλατῆρος*] de articulo omisso vid. ad Nub. 60. — Ad pultem placenta seni a Paphlagone offertur. Hae enim coniunctim edebantur dapes teste Dicaeo-

---

[1]) E 747 etc. — [2]) Vid. ad Ran. 629. — [3]) Cf. vs. 1163. — [4]) Ach. 1050. — [5]) Pac. 271. — [6]) Plut. 863. — [7]) Menander in *Περικειρομένη* (vid. novum fragmentum in Oxyrhynchus Papers II (1899) p. 11 sqq., lin. 14. — [8]) Plat. Conv. 174*e*; item Charmid. 162*e* alibi. — [9]) Post alios id docuit Schanz ad Conviv. Prolegom. p. VI sq.; vid. etiam ad Vesp. 231. — [10]) Idem est usus vs. 514 (?) Ach. 960, 962, 1051, 1073 etc.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(farcimina praebens:)

λαβὲ καὶ ταδί νυν.

ΔΗΜΟΣ.

καὶ τί τούτοις χρήσομαι
τοῖς ἐντέροις;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐπίτηδες αὔτ' ἔπεμψέ σοι
εἰς τὰς τριήρεις ἐντερονείαν ἡ θεός·
ἐπισκοπεῖ γὰρ περιφανῶς τὸ ναυτικόν.
ἔχε καὶ πιεῖν κεκραμένον τρία καὶ δύο.

(Poculum seni praebet.)

1187. *καὶ πιεῖν*] *κἀκπιεῖν* V, *κἀμπιεῖν* Cobet.

---

polidis filia: *ὦ μῆτερ, ἀνάδος δεῦρο τὴν ἐτνήρυσιν, | ἵν' ἔτνος καταχέω τοῦ ἐλατῆρος τουτουί* [1]). Etiam in Calliae versu sibi sunt vicinae: *ἔτνος, πυριάτης, γογγυλίδες, ῥάφανοι, δρυπεπεῖς, ἐλατῆρες* [2]). Sed frustra opinor quaesierit quispiam cur prisca vox *ἐλατήρ* [3]) in lingua culinaria placentae olim fuerit tributa et postea — ut in nomine proprio — permanserit. — *ἵνα ... ἐλαύνωμεν*] similibus lusibus vs. 1185 et 1189 indulsit comicus [4]).

1183. *τί ... χρήσομαι ...;*] *quid faciam? Quid mihi cum botulis?* Prisca vis futuri, quod a subiunctivo olim non fuit diversum [5]), luculenter in his verbis apparet, sunt enim dubitantis [6]). Item *τίς ἀντερεῖ; quis est qui possit contradicere?* [7]), *τί ἔτι ἐρεῖς; quid praeterea dicere habes?* [8]) *ἐρεῖ τις dixerit aliquis* [9]), *οὐ γὰρ φανῶ τοὺς πολεμίους; mene hostes non delaturum!* [10]) vel Herod. Mimiamb. V 56: *μᾶ, δόξει τις οὐχὶ σύνδουλον | αὐτὸν σπαράσσειν ἀλλὰ σημάτων φῶρα, hem dixeris istum non conservum suum sed bustirapum aliquem raptare* [11]). — Dicit haec Demus *ἔτι θρυπτόμενος* [12]), isiciarius autem, qui copias suas fere iam exhausit, inops consilii circumspicit, et mox arrepta lagena, quam fabulae initio Demosthenes reliquit, „chalcidicum" illud poculum inde impletum seni offert.

1184. *ἐπίτηδες*] vid. ad Vesp. 391.

1185. *ἐντερονείαν*] *interamenta navium* [13]). Sic supra voces *ζυγώματα* et *ζωμεύματα* sunt permixtae [14]). Praeterea cf. vs. 1182.

1187. *ἔχε*] cf. vs. 51.

1187 sq. „*En etiam vini aliquid*" isiciarius ait, post opsonium *ἐπιπιεῖν* seni praebens. Solebat ita fere misceri vinum [15]) ut aquae mensura sesqui maior esset quam meri, paulo autem meracior erat mixtura quae *ἴσον ἴσῳ κεκραμένη*

---

1) Ach. 245 sq. — 2) Call. fr. 21. — 3) *Auriga* vel *agitator, drijver.* — 4) Vid. etiam vs. 855, 1132 et ad Vesp. 353. — 5) Cf. Enchirid. dict. ep. § 108. — 6) Redit locutio Ach. 935 Pac. 230, 1240, 1257 Plut. 941, item *τί δράσομεν* Eur. Cycl. 193 etc. — 7) Ach. 702. — 8) Plut. 1161. — 9) Ach. 540 Eur. Bacch. 204 Xen. Cyr. IV 3 § 10 etc.; = *εἴποι τις ἄν* Eur. Andr. 929 etc. — 10) Ach. 827. — 11) Item *ἐρεῖ(ς)* III 35 et IV 28, 33, *φασεῖς* Theocr. XV 79. Vid. etiam supra ad vs. 1107 et Ach. 901. — 12) Cf. vs. 1163. — 13) Liv. XXVIII 45. — 14) Vs. 279. — 15) Nam barbarorum erat *ἄκρατον πιεῖν*: Ach. 75 Alex. fr. 9 Herodot. VI 84.

ΔΗΜΟΣ.

(gustato vino:)

ὡς ἡδύς, ὦ Ζεῦ, καὶ τὰ τρία φέρων καλῶς!

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἡ Τριτογενὴς γὰρ αὐτὸν ἐνετριτώνισεν.

1189. Τριτογενὴς γὰρ] -νεῖ ἄρ' Cobet, sed γὰρ necessarium, parum autem placet verborum ordo a Blaydesio commendatus ἡ Τριτογένει' αὐτὸν γάρ.

---

dicebatur [1]), meracior etiam ἡ κατὰ δύο καὶ τρία [2]) vel κατὰ τρία καὶ τέτταρα [3]). Ad ipsa verba quod attinet, prius olim craterae infundebatur aqua [4]), dein affundebatur merum [5]); quapropter in designando potionis temperamento praemitti solet numerus aquae mensuram indicans. Quod loquendi genus etiam postea permansit, postquam inversa ratio in conviviis ingruit; nam Aristophanis aetate homines prius vinum ὑποχέαντες dein aquam ἐπέχεον [6]), unde explicationem habet Diphili versiculus: ἡ τύχη | ἓν ἀγαθὸν ὑποχέασα τρί' ἐπαντλεῖ κακά [7]). Nempe olim ὑδαρὲς bibentes et *aqua colorata* [8]) contenti τρία καὶ ἓν miscebant [9]), vel δύο καὶ ἓν [10]), vel πέντε καὶ δύο [11]), vel etiam τέτταρα καὶ ἓν [12]); sed ζωρότερον sensim potantes tandem eo devenerunt ut *vino* uterentur cui aquae paululum esset adiectum, quin apud Cratinum muliercula cuidam πιεῖν θάνατος οἶνον videtur ἦν ὕδωρ ἐπῇ [13]), et Pherecrates anum temulentam in scenam inducere potuit quae ἓν καὶ δύο miscenti „βατράχοισιν οἰνοχοεῖς!" clamitaret [14]). Eandem mixturam priscus ille Alcaeus tum poposcerat cum furere ei dulce videretur [15]). Ceterum generosiora vina plus aquae „ferebant"— sic enim loquebantur — quam vulgaria; longe autem vicit reliqua *Maroneum* illud vinum, quo domatus est Cyclops, hoc enim viginti aquae partes [16]) facile ferebat [17]), adque suum aevum eius vigorem durasse, meri enim singulos sextarios *octogenis* aquae etiamtum mixtos esse, tradit Plinius [18]), — si neque fides huic testi videtur deneganda neque *octonis* scribere licet. Hoc igitur vinum si quod aliud fuit πολυφόρον, sic enim vocabatur vinum multae aquae patiens. Quod adiectivum Athenaeo restituendum est 10 *a*, ubi commemoratur Nestor Machaoni οἶνον praebens πράμνειον, ὃν ἴσμεν παχὺν καὶ πολυφόρον [19]). Hinc autem explicationem habent sycophantae desperantis verba: οἴμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλα δείλαιος | καὶ τρὶς κακοδαίμων καὶ τετράκις καὶ πεντάκις | καὶ δωδεκάκις καὶ μυριάκις· ἰού, ἰού! | οὕτω πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι [20]). Nostro igitur loco vinum oblatum ut laudet τὰ τρία καλῶς φέρειν dicit senex, nunc demum gaudium suum aperte significans [21]).

1189. Τριτογενὴς [22]) vel Τριτογένεια Mi-

---

[1]) *Half and half, half en half*: Plut. 1132 Cratin. fr. 184 (273) Archipp. 2 Philetaer. 1 Stratt. 22, 61 Alex. 58, 230, 244 Aristophont. 14 Sophil. 3 Timocl. 20 Xenarch. 9 adesp. 106[12]. Unde translata est haec locutio Ach. 354. — [2]) Philetaer. fr. 16. — [3]) Ephipp. fr. 11. — [4]) προυχεῖτο vel ὑπεχεῖτο. — [5]) ἐπεχεῖτο. Vid. Hes. Oper. 596 Athen. 782 *a, b* etc. — [6]) Xen. Oecon. XVII § 9. — [7]) Diphil. fr. 107. Vid. praeterea Theophrastus apud Athen. 782 *b* Alex. fr. 111 Sophil. 4 Diphil. 5 Menand. 8, Cobet Nov. Lect. p. 601. — [8]) *Eau rougie.* — [9]) Hes. Oper. 596, cf. Cratin. fr. 183 Anaxil. 23. — [10]) Anacreont. fr. 64 Diocl. 6. — [11]) Hermipp. fr. 25 Eupol. 8 Amips. 4 Nicochar. 1. — [12]) Anaxil. fr. 23. — [13]) Cratin. fr. 273, vid. etiam Alex. fr. 226. — [14]) Pherecrat. fr. 70. — [15]) Alc. fr. 41. — [16]) εἴκοσι καὶ ἕν. — [17]) Hom. ι 209. — [18]) H. Nat. XIV § 53. — [19]) Vulgo πολύτροφον. — [20]) Plut. 850 sqq. — [21]) Cf. ἴσον ἴσῳ φέρον Acharn. 354 et Cratin. fr. 183 ἆρ' οἴσει τρία; — [22]) Hymn. XXVIII 4 Herodot. VII 141.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(placentae frustum afferens:)

λαβέ νυν πλακοῦντος πίονος παρ' ἐμοῦ τόμον.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

παρ' ἐμοῦ δ' ὅλον γε τὸν πλακοῦντα τουτονί.

(Placentam, quae sola ei superest, expromtam apponit totam.)

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(superbiens aemulumque irridens:)

ἀλλ' οὐ λαγῷ' ἕξεις ὁπόθεν δῷς· ἀλλ' ἐγώ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(secum:)

οἴμοι· πόθεν λαγῷά μοι γενήσεται;
ὦ θυμέ, νυνὶ βωμολόχον ἔξευρέ τι.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(carnes e cista expromens leporinas:)

ὁρᾷς τάδ', ὦ κακόδαιμον;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὀλίγον μοι μέλει·
ἐκεινοὶ γὰρ ὡς ἔμ' ἔρχονταί τινες
πρέσβεις ἔχοντες ἀργυρίου βαλλάντια.

(Fingit se prospicere homines quosdam eminus advenientes.)

1196. *ἐκεινοὶ* Elmsley] *ἐκεῖνοι* codd., *ἀλλὰ γὰρ ἐκεῖνοί γ'* Ald.

1196 sq. *τινες* | *πρέσβεις κτέ.*] Isiciario continuavit Meineke, et sic olim alii teste scholio; in codd. nunc est *ΚΛ. τίνες;* | *ΑΛΛ. πρέσβεις κτέ.*

---

nerva vocabatur prisco nomine [1]). Quod nomen nunc cum numerali *τρίσι* iocose componitur, novum autem verbum *ἐντριτωνίσαι* inde ducitur ad significandum *τὸ τρία καὶ δύο ἐγκεράσαι* [2]).

1192 sqq. *λαγῷα*] sc. *κρέα* [3]).

1194. *ὦ θυμέ*] vox tragica; vid. ad Vesp. 756.

— *βωμολόχον*] de hac voce videatur ad Ran. 358.

1196 sq. Nondum mutatus est homo noster ab illo qui sodalibus carnes suffurari solebat [4]).

1196. *ἐκεῖνοι . . . τινες*] sic loquimur de hominibus, quos digito indicamus, nescientes tamen qui sint. Simillimus est versus Lys. 65: *ἀτὰρ αἵδε καὶ δή σοι προσέρχονταί τινες*, cf. etiam Ach. 179: *οἱ δὲ . . . πρεσβῦταί τινες* [5]).

1197. *πρέσβεις ἔχοντες . . . βαλλάντια*] cf. vs. 313 et 932 sq., et de voce *βαλλαντίῳ* vs. 707.

---

[1]) Vid. ad Nub. 989. — [2]) Cf. vs. 1182. — [3]) Ach. 1110. Vid. Ach. 1006 Pac. 1150, 1196, 1312 Eccl. 843 et ad Vesp. 709. — [4]) Vid. vs. 418—420. — [5]) Similia leguntur praeterea Ach. 1069 Vesp. 182, 205 Pac. 1043 sq. Av. 1121, 1410, 1414, 1583. Sed vitiosum videtur *τινες . . . οὗτοι* Ran. 170.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(lancem quam tenet deponens:)

ποῦ, ποῦ;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τί δέ σοι τοῦτ'; οὐκ ἐάσεις τοὺς ξένους;

(Paphlago celeriter occurrit legatis quos putat appropinquare; interim isiciarius carnes quas ille deposuit offert seni.)

ὦ Δημίδιον, ὁρᾷς τὰ λαγῷ', ἅ σοι φέρω;

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(detecto errore recurrens:)

οἴμοι τάλας, ἀδίκως γε τἄμ' ὑφαρπάσας.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

νὴ τὸν Ποσειδῶ, καὶ σὺ γὰρ τοὺς ἐκ Πύλου.

ΔΗΜΟΣ.

εἴπ', ἀντιβολῶ, πῶς ἐπενόησας ἁρπάσαι;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τὸ μὲν νόημα τῆς θεοῦ, τὸ δὲ κλέμμ' ἐμόν.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐγὼ δ' ἐκινδύνευσά γ' ἐξώπτησά τε.

1200. ὑφαρπάσας Lenting] ὑφήρπασας codd.

1202. In Demi ore parum aptum duco, Demostheni autem libenter eum darem (cf. vs. 1254), si credibile esset hunc in scena adesse; nunc Coryphaei esse mihi videtur.

1204. ἐκινδύνευσα] ἐκυνηγέτησ'(α) Reiske (ut vs. 1382); quae licet palmaris iudice Blaydesio sit emendatio, recipienda mihi minime videtur; nam nimis anxie sic ad amussim exigitur res, in Attica autem lepores vix ullos fuisse scimus. Vid. commentarius. || γ' ἐξώπτησά τε Blaydes] ἐγὼ δ' ὤπτησά γε codd., Isiciario haec verba tribuentes, quae Cleonis esse vidit Bothe. Lenting priorem versus partem Isiciario continuat, posteriorem Cleoni tribuens; cui assensus vBamberg statuit ante versum 1204 excidisse Cleonis versum.

1198. *τί δέ σοι τοῦτο;*] vid. ad vs. 1022.

1200. *γε*] vid. ad Nub. 84 Vesp. 231.

1201. *τοὺς ἐκ Πύλου*] sc. *ὑφήρπασας*, *captivos illos surripuisti ducibus qui illic erant*. Lacedaemonii Sphacteriae capti etiam in Nubibus *οἱ ἐκ Πύλου* (*ληφθέντες*) dicuntur [1]).

1203. Tragicum haec quamtumvis ludicra habent colorem; vid. ad vs. 108.

1204. *ἐγὼ δ' ἐκινδύνευσά γε*] ipsius Cleonis ni fallor haec fuere verba, ignaviae crimen coram populo defendentis. „Ipse vitae meae periculum adii; pro vobis mori non recusavi, o cives, nec recusabo

---

[1]) Nub. 186.

ΔΗΜΟΣ.

ἄπιθ᾽· οὐ γὰρ ἀλλὰ τοῦ παραθέντος ἡ χάρις.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἴμοι κακοδαίμων, ὑπεραναιδισθήσομαι.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τί οὐ διακρίνεις δῆθ᾽ ὁπότερός ἐστι νῷν
ἀνὴρ ἀμείνων περὶ σὲ καὶ τὴν... γαστέρα;

ΔΗΜΟΣ.

τῷ δῆτ᾽ ἂν ὑμᾶς χρησάμενος τεκμηρίῳ
δόξαιμι κρίνειν τοῖς θεαταῖσιν σοφῶς;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(clam Paphlagone:)

ἐγὼ φράσω σοι. τὴν ἐμὴν κίστην ἰὼν

1206. ὑπεραναιδισθήσομαι Dindorf e Bekk. Anecd. p. 80] -δεσθήσομαι codd., -δευθήσομαι HStephanus (cf. vs. 398).

1207. δῆθ᾽ Kock] Δῆμ᾽ codd., quod nisi praemissa vocula ὦ ferri nequit; vVelsen οὐ διακρινεῖς, ὦ Δῆμ᾽, Blaydes οὔκουν διακρινεῖς δῆθ᾽ vel νῦν οὖν διάκριν᾽, ὦ Δῆμ᾽, Zacher οὔκουν κρινεῖς ὦ Δῆμ᾽ (coll. Nub. 938 Ran. 1467, 1473).

1211. τὴν] τήν τ᾽ Meineke.

posthac" — id quod in Thracia postea re comprobavit. Quae ridicule admodum in memoriam nunc revocantur spectatoribus, cum res agatur cui ne umbra quidem periculi potuerit adhaerere; nam etsi praestat non rogare unde leporem nunc habeat Paphlago, id quidem certum est eum aut callida fraude aut praesentibus nummis has delicias esse adeptum, non cum vitae suae nescio quo periculo venatum esse ipsum.

— ἐξώπτησα] cf. vs. 954.

1205. Suo sibi gladio famulum perfidum nunc iugulat herus. — De particulis οὐ γὰρ ἀλλά vid. ad Ran. 58, et de verbo παραθεῖναι ad vs. 52 [1]).

1207 sq. Cf. vs. 747 sq.

1207. τί οὐ] hae particulae etiam alibi [2]) additum habent praesens, frequentius vero aoristum, qui est vehementius urgentis [3]).

1208. τὴν ... γαστέρα] contemtim *ventrem* nunc commemorat, cum *civitatem* dicere deberet. Nam sollemnia haec praesertim in laudibus defunctorum erant verba: ὁ δεῖνα ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐγένετο περὶ τὴν πόλιν vel τὸν δῆμον: *fortiter pro patria pugnans occubuit* [4]). At faex plebeculae, cui suppalpantur demagogi, unice curat panem et ludos. Simillimo ioco supra civitas coniunctim cum pedum digitis est commemorata [5]), nec non huc facit Acharnensium locus, ubi non *animum* sed *ventrem* advertere puellas esurientes iubet Megarensis [6]).

1211. κίστην] *cistam* sive *sportulam*

[1]) Fortasse huc facit fr. adesp. 725: τῶν γὰρ ὑστάτων χάρις. — [2]) Ach. 359 Nub. 132 Lys. 1103, 1160 Plat. fr. 69[2]. — [3]) Vid. Ach. 592 Vesp. 213 Lys. 181 sq., 906, 1161 fr. 466 Plat. com. fr. 75 Plat. Protag. 310*a*, 317*d* Conv. 173*b* Gorg. 503*b* Charmid. 154*e* Xen. Memor. III 11 § 15 Herodot. IX 48 Aesch. Prom. 747 Soph. Oed. R. 1002 Herod. Mim. VII 77 sq. etc. — [4]) Vid. ad vs. 812. — [5]) Vs. 874. — [6]) Ach. 733.

ξύλλαβε σιωπῇ, καὶ βασάνισον ἅττ' ἔνι,
καὶ τὴν Παφλαγόνος· καὶ ἀμέλει, κρινεῖς καλῶς.

ΔΗΜΟΣ.

φέρ' ἴδω.

(Surgit et ad aedes appropinquat. Isiciarii cistam vacuam inspiciens:)

τί οὖν ἔνεστιν;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐχ ὁρᾷς κενήν,
ὦ παππίδιον; ἅπαντα γάρ σοι παρεφόρουν.

ΔΗΜΟΣ.

αὕτη μὲν ἡ κίστη τὰ τοῦ δήμου φρονεῖ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

βάδιζέ νυν καὶ δεῦρο πρὸς τὴν Παφλαγόνος.

(Demo Paphlagonis cistam semiplenam ostendens:)

1214. *οὐχ* R] *ἀλλ' οὐχ* V ceterique, quod ex *ἀλλ. οὐχ* natum esse vidit Dobree (cf. vs. 1131).

1217. *νυν* Cobet] *γ' οὖν* (vel *γοῦν*) codd.; *δ' οὖν* Sauppe.

---

vimineam cibis recipiendis [1]). Sic apud Homerum mater Nausicaae *ἐν κίστῃ ἐτίθει μενοϝεικέ' ἐδώδην | παντοίην, ἐν δ' ὄψ' ἐτίθει* [2]), et apud nostrum Dicaeopolis a Dionysi sacerdote ad coenam invitatus *τὴν κίστην* variis dapibus implet priusquam illuc abeat [3]). Hinc autem explicationem habent Mercurii verba: „*Pax μετὰ τὰν Πύλῳ ad vos venit σπονδῶν φέρουσα τῇ πόλει κίστην πλέαν, sed repulsam tulit*" [4]); ubi *σπονδαί* intellegendae sunt *libamina* sive *vini γεύματα.* Etiam Amphitheum in Acharnensibus *σπονδὰς* suas sive *vini lagenas ἐν κίστῃ* ni fallor afferentem finxit comicus [5]).

— *ἰὼν*] de participii usu vid. ad Nub. 1212.

1212. Hoc demum est hominis *δεινοῦ κἀξ ἀμηχάνων πόρους εὑρεῖν* [6]), rem quantumvis adversam callide in melius detorquere, ita ut clades mutetur in victoriam. Dapum abundantia aemulum superare studuit: nunc, cum spe ceciderit, ipsa cibi inopia argumentum ei praebet quo Paphlagonem profliget.

1215. *ὦ παππίδιον*] item Vesp. 655.

— *ἅπαντα . . . παρεφόρουν*] cum certavimus, non seponebam mihi quaedam, sed cunctas carnes integraque omasa totasque placentas tibi afferebam. Sic imperfectum est expediendum. Cum verbo *παραφορῆσαι* cf. *παραθεῖναι* [7]) et *ἐμφορῆσαι.*

1216. Cf. Euripidis verba Ran. 952: *δημοκρατικὸν γὰρ αὔτ' ἔδρων*, et vid. ad Nub. 1187.

— *κίστη*] cf. vs. 1211.

---

[1]) *εἰς ὑποδοχὴν ἐδεσμάτων*, ut recte dicitur in scholio. *Een etenskorf* (non: *kist!*) — [2]) ζ 76 sq. — [3]) Ach. 1086, 1098 sqq. — [4]) Pac. 666. — [5]) Ach. 173 sqq. Praeterea vid. infra vs. 1216 Lys. 1184 Thesm. 284 Pherecrat. fr. 52, 122 Eupol. 76 etc.; alium vero usum *κίστη* praestat Vesp. 529, ubi vid. — [6]) Cf. vs. 759. — [7]) Vs. 52.

ὁρᾷς τάδ';

ΔΗΜΟΣ.

οἴμοι, τῶν ἀγαθῶν ὅσων πλέα!
ὅσον τὸ χρῆμα τοῦ πλακοῦντος ἀπέθετο!
ἐμοὶ δ' ἔδωκεν ἀποτεμὼν τυννουτονί.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τοιαῦτα μέντοι καὶ πρότερόν σ' εἰργάζετο·
σοὶ μὲν προσεδίδου σμικρὸν ὧν ἐλάμβανεν,
αὐτὸς δ' ἑαυτῷ παρετίθει τὰ μείζονα.

ΔΗΜΟΣ.

ὦ μιαρέ, κλέπτων δή με ταῦτ' ἐξηπάτας;
„ἐγὼ δέ τυ ἐστεφάνιξα καὶ ἐδωρησάμαν."

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐγὼ δ' ἔκλεπτον ἐπ' ἀγαθῷ γε τῇ πόλει.

1218. τάδ'] deest in codd., sed legitur in ed. Frobeniana; in Aldina additur νυν, Bergk pro οἴμοι coniecit ἰώ μοι.

1221. σ'] om. V alii, sed abesse nequit pronomen, non enim ἐργάζεσθαι eo quo δρᾶν vel πράττειν sensu usurpatur in dictione attica. || εἰργάζετο] ἠργ. R fortasse recte (vid. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 135 sq.).

1225. τυ V^1] τοι V^2 R, τ' Elmsley. Cf. Ach. 779. || ἐδωρησάμαν] -μην V R et plerique.

1218. Cf. Av. 143: ὦ δειλακρίων σύ, τῶν κακῶν οἵων ἐρᾷς!

1219. ὅσον τὸ χρῆμα] vid. Ran. 1278 et ad Vesp. 266.

1220. τυννουτονί] vid. Ran. 139.

1222. προσεδίδου] *gratificabatur* [1]).

1223. παρετίθει] cf. vs. 52.

1225. *Te scilicet corona donisque exornavi equidem!* — Dorica dictio docet aliena verba afferri; nam „παίζοντα παρὰ τὸ δωροδοκεῖν" senem δωριστὶ nunc loqui, non multi credent scholiastae, quem versus 996 in mirificam hanc explicationem videtur pellexisse. At melioris sunt frugis quae in scholiis leguntur praeterea: μιμεῖται τοὺς εἵλωτας ὅταν στεφανῶσι τὸν Ποσειδῶνα. Quae excogitari non potuerunt, sed fluxerunt e vetustis commentariis. Videtur igitur respici ignoti poetae drama satyricum dorica dialecto perscriptum et ab Herodiano saepius commemoratum [2]): Εἵλωτες οἱ ἐπὶ Ταινάρῳ Σάτυροι. Cuius fabulae argumentum fortasse fuit Helotarum qui ad Neptuni aram confugerant prisca illa caedes [3]).

1226. *Fur sum — sed e rep. erant meae rapinae.* Demagogorum illud „commodo reip. inservio" nunc quoque in ore habet Paphlago, cum confitetur se populo maligne sua subduxisse.

---

[1]) Item Pac. 1111 Eur. Hel. 700 Cycl. 531. — [2]) π. μον. λέξ. p. 10,34 et 26,28 sq.; cf. Eustath. p. 297,37. — [3]) Thucyd. I 128, vid. etiam IV 80 et ad Ach. 510—512.

ΔΗΜΟΣ.

κατάθου ταχέως τὸν στέφανον, ἵν᾽ ἐγὼ τουτῳὶ
αὐτὸν περιθῶ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

κατάθου ταχέως, μαστιγία.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οὐ δῆτ᾽, ἐπεί μοι χρησμός ἐστι Πυθικὸς
φράζων ὑφ᾽ οὗ δεῖ μ᾽ ἀνδρὸς ἡττᾶσθαι μόνου.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τοὐμόν γε φράζων ὄνομα καὶ λίαν σαφῶς.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

καὶ μήν σ᾽ ἐλέγξαι βούλομαι τεκμηρίοις,
εἴ τι ξυνοίσεις τοῦ θεοῦ τοῖς θεσφάτοις.
καί σου τοσοῦτο πρῶτον ἐκπειράσομαι·

1230. *δεῖ μ᾽ ἀνδρὸς* vHerwerden] *δεήσει μ᾽* codd. vitio metrico, quod alii aliter eximere conati sunt: GHermann *ὑφ᾽ οὗ δεήσει μ᾽ ἀνδρὸς*, Dindorf *χρεὼν ἔμ᾽* (cf. vs. 138 et Aesch. Prom. 996), Kock non recte *δίκη ᾽στί μ᾽* coll. Aesch. Ag. 259, 811 Sept. 866 (nam hoc significat *mos fert*, requiritur autem *in fatis est*).

1232. *τεκμηρίοις* vHerwerden] *-ρίῳ* codd.

1227. Coronatus e senatu rediit Paphlago, ubi verba modo fecit praetor extraordinarius. Nunc autem *περιαιρεῖται τὸν στέφανον*, ut dici solebat de iis, quibus abrogabatur imperium [1]).

1228. *μαστιγία*] vid. ad Ran. 501.

1229 sq. Hoc igitur est vaticinium illud, de quo supra sermo fuit [2]). Nunc quoque, ut supra saepius [3]), in mentem venit *Promethei*, qui recusavit *φράσαι πρὸς οὗ χρέων Δί᾽ ἐκπεσεῖν τυραννίδος* [4]).

1231. *Meum scilicet nomen aperte indicat istud vaticinium.* Quod isiciario cognitum est e fabulae initio [5]). — Particulae *καὶ λίαν vel nimis* [6]) passim ita sunt usurpatae [7]).

1232 sqq. Sequitur *ἀναγνώρισις* vere tragica tragicisque numeris et verbis insignis.

1233. *Satisne competant tibi dei dicta.* Sic verbum *ξυμφέρειν* usurpatum est etiam Eur. Med. 13: *πάντα συμφέρουσ᾽ Ἰάσονι*, item medium Eur. Electr. 527: *πῶς ξυνοίσεται πλόκος* [8]).

1234. *τοσοῦτο*] *hoc unum.* Cf. vs. 420.
— *ἐκπειράσομαι*] verbum sublimius etiam Lys. 1113 occurrit, ibi quoque in tragicae dictionis imitatione.

[1]) De corona muneris publici insigni vid. ad Nub. 624 sq., et cf. supra vs. 59 et Prolegomena. — [2]) Vs. 125 sqq.; vid. etiam vs. 220. — [3]) Vid. vs. 759. — [4]) Aesch. Prom. 996. — [5]) Vs. 197 sqq. — [6]) *Maar al te.* — [7]) E. g. Hom. α 46. — [8]) Quo loco item fit agnitio. Versus qui praeterea collatus est Soph. Ai. 431 *τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς* vitium alit, quoniam illic futuro praemissa est particula *ἄν*.

παῖς ὢν ἐφοίτας εἰς τίνος διδασκάλου;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐν ταῖσιν εὕστραις κονδύλοις ἡρμοττόμην.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

πῶς εἶπας; ὥς μοι ὁ χρησμὸς ἅπτεται φρενῶν!
εἶεν.
ἐν παιδοτρίβου δὲ τίνα πάλην ἐμάνθανες;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

κλέπτων ἐπιορκεῖν καὶ βλέπειν ἐναντίον.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

„ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον Λύκιε, τί ποτέ μ' ἐργάσει!“ —
τέχνην δὲ τίνα ποτ' εἶχες ἐξανδρούμενος;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἠλλαντοπώλουν καί τι καὶ ἐβινεσκόμην.

1237. εἶεν V] om. cett.

1239. ἐναντίον] -τία R.

1241. ἐξανδρούμενος] ἐξηνδρωμένος Blaydes (cf. Eur. Suppl. 703), sed praesens satis defenditur versu quem affert ipse Ach. 786.

1242. Totum Isiciario dat V[1], in V[2]R aliis verba καὶ τί; (sic scripta) sunt

---

1235. ἐφοίτας] vid. ad Nub. 916.

1236. Novus hic populi propugnator non litteras musicamve didicit puer, sed pro schola ei fuit forum, ubi ludimagistros habuit lanios et inter porcellos est versatus; neque e poetarum carminibus quid rectum quidve honestum esset didicit, sed pugnis est eruditus.

— εὕστραις] sunt loci ubi porci εὕονται sive ἀφεύονται [1]); terminum eundem habent voces παλαίστρα, ὀρχήστρα, παίστρα [2]), aliae.

— κονδύλοις] vid. ad Vesp. 254.

— ἡρμοττόμην] tragici coloris verbum, vid. e. g. Soph. Oed. C. 908: τούτοισι (τοῖς νόμοισι) κοὐκ ἄλλοισιν ἁρμοσθήσεται. Quamquam ne a communi quidem dictione abhorrebat, teste adiectivo oppositae significationis ἀναρμόστῳ [3]), neque alienus hinc est Platonis locus, quem ad vs. 989 attuli [4]). Cf. etiam ἁρμοστής vox Laconica. — Vesp. 254 idem dicitur κονδύλοις νουθετεῖσθαι.

1238 sq. Interrogatus isiciarius quale luctandi genus in palaestra didicerit, respondet se callere artem impudenter peierandi inter furandum [5]).

1239. βλέπειν ἐναντίον] *rectis oculis aliquem intueri* sive *oculos attollere* hoc significat. Simillimus autem est versus Eur. Med. 470: φίλους κακῶς δράσαντ' ἐναντίον βλέπειν [6]).

1240. Tragica haec esse verba quivis videt, Telephi Euripidei esse docet scholion [7]).

1242. τι] vid. Nub. 1076.

---

[1]) Cf. Thesm. 236 Aesch. fr. 321 etc., Poll. VI 91. — [2]) Herod. Mimiamb. III 11. — [3]) Nub. 908. — [4]) Lach. 188*d*. — [5]) Cf. vs. 188 sq. et 298. — [6]) Praeterea adverbium ἐναντίον Nub. 576 Lys. 907 Eccl. 448 Eur. Hec. 968 etc. ita est usurpatum. Vid. etiam ad vs. 292. — [7]) Vid. vs. 813.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἴμοι κακοδαίμων· οὐκέτ' οὐδέν εἰμ' ἐγώ.
λεπτή τις ἐλπίς ἐστ' ἐφ' ἧς ὀχούμεθα·
καί μοι τοσοῦτον εἰπέ, πότερον ἐν ἀγορᾷ
ἠλλαντοπώλεις ἐτεὸν ἢ ἐπὶ ταῖς πύλαις;

Cleonis, solam vocem τι; Cleoni tribuit Schäfer. Extat καί τι καί Soph. Phil. 274, 308 etc. (permultos locos attulit Blaydes).

1243. οὐκέτ' οὐδέν εἰμ' ἐγώ] vere tragica haec quoque sunt verba. Cf. e. g. Eur. Androm. 1077: οὐδέν εἰμ'· ἀπωλόμην, Hel. 1194: φροῦδα τἀμὰ κοὐδέν εἰμ' ἔτι, Soph. Ai. 1231: οὐδὲν ὢν τοῦ μηδὲν ἀντέστης ὕπερ, El. 1166: δέξαι ... τὴν μηδὲν εἰς τὸ μηδέν, Eur. Alc. 387: ὡς οὐκέτ' οὖσαν οὐδὲν ἂν λέγοις ἐμέ [1]). Etiam alibi noster dictione cothurnata usus Lamacho et Philocleoni tribuit verba: οὐκέτ' εἴμ' ἐγώ, οὐδέν εἰμ' ἄρα [2]).

1244. Proverbialis haec locutio redit fr. 150: ὡς σφόδρ' ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὠχεῖσθ' ἄρα, subest etiam Lys. 30 sq.: ἐν ταῖς γυναιξίν ἐστιν ἡ σωτηρία. | — ἐν ταῖς γυναιξίν; ἐπ' ὀλίγου τἄρ' εἴχετο. Item Plat. Leg. 699 *b*: ἐπὶ τῆς ἐλπίδος ὀχούμενοι ταύτης ηὕρισκον καταφυγήν. Vid. praeterea Eur. Or. 68: ἐπ' ἀσθενοῦς ῥώμης ὀχούμεθα. Interpretationem autem claris verbis praebet dictum praeconis Aesch. Agam. 505: *tandem in patriam sum redux* πολλῶν ῥαγεισῶν ἐλπίδων μιᾶς τυχών, et apertius etiam Helena Eur. 277: ἄγκυρα δ' ἥ μου τὰς τύχας ὤχει μόνη [3]), neque obscura sunt verba Demosthenis: οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς [4]). Nempe nautae cum tempestate conflictantes cum ancoras demittunt, haud raro fit ut funes vi procellae et fluctuum divellantur; una autem si superest incolumis, ἐπὶ ταύτης μόνης τῆς ἀγκύρας ἡ ναῦς ὀχεῖται sive ὁρμεῖ, fortiter vel sic portum occupans. Nam est quidem ναῦς μιῆς ἐπ' ἀγκύρης | οὐκ ἀσφαλὴς ὁρμεῦσα [5]), sed una certe sic restat spes salutis. — Etiam hodie navis dicitur *equitare in ancoris* [6]), et inde ab antiquissimis temporibus ἁλὸς ἵπποι audierunt naves, equis assimulati sunt fluctus, ἵππιος vocatus est maris deus, quodque ligneo equo Troia capta esse fertur, hanc quoque fabulam ex comparatione illa natam esse arbitror. Aliena vero, licet cognata sint, Platonis hinc sunt verba, quibus σχεδίῃ assimulatur argumentatio: ἐπὶ τούτου (τοῦ λόγου) ὀχούμενον ὥσπερ ἐπὶ σχεδίας κινδυνεύοντα διαπλεῦσαι τὸν βίον [7]). Etiam Plutarchus a prisca imagine inter nautarum gentem orta aberravit, certe deflexit, sic scribens: νεὼς ἐκπεσὼν ἐπιβάτης διαλυθείσης ἐπ' ἐλπίδος ὀχεῖταί τις· „ὡς γῇ προσέξων σῶμα“ [8]).

1245. τοσοῦτον] *hoc unum*. Cf. vs. 420.

1246. ἐτεόν] vid. ad Vesp. 8.

1246 sq. ἐπὶ ταῖς πύλαις] item vs. 1398. Ante portam erat locus, πυλαία dictus [9]), „ubi prostabant carnes putridae, pisces olentes, et quicquid vetustate collapsum, usu detritum, lacerum et

---

[1]) Item Eur. Phoen. 598 Suppl. 425 Ion. 594 Herodot. I 32 VIII 106 etc.; vid. etiam Av. 577. — [2]) Ach. 1185 et Vesp. 997. Praeterea cf. Ach. 681 Eccl. 144 Eupol. fr. 221 οὐδέν ἐσμεν οἱ σαπροί et supra vs. 158. — [3]) Item Hecub. 79 sq. ὦ χθόνιοι θεοί, σώσατε παῖδ' ἐμόν, | ὃς μόνος οἴκων ἄγκυρ' ἔτ' ἐμῶν. — [4]) Demosth. XVIII § 281. Sic nos: *een plechtanker*. — [5]) Ut ait lena apud Herodam Mimiamb. I 41. — [6]) *Het schip rijdt op zijn ankers*. — [7]) Phaedon. 85 *d*. Quibus verbis pellectus est Casaubonus, ut τὴν ἐλπίδα non funem vel ancoram sed *navigium* nostro loco interpretaretur. — [8]) Mor. 1103 *e*. — [9]) Quod fabulae nomen indidit Alexis.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐπὶ ταῖς πύλαισιν, οὗ τὸ τάριχος ὤνιον.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἴμοι, πέπρακται τοῦ θεοῦ τὸ θέσφατον·
κυλίνδετ' εἴσω τόνδε τὸν δυσδαίμονα.
ὦ στέφανε, χαίρων ἄπιθι, κεἴ σ' ἄκων ἐγὼ
λείπω· „σὲ δ' ἄλλος τις λαβὼν κεκτήσεται,

1248. οἴμοι] οἴμοι κακοδαίμων R. || πέπρακται] πεπέρανται Meineke (ut Vesp. 800 Eur. Phoen. 1703 Cycl. 696), πέπρωται Pökel, κέκρανται Kock (ut Aesch. Suppl. 943 Eur. Hipp. 1255 Andr. 1272 Ion. 1010); sed mutandi causam video nullam.

1249. κυλίνδετ'] κυλίνδετέ μ' R.

1250. κεἴ Bergk] καί codd., Blaydes ἄπιθ', ἐπεί.

vile erat" [1]), et homines ibi degentes πυλαϊσταί vocabantur [2]), quod nomen abiit in convicium [3]), et iuvenibus probrosius etiam habebatur τὴν εἰς πυλαίαν ὁδὸν ἐπίστασθαι [4]) quam ἐν ἀγορᾷ στωμύλλειν [5]). De *salsamento* vid. ad Ach. 967. Apte autem Willems confert Isaei locum: ἐν Κεραμεικῷ, παρὰ τὴν πυλίδα, οὗ ὁ οἶνος ὤνιος [6]).

1248 sq. Posteriorem versum ex Euripidis Bellerophonte esse dicit scholion, nisi quod primum verbum non κυλίνδετε illic fuerit sed κομίζετε. Quod redit verbum in simili Stheneboeae versiculo: κομίζετ' εἴσω τήνδε. πιστεύειν δὲ χρὴ | γυναικὶ μηδέν, ὅστις εὖ φρονεῖ βροτῶν [7]). Probabilis autem est Kockii suspicio, etiam priorem versum e Bellerophonte esse desumtum; cui similia sunt Philocleonis item παρατραγῳδοῦντος verba: ὅρα τὸ χρῆμα· τὰ λόγι' ὡς περαίνεται! [8]). Stirpis autem πρακ- idem qui nostro loco est usus in verbis Darii Aesch. Pers. 739: φεῦ, ταχεῖά γ' ἦλθε χρησμῶν πρᾶξις et coryphaei Eur. Hipp. 680 et 778: φεῦ, φεῦ, πέπρακται. — Verbo κυλίνδειν iocose nobis in mentem revocatur tragicorum recens inventum ἐκκύκλημα. Sic etiam Ach. 407 Euripides in lectulo lucubratorio porrectus ἐκκυκλεῖται, quoniam καταβαίνειν οὐ σχολή, et postea se ipsum repetens comicus in Thesmophoriazusis ostendit Agathonem recubantem dum carmina pangit, qui ἐκκυκλεῖται illic [9]) rursusque εἰσκυκλεῖται [10]).

1250—1252. Nunc quoque Euripidis vestigiis inhaeret comicus; festivissimus autem est Paphlago Alcestidem Euripideam aemulatus et coronam suam tot mendaciorum furtorumque testem [11]) iis verbis allocutus quibus heroina illa mortem generose obiens toro iugali valedixit. Quae tunc in limine mortis „ὦ λέκτρον" inquit „χαῖρε", et mox: „σὲ δ' „ἄλλη τις γυνὴ κεκτήσεται, | σώφρων μὲν οὐκ „ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως" [12]). Cui loco similia sunt Aiacis ad filiolum verba: ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος, | τὰ δ' ἄλλ' ὅμοιος· καὶ γένοι' ἂν οὐ κακός [13]).

[1]) Naber, qui primus vocem recte interpretatus est et luculenter illustravit Mnemos. 1900 p. 134—138. — [2]) Phot. s. v. — [3]) Perinde atque προύνικοι (*baiuli*), vid. Herod. Mimiamb. III 12 et 65. — [4]) Plut. Mor. 239 *c*. — [5]) Vid. ad Nub. 991. — [6]) Isae. VI § 20. „Athènes avait aussi son quartier de Bercy, où se faisait le commerce des vins". — [7]) Eur. fr. 673. — [8]) Vesp. 799. Vid. etiam supra vs. 1050. — [9]) Thesm. 96. — [10]) Thesm. 265. — [11]) De corona vid. vs. 1227 et ad Nub. 624 sq. — [12]) Eur. Alc. 179—182. Non minus felix est huius tragoediae parodia Ach. 893 sq. — [13]) Soph. Ai. 550 sq.

κλέπτης μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως.“

(Coronam ponit, qua suum deinde caput ornat isiciarius.)

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

„*Ἑλλάνιε Ζεῦ, σὸν τὸ νικητήριον.*“

(Ex aedibus prodeunt Demi famuli.)

SCENA VIGESIMA.

Eidem, Servus (Demosthenes).

ΟΙΚΕΤΗΣ (Dem.).

ὦ χαῖρε καλλίνικε, καὶ μέμνησ' ὅτι
ἀνὴρ γεγένησαι δι' ἐμέ· καί σ' αἰτῶ βραχύ,

1252. *οὐκ ἂν*] *οὐχὶ* (vel *οὔτι*) Porson et Blaydes cum Suida, non recte.

1254—1256. Demosthenis sunt in R[2] A, Demi in R[1], Chori (Coryphaei) in ceteris. Actorum autem, qui fabulae initio servorum partes egerunt, quoniam alter Demum alter Paphlagonem nunc repraesentat, hos versus ab uno aliquo *τῶν κωφῶν προσώπων* recitatos esse statuamus oportet; nisi quis sumere mavult non tribus sed quatuor actoribus, perinde atque anno sequenti in Nubium fabula, nunc usum esse Aristophanem. In Coryphaei vero vel in Demi ore, cui tribui solent haec verba, ineptissima sunt. Nam ut de sene taceam, equitum iuvenum nobilissimorum non est huiuscemodi munera appetere, neque *διὰ τὸν κορυφαῖον* summam rerum capessivit isiciarius, sed *διὰ Δημοσθένη*, qui stimulante mero hanc viam salutis indicavit (vs. 108 sqq.). Id unum in dubium potest vocari, an Niciae potius, qui eodem fere iure sic potuit gloriari, quoniam Paphlagoni illud oraculum surripuit, haec verba tribuerit comicus.

1252. *οὐκ ἂν*] non suspectus sed insolitus tamen est hic usus particulae *ἄν*, non participio additae sed substantivo verbali. Nam alienus hinc est, licet sit subsimilis, locus Euripideus quem collatum invenio: *εὐτυχέστερος | ἄλλου γένοιτ' ἂν ἄλλος, εὐδαίμων δ' ἂν οὔ* [1]), ubi *γένοιτο* e contextu iterari potest et debet [2]). Neque consimile exemplum praebet Plat. Rep. 577*b*: *βούλει οὖν προσποιησώμεθα ἡμεῖς εἶναι τῶν δυνατῶν ἂν κρῖναι καὶ ἤδη ἐντυχόντων τοιούτοις*, nam *δυνατὸς* adiectivum cum forma tum potestate participiis simillimum et tantum non verum participium est, altero autem participio, quod additum est, fulciri possit, si opus sit.

1253. Cf. vs. 108. Hunc quoque versum comicus totum desumsisse videtur ex aliqua tragoedia, e. g. ex Euripidis Peleo. Iuppiter *Ἑλλάνιος* (*-ήνιος*) Aeginae cultus, cui templum consecrasse ferebatur Aeacus [3]), etiam alibi apud poetas invocatur [4]). Cf. Minerva *Ἑλλανία* [5]).

1254. *ὦ χαῖρε καλλίνικε*] ne his quidem verbis, quibus victor salutatur, deest color poeticus; nam adiectivum *καλλίνικος* [6]) non est sermonis quotidiani sed carminum [7]).

1255. *ἀνὴρ*] vid. ad Nub. 823.

---

[1]) Eur. Med. 1229 sq. — [2]) Cuiusmodi loci complures congesti sunt apud Kuhnerum-Gerthium Ausf. Gramm. II 1 p. 243. — [3]) Isocr. IX § 14 sq.; cf. Preller Mythol. I[4] p. 126. — [4]) Pind. Nem. V 19 Herodot. IX 7. — [5]) Eur. Hipp. 1123. — [6]) Pind. Pyth. I 63 etc. — [7]) Cf. Ach. 1227 sq., 1231 Av. 1764.

ὅπως ἔσομαί σοι φανὸς ὑπογραφεὺς δικῶν.

ΔΗΜΟΣ.

ἐμοὶ δέ γ' ὅ τι σοι τοὔνομ' εἰπ'.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

Ἀγοράκριτος·

1256. ἔσομαί R] γένωμαί V et plerique.

1256. φανὸς] proprie *splendidum* (λαμπρόν) vel *candidum* (λευκόν) significat [1], ut recte observavit Phrynichus grammaticus [2]. Dici autem solet de vestimentis καθαροῖς, καινοῖς igitur aut νεοπλύτοις sive a fullone recentibus [3]. Hinc potuit transferri ad hominum mores, perinde atque adiectivum quod ei oppositum est, τὸ ῥυπαρόν *sordidum* [4]. Itaque famulus nunc dicit: *me nunc novum purumque tibi sume scribam* — loco illius hominis, cuius sordidam avaritiam norunt omnes. Qui fueritne *Phanus* an alius homo, cuius nomen ignoremus, equidem re saepius perpensa pro certo statuere non ausim. Nam Φανοῦ quidem, qui Cleonis fuit sodalis [5], respici videtur nomen, ut solet noster nominibus propriis pro adiectivis uti [6], sed hinc non sequitur Phanum illum ὑπογραφέως munere tunc temporis esse functum [7].

— ὑπογραφεὺς] vid. ad Ran. 1084.

1257 sq. Hoc quoque ex tragicorum arte est desumtum. Nempe diserta esse solent Graecorum nomina propria, quae comici saepe pro adiectivis adhibuerunt ioculariter, ut modo vidimus, tragici autem heroum mores vel fata ipso nominum sono inde a cunis fuisse praedicta haud raro finxerunt. Sic Ἑλένη fatale fuisse in perniciem abripere navesque virosque et urbes (ἑλεῖν) in gravissimis Aeschyli versibus dicit chorus [8], aliaque complura eiusmodi apud Aeschylum occurrunt; sic apud Sophoclem *Αἴας* in vitae demum fine intellegens τὸ αἰάζειν inde ab ipsis natalibus se mansisse nescio quo horrore spectatores percellit [9]. Prae ceteris vero tragicis huiuscemodi artificiis usus atque abusus est Euripides, qui Meleagri μελέαν ἄγραν [10], Penthei πένθη [11], Polynicis νείκη [12], Aphrodites ἀφροσύνην [13], alia multa eiusmodi commemoravit, plus semel derisus ideo ab Aristophane, qui iocans de Amphione Ἄμφοδον ait ἐχρῆν αὐτῷ τίθεσθαι τοὔνομα [14], — Euripides nimirum a matre sic appellatum finxerat ὅτι ἀμφὶ ὁδὸν αὐτὸν ἔτεκεν [15], — in Lemniis autem de Thoante sic scripsit: ἐνταῦθα δ' ἐτυράννευεν Ὑψιπύλης πατὴρ | Θόας, βράδιστος ὢν ἐν ἀνθρώποις δραμεῖν [16], spectatoribus lepide in mentem revocans Euripidis nugas etymologicas: οὗ γῆς ἀνάσσει βαρβάροισι βάρβαρος | Θόας, ὃς ὠκὺν πόδα τιθεὶς ἴσον πτεροῖς | εἰς τοὔνομ' ἦλθε τόδε ποδωκείας χάριν [17]. Vid. praeterea Philetaeri versus: Πηλεύς! ὁ Πηλεὺς δ' ἐστὶν ὄνομα κεραμέως, | ... ἀλλ' οὐ τυράννου νὴ Δία [18]. Nostro autem loco subsimiles versus habet Thesmophoriazusae fabula, ubi de Euripide dicitur: ἄγρια

---

[1] Cf. Aesch. Prom. 538 Plat. Conv. 197*a* etc. — [2] Apud Photium s. v.; nam non *comici* opinor Phrynichi (fr. 93 Kock) hoc est verbulum. — [3] *Schoon.* Vid. Ach. 845 Eccl. 347. — [4] E. g. Eupol. fr. 306. — [5] Vesp. 1220. — [6] E. g. supra vs. 1044; vid. ad Vesp. 84. — [7] Alienum hinc est substantivum φανός (Lys. 308) *fax.* — [8] Ag. 689. — [9] Ai. 430 sq. — [10] Eur. fr. 521. — [11] Bacch. 367, 508. — [12] Phoen. 636, 1493. — [13] Troad. 990. — [14] Ar. fr. 327. — [15] Cf. Valcken. Diatrib. c. 7. — [16] Ar. fr. 357. — [17] Iph. Taur. 31 sqq. — [18] Philetaer. fr. 4. Plura quae huc faciunt collegi in libello de Aristophane Euripidis censore 1876

ἐν τῇ ἀγορᾷ γὰρ κρινόμενος ἐβοσκόμην.

ΔΗΜΟΣ.

Ἀγορακρίτῳ τοίνυν ἐμαυτὸν ἐπιτρέπω,
καὶ τὸν Παφλαγόνα παραδίδωμι τουτονί.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ μὴν ἐγώ σ', ὦ Δῆμε, θεραπεύσω καλῶς,
ὥσθ' ὁμολογεῖν σε μηδέν' ἀνθρώπων ἐμοῦ
ἰδεῖν ἀμείνω ἐν τῇ Κεχηναίων πόλει.

(Demus, Agoracritus, Paphlago, servi domum intrant).

ΧΟΡΟΣ.

Oda sive stropha (vs. 1264—1273).

„τί κάλλιον ἀρχομένοισιν
„ἢ καταπαυομένοισιν

1263. *ἐν*] addidit Hirschig.
1265. *ἢ*] *καὶ* Bothe.

γὰρ ἡμᾶς, ὦ γυναῖκες, δρᾷ κακά, | ἅτ' ἐν ἀγρίοισι τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφείς [1]. Nec non Philyllii iocus est afferendus: *σοὶ μὲν οὖν τήνδ' ἀμφορεῦ | δίδωμι τιμήν, πρῶτα μὲν τοῦτ' αὔτ' ἔχειν | ὄνομα μετρητήν, μετριότητος εἵνεκα* [2]. — Risum autem in Aristophanis versibus ideo praesertim movet *τραγικὸς* hic *λῆρος*, quod verbis est enunciatus quam maxime trivialibus. Nam *fori* mentio quid nunc sibi velit novimus [3]), de participio autem *κρινομένῳ* vid. ad Nub. 66, verbum denique *βόσκεσθαι* de hominibus non nisi cum contemtu dicitur [4]).

1259. Singularem gravitatem his verbis addit repetitum nomen proprium. De verbo *ἐπιτρέπειν* vid. vs. 1098 et ad Ran. 529.

1263. *τῇ Κεχηναίων πόλει*] vid. ad vs. 753—755.

1264 sqq. *Quid pulcrius esse potest sive ineunte fabula sive sub exitum, quam si celerum equorum domitores ... neque Lysistratum neque Thymantidem cantu lacessant.* Ridicule sic in *ἀπροσδόκητον* abit enunciatum. Pindari autem carminis, quod ioculariter nunc imitatur chorus, in scholiis affertur exordium: *τί κάλλιον ἀρχομένοισιν ἢ καταπαυομένοισιν | ἢ βαθύζωνόν τε Λατῶ καὶ θοᾶν ἵππων ἐλάτειραν ἀεῖσαι* [5]). Subsimile autem initium habet Pythium carmen VII: *κάλλιστον αἱ μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι | προοίμιον Ἀλκμανιδᾶν εὐρυσθενεῖ γενεᾷ | κρηπῖδ' ἀοιδᾶν | ἵπποισι βαλέσθαι.* Equites *ἵππων ἐλατῆρας* etiam Aeschylus dixit [6]).

p. 80 sqq.; vid. etiam Francken de antiquis Aeschyli interpr. p. 49 sqq., vHerwerden ad Ion. 830. — [1]) Thesm. 455 sq. — [2]) Philyll. fr. 7. — [3]) Vid. vs. 181 et ad Nub. 991. — [4]) Vid. ad Ach. 678 Vesp. 313. — [5]) Pind. fr. 66. Apud Pindarum igitur *Λατῶ* et *ἐλάτειραν obiecti* sunt accusativi, apud comicum vero *ἐλατῆρας* est *subiectum* verbi *ἀείδειν*. — [6]) Pers. 32.

„ἢ θοᾶν ἵππων ἐλατῆρας ἀείδειν“ . . .
μηδὲν εἰς Λυσίστρατον,
μηδὲ Θούμαντιν τὸν ἀνέστιον αὖ λυ-
πεῖν ἑκούσῃ καρδίᾳ;
καὶ γὰρ οὗτος, ὦ φίλ' Ἄπολλον, ἀεὶ
πεινῇ, θαλεροῖς δακρύοισιν
σᾶς ἁπτόμενος φαρέτρας

1266. ἐλατῆρας] -ρος R.

1267. μηδὲν εἰς (ἐς codd.)] μηδ' ἀεὶ Kock, μὴ δάκνειν Kähler, vocem ἐλατῆρας obiectum, non subiectum verbi ἀείδειν esse rati.

1270. οὗτος Dindorf] οὑτοσὶ codd. || ἀεὶ] add. Dindorf, ἐκεῖ (*Delphis*) vVelsen, ὅλως Kähler.

1271. δακρύοισιν Brunck] -οις codd.; cf. vs. antistrophus 1297.

1267. *Nihil de Lysistrato.* Carminis argumentum praepositione εἰς indicatur etiam Lys. 1243: ἀείσω καλὸν | ἐς τὼς Ἀσαναίως, item Pac. 740: εἰς τὰ ῥάκια σκώπτοντας. *Lysistratus* autem scurra fuit dicax et gulosus; qui Ach. 855 dicitur Χολαργέων ὄνειδος, | ὁ περιαλουργὸς τοῖς κακοῖς, | ῥιγῶν τε καὶ πεινῶν ἀεὶ | πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας | τοῦ μηνὸς ἑκάστου. Quo loco Cratino et Pausoni contemtim sociatur [1]). Phrynichi histrionis parasitus audit in Vespis [2]), si recte illos versus interpretatus sum [3]).

1268. *Neque Thymantidem illum propriis aedibus carentem denuo data opera laedere.* — Verba τὸν ἀνέστιον κτέ. poetico fuco sunt infecta, festive autem pauperrimus homuncio mensae alienae assidens, quippe qui propria careat, vocatur ἀνέστιος, quae vox *extorrem* et *exlegem* fere valet, ut in notissimis illis ἀφρήτωρ ἀθέμιστος ἀϝέστιος. Sic Diogenes cynicus ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος, | οὐκ ὀβολόν, οὐ δραχμὴν ἔχων, οὐκ οἰκέτην | ἀλλ' οὐδὲ μᾶζαν audit apud comicum aliquem tragicis verbulis abutentem [4]). Itaque non de nihilo suspiceris nostros versus ex eodem Pindari carmine atque praecedentes esse desumtos. Ad *Thymantidem* quod attinet, proverbialem aliquando fuisse eius maciem docet Hermippi versiculus, ubi pauperum hostiae dicuntur Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ Θουμάντιδος [5]). Aliunde non est cognitus.

1271. θαλεροῖς δακρύοισιν] vox poetica et in carminibus epicis frequenter adhibita de ubertim flentibus [6]) etiam apud Euripidem occurrit [7]).

1272 sq. Haec quoque lyricam dictionem affectare quivis videt; eandem autem cum praegressis habere originem veri simile duco, ne certum dicam [8]). Infinitivus μὴ κακῶς πένεσθαι suspensus est a participio ἁπτόμενος, cui *supplicandi* notio non inest quidem sed subest, quoniam supplicantis est Apollinis arcum manu contingere γουναζόμενον. Sic apud Euripidem dicitur: προσπίτνω σε μὴ θανεῖν [9]) et ἃ περὶ σοῖσι γούνασιν ὧδε πίτνω, τέκνοις τάφον ἐξανύσασθαι [10]). — Sed cur Thymantis Delphos nuper adiisse dicitur? Num de pane quotidiano oraculum consuluit? Noli credere, sed lyricis verbis, ex Pindaro desumtis, ioculariter sociantur πεινῆν et κακῶς πένεσθαι

---

[1]) Praeterea de eo vid. Vesp. 787 sqq. — [2]) Vesp. 1302 et 1308. — [3]) Vid. quae annotavi illic et ad Vesp. 1313. — [4]) Fr. adesp. 127. — [5]) Hermipp. fr. 35. — [6]) *B* 266 etc. — [7]) Iph. Aul. 39. — [8]) Πυθῶνι δίᾳ apud Pindarum legitur Pyth. VII 11. — [9]) El. 221. — [10]) Suppl. 284.

Πυθῶνι δίᾳ μὴ κακῶς πένεσθαι.

Epirrhema.

λοιδορῆσαι τοὺς πονηροὺς οὐδέν ἐστ' ἐπίφθονον,
ἀλλὰ τιμὴ τοῖσι χρηστοῖς, ὅστις εὖ λογίζεται.
εἰ μὲν οὖν ἅνθρωπος, ὃν δεῖ πόλλ' ἀκοῦσαι καὶ κακά,
αὐτὸς ἦν ἔνδηλος, οὐκ ἂν ἀνδρὸς ἐμνήσθην φίλου.
νῦν δ' Ἀρίγνωτον γὰρ οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἐπίσταται,
ὅστις ἢ τὸ λευκὸν οἶδεν ἢ ... τὸν ὄρθιον νόμον·
ἔστιν οὖν ἀδελφὸς αὐτῷ, τοὺς τρόπους οὐ ξυγγενής,

1273. δίᾳ μὴ GHermann] ἐν διὰ μὴ P, ἐν δίᾳ (R) vel ἐν διὰ (V) codd. cett., Πυθῶδ' ἰὼν διὰ τὸ κακῶς πένεσθαι Bentley (coll. Av. 188).
1274. λοιδορῆσαι] -ρεῖσθαι Suidas s. v.
1275. ὅστις] εἴ τις Dawes coll. Soph. Ai. 816.
1276. ἅνθρωπος Bernhardy] ἄνθρωπος codd.
1277. αὐτὸς] οὗτος V alii.

---

ipsumque Thumantidis nomen. Dicitur igitur Thumantis quotidie deos precari ut paupertatem a se depellant. Nescimus autem cur aut ipse aut Lysistratus dignus fuerit habitus qui describeretur et multa cum libertate traduceretur. Nam si nihil notabile hi homunciones habuerunt praeter paupertatem et famem et maciem, nae demiror comicos tot verbis eos lacessentes. Sed *scenae affines* fuisse suspicor, sive histriones fuerunt sive musici vel etiam poetae. Thymantidem ταμίαν τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας fuisse coniectura incerta neque me iudice probabili statuit Müller Strübing, ex auctoritate lapidis, in quo μαντισ litterae extant; idem ex inscriptionibus efficiebat Lysistratum nostrum fuisse scribam eiusdem collegii [1]).

1275. ὅστις εὖ λογίζεται] *si quis recte iudicat*. Cf. e. g. Eur. Med. 221 sqq.: δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν, | ὅστις, πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σαφῶς, | στυγεῖ δεδορκώς, οὐδὲν ἠδικημένος

1276. πόλλ' ἀκοῦσαι καὶ κακά] cf. Nub. 1329.

1278. Ἀρίγνωτον] citharoedum fuisse hic locus docet et disertis verbis dicit Aeschines Socraticus [2]). Fieri autem non potest — chorus ait — quin homo „ἀρίγνωτος" [3]) cuivis sit bene cognitus [4]).

1279. τὸν ὄρθιον νόμον] praeter expectationem hoc dicitur. Nam addendum erat „ἢ τὸ μέλαν", ut recte observavit Aristarchus [5]). Quisquis non plane caecus est, alba potest dignoscere nigris. Quo proverbio lepide adhibito Matron parodus sepiam solam inter pisces τὸ λευκὸν καὶ μέλαν εἰδέναι perhibuit [6]). Itaque versus noster significat: *quisquis non mente captus est*. Iocose autem τοῦ ὀρθίου νόμου nunc fit mentio, quoniam musicae arti studebat Arignotus. Qui priscos et severos numeros [7]) aliquanto felicius fidibus cecinisse videtur quam Chaeris ille [8]).

---

1) Aristoph. u. die hist. Kritik p. 338 et 342. — 2) Athen. 220*b*. — 3) *N* 72 etc. — 4) Vid. ad Vesp. 84. — 5) Vid. schol. — 6) Athen. 135*c*; cf. Ach. 351. — 7) Herodot. I 24 Aesch. Agam. 1153 etc.; cf. Hom. *Λ* 10 sq. tragicumque verbum ὀρθιάζειν *alta voce clamare* (Aesch. Pers. 693 etc., Ach. 1042). — 8) Ach. 16.

Ἀριφράδης † πονηρός. ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ βούλεται· †
ἔστι δ' οὐ μόνον πονηρός, — οὐ γὰρ οὐδ' ἂν ᾐσθόμην, —
οὐδὲ παμπόνηρος, ἀλλὰ καὶ προσεξηύρηκέ τι.
τὴν γὰρ αὑτοῦ γλῶτταν αἰσχραῖς ἡδοναῖς λυμαίνεται,
ἐν κασαυρείοισι λείχων τὴν ἀπόπτυστον δρόσον,
καὶ μολύνων τὴν ὑπήνην, καὶ κυκῶν τὰς ἐσχάρας,
καὶ Πολυμνήστεια ποιῶν, καὶ ξυνὼν Οἰωνίχῳ.
ὅστις οὖν τοιοῦτον ἄνδρα μὴ σφόδρα βδελύττεται,
οὔποτ' ἐκ ταὐτοῦ μεθ' ἡμῶν πίεται ποτηρίου.

1281. *καὶ βούλεται*] hoc certe vitiosum; nam nihil prosunt collata Andocidis verba I § 95: *ὁ πάντων πονηρότατος καὶ βουλόμενος εἶναι τοιοῦτος.* Coniecit vHerwerden *κἄλλων μέτα* (coll. Herodot. VI 68 § 3), Blaydes *δὴ χἄτεροι* vel *καὶ μύριοι.* Sed totum versum corruptum esse suspicor, expecto autem huiuscemodi aliquid: **Ἀριφράδης ὁ λευκός, ἀλλὰ τοῦ πονηροῦ κόμματος* vel **ἀλλὰ θατέρου μᾶλλον τρόπου* — quae nonnisi exempli gratia propono.

1282 sq. Verba *οὐ γὰρ — παμπόνηρος* om. V alii errore manifesto.

1282. *ᾐσθόμην*] *ἠχθόμην* Bentley sine causa.

1283. *προσεξηύρηκε*] *-εύρηκε* codd.

1285. *κασαυρείοισι*] *κασωρ(ε)ίοισι* Steph. Byz. s. v. *κασώριον*, cf. *κασωρίς* vel *κασωρῖτις* = *πόρνη* (Antiphan. fr. 320, Lycophron. 1385, Eustath. 741,28), cum verbo *κασωρεύειν* Lycophr. 772. Sed ionicam hanc esse formam, atticam autem sonum *αυ* habuisse, statuit Zacher coll. *θαῦμα τραῦμα αὖλαξ — θῶμα τρῶμα ὦλξ.*

1287. *-εια ποιῶν*] *-εἰ' ἀείδων* Blaydes, ut Cratin. fr. 305 (vid. commentarius), sed neque attica haec verbi est forma (in parodia legitur vs. 1266 Thesm. 115) neque *canendi* verbum nostro loco aptum.

1281. *Ἀριφράδης*] eundem hominem eandem ob causam biennio post noster insectatus est [1]. Quem tacite praetermisisset, opinor, nisi in sua arte eum habuisset aemulum. Quapropter satis certum mihi videtur Ariphradem illum nunc vellicari, quem Aristoteles [2] *τοὺς τραγῳδοὺς κωμῳδῆσαι* dicit *ὅτι ἃ οὐδεὶς ἂν εἴποι ἐν τῇ διαλέκτῳ, τούτοις χρῶνται.*

1282. *οὐ γὰρ οὐδ' ἂν ᾐσθόμην*] *hoc enim in tanto improborum numero ne animadvertissem quidem.*

1284. *λυμαίνεται*] cf. Nub. 928.

1287. *Polymnestum* et *Oeonichum* item *ἀρρητοποιοὺς* fuisse iure hinc efficiunt scholia. Quod autem Polymnestus lascivorum carminum auctor dicitur ibidem collato Cratini versu *καὶ Πολυμνήστει' ἀείδει* (?) *μουσικήν τε μανθάνει* [3], Oenichi autem hominis ignoti apud Hesychium commemoratur *μουσεῖον*, quicquid fuit illud [4], inde veri etiam magis simile fit quod supra [5] sumsimus, *poetam* fuisse Ariphradem et hanc praesertim ob causam propudio nunc haberi.

1288. Cf. Nub. 560 et de verbo *βδελύττεσθαι* vid. ad Ach. 586.

1289. *Is utinam ne ὁμόσπονδος nobis fiat unquam!* Sic Athenienses olim, ne Oreste in craterae communionem recepto

---

[1] Vesp. 1275 sqq. — [2] Poet. 22. — [3] Cratin. fr. 305. — [4] Com. adesp. fr. 25. — [5] Ad vs. 1281.

Antoda sive antistropha (vs. 1290—1299).

ἦ πολλάκις ἐννυχίαισι
φροντίσι συγγεγένημαι,
καὶ διεζήτηχ' ὁπόθεν ποτὲ φαύλως
ἐσθίει Κλεώνυμος.
φασὶ γάρ ποτ' αὐτὸν ἐρεπτόμενον τὰ
τῶν ἐχόντων ἀνέρων

1294. *ποτ'] de meo addidi, nam in codd. deest syllaba teste metro; ad quod explendum Bentley scripsit φασὶ μὲν γάρ, Weiske φασὶ γὰρ νῦν, Blaydes φασὶ γὰρ τοῦτον μέν, sed fugit eos requiri indicium *temporis praeterlapsi*, ποτε igitur aut πρίν. Nam qui sequuntur infinitivi οὐκ ἂν ἐξελθεῖν et ἀντιβολεῖν ἂν in orationem directam cum transferuntur, fiunt οὐκ ἂν ἐξῆλθεν et ἠντεβόλουν ἄν. Vid. commentarius.

1295. ἀνέρων] post ἐχόντων molestum et propter formam epicam suspectum habens Meineke infelici coniectura proposuit οὐσίας (ut legitur Anaxil. fr. 33), Blaydes

ipsius piaculo inquinarentur, iusserunt singulis convivis suum praeberi χόα [1]), Oedipus autem edixit Laii interfectorem μήτ' ἐν θεῶν εὐχαῖσι μήτε θύμασιν | κοινὸν ποιεῖσθαι κτέ. [2]). Similes praeterea leguntur dirae Ach. 980: οὐδὲ παρ' ἐμοί ποτε τὸν Ἁρμόδιον ᾄσεται, Soph. Ant. 572 sq.: μήτ' ἐμοὶ παρέστιος γένοιτο μήτ' ἴσον φρονῶν ὃς τάδ' ἔρδει [3]).

1290 sqq. Lepide admodum chorus nunc imitatur Phaedram Euripideam de vitae humanae aerumnis conquerentem [4]). *Insomnis — ait — longas noctes transigo, dum Cleonymi illius famem insatiabilem infinitasque epulas e mente dimittere nequeo* [5]).

1291. Cf. γνώμαις καὶ λόγοις καὶ μερίμναις ξυνεῖναι [6]), πράγμασι ξυνεῖναι [7]), πράγμασιν ὁμιλεῖν [8]), et videatur supra vs. 806, praesertim autem, quoniam poetica dictione nunc utitur noster, Atossae verba πολλοῖς μὲν ἀεὶ νυκτέροις ὀνείρασιν | ξύνειμ', ἀφ' οὗπερ παῖς ἐμὸς ... οἴχεται [9]).

1292. ὁπόθεν ποτὲ φαύλως ἐσθίει] *unde tandem facile victum suum inveniat Cleonymus.* Fide maius videtur quod istius hominis [10]) venter quotidie nunc impletur. — De adverbio φαυλῶς vid. ad Vesp. 656; adverbium ὁπόθεν etiam Vesp. 311 Plut. 534 sic usurpatum est.

1294. ποτε] nempe olim misere esuriebat, et ne μάκτρα quidem [11]) tunc erat homini, qui nunc cum ceteris Cleonis amicis e plebeculae latebris protractus *taxiarchi* munere fungitur [12]).

— ἐρεπτόμενον] hoc non magis quam ἀνέρων illud quod sequitur e dictione quotidiana habet noster [13]). Idem autem valet quod βόσκεσθαι [14]) vel χορτάζεσθαι [15]) vel νέμεσθαι [16]), de homine igitur non nisi iocose vel contemtim potuit usurpari. Scilicet οἱ κόλακές εἰσι τῶν ἐχόντων σκώληκες, ut festive dixit Anaxilas [17]).

1295. τῶν ἐχόντων ἀνέρων] nisi lyricae

[1]) Vid. ad Ach. 961. — [2]) Oed. R. 238. — [3]) Item Aesch. fr. 309 Eur. 29, 848, 889 Hor. Carm. III 2, 26. Vid. etiam fr. com. adesp. 465 οἱ δ' ἐκ μιᾶς τῷδ' οἰνοχόης πεπωκότες. — [4]) Eur. Hipp. 375 sq. — [5]) Euripidis ille locus respicitur etiam Ran. 931, ubi vid. — [6]) Nub. 1404 Vesp. 1460. — [7]) Ran. 959. — [8]) Nub. 1399. — [9]) Aesch. Pers. 176 sq. — [10]) Nub. 353. — [11]) Nub. 675 sq. — [12]) Vid. ad Nub. 353. — [13]) Vid. Hom. *B* 776 *E* 196 etc. — [14]) De quo verbo vid. vs. 1258 et ad Vesp. 313. — [15]) Cratin. fr. 142 Eubul. 7[5], 30 Ararot. 21 Nicostrat. 20 Sophil. 6 Menandr. 465. Cf. Eur. Cycl. 507 cum vicinis. — [16]) Antiphan. fr. 196[10]. — [17]) Anaxil. fr. 33.

οὐκ ἂν ἐξελθεῖν ἀπὸ τῆς σιπύης·
τοὺς δ' ἀντιβολεῖν ἂν ὁμοίως·
„ἴθ', ὦ ἄνα, πρὸς γονάτων,
„ἔξελθε καὶ σύγγνωθι τῇ τραπέζῃ.“

Antepirrhema.

φασὶν ἀλλήλαις ξυνελθεῖν τὰς τριήρεις εἰς λόγον,

χρήματα; multo melius vVelsen ἀνδρικῶς (cf. Pac. 1307 Ephipp. fr. 8[5]), quod de ignavo hoc homine festive sane foret dictum; Zacher ἄλφιτα. Sed collata voce ὦ ἄνα vs. 1295 vulgatam iure tuitus est Kock.

1297. ἂν ὁμοίως] codd. quidam ἀλλ' ὅμως, alii olim ἐὰν ὁμοίοις (l. ἂν ὁμοίως?). Bentley ἂν ὅμως, Zacher ἂν ὁμῶς, vVelsen ἐλεεινῶς vel ἂν ἐλεινῶς (coll. Thesm. 1063), Kock ἀνονήτως. De metro quicquid statuitur (vid. vs. 1271), particula ἄν non est abicienda. Vid. commentarius.

1299. ἔξελθε] εἴσελθε Bergk non recte.

---

dictionis amplitudinem iocose nunc noster imitaretur, substantivum omisisset. Nam οἱ ἔχοντες sunt οἱ πλούσιοι [1]), quibus non est circumspiciendum unde sint victuri; oppositi igitur sunt τοῖς ἐφ' ἡμέραν ἔχουσιν [2]) sive τοῖς πενομένοις. Epicam autem vocis ἀνδρός figuram noster etiam Av. 687 et Ran. 706 admisit.

1296 sqq. *Tunc temporis* οὐκ ἂν ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς σιπύης: *de panario depelli se non facile fuisset passus.* Homines autem, apud quos versabatur, veluti daemonem ἀλιτήριον eum *supplices adire solebant,* ἠντεβόλουν ἄν, *an forte posset exorari, ut cenae tandem aliquando parceret ipsisque aliquid reliqui faceret.* Sic de alio incredibilis voracitatis parasito apud Alexidem dicitur: πολλάκις | αὐτὸν ὁ κεκληκὼς τὰ Σαμοθρᾴκι' εὔχεται, | λῆξαι πνέοντα καὶ γαληνίσαι ποτέ [3]), *saepe is qui eum vocavit edit preces Samothracum ritu conceptas, ut sedetur tandem aliquando procella.* Nostro loco iteratam actionem particula ἄν indicat, ut passim apud Aristophanem [4]). Festivissime autem enunciata haec sunt, et melius etiam placerent fortasse si cognitus nobis esset locus, quem comicus nunc imitatur vel respicit. Echo vero quaedam horum versuum percipitur in verbis Andocidis: Ἱππόνικος δὲ ἦν πλουσιώτατος τῶν Ἑλλήνων· τότε μέντοι πάντες ἴστε ὅτι παρὰ τοῖς παιδαρίοις τοῖς μικροτάτοις καὶ τοῖς γυναίοις κληδὼν ἦν καὶ ἐν ἁπάσῃ τῇ πόλει κατέσχεν, ὅτι „Ἱππόνικος ἐν τῇ οἰκίᾳ ἀλιτήριον τρέφει, ὃς αὐτοῦ τὴν τράπεζαν ἀνατρέπει“. μέμνησθε ταῦτα, ὦ ἄνδρες. πῶς οὖν ἡ φήμη ἡ τότε οὖσα δοκεῖ ὑμῖν ἀποβῆναι; οἰόμενος γὰρ Ἱππόνικος υἱὸν τρέφειν ἀλιτήριον αὑτῷ ἔτρεφεν, ὃς ἀνατέτροφεν ἐκείνου τὸν πλοῦτον, τὴν σωφροσύνην, τὸν ἄλλον βίον ἅπαντα. οὕτως οὖν χρὴ περὶ τούτου γιγνώσκειν, ὡς ὄντος Ἱππονίκου ἀλιτηρίου [5]).

1296. σιπύης] σιτηρὸν ἀγγεῖον vocat Harpocratio s. v. [6]).

1298. ὦ ἄνα] hoc quoque poeticum: Ζεῦ Ϝάνα [7]), ὦ Ϝάνα [8]).

1300. Conferri potest Cratini versiculus, ubi τράπεζαι dicuntur μείρακες [9]).

— ξυνελθεῖν ... εἰς λόγον] vid. ad Nub. 470.

---

[1]) *Die wohlhabenden, de bezitters.* Vid. Plut. 596 Herodot. VI 22 Lys. XVI § 14 Xen. Ven. II § 1 Plat. Rep. 565 *a* Demosth. XLV § 73 Soph. Ai. 157 Eur. Alc. 57 (= οἷς πάρεστι ibid. vs. 59). — [2]) Herodot. I 32 etc. — [3]) Alex. fr. 178. — [4]) Vid. ad Vesp. 269. — [5]) Andocid. I § 130 sq. — [6]) Cf. Plut. 806 fr. 541 Pherecr. fr. 142 Eupol. 302. — [7]) Hom. Γ 351 etc. — [8]) H. Ap. 179, 526. — [9]) Cratin. fr. 301. Praeterea vid. ad Ach. 95 sq.

καὶ μίαν λέξαι τιν' αὐτῶν, ἥτις ἦν γεραιτέρα·
„οὐδὲ πυνθάνεσθε ταῦτ', ὦ παρθένοι, τἀν τῇ πόλει;
„φασὶν αἰτεῖσθαί τιν' ἡμῶν ἑκατὸν εἰς Καρχηδόνα
„ἄνδρα μοχθηρὸν πολίτην, ὀξίνην Ὑπέρβολον."

1302. οὐδὲ πυνθάνεσθε] οὐδέπω πέπυσθε Blaydes (coll. Pac. 615 Av. 957 Thesm. 596 Aesch. Choeph. 526 Rhes. 598), sed vid. commentarius.

1303. Καρχηδόνα] Καλχηδόνα (vel Χαλκ.) schol., et sic Casaubonus, male; vid. ad vs. 174.

1304. μοχθηρὸν V] πονηρὸν cett. metro invito, unde Blaydes ἄνδρα μοχθηρὸν πονηρὸν ὀξ. Ὑ., quod egregie languet. Quamquam et mihi displicere vocem πολίτην non nego.

1301. μίαν ... τινά] vid. ad Ran. 911.

1302. *O puellae, ne rogatis quidem quid sibi velint ista quae in urbe aguntur?* ἆρα λανθάνει ὑμᾶς πρὸς τοὺς φίλους στείχοντα τῶν ἐχθρῶν κακά; ut Antigonae Sophocleae verbis utar. Nostro loco comicus versum quendam ex Euripidis Alcmeone imitatur, teste scholio. — Praesens πυνθάνεσθαι, perinde atque ἀκούειν, aptissime dicitur de eo qui non hoc demum temporis articulo aliquid deprehendat sed dudum exploratum id habeat [1]). Sic ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι significat: *ut percontando inveni, ut exploratum habeo* [2]), item ὡς ἐγὼ ἀκοῇ αἰσθάνομαι [3]).

1303. ἑκατὸν] vid. ad Ach. 545.

— εἰς Καρχηδόνα] brevi post Equitum fabulam scenae commissam inducias inter se inierunt civitates Siculae, re autem infecta inde redierunt Atheniensium duces Pythodorus Sophocles Eurymedon; qui rei statim sunt facti, ὡς ἐξὸν αὐτοῖς τὰ ἐν Σικελίᾳ καταστρέψασθαι δώροις πεισθέντες ἀποχωρήσειαν. Hoc vero tempore qui cum Cleone faciebant civibus persuadere conabantur ut multo maior classis in Siciliam mitteretur et strenue magis illic bellum gereretur; brevi enim, si hoc agerent, rem illic — ut Pyli — confecturos et occidentalem maris mediterranei partem in dicionem suam redacturos [4]). Propter temeraria haec, quae quidem multis videbantur, consilia Eupolis anno 421 in Maricante fabula de Hyperbolo ut de novo quodam Xerxe locutus choro haec tribuit verba: πεπέρακεν μὲν ὁ περσέπτολις ἤδη Μαρικᾶς [5]).

1304. *Hyperbolus* strategi munere nunc fungitur [6]). Verba μοχθηρὸν πολίτην in mentem nobis revocant iudicium, quod de mortuo tulit Thucydides: *anno* 411 *Sami coniurati* Ὑπέρβολόν τινα τῶν Ἀθηναίων, μοχθηρὸν [7]) ἄνθρωπον, ὠστρακισμένον οὐ διὰ δυνάμεως καὶ ἀξιώματος φόβον ἀλλὰ διὰ πονηρίαν καὶ αἰσχύνην τῆς πόλεως, ἀποκτείνουσιν [8]). Vini epitheton ὀξίνης [9]) etiam Vesp. 1082 usurpatum est ad indicandum animum bellicosum. Sic ὄξος ἠκρατισμένος [10]) dicitur nescio quis ὀργίλος καὶ δριμύς [11]). Vid. praeterea Vesp. 151 et ad Ran. 1150. Est autem ὀξίνης *vappa*, de qua Plinius: *vitium musto*

[1]) Item e. g. Thucyd. VI 76 § 2, VII 12 § 3. — [2]) Herodot. IV 95 VII 8 sq. VIII 38, 68 Thucyd. VII 12 § 2. — [3]) Thucyd. VI 17 § 6, 20 § 2. — [4]) Vid. Thucyd. IV 65 Prolegom. Vesp. p. XXXIII—XXXV et cf. supra vs. 174. — [5]) Eupol. fr. 192, cf. Aesch. Pers. 65. — [6]) Vid. de eo ad Nub. 624 sq., 1065 Vesp. 1007. — [7]) De adiectivo μοχθηρῷ vid. vs. 316. — [8]) Thucyd. VIII 73 § 3. — [9]) Hermipp. fr. 91 Philonid. 12 Diphil. 82 Theophr. H. Plant. IX 20 § 4. — [10]) Fr. com. adesp. 698. — [11]) *Die de azijn in pacht heeft*, ut loquuntur nostrates.

ταῖς δὲ δόξαι δεινὸν εἶναι τοῦτο κοὐκ ἀνασχετόν,
καί τιν᾽ εἰπεῖν, ἥτις ἀνδρῶν ἆσσον οὐκ εἰληλύθει·
„ἀποτρόπαι᾽, οὐ δῆτ᾽ ἐμοῦ γ᾽ ἄρξει ποτ᾽, ἀλλ᾽ ἐάν με χρῇ,
„ὑπὸ τερηδόνων σαπεῖσ᾽ ἐνταῦθα καταγηράσομαι.“ —
„οὐδὲ Ναυφάντης γε τῆς Ναύσωνος, οὐ δῆτ᾽, ὦ θεοί,
„εἴπερ ἐκ πεύκης γε καὶ ἐγὼ καὶ ξύλων ἐπηγνύμην.
„ἢν δ᾽ ἀρέσκῃ ταῦτ᾽ Ἀθηναίοις, καθῆσθαί μοι δοκεῖ

1306. εἰληλύθει] ἐληλ. codd.
1307. με χρῇ] με χρή codd.; Blaydes δέῃ (coll. Vesp. 221 Ran. 265).
1309. Ipsam Nauphanten hoc vs. et sequentibus induci loquentem vidit Reiske; cui assensus Vahlen contulit Pac. 1149.
1311. Ἀθηναίοις] -οισι V R et fere omnes. || δοκεῖ Bentley] δοκῶ codd., quod vitiosum nisi sequatur futurum vel certe quod proposuit Dawes καθῆσθ᾽ ἄν μοι

---

quibusdam in locis iterum fervere; qua calamitate deperit sapor, vappaeque accipit nomen [1]).

1306. Quae virgo erat adhuc, παρθένος ἀδμής, ἀνδρῶν ἄθικτος. Prisca sive poetica haec est locutio, ut in Aeschyli versu: Ἀντικλείας ἆσσον ἦλθε Σίσυφος [2]); nam ab Atheniensium sermone quotidiano alienum erat ἆσσον. Cf. Herod. Mimiamb. IV 82 sqq.: ἰὴ ἰὴ Παίηον, εὐμενὴς εἴης, | καλοῖς ἐπ᾽ ἱροῖς τοῖσδε κεἴ τινες τῶνδε | ἔασ᾽ ὀπυιηταί τε καὶ γενῆς ἆσσον, et de verbo Herodot. II 115: παρὰ τοῦ σεωυτοῦ ξείνου τὴν γυναῖκα ἦλθες, VI 68: φασί σε ἐλθεῖν παρὰ τῶν οἰκετέων τὸν ὀνοφορβόν [3]).

1307. ἀποτρόπαιε] sc. Ἄπολλον [4]). Cf. ὦ ἀλεξίκακε Nub. 1372.

— χρῇ] sc. καταγηράσκειν, quod e sequentibus mente est supplendum. Eadem orationis forma est Lys. 133: κἤν με χρῇ διὰ τοῦ πυρὸς | ἐθέλω βαδίζειν, Ran. 264 sq.: κεκράξομαι γάρ, | κἤν δέῃ δι᾽ ἡμέρας. Vid. etiam Vesp. 654: κἤν χρῇ σπλάγχνων μ᾽ ἀπέχεσθαι.

1309. *Nauphanta Nausonis filia* ad alterius virginis verba respondens nunc fingitur. Sic etiam in Pacis epirrhemate, postquam inductus est agricola vicinum Comarchidam ad convivium invitans, statim subiciuntur huius hominis verba: κἀξ ἐμοῦ δ᾽ ἐνεγκάτω τις τὴν κίχλην καὶ τὼ σπίνω κτέ. [5]). Praeterea cf. Lys. 129 sq.: οὐκ ἂν ποιήσαιμι κτέ. — μὰ Δί᾽ οὐδ᾽ ἐγώ γ᾽ ἄν. — Ficta sunt navium haec nomina ad imitationem nominum quae ipsis triremibus Atticis erant propria; haec enim feminea erant, quod ipsa vox ναῦς esset generis feminini [6]). Magnam autem Nauphantae orationi gravitatem addit ipsius nomen proprium in introitu collocatum [7]).

1310. ἐκ πεύκης... καὶ ξύλων] ad naves pangendas prae ceteris necessaria erat ἡ ἐν νάπαισι Πηλίου Thraciaeve montibus — nam Attica huiusmodi arborum minus erat ferax — τμηθεῖσα πεύκη, sed et querna ligna aliaque ξύλα ναυπηγήσιμα requirebantur. Itaque eadem est horum verborum iunctura atque illorum ὦ Ζεῦ καὶ θεοί et similium [8]).

1311. ἀρέσκῃ] vid. ad Ran. 103.

---

[1]) H. Nat. XIV 25. — [2]) Aesch. fr. 172. — [3]) Item φοιτᾶν III 1 V 70. — [4]) Vid. Vesp. 161 Av. 61 Plut. 359, 854 Eur. Herc. 536 etc. — [5]) Pac. 1140 sqq. — [6]) Qualia multa sunt cognita e lapide, de quo vid. Böckh Seeurk. p. 81 sqq. — [7]) Cf. Ach. 1028. — [8]) Vid. ad Nub. 413.

„εἰς τὸ Θησεῖον πλεούσας ἢ ἐπὶ τῶν Σεμνῶν θεῶν.
„οὐ γὰρ ἡμῶν γε στρατηγῶν ἐγχανεῖται τῇ πόλει·
„ἀλλὰ πλείτω χωρὶς αὐτὸς εἰς κόρακας, εἰ βούλεται,
„τὰς σκάφας, ἐν αἷς ἐπώλει τοὺς λύχνους, καθελκύσας."

δοκῶ (vid. ad vs. 620) et πλέουσ' ἂν vs. 1312; sed praestat quod scripsit Bentley, non enim de se sola loquitur sed sententiam dicit in concione (vid. ἡμῶν vs. 1313 et cf. Av. 1578).

1312. πλεούσας Reiske] -σαις codd. || ἐπὶ] εἰς τὸ Dawes (ut Thesm. 224); de crasi vid. Ran. 186 sq.

— καθῆσθαι κτέ.] *censeo in asylum nobis esse confugiendum.* Simillima est orationis forma Vesp. 270 sq. — Puella marina quoniam loquitur, non ἰούσας vel τρεχούσας dicit sed πλεούσας.

1312. Sanctissima Athenis erant templa Thesei et Semnarum [1]. Et Theseum quidem mancipiorum praesertim erat perfugium [2], in quos si inhumaniter saeviret dominus, πρᾶσιν poterant αἰτεῖν [3], illic „ναεύοντες", ut de simili re dicebant olim Cretenses [4]. Quam rem Pollux comprobavit allatis servi cuiusdam apud Aristophanem verbis: ἐμοὶ | κράτιστόν ἐστιν εἰς τὸ Θησεῖον δραμεῖν, | ἐκεῖ δ' ἕως ἂν πρᾶσιν εὕρωμεν μένειν [5]. Quales servos alibi Θησειότριβας comicus noster vocavit [6]. Post ἐπὶ autem praepositionem mente supplendus est accusativus: τὸ ἱερόν [7], et praepositio non ad verbum καθῆσθαι est referenda, licet recte dici possit καθίζειν vel -ζεσθαι εἰς, sed ad πλεούσας.

1313. ἐγχανεῖται] vid. ad Vesp. 721.

1314. *Sed, si lubet, ipse (solus) seorsum navigato in Morboniam!* De adverbio χωρὶς *seorsum, separatim* vid. ad Ran. 1163 sq. [8], de voce εἰς κόρακας ad Ran. 187 et 607.

1315. *In mare deductis alveis, in quibus... lucernas suas venditare olim solebat* [9]. — Hyperbolus „ὁ ἐκ τῶν λύχνων" [10] quoniam ἀνέλαμψε τῆς τύχης χάριν, non iam ei opus est artis suae instrumento, quo olim utebatur cum lucernis suis in foro prostans: quin igitur novos in usus „alveis" istis adhibitis Siciliam invadit Poenosque subigit! — Lepidissimus profecto verborum hic est lusus; nam σκάφαι [11] cum dicebantur receptacula in varios vitae quotidianae usus adhibita, tum genus quoddam lintrium. Cf. vocum *vessel, vaisseau, schiff* similium usus hodiernus et cognatum substantivum τὸ σκάφος [12]. Cernere nobis videmur indomitae virtutis Pyrgopolinicem istum, qui ex institorum tabernis in summum reip. locum nuper emicuit, conscensa scapha Africae bellum inferentem.

---

[1] Soph. Oed. C. 89 sq. Thucyd. I 126 § 11 etc. — [2] Plut. Thes. 36 Phot. s. v. — [3] Cf. Eupol. fr. 225. — [4] Leg. Gortyn. I39,42. — [5] Poll. VII 13, Ar. fr. 567; cf. supra vs. 30. — [6] Fr. 458, vid. etiam fr. 459. — [7] Cf. Thesm. 224 et similis structura supra vs. 464. — [8] Cf. Ach. 714 Thesm. 11 Eubul. fr. 65 Herodot. I 103 etc. — [9] De verbo καθέλκειν vid. Ach. 544 Eccl. 197 Eur. Hel. 1531 etc. — [10] Nub. 1065. — [11] *Alvei, scaphae, bakken.* — [12] Sic γαυλός et *mulctram* (Herodot. VI 119) et mutato accentu (γαῦλος) *navem onerariam* (Herodot. III 136 Av. 598, 602) significat.

EXODUS.

(vs. 1316—1408.)

(Foras procedit isiciarius coronatus et comtus.)

SCENA VIGESIMA PRIMA.

Isiciarius, Chorus.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

εὐφημεῖν χρὴ καὶ στόμα κλῄειν, καὶ μαρτυριῶν ἀπέχεσθαι,
καὶ τὰ δικαστήρια συγκλῄειν, οἷς ἡ πόλις ἥδε γέγηθεν,
ἐπὶ καιναῖσιν δ' εὐτυχίαισιν παιωνίζειν τὸ θέατρον.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὦ ταῖς ἱεραῖς φέγγος Ἀθήναις καὶ ταῖς νήσοις ἐπίκουρε,
τίν' ἔχων φήμην ἀγαθὴν ἥκεις, ἐφ' ὅτῳ κνισῶμεν ἀγυιάς;

1316. κλῄειν] κλείειν codd.

1317. συγκλῄειν] συγκλείειν codd.

1319. Sic R, cett. codd. vitiose ὦ ταῖς ἱεραῖς νήσοις ἐπίκουρε καὶ φέγγος Ἀθήναις.

1320. ἀγυιάς] ἀγυιᾶς (*Apollinis signa*) perperam interpretatur scholion, item Harpocr. s. v. ἀγυιᾶς.

1316. εὐφημεῖν] vid. Thesm. 39 et ad Ran. 354.

1317. Cf. Nub. 620.

— οἷς ἡ πόλις ἥδε γέγηθεν] *quibus urbs nostra gaudet.* Poetica haec formula iOculariter nunc adhibetur ad deridendam Atheniensium illam φιλοδικίαν.

1318. *Et spectatores ob insperatum eventum gaudio conclamanto!* Verbum παιωνίσαι apud nostrum redit Pac. 555; vid. etiam supra vs. 408.

1319. φέγγος] vox poetica, ut φάος supra[1]), in carminibus redit Ran. 446 et 455; etiam Plut. 640 coryphaeus παρατραγῳδῶν ea utitur, addito dativo, ut h. l.: ἀναβοάσομαι τὸν εὔπαιδα καὶ μέγα βροτοῖσι φέγγος Ἀσκληπιόν. Idem valet φῶς (φάος); sic nescio quis apud Eubulum: νύμφα ἀπειρόγαμος τεύτλῳ περὶ σῶμα καλυπτὰ λευκόχρως παρέσται, ἔγχελυς, ἃ μέγ' ἐμοί, μέγα σοὶ φῶς <θήσει> ἐναργές [2]). Cf. Eur. Hec. 841: ὦ δέσποτ', ὦ μέγιστον Ἕλλησιν φάος, Herc. 531: ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, ὦ φάος μολὼν πατρί, Ion. 1439: ὦ τέκνον, ὦ φῶς μητρὶ κρεῖσσον ἡλίου, et Homerica illa, quae recentioribus pro exemplis fuere: αἴ κέν τι φάος Δαναοῖσι γένηαι πατρί τε σῷ Τελαμῶνι [3]) aliaque multa [4]).

— Ἀθήναις καὶ ταῖς νήσοις] nempe effrena illa quam iactant comici Atheniensium democratia πειθαρχεῖν οὐκέτι τολμᾷ, ἀλλὰ δάκνει τὴν Εὔβοιαν καὶ ταῖς νήσοις ἐπιπηδᾷ [5]). Sic etiam postea Equitum fabulam respiciens in Pacis parabasi Aristophanes dixit: ὑπερ ὑμῶν πολεμίζων ἀντεῖχον ἀεὶ καὶ τῶν ἄλλων νήσων [6]).

1320. Simillima sunt Oedipi ad Creontem Delphis reducem verba: τίν' ἡμῖν ἥκεις τοῦ θεοῦ φήμην φέρων; [7]).

— ἐφ' ὅτῳ κνισῶμεν ἀγυιάς] hoc quo-

---

[1]) Vs. 973. — [2]) Eubul. fr. 35; vid. ad Vesp. 510. — [3]) Θ 282. — [4]) Vid. etiam ad π 23. — [5]) Fr. adesp. 41. — [6]) Pac. 760. — [7]) Oed. R. 86.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τὸν Δῆμον ἀφεψήσας ὑμῖν καλὸν ἐξ αἰσχροῦ πεποίηκα.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

καὶ ποῦ ἔστιν νῦν, ὦ θαυμαστὰς ἐξευρίσκων ἐπινοίας;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐν ταῖσιν ἰοστεφάνοις οἰκεῖ, ταῖς ἀρχαίαισιν, Ἀθήναις.

---

que priscae sive poeticae est dictionis. Significat autem: *plateas nidore implere.* Nempe κνίση οὐρανὸν ἵκει cum diis sacrificatur. Cf. Iridis verba tragici tumoris plena: πρὸς ἀνθρώπους πέτομαι παρὰ τοῦ πατρὸς | φράσουσα θύειν τοῖς Ὀλυμπίοις θεοῖς | μηλοσφαγεῖν τε βουθύτοις ἐπ' ἐσχάραις | κνισᾶν τ' ἀγυιάς [1]), vel Admeti gaudio exsultantis ob uxorem ab inferis recuperatam clamores: ἀστοῖς ... ἐννέπω ... | χοροὺς ἐπ' ἐσθλαῖς ξυμφοραῖσιν ἱστάναι | βωμούς τε κνισᾶν βουθύτοισι προστροπαῖς [2]), vel oraculum de instaurandis Dionysiis, quo κνισᾶν ἀγυιὰς καὶ στεφανηφορεῖν iussi sunt Athenienses [3]). Quod autem ἐφ' ὅτῳ nostro loco dicitur, non ἐφ' ᾗτινι, constructio haec est ad sensum [4]).

1321. Usus artificio, quod ab ipsius arte haud quaquam alienum erat, isiciarius senem decoxit, perinde atque Medea patrem Iasonis. Haec enim Αἴσον' ἔθηκε φίλον κόρον ἡβάοντα, | γῆρας ἀποξύσασα ἰδυίῃσι πραπίδεσσι, | φάρμακα πόλλ' ἕψουσα ἐπὶ χρυσέοισι λέβησι, ut in Νόστοις priscus vates cecinerat a grammaticis allatus [5]). Qui addit in Aeschyli dramate Dionysi Nutricibus [6]) Medeam etiam has feminas cum ipsarum maritis ἀνεψήσασαν νεοποιῆσαι, Pherecydem autem et Simonidem finxisse Iasonem ab ea decoctum, nisi librariorum errori hoc debetur nomina 'Ιάσονα et Αἴσονα confundentium; nam quid Medeae cum Iasone grandaevo? Notissimam autem hanc fabulam respiciens Socrates apud Platonem iocose sic loquitur: ἐγώ, ἐπειδὴ καὶ πρεσβύτης εἰμί, παρακινδυνεύειν ἕτοιμος καὶ παραδίδωμι ἐμαυτὸν Διονυσοδώρῳ τούτῳ ὥσπερ τῇ Μηδείᾳ τῇ Κόλχῳ· ἀπολλύτω με, καὶ εἰ μὲν βούλεται, ἑψέτω, εἰ δ', ὅ τι βούλεται, τοῦτο ποιείτω· μόνον χρηστὸν ἀποφηνάτω [7]). — Verbum ἀφεψῆσαι dicebatur etiam de auro [8]), χρυσὸς autem ἄπ-εφθος erat *aurum purum* [9]).

— ἐξ] cf. vs. 704.

1322. καὶ] vid. ad Nub. 210.

— θαυμαστὰς ... ἐπινοίας] cf. Ran. 1530 et vid. supra ad vs. 539.

1323. ἰοστεφάνοις] Athenarum hoc epitheton debetur Pindaro [10]). Sunt autem violae inter veris primos flores, et libenter adhibebantur coronis. Quapropter Pindarus Olympios hic verbis vocat ad laetas mortalium choreas: ἴδετ' ἐς χορόν, Ὀλύμπιοι, | ἐπί τε κλυτὸν πέμπετε χάριν θεοί, | πολύβατον οἵ τ' ἄστεος ὀμφαλὸν θυόεντα | ἐν ταῖς ἱεραῖς Ἀθάναις οἰχνεῖτε πανδαίδαλόν τ' εὐκλέ' ἀγοράν· | ἰοδετᾶν λάχετε στεφάνων | τῶν ἐαριδρέπτων λοιβάν [11]). Etiam φαλλοφόροι hederaceas suas coronas violis ornabant [12]), et mentio earum fiebat in prisca cantilena: ποῦ μοι τὰ

---

1) Av. 1230 sqq. — 2) Eur. Alc. 1154 sqq. — 3) Apud Demosth. XXI § 51 sq.; praeterea vid. Ach. 1044 sq. Hegesipp. fr. 1 20-27 adesp. fr. 608. — 4) Subiunctivi usus est idem Pac. 522. — 5) H. l. in scholiis et in argumento Medeae Euripidis. Cf. Ovid. Metam. VII 159—349. — 6) Satyrico opinor. — 7) Euthydem. 285 *c*. — 8) Herodot. IV 166. — 9) Fr. adesp. 423 Herodot. I 50 II 44. Euphoniae causa sic dicebatur pro ἄφ-εφθος, ut τεθῆναι pro θεθῆναι. — 10) Vid. Ach. 637 et ad Nub. 300. — 11) Pind. fr. 53. — 12) Athen. 622; vid. ad Ach. 261.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

πῶς ἂν ἴδοιμεν; ποίαν τιν᾽ ἔχει σκευήν; ποῖος γεγένηται;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οἷός περ Ἀριστείδῃ πρότερον καὶ Μιλτιάδῃ ξυνεσίτει.
ὄψεσθε δέ· καὶ γὰρ ἀνοιγνυμένων ψόφος ἤδη τῶν προπυλαίων.
ἀλλ᾽ ὀλολύξατε φαινομέναισιν ταῖς ἀρχαίαισιν Ἀθήναις
καὶ θαυμασταῖς καὶ πολυύμνοις, ἵν᾽ ὁ κλεινὸς Δῆμος ἐνοικεῖ.

(Aperitur ianua.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

„ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι“ καὶ ἀριζήλωτοι Ἀθῆναι,
δείξατε τὸν τῆς Ἑλλάδος ἡμῖν καὶ τῆς γῆς τῆσδε μόναρχον.

(Procedit Demus prisco ornatu et recuperato vigore iuvenili.)

SCENA VIGESIMA SECUNDA.

Eidem, Demus.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὅδ᾽ ἐκεῖνος ὁρᾶν τεττιγοφόρας, ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρός,

1324. Del. Bergk, quem fuit cum sequerer, scholion aliquod „ὡς ἂν ἴδωμεν ποίαν ἔχει σκευὴν καὶ ποῖος γεγένηται" inter poetae verba se insinuasse ratus. Nunc tamen versum necessarium duco, quoniam verba οἷός περ ... ξυνεσίτει vix habent quo referantur nisi antecedit id quod praebet textus traditus: ποῖος γεγένηται Accedit quod scholion eiusmodi plane inutile fuisset. || ἴδοιμεν Brunck] ἴδωμεν codd. || τιν᾽] addidit Porson. || ποῖος Reisi κ ποῖος codd., καὶ ποῖός τις (deleto ποίαν) Brunck, καὶ τίς Porson (non recte).

1326. δέ] δέ γε V, γε nonnulli.

1328. καὶ θ.] ταῖς θ. Blaydes. || ἐνοικεῖ] οἰκεῖ V.

1331. τεττιγοφόρας P] -ρος cett.; -ρας ex Hesychio restituit Porson metro duce. Simile codicum est vitium Ach. 570.

ῥόδα; ποῦ μοι τὰ Ϝία; ποῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα; [1]). — Solebat autem in agricolarum hortis esse ἰωνιά [2]).

1326. τῶν προπυλαίων] non est cogitandum de arcis propylaeis [3]), nam tam difficile quam inutile fuisset civibus in scena ostendere aedificium, quod in ipso arcis culmine perpetuo ante oculos haberent; *Marathonomachorum* autem Athenae si fuissent obiciendae spectatorum oculis, ab arce abesse debebant propylaea nuper [4]) extructa. Sed vox προπύλαια *aedium introitum* nunc significat, qui in sermone quotidiano audiebat τὸ πρόθυρον [5]).

1327. ὀλολύξατε] vid. vs. 616.

1328. πολυύμνοις] adi. redit fortasse Ran. 323, ubi vid.

— ἵνα] cf. Nub. 1233.

1329. Vid. vs. 1323 et ad Nub. 300.

1331. Talis nunc procedit Demus, cui

---

[1]) Athen. 629 *e*. — [2]) Pac. 577. — [3]) Lys. 265. — [4]) Annis 437 ad 431. — [5]) Cf. Vesp. 875 ibique v. l.

οὐ χοιρινῶν ὄζων, ἀλλὰ σπονδῶν, σμύρνῃ κατάλειπτος.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

χαῖρ' ὦ βασιλεῦ τῶν Ἑλλήνων· καί σοι ξυγχαίρομεν ἡμεῖς.
τῆς γὰρ πόλεως ἄξια πράττεις καὶ τοῦ ἐν Μαραθῶνι τροπαίου.

ΔΗΜΟΣ.

ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, ἐλθὲ δεῦρ', Ἀγοράκριτε.
(Appropinquat isiciarius.)
ὅσα με δέδρακας ἀγάθ' ἀφεψήσας!

1334. ἐν] del. Bentley (ut vs. 781 Ach. 697 Thesm. 806 Eupol. fr. 90), item Vesp. 711; sed cf. supra vs. 785 et fr. 413.

laeti dies aevi Cimonei iam redierunt, qualem hostes suos aliquando propulsurum praedixerant vaticinia. Habet enim ἁλουργίδα καταπαστὸν et τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδέδεται [1]).

— ὅδ' ἐκεῖνος] vid. ad Nub. 1167 et Ran. 318.

— ὁρᾶν] vid. ad Nub. 1172.

— τεττιγοφόρας] doricum — i. e. lyricum — huius nominis terminum, qui cernitur etiam in equorum quorundam nomine dorico σαμφόρᾳ [2]), noster adhibuit etiam in vocibus γοργολόφᾳ [3]), τειχομάχᾳ [4]), ἑκατογκεφάλᾳ [5]). Cf. Sophocleum ἐγρεμάχᾳς [6]), Euripidea λευκολόφας [7]), εὐλύρας [8]), μηλονόμας [9]), ἱππονώμας [10]), χρυσοκόμας [11]), Bacchylidea ἀελλοδρόμας [12]), καλλιρόας [13]) etc. — Sed Ach. 181, ubi lyricae dictioni non est locus, μαραθωνομάχοι scribatur [14]), non -μάχαι.

1332. Non lites putresque *conchas* iam redolet Demus, sed *libamina* et pacem. Simillimus locus est in Nubibus [15]), ubi Iustus orator ad iuvenem: „*mihi aurem si praebueris*", inquit „*prisco more institutus sub divo cum sodalibus tuis decurres, σμίλακος ὄζων καὶ ἀπραγμοσύνης*". Nam qui ἀπραγμοσύνης ὄζει, is abhorret litigia et iudicia et *calculos*, qui voce χοιρίναις nunc indicantur [16]). Voci autem σπονδαῖς duplicem *vini* et *induciarum* sensum Aristophanes tribuerat anno proximo in fabula Acharnensium [17]), needum spectatores obliti sunt illarum facetiarum [18]).

1334. Simillimus est Vesparum locus, ubi Bdelycleon „*si revera*" ait „*populo bene vellent demagogi, aliquanto largiora dona cives acciperent ex aerario publico, ἄξια τῆς γῆς ἀπολαύοντες καὶ τοῦ ἐν Μαραθῶνι τροπαίου*" [19]). Vid. etiam versus Holcadum, quae his annis acta est fabula: καὶ κολλύραν τοῖσι πρεσβύταισιν (?) διὰ τοὺν Μαραθῶνι τροπαῖον [20]), et Acharnensium senum querelae: οὐ γὰρ ἀξίως ἐκείνων ὧν ἐναυμαχήσαμεν | γηροβοσκούμεσθ' ὑφ' ὑμῶν [21]).

— ἄξια πράττεις] *sorte uteris qua dignus es.*

— τοῦ ἐν Μ. τροπαίου] vid. ad Nub. 986.

1335. ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν] vid. vs. 611 et ad Nub. 110.

[1]) Vid. ad vs. 967—969 et ad Nub. 984. — [2]) Nub. 122 sq. — [3]) Ach. 567. — [4]) Ach. 570. — [5]) Nub. 336. — [6]) Soph. Oed. C. 1054. — [7]) Phoen. 119. — [8]) Alc. 571. — [9]) Ibid. 573. — [10]) Hipp. 1399. — [11]) Iph. Aul. 549 etc., Valcken. ad Phoen. 120. — [12]) Bacchyl. V 39. — [13]) Ibid. XI 26. — [14]) Ut Nub. 986. — [15]) Nub. 1007. — [16]) De quibus vid. Vesp. 333. — [17]) Ach. 175—199. — [18]) Vid. mox vs. 1388. — [19]) Vesp. 711. — [20]) Fr. 413. — [21]) Ach. 677 sq.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγώ;

ἀλλ', ὦ μέλ', οὐκ οἶσθ' οἷος ἦσθ' αὐτὸς πάρος,
οὐδ' οἷ' ἔδρας· ἐμὲ γὰρ νομίζοις ἂν θεόν.

ΔΗΜΟΣ.

τί δ' ἔδρων πρὸ τοῦ, κάτειπε, καὶ ποῖός τις ἦ;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

πρῶτον μέν, ὁπότ' εἴποι τις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ·
„ὦ Δῆμ', ἐραστής εἰμι σὸς φιλῶ τέ σε
„καὶ κήδομαί σου καὶ προβουλεύω μόνος,"
τούτοις ὁπότε χρήσαιτό τις προοιμίοις,
ἀνωρτάλιζες καὶ ἐκερουτίας.

ΔΗΜΟΣ.

ἐγώ;

1336. ἐγώ;] Bergk ἰού vel νέον, quod vix potuit dici pro καταστήσας νέον. Alii alia, Demo totum versum tribuentes; sed servandam esse vulgatam docet pronominum ἐγώ et αὐτός oppositio et verbum δρᾶν repetitum, *ironice* autem dictum esse „ἐγώ;" iure statuit Zacher.

1339. Sic R, cett. κάτειπέ μοι πρὸ τοῦ, qua lectione recepta Aldina dein omittit καί (cf. vs. 1324). || ἦ] ἦν V et plerique.

1341. εἰμι] τ' εἰμι V R P.

1343. τις] τοῖς Lenting.

1336—1338. ἐγώ; κτέ.] *itane vero? virum me dicis?* Magnum sane hoc videtur, nam antehac οὐκ ἐνομιζόμην ἐν ἀνδράσιν [1]); attamen ne sic quidem pro meritis me laudas. Quem deum diceres, si satis haberes perspectum quantum sis mutatus ab illo. — Versui 1337 similia dicit Dicaeopolis de Euripide: οὔπω μὰ Δί' οἶσθ' οἷ' αὐτὸς ἐργάζει κακά [2]).

1337. πάρος] adverbium a dictione pedestri alienum redit Vesp. 1536.

1340—1345. Simillima dicuntur in Acharnensium fabulae parabasi [3]), ibi autem de legatis, hic de demagogis.

1341. ἐραστής εἰμι σός] vid. ad vs. 732.

1344. ἀνωρτάλιζες καὶ ἐκερουτίας] *lasciviebas et cornua sumebas* [4]), aviculas hoedosque imitatus. Prius verbum idem valet quod πτερυγίζειν [5]) vel πτερύττεσθαι [6]), cf. etiam ἀναπτεροῦσθαι [7]) et πεποτῆσθαι [8]); ductum enim est ab eadem stirpe cum voce ὀρταλίχῳ *pullo* [9]), proprie igitur dictum indicat aves tenellas volitandi tentamina facientes. Alterum verbum significat "κερούτην *agere*"; voce autem κερούτῃ, quae non iam extat, designari debuit aliquando hoedus taurusve cornu petens [10]), ut desiderativum κερουτιᾶν [11]) inde posset deduci; e stirpibus autem verborum κέρας et οὐτᾶν est com-

[1]) Vid. vs. 179 et ad Nub. 823. — [2]) Ach. 461. — [3]) Ach. 636—640. — [4]) Ovid. Art. Amat. I 239 (Hor. Carm. III 21,18 Ovid. Amor. III 11,6). — [5]) Plut. 575, cf. supra ad vs. 830. — [6]) Diphil. fr. 61[6]. — [7]) Av. 434 Herodot. II 115 etc. — [8]) Nub. 319. — [9]) Ach. 871 Aesch. Agam. 54 Theocrit. XIII 12. — [10]) κερασβόλος Plat. Leg. IX 853 *d*; Plutarchi hac de voce nugas sciens omitto. — [11]) Vid. ad Nub. 183.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

εἶτ' ⟨ἐξαπατήσας σ' ἀντὶ τούτων⟩ ᾤχετο.

ΔΗΜΟΣ.

τί φῄς;

ταυτί μ' ἔδρων, ἐγὼ δὲ τοῦτ' οὐκ ᾐσθόμην;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τὰ γὰρ ὦτά σου, νὴ τὸν Δί', ἐξεπετάννυτο
ὥσπερ σκιάδειον καὶ πάλιν ξυνήγετο.

ΔΗΜΟΣ.

οὕτως ἀνόητος ἐγεγενήμην καὶ γέρων;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καί, νὴ Δί', εἴ γε δύο λεγοίτην ῥήτορε,
ὁ μὲν ποιεῖσθαι ναῦς μακράς, ὁ δ' ἕτερος αὖ
καταμισθοφορῆσαι τοῦθ', ὁ τὸν μισθὸν λέγων

1346. *ταυτί*] *τοιαῦτα* B Ald. || *τοῦτ'*] om. B Ald.; equidem malim **πῶς*. || *ᾐσθόμην* B Ald.] *ᾔδειν* cett., in quibus verba *τί φῄς κτέ.* unum versum efficiunt, quem delebat vVelsen utpote versus 1349 paraphrasin, Reiske haud improbabiliter rescribebat *τί φῄς; τοιαῦτ' ἔδρων μ', ἐγὼ δ' οὐκ ᾐσθόμην;* alii aliter.

1347. *τὰ γὰρ ὦτά σου νὴ τὸν* Meineke] *τὰ δ' ὦτα γάρ* (*γ' ἂν* R) *σου νὴ* codd., *τὰ δ' ὦτά σου νὴ τὸν* Cobet, *τὰ δ' ὦτ' ἄγαν* (?) *σου νὴ* Kock.

1350. *Δί' εἴ γε* Porson] *Δί' εἰ* V, *Δία γ' εἰ* codd. cett., metro invito; Reisig *Δί' εἰ δύο γε*.

1352. *τοῦθ'* A] *τοῦτο* ϑ' (i. e. *τοῦτο*) pauci, *τοῦτων* R, *τοῦτον* V alii, unde *-ρεῖν, τούτοιν* coniecit Elmsley, *-ρῆσαι τῶνδ'* Kock (sed pronomini *ὅδε* non est locus).

---

posita. Exspectabatur igitur *κερουτήτης* et *κερουτητιᾶν*.

1345. *Et mox e concione abibat te pro istiusmodi verbis defraudato.* Vox *ἀντὶ τούτων* significat pretium, quo homini fallaci constitit fraus, qua credulum senem decepit. Si modo verba tibi darentur, o Deme, a quolibet nebulone decipi te patiebaris.

1346. Simillima Philocleonis resipiscentis sunt verba: *ταυτί με ποιοῦσ'; οἴμοι, τί λέγεις;* [1]). — Ut nostro loco, sic Nub. 235 extra versus numeros positum est *τί φῄς;*

1347 sq. *Nimirum aures tuas modo ut umbraculum pandebas* [2]), — si laudes et blandimenta insusurrarentur, — *modo contrahebas* [3]), — si quis vera tibi diceret sed ingrata. Non mirum igitur est quod te latebant istorum hominum fraudes et scelera [4]).

1351. *ποιεῖσθαι*] *sibi parare.* — Idem consilium civibus in Daetalensium fabula dederat nescio quis: *εἰς τὰς τριήρεις δεῖν ἀναλοῦν ταῦτα καὶ τὰ τείχη,* | *εἰς οἷ' ἀνάλουν οἱ πρὸ τοῦ τὰ χρήματα* [5]).

1352. *καταμισθοφορῆσαι τοῦτο*] *illam pecuniam mercedibus diurnis* (iudicum)

---

[1]) Vesp. 696. — [2]) *Distendebas* Ovid. Art. Am. II 209. — [3]) Verbum *ξυνάγειν contrahendi* sensu usurpatum est etiam Nub. 582 Plut. 756 et de ipsis (canum) auribus Xen. de Venat. III 5. — [4]) Cf. vs. 720. — [5]) Fr. 220.

τὸν τὰς τριήρεις παραδραμὼν ἂν ᾤχετο.

(Recedit Demus pudoris manifesta edens signa.)

οὗτος, τί κύπτεις; οὐχὶ κατὰ χώραν μενεῖς;

ΔΗΜΟΣ.

αἰσχύνομαί τοι ταῖς πρότερον ἁμαρτίαις.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀλλ' οὐ σὺ τούτων αἴτιος, μὴ φροντίσῃς,
ἀλλ' οἵ σε ταῦτ' ἐξηπάτων. νυνδὶ φράσον·
ἐάν τις εἴπῃ βωμολόχος ξυνήγορος·
„οὐκ ἔστιν ὑμῖν τοῖς δικασταῖς ἄλφιτα,
„εἰ μὴ καταγνώσεσθε ταύτην τὴν δίκην“,
τοῦτον τί δράσεις, εἰπέ, τὸν ξυνήγορον;

ΔΗΜΟΣ.

ἄρας μετέωρον εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλῶ,

1353. ἂν] om. R.
1357. νυνδὶ Seidler] νῦν δὲ codd., νῦν δὴ Brunck, νῦν δ' αὖ Elmsley (νῦν αὖ Lenting). Vid. Eustath. 45,6 et ad Ran. 965.

absumere [1]). Pronomen τοῦτο liberiore verborum structura nunc, ut vs. 572, est adhibitum, quae nulli tamen obscura esse potest.

1353. παραδραμὼν] cf. vs. 56.

1354. οὗτος] vid. ad Vesp. 1.

— τί κύπτεις;] cf. Socratis verba ad senem meditaculum intrare reformidantem: χώρει· τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν; [2]).

— κατὰ χώραν] vid. ad Ran. 793.

1355. Cf. Plut. 774: αἰσχύνομαι δὲ τὰς ἐμαυτοῦ ξυμφοράς, — ubi verbo adiunctus est accusativus, utrumque enim recte dicitur. Praeterea vid. Eur. Herc. 1160: αἰσχύνομαι γὰρ τοῖς δεδραμένοις κακοῖς, Heracl. 541 sq.: οὐδ' αἰσχύνομαι | τοῖς σοῖς λόγοισι, τῇ τύχῃ δ' ἀλγύνομαι.

1356. μὴ φροντίσῃς] *hac de re sollicitus ne sis* [3]); vid. ad Ran. 493.

1357. νυνδὶ] vid. ad Ran. 965.

1358. βωμολόχος] vid. ad Ran. 358.

— ξυνήγορος] vid. ad Ach. 685.

1359 sq. De re vid. ad Vesp. 303 sq., et de usu vocis ἀλφίτων ad Nub. 176. Consimilia autem ad iudices dicuntur apud Lysiam: πολλάκις ἠκούσατε τούτων λεγόντων, ὁπότε βούλοιντό τινα ἀδίκως ἀπολέσαι, ὅτι εἰ μὴ καταψηφιεῖσθε ὧν αὐτοὶ κελεύουσιν, ἐπιλείψει ὑμᾶς ἡ μισθοφορά [4]).

1360. καταγνώσεσθε ... τὴν δίκην] *reum damnabitis* [5]).

1361. ξυνήγορον] vid. ad Ach. 685.

1362 sq. Similis est iocus Ran. 1437 sq.: εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίᾳ | αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα [6]). Prae-

[1]) Vid. vs. 807 et de κατα- praepositionis usu in hoc aliisque compositis ad Nub. 857. — [2]) Nub. 509. — [3]) Item Vesp. 228 Lys. 915 Alex. fr. 124[3] etc. — [4]) Lys. XXVII § 1. — [5]) Item Antiphont. VI § 3 Demosth. XXX § 32. — [6]) Qui tamen corrupti sunt versus et ab illo loco alieni.

ἐκ τοῦ λάρυγγος ἐκκρεμάσας Ὑπέρβολον.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τουτὶ μὲν ὀρθῶς καὶ φρονίμως ἤδη λέγεις·
τὰ δ' ἄλλα, φέρ' ἴδω, πῶς πολιτεύσει; φράσον.

ΔΗΜΟΣ.

πρῶτον μέν, ὁπόσοι ναῦς ἐλαύνουσιν μακράς,
καταγομένοις τὸν μισθὸν ἀποδώσω ἐντελῆ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

πολλοῖς γ' ὑπολίσφοις πυγιδίοισιν ἐχαρίσω.

ΔΗΜΟΣ.

ἐπειθ' ὁπλίτης ἐντεθεὶς ἐν καταλόγῳ

1363. ἐκκρεμάσας] κρεμάσας V.
1365. Interrogandi signum scripsit Blaydes; cf. vs. 119.
1368. ὑπολίσφοις Brunck coll. Moeride s. v. λίσφους] -σποις codd.; cf. Ran. 826.
1369. ὁπλίτης V] ὁ πολίτης R ceterique. || ἐντεθεὶς] ἐντιθεὶς V alii.

terea cf. Ach. 564 sq.: εἰ θενεῖς τὸν ἄνδρα τοῦτον, αὐτὸς ἀρθήσει τάχα, Antiphan. fr. 195: τοιουτοσί τίς εἰμι, ... φέρειν τιν' ἄρας ἄνεμος, et Homericum ἢ πρὸς γῆν ἐλάσειε κάρη ἀμφουδὶς ἀείρας [1]). Alio igitur sensu participium ἄρας h. l. est usurpatum quam vs. 1130 [2]). De verbis εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλῶ vid. ad Ran. 574, de Hyperbolo supra vs. 1315 et saepius et ad Nub. 1065 Vesp. 1007.

1367. καταγομένοις] *in urbem reducibus, recentibus ab expeditione.*

— ἀποδώσω ἐντελῆ] *integrum persolvam.* De verbo vid. ad Ran. 1235 et de re supra ad vs. 1078 sq.

1368. ὑπολίσφοις] *attritis*; vid. ad vs. 784. Simplex λίσφος *laevis* legitur Ran. 826; cf. λεῖος, λισσός et saxorum epitheta poetica λίς, λισσάς.

— ἐχαρίσω] cf. Ach. 437 Eccl. 1045.

1369—1371. Album armatorum in foro publice propositum erat [3]). In qua recensione cives ordinabantur secundum tribus suas et annos quibus nati erant, ἐγίγνετο δὲ ἡ στρατεία ἐκ καταλόγου [4]). Singulas igitur in expeditiones designabantur milites certorum annorum: ὅταν ἡλικίαν ἐκπέμπωσι, προγράφουσιν ἀπὸ τίνος ἄρχοντος καὶ ἐπωνύμου μέχρι τίνων δεῖ στρατεύεσθαι, erant autem ἡλικίαι [5]) XLII, quarum primam efficiebant ephebi recens inscripti annorum duodeviginti, ultimam cives annum aetatis undesexagesimum agentes [6]). Nunquam autem civis ἐκ τῆς πόλεως ἐστρατεύσατο πλεῖν ἢ τετταράκοντα ἔτη γεγονώς [7]). Sed fieri potuit ut sive iure sive iniuria contenderet quispiam nomen suum in alienum albi locum aberrasse; et delectus cum esset habendus, interdum fuisse qui malis artibus efficere studeret ut ipsius nomen a tribus taxiarcho transscribe-

[1]) ρ 237. — [2]) Sed concinit Antiphan. fr. 195[5], item Menandr. 451. — [3]) Lys. XV § 5. — [4]) Thucyd. VI 31 § 3, 43 § 2 VII 16 § 1, 20 § 2 Xen. Memor. III 4 § 1 [Arist.] Rep. Ath. 26 § 1 etc.; cf. verbum καταλέγειν Ach. 1065 Lys. 394, καταλόγους ποιεῖσθαι Thuc. VI 26 § 2. — [5]) *Lichtingen.* — [6]) Vid. [Aristot.] Rep. Ath. 53 § 4—7, Demosth. Olynth. III § 4 etc. — [7]) Antiphont. VI § 46.

οὐδεὶς κατὰ σπουδὰς μετεγγραφήσεται,
ἀλλ' οὗπερ ἦν τὸ πρῶτον ἐγγεγράψεται.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τοῦτ' ἔδακε τὸν πόρπακα τοῦ Κλεωνύμου.

ΔΗΜΟΣ.

οὐδ' † ἀγοράσει τ' † ἀγένειος οὐδεὶς ἐν ἀγορᾷ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ποῦ δῆτα Κλεισθένης ἀγοράσει καὶ Στράτων;

1371. *οὗπερ* Blaydes] *ὅσπερ* V R, *ὥσπερ* plerique.

1373. *ἀγοράσει τ'*] sic R, in ceteris codd. est *γ'* vel *δ'*. Particulam in *ἔτ'* mutabat Lenting (cf. vs. 667), delebat Dindorf. Equidem vitii aperti hoc vestigium delere aut mutare nolui, dubitans an futurum aliquod in *-τ'(αι)* desinens dederit poeta. Nam ipsum verbum *ἀγοράσει* errori deberi arbitror, e sequenti autem versu huc esse invectum. Recte haberet e. g. **δείξει δ' ἀγένειος αὑτὸν οὐδεὶς ἐν ἀγορᾷ* vel **οὐδ' εἰς ἀγορὰν εἴσεισ' ἀγένειος οὐδὲ εἷς*. Quod autem Lenting statuit multisque persuasit, duplici sensu *concionandi* et *mercandi* h. l. usurpatum esse verbum *ἀγοράσαι*, id de nihilo est fictum; neque enim in foro habebantur conciones, neque concionandi sensum huic verbo tribuebant Graeci (vid. ad vs. 410 Ach. 21 Nub. 1056 sq.). || *οὐδεὶς ἐν ἀγορᾷ* Ald.] *ἐν τ' ἀγορᾷ οὐδεὶς* R, *οὐδεὶς ἐν τ' ἀγορᾷ* codd. ceteri. GHermann *οὐδ' ἐν τἀγορᾷ*, Kock *ἐν τἀγορᾷ τ' ἀγένειος οὐδεὶς ἀγοράσει*, quod iure suo improbat Sobolewski Praep. p. 2; vVelsen pro *ἀγορᾷ* coniecit *πόλει*, infelicissime, in *arce* enim quid *mercari* poterat quispiam?

---

retur in *ἡλικίαν* aliquam quae expeditionis particeps non esset futura, facile nobis fingimus. Cuiusmodi fraudem nuper deprensam esse testatur chorus in Pace, Cleonymum ceterosque taxiarchos [1]) perinde atque nostro loco vellicans: *ἡνίκ' ἂν δ' οἴκοι γένωνται, δρῶσιν οὐκ ἀνασχετά, | τοὺς μὲν ἐγγράφοντες ἡμῶν, τοὺς δ' ἄνω τε καὶ κάτω | ἐξαλείφοντες δὶς ἢ τρίς* [2]). Et hanc potissimum ob causam, opinor, postea non *εἰς λελευκωμένα γραμματεῖα*, in quibus nomina delere et rescribere facillimum erat, sed *εἰς στήλην χαλκῆν ἐνεγράφοντο* nomina epheborum [3]). *Ἀστρατείας* autem *γραφή* [4]) erat in eum cuius rationem non habuisset taxiarchus in delectu habendo [5]). Fabulam *Ἀστρατεύτους* scripsit Eupolis.

1371. *ἐγγεγράψεται*] *inscriptus manebit.* Cf. *τεθνήξεις* Nub. 1436.

1372. *Istud decretum momordit Cleonymi*... addendum erat „*τὴν καρδίαν*" [6]): dolore hoc affecit Cleonymum taxiarchum [7]). Sed praeter expectatum subiungitur *τὸν πόρπακα* [8]).

1373. Verborum, quae corrupta ad nos venerunt [9]), sensus esse debet: *neque imberbis in foro versabitur cerneturve ullus.* Qua de re vid. ad Nub. 991.

1374. *At imberbibus si forum posthac vitandum erit, unde Clisthenes ille et Strato opsonia sua habebunt?* Nimirum

---

[1]) Vid. ad Nub. 353. — [2]) Pac. 1180 sq.; cf. etiam Lys. XVI § 7. — [3]) Vid. Rep. Ath. l. l. — [4]) Cf. vs. 443. — [5]) Lys. XIV § 7 XV § 5, cf. Poll. VIII § 15. — [6]) Ut Ach. 1 etc.; vid. ad Ran. 43. — [7]) Vid. ad Nub. 353. — [8]) Vid ad vs. 849. — [9]) Vid. annot. critica.

ΔΗΜΟΣ.

τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω, τἀν τῷ μύρῳ,
ἃ τοιαδὶ στωμύλλεται καθήμενα·
„σοφός γ' ὁ Φαίαξ, δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέθανεν.

1375—1380. Demo tribuit Brunck; in codd. continuantur Isiciario.

1375. *τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω*] *ὅπου τὰ μειράκια, λέγω* (*ibi ubi pueri mercantur*) Meineke, ioco non agnito.

1376. *τοιαδὶ στωμύλλεται* vVelsen] *στωμυλεῖται τοιαδὶ* codd.; futurum hinc esse alienum observavit Kock.

1377. *γ'*] *τ'* V. || *ἀπέθανεν*] **ἀπέτυχεν*? Codd. pauci *ἐμάνθανε* (om. *τ' οὐκ*), unde Dindorf *τε κατέμαθεν* (sed praepositio *κατα-* hinc aliena est). Blaydes et alia coniecit et *δεξιός τε μανθάνειν* vel *μανθάνειν τὰ δεξιά* (coll. Ran. 1114). — Etiam Thuc. VII 30 § 2 *ἀπέθανον* verbum vitio manifesto debetur.

molles hi homines *τῶν ἀωρολείων* erant quos dixit Cratinus [1]), et pueritiae annos licet egressi essent, *λεῖοι* tamen etiamtum *ὥσπερ ἐγχέλεις* [2]) ambulabant barba feminibusque subvulsis [3]); quapropter etiam in Holcasi fabula *παῖδας ἀγενείους* eos dixit noster [4]).

1375 sq. *Istos nihil moror, sed veros dico pueros; quos frequentes hodie inter unguentariorum tabernas videas desidentes, ubi garriendo diem terunt.* Cf. invalidi ad iudices verba: *ἕκαστος ὑμῶν εἴθισται προσφοιτᾶν ὁ μὲν πρὸς μυροπωλεῖον, ὁ δὲ πρὸς κουρεῖον, ὁ δὲ πρὸς σκυτοτομεῖον, ὁ δὲ ὅποι ἂν τύχῃ, καὶ πλεῖστοι μὲν ὡς τοὺς ἐγγυτάτω τῆς ἀγορᾶς κατεσκευασμένους, ἐλάχιστοι δὲ ὡς τοὺς πλεῖστον ἀπέχοντας αὐτῆς* [5]). Voce *τῷ μύρῳ* fori pars ubi unguenta venibant indicatur [6]). De verbo *στωμύλλειν* autem vel *στωμύλλεσθαι* vid. ad Ran. 92.

1377. *σοφός γε*] cf. Ran. 968: *Θηραμένης; σοφός γ' ἀνήρ* [7]).

— *Φαίαξ*] *Phaeacem* Erasistrati filium [8]) nobili loco natum, de quo iuvenes iam in tonstrinis garrire ait senex, sophistarum discipulum eximium fuisse intellegimus, et in ornato dicendi genere, cuius auctor nuper extiterat Gorgias, plurimum valuisse. Quamquam Eupolidi, ut nostro, *λαλεῖν ἄριστος ἀδυνατώτατος λέγειν* videbatur [9]). Remp. factitare nuper occeperat, et biennio post Equitum fabulam scenae commissam, cum Cleon in Thraciam proficisceretur, Phaeax cum navibus duabus in Italiam et Siciliam missus est legatus; ubi nihil tamen effecit quod operae esset pretium [10]). Anno autem 417, cum in eo esset ut aut Nicias pacis fautor aut Alcibiades Lacedaemoniorum adversarius acerrimus ostracismo pelleretur, hi viri societate inter se inita callida fraude effecerunt ut in populi ducem Hyperbolum converteretur testarum illud suffragium [11]), Phaeacis praesertim sodalicio adiuti [12]). Quo tempore a Phaeace habita esse fingitur oratio in Alcibiadem, quarto fortasse saeculo in rhetorum scholis elucubrata, quae Andocidis nomine nescio quo errore cir-

[1]) Cratin. fr. 10. — [2]) Eupol. fr. 338 Aristoph. 218. — [3]) Gell. VI 12 § 5. — [4]) Fr. 407; praeterea vid. Ach. 117—122 Ran. 422 sqq. et ad Ran. 48. — [5]) Lys. XXIV § 20. — [6]) Item Pherecrat. fr. 2 Polyzel. 11; vid. supra vs. 254 et ad Nub. 1065 Ran. 1068. — [7]) Vid. etiam Nub. 1378 Ran. 776. — [8]) Thucyd. V 4 § 1. — [9]) Eupol. fr. 95. — [10]) Thucyd. V 4 sq. — [11]) Vid. ad Vesp. 1007. — [12]) Teste Theophrasto apud Plut. Nic. 11; cf. Alcib. 13.

„ξυνερτικὸς γάρ ἐστι καὶ περαντικὸς
„καὶ γνωμοτυπικὸς καὶ σαφὴς καὶ κρουστικὸς
„καταληπτικός τ' ἄριστα τοῦ θορυβητικοῦ.“

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὔκουν καταδακτυλικὸς σὺ τοῦ λαλητικοῦ;

ΔΗΜΟΣ.

μὰ Δί', ἀλλ' ἀναγκάσω κυνηγετεῖν ἐγὼ

1378. ξυνερτικὸς] συνερκτικὸς codd.; correxit Dindorf e scholio.
1379. γνωμοτυπικὸς] γλωττοτυπικὸς Meineke. || σαφὴς] ἀναφὴς GHermann, συναφὴς Meineke, σοφιστοκρουστικὸς Kock ingeniose, solis adiectivis in -ικός hic locum esse non sine causa contendens.
1381. Isiciario dedit Brunck, in codd. est Chori.
1382. κυνηγετεῖν] κυναγχεῖν GHermann admodum infeliciter.

cumfertur hodie [1]). Praeterea de Phaeace nihil habemus compertum, nisi quod praetura aliquando functum esse apparet [2]) et legationes complures obiisse dicitur in spuria, quam modo commemoravimus, oratione. Apud Eupolidem eius nomen etiam alibi occurrit [3]).

— δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέθανεν] haec si sana sunt, rem nobis ignotam spectant. Sed durissima est verborum structura quaeque coll. Av. 139—141 non satis defendatur, verum autem iudicium vitaeque discrimen respici [4]) vix credibile duco, sed e versu 1383 efficio *psephisma* aliquod Phaeacem pertulisse nuper [5]).

1378—1380. Similes laudes iuvenis e sophistarum scholis recentis leguntur in Nubibus [6]). Est autem ξυνερτικὸς is qui argumenta apte *conserit* [7]), περαντικὸς qui *argumentationem* eo quo tendebat *deductam concludit* [8]), id quod perhibuit demonstrans; γνωμοτυπικὸς vocatur orator *fertilis inventionis* [9]), σαφὴς qui *perspicue* dicit, κρουστικὸς qui adversarium invictis quae quidem videantur argumentis *percellit* [10]), καταληπτικὸς denique τοῦ θορυβητικοῦ est qui veloci ingenio *arripit quod plausum captet* [11]). — Quippe adiectivorum in -ικός desinentium, qui terminus in prisca lingua vix frequentior erat quam suffixum -τέος, feracissimae fuere scholae sophistarum et disquisitiones philosophicae. Quapropter apud Platonem frequentia sunt, neque Thucydides Xenophon alii ea sunt aspernati. Simillimo ioco ὑποκορισμοῦ abusum risit noster in Babyloniis; nam σκώπτοντα eum voces χρυσιδάριον ἱματιδάριον λοιδορημάτιον νοσημάτιον illic adhibuisse docet Aristoteles [12]). Sic in lingua latina sero demum propullularunt adiectiva in *-ulus*, *-bilis*, alia eiusmodi.

1381. *Quin tu loquaculum iuvenculum subagitas* [13])?

1382 sq. *Immo rusticari turbam illam imberbem iubebo missis rebus publicis.* In

[1]) Andocid. Or. IV. Cuius orationis cf. praesertim § 2 et 41, de commenticio autem hoc opere vid. Plut. Alcib. 13 et e recentioribus (qui post alios hanc quaestionem pertractavit) Blass Att. Beredsamkeit I² p. 332—339. — [2]) Diog. Laert. II 63. — [3]) In fr. 7; vid. Bergk Reliq. Com. Att. p. 337 sq. — [4]) Quod putat Zacher: „*er ist auf schlaue weise der ihm drohenden todesstrafe entgangen*“. — [5]) Vid. annot. crit. — [6]) Nub. 1172—1176. — [7]) ξυνείρει. — [8]) περαίνει, Posidipp. fr. 14 etc. — [9]) Vid. Ran. 877. — [10]) Vid. vs. 859 et Nub. 318. — [11]) Cf. supra vs. 547, 666 Eccl. 431 Aristot. Rhetor. I 2 § 10 II 23 § 30. — [12]) Rhetor. III 2 (Aristoph. fr. 90). — [13]) περαίνεις.

τούτους ἅπαντας, παυσαμένους ψηφισμάτων.
(Sellam seni affert puer.)

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἔχε νυν ἐπὶ τούτοις τουτονὶ τὸν ὀκλαδίαν,
καὶ παῖδ' ἐνόρχην, ὅσπερ οἴσει τόνδε σοι·
κἤν που δοκῇ σοι, τοῦτον ὀκλαδίαν ποίει.

ΔΗΜΟΣ.

μακάριος εἰς τἀρχαῖα δὴ καθίσταμαι.

1386. *κἤν*] *κἂν* codd.
1387. *τἀρχαῖα δὴ*] *τἀρχαῖον αὖ* Blaydes coll. Nub. 593.

---

silvis lepores venentur, ne lepores in verbis! Nempe pax nunc instat et rus rediturus est Demus, ubi degere solebat olim [1]). „*Pauperiorum civium filios arare et mercari iubebant proavi nostri*", Isocrates ait, „*ditiorum περὶ τὴν ἱππικὴν καὶ τὰ γυμνάσια καὶ τὰ κυνηγέσια καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἠνάγκασαν διατρίβειν* [2])." Nam *τῶν νεωτέρων ἡ ἡδονὴ μόνη αὕτη πλεῖστα ἀγαθὰ παρασκευάζει· σώφρονάς τε γὰρ ποιεῖ καὶ δικαίους κτέ.* [3]). In simili argumentatione a Teleclide adhibita sunt verba *εὐχροεῖν ὀρνιθοθηρᾶν σωφρονεῖν*, quae ex eius Prytanesi fabula sunt servata; Themistocleae enim aetatis laudes illa fabula habebat [4]).

1383. *ψηφισμάτων*] cf. Nub. 1429 Lys. 703 sq.

1384. Simillima sunt Mercurii ad Trygaeum verba: *ἴθι νυν ἐπὶ τούτοις τὴν Ὀπώραν λάμβανε | γυναῖκα σαυτῷ τήνδε* [5]). De imperativo *ἔχε* vid. ad vs. 51.

— *ὀκλαδίαν*] vox, quae inter verba obsoleta affertur a Luciano [6]), ducta est a verbo *ὀκλάσαι* [7]), i. e. *ὀκλὰξ καθῆσθαι* [8]), *ingeniculare se, genibus flexis considere*; significat autem sellam humilem et plicatilem. Qualis in Minervae Poliadis sanctissimo delubro asservabatur inter *ἀναθήματα*, Daedali opus [9]). Quod autem Heraclides Ponticus dicit, priscis Atheniensibus praeter capillorum nodos artificiose comtos vestesque demissas et ornatas id quoque proprium fuisse ut pueros secum ducerent *ὀκλαδίας δίφρους φέροντας, ἵνα μὴ καθίζοιεν ὡς ἔτυχεν* [10]), id nisi e nostro loco fluxit, ita est accipiendum, olim cives, cum veste picta et ad talos defluenti in festum coetum procedebant, — neque enim cuiuslibet hominis neque cuiuslibet diei erat ille ornatus, — sedile sibi afferri iussisse, quoniam liberiorem artuum inflexionem praelongus ille chiton non admittebat.

1385. *παῖδ' ἐνόρχην*] cf. Herodot. VI 32. Iocose additur adiectivum de *hostiis* — quae *ἐντελεῖς* esse debebant — usurpari solitum [11]). *Πλακοῦντα ἐνόρχην* ridicule commemorat Plato comicus [12]).

1387. Cf. Nub. 594.

---

[1]) Cf. vs. 1394 sq. — [2]) Isocr. VII § 44 sq. — [3]) Xen. de Venat. XII § 7. Idem I § 18: *ἐγὼ μὲν οὖν παραινῶ τοῖς νέοις μὴ καταφρονεῖν κυνηγεσίων μηδὲ τῆς ἄλλης παιδείας· ἐκ τούτων γὰρ γίγνονται εἴς τε τὸν πόλεμον ἀγαθοὶ εἴς τε τὰ ἄλλα, ἐξ ὧν ἀνάγκη καλῶς νοεῖν καὶ λέγειν καὶ πράττειν.* — [4]) Vid. supra ad vs. 814. — [5]) Pac. 706. — [6]) Luc. XXXIV § 6. — [7]) Soph. Oed. C. 176. — [8]) Pherecrat. fr. 75. — [9]) Pausan. I 27 § 1. — [10]) Athen. 512c = Ael. Var. Hist. IV 22. — [11]) Av. 569. Cf. Lys. 661. — [12]) Plat. fr. 174[8].

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

φήσεις γ', ἐπειδὰν τὰς τριακοντούτιδας
σπονδὰς παραδῶ σοι. δεῦρ' ἴθ' αἱ σπονδαὶ ταχύ.

(Affertur lagena vini.)

ΔΗΜΟΣ.

ὦ Ζεῦ πολυτίμηθ', ὡς καλαί! πρὸς τῶν θεῶν,
ἔξεστιν αὐτῶν κατατριακοντουτίσαι;

(Lagenam seni praebet isiciarius.)

πῶς ἔλαβες αὐτὰς ἐτεόν;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐ γὰρ ὁ Παφλαγὼν
ἀπέκρυπτε ταύτας ἔνδον, ἵνα σὺ μὴ λάβοις;
νῦν οὖν ἐγώ σοι παραδίδωμ' εἰς τοὺς ἀγροὺς
αὐτὰς ἰέναι λαβόντα.

ΔΗΜΟΣ.

τὸν δὲ Παφλαγόνα,

1388. γ'] δ' R, γὰρ V[1].
1392. ἔλαβες αὐτὰς Bentley] ἔλαβε(ς) ταύτας codd. || οὐ] εὖ Naber.
1393. ἀπέκρυπτε ταύτας] -τεν αὐτὰς Hirschig. || λάβοις Brunck] λάβῃς codd.

1388. φήσεις γ', ἐπειδὰν κτέ.] item Pac. 916 et 1351 [1]).
— τὰς τριακοντούτιδας | σπονδάς] ut vs. 1332, ubi vid., sic h. l. spectatoribus in mentem revocatur Acharnensium fabula proximo anno plausu excepta. Foedus tricennale civibus et tunc suadebat noster [2]) et nunc suadet.
1390. πολυτίμητε] vid. ad Ran. 337.
1391. *Licetne in eas impetum facere?* Verbum κατατριακοντουτίσαι iocose fictum [3]) quid in hoc contextu sibi velit nemo non intellegit; loquitur enim senex de σπονδαῖς ut de formosis mulieribus, commentarii autem instar sunt Pac. 711 et Av. 1256 [4]). Qualibus tamen locis collatis non recte, ni fallor, statueris, revera sub specie puellarum prodire nunc τὰς σπονδάς [5]), quod perhibent scholia. — Subsimili ioco verbum τριάζειν, quod *ter in certamine vincere* significat, comicus nescio quis ita adhibuit ut ἀποτριάξαι valeret τρεῖς πληγὰς δοῦναι [6]).
1392. ἐτεόν] vid. ad Vesp. 8.
— οὐ γὰρ ...;] cf. Vesp. 682.
1393. Ut in proximis versibus comicus breviter indicavit argumentum quo in Acharnensium fabula lepide fuerat usus, sic ex hoc versu triennio post procrevit nova fabula: Pacem dico maligne absconditam, ne potiri ea possint cives [7]). Sic nostrae fabulae praenuncius fuerat Acharnensium versus 301.
1394. εἰς τοὺς ἀγρούς] vid. vs. 805.

---

[1]) Vid. praeterea ad Nub. 154. — [2]) Ach. 194 sqq. — [3]) Ut καταγιγαρτίσαι Ach. 275. — [4]) Praeterea vid. ad Ach. 994. — [5]) Quemadmodum alibi noster Εἰρήνην, Ὀπώραν, Θεωρίαν, Βασιλείαν exhibuit. — [6]) Fr. adesp. 948. — [7]) Vid. etiam supra ad vs. 511.

ὃς ταῦτ᾽ ἔδρασεν, εἴφ᾽ ὅ τι ποιήσεις κακόν.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐδὲν μέγ᾽, ἀλλ᾽ ἢ τὴν ἐμὴν ἕξει τέχνην·
ἐπὶ ταῖς πύλαις ἀλλαντοπωλήσει μόνος,
τὰ κύνεια μιγνὺς τοῖς ὀνείοις πράγμασιν,
μεθύων τε ταῖς πόρναισι λοιδορήσεται,
καὶ ἐκ τῶν βαλανείων πίεται τὸ λούτριον.

ΔΗΜΟΣ.

εὖ γ᾽ ἐπενόησας οὗπέρ ἐστιν ἄξιος,
πόρναισι καὶ βαλανεῦσι διακεκραγέναι.
καί σ᾽ ἀντὶ τούτων εἰς τὸ πρυτανεῖον καλῶ
εἰς τὴν ἕδραν θ᾽ ἵν᾽ ἐκεῖνος ἦν ὁ φαρμακός.*
ἕπου δὲ ταυτηνὶ λαβὼν τὴν βατραχίδα.

(Splendidam vestem praebet Agoracrito.)

1398. μόνος] μόνον Reiske, μένων vVelsen; sed vid. commentarius.
1399. πράγμασιν] non intellego; vid. commentarius.
1401. λούτριον Elmsley] λοῦτρον codd., αὖ τὸ λοῦτρον πίεται Ald.
1405. ἦν] ᾖσθ᾽ male Meineke (coll. Ran. 778), nam simplex hoc non est dictionis comicae vel pedestris (Cratini fr. 142 hinc alienum).

1397. ἀλλ᾽ ἢ] vid. Ran. 928.

1398. ἐπὶ ταῖς πύλαις] illic enim merces suas venditare solebat isiciarius [1]. — μόνος] procul a foro institorumque tabernis inter plebis faeculam oberrans.

1399. Ne genuinos quidem botulos venditabit, sed turpi fraude usus et sacculo suo melius quam civium ilibus consulens ex iumentorum canumque cadaveribus minutal faciet. Hodie caro asinorum et equorum fumo praesertim siccata minime spernitur, sed veteribus vix magis placebat quam *canina,* quam etiamnunc pleraeque gentes abominantur. Nam iocatus est is qui ὀνείας ματτύας sive delicias nescio quas ex asinina paratas commemorabat apud Sophilum comicum [2]. Vox πράγμασιν si sana est, pro κρέασιν iocculariter nunc dictam esse statuamus necesse est [3]; sed qualis tandem hic sit iocus me fugit.

1400. ταῖς πόρναισι] dativi idem est usus Eccl. 248 Plut. 457.

1401. τὸ λούτριον] *aquam sordidam*; cf. fr. 306: μήτε ποδάνιπτρον θύραζ᾽ ἐκχεῖτε μήτε λούτριον [4]). Quam *bibere* ultimi sane opprobrii et teterrimae spurcitiae erat, siquidem vel ἀπολούεσθαι ἐν λουτρίῳ erat turpe [5].

1403. διακεκραγέναι] cf. vs. 781.

1404 sq. Paphlagonis loco isiciarius invitatur in Prytaneum, ubi in ipsa sede, quam iste obtinuit hactenus, collocabitur [6].

1405. ὁ φαρμακός] vid. ad Ran. 733.

1406. ἕπου] *in Prytaneum ad cenam me comitare.* — λαβὼν τὴν βατραχίδα] isiciarius ne

---

[1]) Vid. vs. 1247. — [2]) Sophil. fr. 4. — [3]) Cum Brunckio. — [4]) Vid. ad Ach. 616. — [5]) Lucian. XXXIV § 4. — [6]) Vid. ad vs. 280 sq.

καὶ ἐκεῖνον ἐκφερέτω τις ὡς ἐπὶ τὴν τέχνην,
ἵν' ἴδωσιν αὐτὸν οἷς ἐλωβᾶθ' οἱ ξένοι.

(Accurrunt servi, Paphlagonem manibus pedibusque comprehensum secum trahentes. Qui pristina veste isiciarii indutus huiusque supellectile onustus foras abripitur. Agoracritus autem nova veste ornatus Demum sequitur comitante choro.)

1408. οἷς] οὓς nonnulli.

In fine aliquot versus Chori (Coryphaei) excidisse statuit Bergk; Demi ultima verba mutila esse totumque adeo fabulae exitum periisse Kirchhoffii est opinio. Unus certe versus sufficiebat, qualis in exitu Nubium legitur; sed neque ille tetrameter necessarius erat ad fabulam explendam neque nostro loco desiderari quidquam censeo equidem. Motu et gestu et clamoribus, non verbis ultima transiguntur.

---

sordidam istam quam novimus vestem [1]) in publicum convivium inferat, nova splendidaque palla induitur, qualis regum tragicorum esse solebat, prisco igitur ornatu insigni, perinde atque ipse Demus [2]).

1407. ἐκφερέτω τις] *heus pueri, efferte ex aedibus* [3]). Paphlagonis fit ἐκφορά — qua voce *defunctorum funus* designari solet [4]). Nempe Paphlago ἀπόλωλεν οἴχετ' οὐδέν ἐστ' ἔτι. — Simillimum exitum habet Acharnensium fabula, ubi ἐκφέρεται Lamachus vulneratus, saltans autem et effrenae laetitiae indulgens abit victor Dicaeopolis comitante choro. Etiam Vespae Pax Aves — ut ceteras fabulas nunc mittam — clauduntur *pompâ.*

— ὡς ἐπὶ τὴν τέχνην] *et ita quidem ut claro appareat quamnam artem posthac sit exerciturus.* Ex his verbis apparet in fabulae exitu Paphlagonem spectatoribus ostendi mensula cultris botulis cetero isiciarii instrumento munitum atque onustum [5]).

1408. *Ut cernant eum socii, quos solebat vexare.* Verbo sonoro et poetico λωβᾶσθαι [6]), quod in comoedia nusquam alias reperitur, — nam λυμαίνεσθαι eo sensu dici solebat,— aptissime clauditur fabula. Hunc enim versum secum domum deferent spectatores, ut id quod de philosophis dicitur in fine Nubium: „deos isti contemnunt". Cleon maligne hactenus vexavit socios, quorum tributa auxit et vi coegit. Posthac autem cum urbem intrabunt illi, ἐπὶ ταῖς πύλαις eum cernent in coenum, unde malo omine emerserat, denuo detrusum.

---

[1]) Cf. vs. 488. — [2]) Cf. vs. 967 et Nub. 70. — [3]) Vid. ad Ach. 805. — [4]) Cf. verborum lusus inde ducti Plut. 1008 et in Lysiae loco qui apud Athenaeum 612*d* est servatus. — [5]) Qua de re quod dubitarunt recentiores, magnopere miror. Recte scholion: αἰρόμενος ἐκφέρεται ὁ Κλέων. — [6]) Hom. *A* 232 etc.

INDEX
RERUM ET NOMINUM
QUAE IN ANNOTATIONIBUS TANGUNTUR.

ADDENDA.

Ex iis quae addi possunt haec commemoratu digna videntur:

Ad vs. 274] particulae *καί* idem usus est Plut. 454: *γρύζειν δὲ καὶ τολμᾶτον;*

Ad vs. 537] eadem verborum structura est Eur. Andr. 624: *πρὸς τοῖσδε δ᾽ εἰς [illegible]φὸν οἷ᾽ ἐφύβρισας!*

Ad vs. 580] verbum *ἀποστλεγγίζεσθαι* legitur etiam Xen. Oecon. XI § 18, ubi omni suspicione vacat.

Ad vs. 729] prae ceteris conferendus erat Euripidis versus Or. 1628: (*huc ades*) *Ὀρέσθ᾽, ἵν᾽ εἰδῇς οὓς φέρων ἥκω λόγους.*

Ad vs. 1158] add. Eur. Heracl. 451: *οἶσθ᾽ ὅ μοι ξύμπραξον;*

Vitia typographica praeter levissima quaedam non deprehendi.

ARISTOPHANIS

PAX.

ARISTOPHANIS

PAX.

CUM PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

EDIDIT

J. VAN LEEUWEN J.F.

LITT. HUM. DR., IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA PROF. ORD.

LUGDUNI BATAVORUM

APUD A. W. SIJTHOFF

MDCCCCVI

1906

PIAE MEMORIAE
UXORIS MARGARETHAE
E GENTE LODEESEN
ULTIMAM HANC PARTEM OPERIS
QUOD FLORENTE EA INCEPTUM
LANGUENTE CONTINUATUM
MORTUA AD FINEM PERDUCTUM EST
SACRAM ESSE VOLUI.

„Tu pax es alma et tu quies".

PROLEGOMENA [1].

I.

„οἱ φιλόσοφοι ζητοῦσιν, ὡς ἀκήκοα,
περὶ τούτου τ' αὐτοῖς πολὺς ἀναλοῦται χρόνος,
τί ἐστι τἀγαθόν, κοὐδὲ εἷς ηὕρηκέ πω
τί ἐστιν. ἀρετὴν καὶ φρόνησίν φασι, καὶ
λέγουσι πάντα μᾶλλον ἢ τί τἀγαθόν.
ἐν ἀγρῷ διατρίβων τήν τε γῆν σκάπτων ἐγὼ
νῦν ηὗρον· εἰρήνη ἐστίν. ὦ Ζεῦ φίλτατε,
τῆς ἐπαφροδίτου καὶ φιλανθρώπου θεοῦ!
γάμους, ἑορτάς, συγγενεῖς, παῖδας, φίλους,
πλοῦτον, ὑγίειαν, σῖτον, οἶνον, ἡδονὴν
αὕτη δίδωσι. ταῦτα πάντ' ἢν ἐκλίπῃ,
τέθνηκε κοινῇ πᾶς ὁ τῶν ζώντων βίος." —

Melius quam his verbis, quae vitae rusticae studioso alicui homini tribuit Philemon comicus [2]), indicari non potest qualis mens fuerit Aristophani. Sed potest aliquanto brevius verbis,

[1]) Hanc editionem cum pararem, variis subsidiis me usum vix est quod dicam: non frustra usum me spero, sed aliorum iudicio haec res permissa esto. Praesertim autem mihi profuisse editiones Blaydesii (1883), Herwerdeni (1897), Merrii (1900), Mazoni (1904) et quae de Aristophane scripsit Alphonsus Willems, lubens gratusque profiteor.

[2]) Philemon. fr. 71.

quae ipse Aristophanes chorum aliquem agricolarum fecit proferentem [1]):

„εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ
ζευγάριον βοεικόν,
εἰ γὰρ ἐμοὶ παυσαμένῳ
τοῦ πολέμου γένοιτο
σκάψαι καὶ ἀποκλάσαι τε καὶ
λουσαμένῳ διελκύσαι
τῆς τρυγός, ἄρτον λιπαρὸν [2])
καὶ ῥάφανον φαγόντι."

Etiam ipse Aristophanes rus amabat, a vita urbana alienior, lites rixas turbas civiles abominatus, pacem autem et otium ante omnia appetebat Musarum alumnus.

Itaque anno 425 in scenam induxit Dicaeopolidem „o rus, quando ego te aspiciam!" clamantem utque in villam suam impune redire posset cum Lacedaemoniis paciscentem, — non victoriae Dionysiacae unice curam habens, sed maius quid iocando assecuturum se sperans. Nam quod generosi iuvenes, novis viribus feroces, cum primum e scholae latebris in vitae lucem et aestum prodierunt, propositum sibi solent habere, ut oppressis succurrant, superbos devincant, lapsa erigant, quicquid stultum iniquum turpe offenderint extirpent, id et Aristophanis poetae adolescentis menti est obversatum, nec dubitavit quin ars sua iocosa aliquid valeret in re publica. Sed ceteri cives Dicaeopolidem non sunt imitati: etiam proximo tempore per Graeciam saeva dominavit Erinys.

Mirum vero dulcissimumque gaudium poetae mentem pertentavit quadriennio post; tunc enim pacem illam, quam inde a puero aegre desideraverat, quam ut reduceret pro viribus per integrum lustrum dederat operam, tandem vidit redituram. Non frustra igitur contendisse se: non modo in scena mox regna-

---

[1]) Aristoph. fr. 109. Cf. etiam fr. 387, quod infra ad vs. 535 est allatum.

[2]) Vereor ut recte habeat *panis unctus* et melius intellegam *calidum* sive *χλιαρόν* In fr. 506 habemus *κολλάβους χλιαρούς*, alibi *χλιαροὺς ταγηνίας* (Magnet. fr. 1 Cratin. 125).

turam, sed in ipsa civitate; non uni Dicaeopolidi sed cunctis civibus profuturam!

Novi dramatis materiem non iam quaesivit, sed laetus arripuit oblatam. Suam autem ipsius imaginem pingere sibi visus est, cum fecit agricolam strenuum callidum imperterritum, qui Pacis deam e longo exilio in terras reduceret. Quod argumentum dum tam libere et ludicre exornavit quam ferebat ars comica, tam audacter et copiose quam ipsius ingenium ferebat mobile et ferax, cum Pacis laudibus suas cecinisse dici potest. Nam rata iam fiebant quae saepius pro patria nuncupaverat vota: fiebant quae fieri per quinquennium iusserat. Cleonem ceterosque belli fautores ut deiceret omnibus viribus fuerat enisus: iacebat iam Cleon et pacis audiebantur amici, poetam autem ludebat error amabilis, quo rerum in melius conversarum auctoribus praecipuis se annumerabat. Merito superbire sibi videbatur, cum coryphaei ore Herculi se assimularet monstrum Stygium devincenti: nonne et sibi — immo sibi in primis! — deberi Pacem reductam, Discordiam prostratam?

Nempe, ut paucis complectamur res notissimas, postquam praeterierunt induciae annuae, quae vere anni 423 sunt pactae [1], Cleon classe cum exercitu in oram Thraciae profectus [2], ut Amphipolim ceterasque civitates quae ad Brasidam defecerant recuperaret, magnis excidit ausis; nam prope ipsam Amphipolim aestate vertente cum multis suorum cecidit [3]. In quo proelio cum et Brasidas occisus esset, ad pacem magis iam vergere coeperunt mentes Atheniensium et Lacedaemoniorum [4], et per hiemem quae insecuta est postquam inter se deliberarunt utriusque civitatis primores, tandem primo vere anni 421 inita est pax et statim post Liberalia rite confirmata [5].

Instante igitur pace comicus scripsit archontique obtulit fabulam cui ipsum Pacis dedit nomen, et Liberalibus eam scenae commisit teste notitia didascalica, quam praebet Argumentum, ante

---

[1]) Thucyd. IV 117. [2]) Ibid. V 2. [3]) Ibid. 10.
[4]) Ibid. 14—16. [5]) Ibid. 17—20.

paucissimos igitur dies quam pax publice est sancita. Silebant iam arma Martia, ut Cereris Bacchique arma laetum denuo strepitum possent edere; ex ensibus falces cudi poeta mentis oculis videbat, ex hastis ridicas fieri, cassides pro cadis adhiberi, tubas non iam proeliis bellicis sed convivantium certaminibus inservire. Laetus et hilarus in scena adspicitur Trygaeus: laetum sentimus ipsum Aristophanem, qui de Bello triumphare sibi visus est et almae Deae reditum sollemni sacrificio haudquaquam perfunctorie in scena celebravit, seria omnino agens, quatenus quidem fieri id sinebant tempus et locus, et preces partim quidem iocosis verbis — ut in scena comica — conceptas sed minime ludicras Trygaei coryphaeique ore proferens pro patriae salute et prosperitate. Quis autem brevem laetitiam invideat viro patriae amantissimo! Nimis clare ei ceterisque civibus mox patuit, fabulam tantum, ut in scena, sic in ipsa civitate actam esse, nec veram deam sed cavam eius imaginem in lucem fuisse protractam. Finem hic habet poetae iuventus: iamiam felix credulitas et splendida sui confidentia eum sunt deserturae, deque patriae rebus desperare proximo tempore incipiet [1].

II.

Aemulos Aristophanes in hoc certamine habuit Eupolidem et Leuconem; huic a iudicibus scenicis praelatus est, illi posthabitus. Et Leucon quin tertiis demum dignus fuerit non est cur dubitemus, nihil autem de eius fabula *Φράτερσι* habemus compertum [2]; Eupolidis *Κόλακες* fabula meritone an immerito primas tulerit, quis hodie dicat; nam Aristophani contemtim de Eupolide nunquam non loquenti [3] non est testimonii dictio. Qui civibus fortasse nimis sui similis visus est, cum post

---

[1]) Cf. Prolegom. Avium p. I sq.

[2]) Quod in Hyperbolum scriptam fuisse viri docti coniecere, e nubibus suspensa est suspicio.

[3]) Vid. infra vs. 739 sqq.

Acharnenses et Agricolas et Onerarias quartam fabulam scenae commisit ad pacem commendandam. Eupolis autem felix utique argumentum tractavit; risit enim sophistas, in his Protagoram, Calliae ingentium opum nuper heredi facto adulantes, et facile suspicetur quispiam echo quandam horum iocorum percipi in exordio Protagorae Platonis dialogi. Lepidam autem fuisse fabulam et sedulo postea lectitatam, crebra testantur quae aetatem tulere fragmenta; sed fieri non potuit quin Aristophanes, cuius Nubes in simillima materie versantem ante biennium aspernati fuerant cives, aegerrime nunc ferret aemulum sibi praelatum.

Monumenti publici, in quo Eupolidis haec victoria commemorata fuit, fragmenta complura hodie extant [1]); ipsum tamen Eupolidis nomen interiit. Dico laterculum ferentem nomina eorum qui quinto saeculo magnis Dionysiis victores evaserunt e certaminibus musicis et scenicis. Unum huius lapidis fragmentum ad Aeschyli et Periclis aetatem pertinet; alterius fragmenti pars prior utilis est de Vespis disputantibus, — si modo utilis, nam obscurior est quam velles, — pars posterior spectat certamina anni 421 et tum cum integra erat haec habuit:

[ἐ]πὶ Ἀλκαίου
Ἱπποθωντὶς παίδων·
Ἀρίσταρχος Δεκελεεὺς ἐχορή[γει.]

Αἰαντὶς ἀνδρῶν·
Δημοσθένης ἐχορήγει.

[κ]ωμωιδ[ῶν·]
[ὁ δεῖνα ἐχορ]ήγ[ει·]
[Εὔπολις ἐδίδασκεν.]

[τραγωιδῶν·]
[ὁ δεῖνα ἐχορήγει·]
[ὁ δεῖνα ἐδίδασκεν.]

[1]) CIA. II 971, Dittenb. Syll. 405 sq. — Una haec fuit e *tribus* victoriis Dionysiacis, quae Eupolidi tribuuntur in titulo recentiore Dittenb. Syll. 425.

III.

Praeter eam quam novimus Aristophanis Pacem in Didascaliis commemorabatur Pax ab eius filio Ararote — si verba tradita recte interpretor [1] — scenae commissa. Quapropter Eratosthenes dubitabat utrum nostra Pax bis esset data, an et alia fabula huius nominis extitisset olim, quae mature interiisset.

Ergo Eratostheni ea quae hodie extat Pax innotuit sola, multo autem maioris fidei et ponderis sunt eius verba quam quae grammaticus anonymus in Argumento addidit: „Cratetem tamen alterius Pacis mentionem fecisse, et hic illic e Pace afferri versiculos qui in ea fabula non iam legantur.'' Unde non sequitur alteram aliquam Pacem Crateti praesto fuisse, neque est cur putemus eum praeter notitiam illam Didascalicam quidquam de ea fabula habuisse compertum; versiculi autem non suis fabulis a grammaticis adscripti quoniam hodie permulti indicari possunt, non est quod miremur et olim eiusmodi errores fuisse commissos.

Quae cum ita sint, critici officio parum feliciter fungitur qui inter Aristophanis fabulas deperditas locum assignat *Paci alteri*. Ad quam quae a nostri aevi philologis — non a veteribus! — sunt relata, eiusdem sunt notae atque fragmenta *Pluti alterius* [2] vel *alterarum Nubium* [3].

En igitur quae huc faciunt.

1) Eustathius ait in Pausaniae lexico rhetorico haec legi: „*ἀνεῖν ἐν ἐκτάσει ἔχει τὸ ᾱ. δηλοῖ δὲ τὸ πτίσσειν, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν* „*Εἰρήνῃ δηλοῖ*'' [4]. Sed aut deliravit Pausanias, aut apud Eustathium miserrime mutilata afferuntur quae scripserat ille de discrimine verborum rariorum *ἄνειν* (= *ἀνύτειν*) et *αἴνειν* sive *αἰνειν*. Nec diu potest dubium videri utra vera sit opinio; nam

---

[1]) Vid. infra pag. 5, 1. [2]) Vid. Plut. Proleg. p. V sqq.
[3]) Vid. Nub. Proleg. p. XXII sqq.
[4]) Eustath. p. 801, 56 sqq. (ad *K* 249).

ipse utique deliravit nunc Eustathius, qui haec attulerit ad illustranda scilicet Ulixis verba: „*μήτ᾽ ἄρ με μάλ᾽ αἴνεε μήτε τι νείκει*", stultissime igitur *perficiendi, pinsendi, laudandi* verba sive *ἄνειν, αἴνειν, αἰνεῖν* permiscens.

Fac autem aliquam tamen fidem Eustathio nunc habendam: ex Pausaniae verbis non sequetur in „altera" Pace, quae fabula teste Eratosthene saeculo III° ante Christum natum Alexandriae non extabat, II° post Christum saeculo lectum esse illud „*ἀνεῖν*", sed fortasse inter varias nostrae Pacis lectiones afferendum videbitur „*ἀλλ᾽ ἄφαινε*" vs. 1144, ubi essetne „*ἀλλ᾽ ἄφευε*" legendum an „*ἀλλ᾽ ἄφανε*" an aliud quid, et olim dubitarunt viri docti et hodie dubitatur [1]).

Sed praestat ne tantum quidem ponderis verbis Eustathii tribuisse; nam e verbis Herodiani: „*αἴνω . . . Φερεκράτης· αἴνειν πτίσσειν*" [2]) iure effecisse videtur Dindorf Pacem Aristophanis ab Eustathio perperam commemorari.

Itaque laude dignus nunc Kock, qui licet „et sibi constare duas fuisse Aristophanis Paces" professus sit, huius certe loci inter „alterius" Pacis fragmenta ne mentionem quidem fecerit [3]). Sex annis post recepit tamen Blaydes.

2) Sequitur fragmentum [4]) e Florilegio Stobaei desumtum. Cuius sectio „*περὶ γεωργίας ὅτι ἀγαθόν*" sic incipit:

Ἀριστοφάνους Εἰρήνης.

τῆς πᾶσιν ἀνθρώποισιν Εἰρήνης φίλης
πιστὴ τροφός, ταμία, συνεργός, ἐπίτροπος,
θυγάτηρ, ἀδελφή· πάντα ταῦτ᾽ ἐχρῆτό μοι.
σοὶ δ᾽ ὄνομα δὴ τί ἐστι; ὅ τι; Γεωργία.
ὦ ποθεινὴ τοῖς δικαίοις καὶ γεωργοῖς ἡμέρα,
ἄσμενός σ᾽ ἰδὼν προσειπεῖν βούλομαι τὰς ἀμπέλους.

---

[1]) Vid. annot. crit. ad illum locum.

[2]) Herodian. π. μον. λέξ. p. 24. Cf. Pherecrat. fr. 183. Qui locus Pherecratis et ab ipso Eustathio l. l. affertur e Pausania et ex Aelio Dionysio.

[3]) Reiecit igitur Kock quae de hoc loco scripserat Bergk. Cf. Kock Ar. fr. 694.

[4]) Ar. fr. 294.

Hic quidem apertus est error. Nam qui ultimi hoc loco afferuntur tetrametri, revera leguntur in Pace Aristophanis [1]); ad hos igitur pertinet lemma. Alius autem argumenti praemissi sunt trimetri quatuor, in quibus inducitur Agricultura dea ipsa sese collaudans, ut Pacis fidam sodalem et comitem. Certum igitur est quod scribit Kock: „spatio aliquo a reliquis secernendos esse.'' Quod postquam factum est, unum lemma habemus, duos locos: intercidit igitur lemma aliquod. Quod quale fuerit nescimus, si quis autem Stobaei locum sic fere redintegrandum perhiberet:

Ἀριστοφάνους Εἰρήνης <δευτέρας>.
τῆς πᾶσιν κτἑ.
<Ἀριστοφάνους Εἰρήνης προτέρας.>
ὦ ποθεινὴ κτἑ.

dignus foret qui exploderetur, cum praesertim „alterius'' Pacis nulla apud Stobaeum fiat mentio. Inter fragmenta anonyma vel pseudepigrapha illud: *„τῆς πᾶσιν'' κτἑ.* est referendum [2]), cuiusvis autem est suspicari [3]) in Aristophanis *Agricolis* esse lectum, quae fabula perinde atque Pax habebat ruris pacisque laudes [4]); sed mittimus illam coniecturam, ne certis immisceamus dubia.

3) Simillima est origo fragmenti sequentis, quod ab Eustathio sic affertur: *φῖτυ δηλοῖ φυτὸν ἢ φύτευμα, ὡς Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ· „πόθεν τὸ φῖτυ; τί τὸ γένος; τίς ἡ σπορά;“* [5]).

„Altera'' Pax ne hic quidem commemoratur, sed „in Pace'' vocabulum *φῖτυ* eo quo *φύτευμα* sensu adhibitum legi dicitur. Et optimo quidem iure dicitur, sed nunc quoque partem tantum copiarum quas prisca eruditio congesserat servavit Eustathius, eamque misere corruptam. Interciderunt enim ipsa Aristophanis verba, dein intercidit nomen tragoediae, unde rari vocabuli

---

[1]) Pac. 556 sq.
[2]) Verum hic quoque vidit Dindorf.
[3]) Et saepius haec coniectura est prolata. Similis est Pac. 294, ubi vid.
[4]) Vid. praesertim fr. 109 supra pag. II allatum et infra ad vs. 346.
[5]) Eustath. 1291, 26, Ar. fr. 297.

exemplum quod affertur est ductum (nam tragicus hic est trimeter), denique aliud intercidit exemplum. Nam testibus scholiis [1]) plura praesto erant priscis grammaticis; qui sic fere scripserunt:

φῖτυ δηλοῖ φυτὸν ἢ φύτευμα, ὡς Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ· <„τὸ γὰρ φῖτυ πρῷον φύσει“ [2]), Εὔπολις Αὐτολύκῳ· „ἀτὰρ ἤγαγες καινόν τι φῖτυ τῶν βοῶν“ [3]), καὶ Σοφοκλῆς Θυέστῃ·> „πόθεν τὸ φῖτυ; τί τὸ γένος; τίς ἡ σπορά;“ [4]).

I nunc et pro „alterius" Pacis reliquiis talia vendita!

4) Quartus commemorandus est trimeter, qui apud Kockium [5]) adscribitur Paci „alteri":

ἰὼ Λακεδαίμων, τί ἄρα πείσει τήμερα!

Quem talem certe a comico scriptum non esse testatur absurdum illud „*τήμερα*", et consentiunt omnes. Lacunosa autem sunt verba scholii ad Nubes, unde hic versus est desumtus [6]), perinde atque Eustathii verba, quae modo attulimus. Nam ex auctoritate Herodiani constat versum illum lectum esse in *Holcadibus* [7]), qua fabula Aristophanes item pacem commendavit. Sic autem corrigendum et explendum est illud scholion:

τήμερον] ἀντὶ τοῦ σήμερον. [8]) καί ἐστι τὸ τ ἀττικὸν ἀντὶ σίγματος [9]). τὸ δὲ τήμερον ἐπὶ χρόνου λέγεται καὶ ἐν Εἰρήνῃ· „ἰὼ <Πρασιαὶ...

---

[1]) Vid. schol. ad Pac. 1164; praeterea cf. schol. ad Plat. Critiae 116 *c* et Phot. Suid. Etym. s. v.

[2]) Pac. 1164.

[3]) Cf. Eupol. fr. 49 Proleg. Plut. p. VIII, 3. Hic quoque rem acu tetigit Dindorf.

[4]) Incerta coniectura scripsi *Θυέστῃ* pro *οὔτ'* (*ΘΥ-ΟΥ*). Dindorf: *καὶ Σοφοκλῆς οὔτως*, sed dramatis alicuius nomen requiri videtur.

[5]) Ar. fr. 296.

[6]) Schol. V R ad Nub. 699, unde in Suidae lexicon migravit.

[7]) Herodianus in scholiis ad Homeri *Γ* 182, Ar. fr. 401 (354 Dindorf, qui cf.).

[8]) Sequuntur verba: „*καὶ τήμερος ὁ σημερινός.*" Quae delevi utpote scioli observationem ex ultimis scholii verbis natam.

[9]) Sic scripsi pro verbis ludicre corruptis: „*καί ἐστι τεταγμένον ἐπὶ σώματος*" (*TOTATτικON — TETAΓμενON*). Cf. Et. M. 710,44: „*οἱ δὲ Ἀττικοὶ τὸ σῶ τῶ λέγουσι, ὡς σήμερον τήμερον.*"

ὡς ἀπολεῖσθε τήμερον" [1]) *καὶ ἐν Ὁλκάσι· „ἰὼ> Λακεδαῖμον, τί ἄρα πείσει τήμερον;" ἀντὶ τοῦ σημερινή.*

Haplographia scholion mutilatum esse patet [2]).

5) Hactenus merae nugae nobis offerebantur. Unum fragmentum diudicandum restat „alterius" quae dicitur Pacis vestigia indagantibus. Pollux ait *ἐν Ἀριστοφάνους Εἰρήνῃ γεγράφθαι· „τὴν δ' ἀσπίδα | ἐπίθημα τῷ φρέατι παράθες εὐθέως"* [3]). Unde si quis efficiat sub fabulae nostrae finem, ubi armorum venditores cum Trygaeo expostulant, in codicibus hodiernis nonnullos versus intercidisse, quibus etiam de clipeorum usu futuro quaedam iocose dicerentur, minime absurda videatur ea suspicio. Veri tamen multo similior haec est, Pollucem [4]) in fabulae nomine afferendo errasse, ut assolent grammatici, qui e. g. *ἀρχιτεκτονεῖν* in *Daedalo*, *μετόρχιον* in *Agricolis* legi scripserunt, quae verba in nostra Pace extant ambo [5]). Prorsus vero temeraria est opinio eorum qui Paci „alteri" illum trimetrum tribuerunt.

Nulla igitur hodie extant alterius Pacis vestigia [6]). Nec mirum! Nam olim si fuerit ea fabula, satis certum videtur inde ab Eratosthenis saltem aetate nusquam eam comparuisse.

Nostram autem Pacem priorem esse editionem fabulae, quae postmodo a poeta fuerit retractata, vel etiam, eam quam nunc legimus alteram esse recensionem, qui perhibuerunt viri docti, coniecturas protulerunt nullo fundamento subnixas. Nam veteres aut *eandem* bis datam esse [7]) sumserunt — *retractatam* nullus eorum dixit — aut duas easque *diversas* eodem nomine olim

---

[1]) Pac. 243.

[2]) Multa eiusmodi vitia, e codice R praesertim desumta, contuli in praefatione quae huius codicis imagini phototypae praemissa est (Sijthoff 1904), § 6, pag. XII sq.

[3]) Poll. X 188, Ar. fr. 295.

[4]) Nisi librarii hoc est sphalma; nam verba *Ἀριστοφάνους Εἰρήνῃ* in compluribus codicibus desunt.

[5]) Vid. Pac. 305 et 568.

[6]) Dindorfio pridem sic iudicanti et alii assensi sunt et recentissimi Pacis editores Merry et Mazon.

[7]) Ut Ranas; vid. Proleg. Ran. p. VII sq.

fuisse designatas; nullum autem in fabula quae ad nos pervenit legitur verbum, quod ineunte vere anni 421 apte dici non potuerit [1]) aliove tempore potuerit aptius. Immo anno 421, cui adscribitur in didascalia, unice apta est Pax, apta est tota.

IV.

Codicum Veneti Marciani 474 (*V*) et Ravennatis (*R*) imagines phototypas contuli et quae in iis mentione digna videbantur indicavi in annotatione critica.

Nonnisi semel et iterum commemoravi Laurentianum 31, 15 (*Γ*) eiusve umbras, Parisinos saeculi XVI[i] 2715 et 2717 (*B* et *C*), quoniam perpauca sunt quae in iis rectius quam in V R leguntur, et ea fere quae a quolibet poterant excogitari, e. g. additum *σε* vs. 557 vel *ὑμῖν* pro *ἡμῖν* scriptum vs. 891. Ubi cum codice V vel cum R vel cum utroque consentiunt, de iis tacui, item ubi in deterius aberrarunt.

Plane inutiles sunt Vaticano-Palatinus (*P*) et Venetus Marcianus 475 (*S*). Hunc e codice V esse excriptum dubitanter perhibuit Dindorf, Blaydes minime dubitanter negavit, postquam verbatim et accurate, ut ipse scribit, eum contulit. Tandem evicit Zacher verum tamen vidisse Dindorfium, operam igitur Blaydesium perdidisse. Non ita olim Cobetus *ὁ δαιμόνιος ἀνήρ*, qui statim utroque codice Venetiis inspecto intellexit quae inter eos intercederet ratio et paucis verbis significavit, rei certae et apertae immorari noluit [2]).

---

[1]) Vid. annot. crit. et comment. ad vs. 46—48 et ad 990.

[2]) „Venetus 475 is een copie van 474 (zonder twijfel op last van Bessarion);... bij den eersten oogopslag blijkt dit" etc. — Brieven aan Geel p. 328 (24 Aug. 1842). — Cuius rei eum Dindorfium aliquando certiorem fecisse suspicor.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

ΕΙΡΗΝΗ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ [1].

Σωσίας }
Ξανθίας } *οἰκέται* [2].
Τρυγαῖος [3]) *γέρων* [4]).
Κόραι θυγατέρες Τρυγαίου.
Ἑρμῆς.
Πόλεμος.
Κυδοιμὸς Πολέμου ὑπηρέτης.
Χορὸς γεωργῶν [5]).

---

[1]) Habet V, om. R.

[2]) Duo haec nomina meo marte scripsi e Vespis fabula desumta. Solent hi famuli dici *οἰκέτης ά* et *οἰκέτης β'*, sed fabulae prologus non satis perspicue sic *scripto* exponi posse mihi videtur, — id quod tum cum *acta* est fabula verendum non fuit, — et post reditum Trygaei (vs. 824 sqq.) ambigitur sitne *οἰκέτης ά* scribendum an *β'* an omittendum numerale. Perexigui ceteroquin momenti est res et erunt fortasse qui rationem a me initam improbent. — Cf. Equit. p. 1, 1.

[3]) Nominis vis neminem latere potest, aperte autem indicatur vs. 912, 1330; vid. etiam ad vs. 190 sq.

[4]) Cf. vs. 856. Sunt ei filiolae, uxor autem obiisse fingitur, novam enim uxorem iustis nuptiis sub fabulae finem ducit Oporam (vs. 844 sqq.).

[5]) In V additur: *Ἀθμονέων* (cf. vs. 190 et 919), non omnino male, *suorum* enim *δημοτῶν* Trygaeus potissimum rationem habet; non tamen certi alicuius demi cives cogitasse poeta est censendus, sed aut quoslibet agricolas aut Atticos. Finguntur autem et alii Athenienses aliarumque gentium Graecarum cives adesse primo, sed mox abire (vid. vs. 292, 302, 464 sqq., 511, 551 sqq.).

Ιεροκλῆς μάντις.
Δρεπανουργός.
Ὅπλων κάπηλος [1].
Κρανοποιός [2].
Δορυξόος [3].
Παιδία δύο.

Personae tacitae: Pax [4], Opora, Theoria, Minister Hieroclis [5], Cadorum venditor huiusque Minister, Tubarum fabricator, Pueri.

Actor primus *Trygaeum* agit,
secundus *Xanthiam*, *Mercurium*, *Tumultum*, *Armorum venditorem*,
tertius *Sosiam*, *Belli deum*, *Hieroclem*, *Falcium* et *Hastarum venditores*.

Accedunt *filiolae Trygaei* [6] et *duo pueri*. Quorum partes secundo tertioque actoribus tribui sinit fabulae ratio, sed praestat sumere a veris pueris actas esse. Recte igitur in scholiis parachoregema dicuntur filiolae [7], itemque pueri parachoregema sunt vocandi.

Fabulae initium et exitus ante domum Trygaei Athenis agi finguntur [8], media pars in caelo ante aedes Iovis [9].

[1] In codice V legitur ὁπλοποιός, sed sequendus est ipse poeta (vs. 1209).
[2] In V non recensetur, sed ipse comicus nomen praebet (vs. 1255).
[3] Nominatim commemoratur vs. 1213 et 1260.
[4] Vera haec non est persona, sed ingens Deae simulacrum; fingitur tamen Mercurio in aurem quaedam insusurrare (vs. 663—705) et caput manusque movet.
[5] Vid. vs. 1122.
[6] Altera — nam duae, ut in Acharnensibus vs. 729 sqq., non plures, fuisse videntur — sola verba facit.
[7] Vid. schol. vs. 114 et cf. Vesp. p. 2, 1.
[8] In fabulae exitu cum uxore et choro abit in demum suum, qui est Athmonensium (vid. vs. 190).
[9] Minime placet ratio quam Robert eumque secuti Merry et Mazon inierunt. Qui *duas simul* domus cerni statuunt, alteram Trygaei, alteram Iovis; non *surgere* autem Trygaeum dum iter caelum versus faciat (vs. 154—176), sed *fingi* tantum

surgere, revera enim solum stringere, dum transferatur ab altera domo ad alterius limen. Cuiusmodi iocus ut lepidus videatur, — equidem rogo quae tandem machinae sic maneat utilitas, nam etiam per ipsum solum illuc transire poterat scarabaeus et tamen dici per nubes volitare, si ita sive iocari licebat sive mentiri, — sed ut lepide excogitata haec videantur, obstabit tamen permagnum incommodum. Nam Iovis aedes inde ab initio fabulae oculis spectatorum sic erunt obiectae, et, quod etiam gravius, post Trygaei reditum (vs. 728 sqq.) scenam molestissime obstruere pergent.

Editiore autem loco constructas fuisse aedes caelestes quam domum Trygaei, cum ipsa fert ratio, tum vero e verbis, quibus iter Trygaei describitur, me quidem iudice tuto efficitur, et ingenue fateor me plane non intellegere quomodo in controversiam ea res vocari potuerit, cum vel unum adverbium ἄνωθεν vs. 821 sufficeret ad eam conficiendam (vid. etiam ad vs. 661). Nam solum per se considerandum est hoc poetae inventum, neque prodest nunc collata Aves fabula, ubi in plagis caelestibus habitare sibi videntur homines ventosissimi. Probabilitatis autem nullam curam habet comicus; plus dico: ne speciem quidem umbramve aliquam probabilitatis appetit, sed quae eo tendere possent aspernatur potius. Nunquam ille tam petulanter, tam impudenter quam in hac fabula, intervallum quo caelum a terra est dissitum transiluit et veluti esse negavit; nunquam, ne in Avibus quidem, tanta libertate permiscuit humana et divina: — facete tamen et ridicule admodum! At inepta nimisque absurda haec fierent, sibilis quam plausu digniora, si statuendum esset chorum non in orchestra remanere, sed ut Pacem ex antro protrahat et ipsum altius — in regionem scilicet caelestem! — assurgere, quod fuere qui in animum sibi inducerent (cf. schol. vs. 726), *quomodo* id fieri potuerit rogantes potius quam *satisne apte* eiusmodi quid potuerit fingi. Hac de re quae scripserunt viri docti quibus modo obloquebar verissima sunt. Itaque ne id quidem potuit fieri ut una cum choreutis funem ducerent Mercurius et Trygaeus ante Iovis regiam versantes; qua de re vid. adn. crit. ad vs. 469—471.

ΥΠΟΘΕΣΕΙΣ [1].

I.

ἤδη τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ κεκμηκότας [2]) τοὺς Ἀθηναίους καὶ τοὺς σύμπαντας Ἕλληνας Ἀριστοφάνης ἰδών, — ἱκανὸς γὰρ διιππεύκει πολεμούντων αὐτῶν χρόνος, — τὸ δρᾶμα συνέγραψε τοῦτο, προτρέπων τὰς πόλεις καταθέσθαι μὲν τὴν πρὸς αὑτὰς φιλονεικίαν, ὁμόνοιαν δὲ καὶ εἰρήνην ἀντὶ τῆς πρότερον ἔχθρας ἑλέσθαι. παρεισάγει τοίνυν γεωργόν, Τρυγαῖον τοὔνομα, μάλιστα τῆς εἰρήνης ἀντιποιούμενον· ὃς ἀσχάλλων ἐπὶ τῷ πολέμῳ εἰς οὐρανὸν ἀνελθεῖν ἐβουλεύσατο πρὸς τὸν Δία, πευσόμενος παρ᾽ αὐτοῦ δι᾽ ἣν αἰτίαν οὕτως ἐκτρύχει [3]) τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, τοσοῦτον ποιήσας πόλεμον αὐτοῖς. ὃν δὴ διαποροῦντα τίνα τρόπον τὴν εἰς οὐρανὸν πορείαν ποιήσει [4]) παρεισάγει τρέφοντα κάνθαρον, ὡς ἀναπτησόμενον εἰς οὐρανὸν δι᾽ αὐτοῦ, Βελλεροφόντου δίκην. προλογίζουσι δὲ οἱ δύο θεράποντες αὐτοῦ, οἷς καὶ ἐκτρέφειν προσετέτακτο τὸν κάνθαρον, δυσφοροῦντες ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ σιτίοις.

ἡ δὲ σκηνὴ τοῦ δράματος ἐκ μέρους μὲν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκ μέρους δὲ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ. ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἔκ τινων ἀνδρῶν Ἀττικῶν γεωργῶν.

φέρεται [5]) ἐν ταῖς Διδασκαλίαις δεδιδαχὼς Εἰρήνην ὁμοίως <Ἀρα-

---

[1]) Hoc ordine habet V, in R Argumentum I extat solum, dein una pagina vacua relicta est tota.

[2]) κεκμηκότας V] κεκμηῶτας R.

[3]) ἐκτρύχει Kuster] ἐκτρέχει V R.

[4]) ποιήσει R] -σοι V.

[5]) φέρεται R] φαίνεται V.

ρώς> ὁ Ἀριστοφάνους [1]. „ἄδηλον οὖν“ φησιν Ἐρατοσθένης [2] „πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν, ἢ ἑτέραν καθῆκεν, ἥτις οὐ σῴζεται“. Κράτης μέντοι δύο οἶδε δράματα, γράφων οὕτως· „ἀλλ' οὖν γε ἐν τοῖς Ἀχαρνεῦσιν ἢ Βαβυλωνίοις ἢ ἐν τῇ ἑτέρᾳ Εἰρήνῃ“. καὶ σποράδην δέ [3] τινα ποιήματα παρατίθεται, ἅπερ ἐν τῇ νῦν φερομένῃ οὐκ ἔστιν.

II.

Τρυγαῖος ἄγροικος πρεσβύτης Ἀθήνησιν ὀχούμενος ἐπὶ κανθάρου ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναφέρεται [4]. γενόμενος δὲ κατὰ τὴν τοῦ Διὸς οἰκίαν ἐντυγχάνει τῷ Ἑρμῇ, καὶ ἀκούσας ὅτι μετοικισαμένων τῶν θεῶν εἰς τὰ τοῦ οὐρανοῦ ἀνωτάτω διὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀλληλοκτονίαν ἐνοικισάμενος ὁ Πόλεμος εἰς ἄντρον τὴν Εἰρήνην εἵρξας λίθους ἐπιφορήσειε καὶ νῦν μέλλει τὰς πόλεις ἐμβαλὼν ἐν θυείᾳ τρίβειν, μέχρι [5] μέν τινος ἐναγώνιος γίνεται, ἐπεὶ δὲ μεταπεμπομένου τοῦ Πολέμου παρὰ Ἀθηναίων δοίδυκα Κλέωνα καὶ παρὰ Λακεδαιμονίων Βρασίδαν ἑκάτεροι χρήσαντες ἀπολωλεκέναι εἰς Θρᾴκην ἔφασαν, ἀναθαρρεῖ [6] καὶ ἐν ᾧ περὶ κατασκευὴν [7] δοίδυκος ὁ Πόλεμος γίνεται, κηρύττει τοὺς γεωργούς, ἔτι δὲ καὶ ἐμπόρους καὶ δημιουργοὺς [8] ἅμας καὶ [9] μοχλοὺς καὶ σχοινία λαβόντας παραγενέσθαι. συνδραμόντων δὲ

---

[1] Inserui proprium nomen *Ἀραρώς (Mnemos. 1888 p. 277 sq.), sive recte sive iniuria, ad summam enim rei nihil attinet: id certum duco, codicum V et R verba „ὁμοίως ὁ Ἀριστοφ^α/“ (sic scripta haec sunt in utroque) non — ut fieri solet — interpretanda esse „ὁ Ἀριστοφάνης“, sed, quod unum sinit contextus, nisi plura hoc loco mutentur: *„ὁ Ἀριστοφάνους“, *Aristophanis filius*. Qui „Ἀριστοφάνης“ intellegunt, post Διδασκαλίαις aut inserunt „δίς“ (— ΑΙΣΔΙΣ, sic Dindorf), dein pro ὁμοίως legentes ὁμωνύμως, aut inserunt „καὶ ἑτέραν“ (sic Meineke). Equidem, ut vides, *nihil* mutavi, confero autem schol. Ran. 67: „οὕτως αἱ Διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ „δεδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν κτἑ.“

[2] In R ante Ἐρατοσθένης scriptum dein deletum est Ἀριστοφάνης.

[3] δὲ R] διὰ V.

[4] ἀναφέρεται] ἀναφερόμενος V.

[5] τρίβειν, μέχρι Mazon] τρίβειν. καὶ μέχρι V, qua particula servata Gelenius supra scribebat ἀκούει pro -σας.

[6] ἀναθαρρεῖ in V postmodo est additum; fortasse delenda sunt ἀναθαρρεῖ καί.

[7] κατασκευὴν] -ῆς V.

[8] *γεωργούς, ἔτι δὲ καὶ ἐμπόρους καὶ δημιουργοὺς] δημιουργοὺς ἔτι δὲ καὶ ἐμπόρους V. Vid. Pac. 296 sq. et infra p. 6, 6.

[9] ἅμας καὶ vHerwerden] ἅμα V.

πολλῶν ἐν χοροῦ σχήματι προθύμως ἀφέλκει [1]) τε τοὺς λίθους ἀπὸ τοῦ ἄντρου, καὶ καθικετεύσας τὸν Ἑρμῆν συλλαβέσθαι ἐξάγει πρὸς τὸ φῶς τὴν Εἰρήνην. ἀσμένως δὲ τῆς θεοῦ πᾶσιν ὀφθείσης, καὶ παρ᾽ αὐτὴν εὐθέως Ὀπώρας τε καὶ Θεωρίας ἀναφανεισῶν, συμπαρὼν ὁ Ἑρμῆς ἀνιστορούσης τι τῆς Εἰρήνης καὶ πυνθανομένης τὰ [2]) περὶ τὸν Τρυγαῖον διασαφεῖ· εἶτα δέ, ὡς πάλιν ἄλλο ἀνερομένης [3]), πρὸς τοῦτο μηνύει, προδιελθόντος αὐτοῦ καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πολέμου καὶ δι᾽ ἃς αἰτίας συνέστη, Φειδίου τε καὶ Περικλέους μνησθέντος.

τὰ λοιπὰ τοῦ δράματος ἐπὶ τῆς γῆς ἤδη περαίνεται, καὶ ὁ μὲν χορὸς περὶ τῆς τοῦ ποιητοῦ τέχνης χἀτέρων τινῶν πρὸς τοὺς θεατὰς διαλέγεται, ὁ δὲ Τρυγαῖος, καθὰ συνέταξεν ὁ Ἑρμῆς, τὴν μὲν Θεωρίαν [4]) τῇ βουλῇ συνέστησεν, αὐτὸς δὲ τὴν Ὀπώραν γαμεῖν διαγνοὺς τὴν Εἰρήνην ἱδρύεται, καὶ θύσας [5]) ἐν τῷ προφανεῖ πρὸς εὐωχίαν τρέπεται. τοὐντεῦθεν οἵ τε τῶν εἰρηνικῶν ὅπλων δημιουργοὶ [6]) παραγίνονται [7]) χαίροντες καὶ οἱ τῶν πολεμικῶν τοὔμπαλιν κλαίοντες. εἰσάγεται δὲ καὶ ἐπὶ τέλει τοῦ λόγου παιδία τινὰ τῶν κεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον λέγοντα ῥήσεις γελωτοποιούς.

τὸ δὲ δρᾶμα τῶν ἄγαν ἐπιτετευγμένων. τὸ δὲ κεφάλαιον τῆς κωμῳδίας ἐστὶ τοῦτο· συμβουλεύει Ἀθηναίοις σπείσασθαι πρὸς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας.

οὐ τοῦτο δὲ μόνον ὑπὲρ εἰρήνης Ἀριστοφάνης τὸ δρᾶμα καθῆκεν [8]), ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἀχαρνεῖς καὶ τοὺς Ἱππέας καὶ τὰς [9]) Ὁλκάδας, καὶ πανταχοῦ τοῦτο ἐσπούδακεν, τόν τε [10]) Κλέωνα κωμῳδῶν τὸν ἀντιλέγοντα καὶ Λάμαχον τὸν φιλοπόλεμον ἀεὶ διαβάλλων. διὸ καὶ νῦν διὰ τούτου τοῦ δράματος εἰρήνης αὐτοὺς ἐπιθυμεῖν ποιεῖ, δεικνὺς

---

1) ἀφέλκει] -κειν V.
2) τὰ] τε τὰ V.
3) *διασαφεῖ· εἶτα δέ, ὡς πάλιν ἄλλο ἀνερομένης] διασαφεῖ τα δέω πάλιν ἀποφαινομένης V.
4) τὴν μὲν Θεωρίαν] om. V.
5) θύσας Meineke] οὖσα V.
6) δημιουργοὶ] γεωργοὶ V.
7) παραγίνονται] om. V.
8) καθῆκεν Dindorf] τέθεικεν V.
9) τὰς] om. V.
10) τόν τε] τὸν δὲ V.

ὁπόσα μὲν ὁ πόλεμος κακὰ ἐργάζεται, ὅσα δὲ ἀγαθὰ ἡ εἰρήνη ποιεῖ. οὐ μόνος δὲ περὶ τῆς εἰρήνης συνεβούλευσεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πολλοὶ ποιηταί· οὐδὲν γὰρ συμβούλων διέφερον. ὅθεν αὐτοὺς [1]) καὶ διδασκάλους ὠνόμαζον, ὅτι [2]) πάντα τὰ πρόσφορα διὰ δραμάτων αὐτοὺς ἐδίδασκον.

ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου ἐν ἄστει [3]). πρῶτος Εὔπολις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτερσι.

τὸ δὲ δρᾶμα ὑπεκρίνατο Ἀπολλόδωρος, † ἡνίκα ἑρμῆν λοιοκρότης † [4]).

III. [5]).

τῷ Διὶ φράσαι σπεύδων τὰ κατ' ἀνθρώπους <κακὰ>
Τρυγαῖος <ἀναπτέσθαι> θέλων ὡς τοὺς θεοὺς
ἐξέτρεφεν ὄρνιθ' [6]). ὡς δ' ἀνέπτη, κατέλαβεν
<Ἑρ>μῆν μόνον ἄνω· κᾆτ' ἐπιδείκνυσιν φράσας
τὸν Πόλεμον † βρύθηται ἀπηρτημένον
ἀέριος, ἕτοιμόν τ' ὄντα πρὸς κακουχίαν
τὴν πρότερον, Εἰρήνην δὲ κατορωρυγμένην [7]).
ἱκέτευσαν οἱ κατ' ἀγροὺς ἀνάπαλιν ποιεῖν·
τὸ μέλ βαδ' ἐπένευσε· καὶ τότε
ἀπάγουσιν αὐτὴν ἐκ βερέθρου καὶ τἀγαθά. †

---

[1]) αὐτοὺς] αὑτοὺς vHerwerden (coll. Ran. 1055), ne nugas fundat qui haec scripsit; ingeniose profecto, ferendam tamen ni fallor vulgatam ostendit alterum quod sequitur αὐτούς.

[2]) ὅτι] ὅθεν V.

[3]) Mense igitur Elaphebolione Ol. 89, 3 sive mense Martio anni 421.

[4]) Verba corrupta VRose sic mutat: ἐνίκα Ἕρμων ὑποκριτής, coniectura ut acuta sic incerta.

[5]) Has nugas nitide praegrandibusque litteris perscriptas praebet V, corruptissimas autem neque in trimetros diremtas. Superscriptum est ἀριστόφ^α γ' ὑπό^θ, sed ἀριστόφ^α est in litura; dein: ἀριστοφάνουσ γ' ὑπόθεσις.

[6]) -φον ὄρνιθες V.

[7]) -νην] -νον V.

P A X.

PROLOGUS

(vs. 1—300.)

(In scena cernitur domus Trygaei agricolae, ante quam versantur *Sosias* et *Xanthias* servi. Xanthias in alveo polentam aliquam pinsit et in placentas effingit.)

SCENA PRIMA.

Sosias, Xanthias.

ΣΩΣΙΑΣ.

(ex aedibus ruens:)

αἶρ', αἶρε μᾶζαν ὡς τάχος τῷ κανθάρῳ.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(placentam ei praebens:)

ἰδού.

(Festinanter se proripit Sosias.)

---

1 sqq. De *Sosiae* et *Xanthiae* nominibus vid. Index Nominum. In V R versui 1 praescriptum est *οἰκέτης*, versui 2 *ἕτερος*, ceterum neglegenter admodum in iis indicatae sunt vices personarum, modo collocata paragrapho, modo omissa, hic illic autem scribitur *οικε*^{τ}.

1. *ὡς τάχος τῷ* Kiehl] *ὡς τάχιστα* V R. Verum praebet schol.: „*ἢ τάχος ἢ διὰ ταχέων*" leg.: *„*ὡς τάχος· ἢ διὰ ταχέων*", ubi vitio tralaticio (vid. e. g. infra comment. ad vs. 617) *ἢ* pro *ὡς* est scriptum. Minime sufficere mihi videtur ratio qua Merry aliique lectionem vulgatam sunt tuiti, ut pro *nomine proprio* h. l. habeatur *Κάνθαρος* ludicre dictum.

---

1. *αἶρε ... τῷ κανθάρῳ*] *porrige mihi* [1]), *quam afferam scarabaeo.*

— *μᾶζαν*] *stercus* dici docet interpres in scholiis, gravi voce addens „non revera stercus in scena pinsi, sed fingi tantum id fieri". Quod asseveranti haud difficulter fidem habebunt omnes quibus theatrum non est terra incognita.

— *ὡς τάχος*] item in Lysistrata: „*ἀλλ' ἴωμεν ὡς τάχος*" [2]).

---

[1]) Item infra vs. 1227; praeterea vid. ad Av. 850. — [2]) Lys. 1187, ubi vid.

δὸς αὐτῷ, τῷ κάκιστ' ἀπολουμένῳ,
καὶ μήποτ' αὐτῆς μᾶζαν ἡδίω φάγοι!

(Redit Sosias.)

ΣΩΣΙΑΣ.

δὸς μᾶζαν ἑτέραν, ἐξ ὀνίδων πεπλασμένην.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(alteram ei praebens placentam:)

ἰδοὺ μάλ' αὖθις. ποῦ γὰρ ἣν νῦν δὴ ἔφερες;
οὐ κατέφαγεν;

ΣΩΣΙΑΣ.

μὰ τὸν Δί', ἀλλ' ἐξαρπάσας
ὅλην ἐνέκαψε περικυλίσας τοῖν ποδοῖν.

---

2. αὐτῷ] αὐτὴν Bentley. Richter αὐτός, sed qui venit ut polentam peteret non est monendus ut *ipse* eam deferat. Si quid videretur mutandum, proponerem ἀνύσας, sed sanam duco lectionem vulgatam. Cf. vs. 1121.

3. καὶ ... φάγοι] κοὐ ... φάγῃ vHerwerden.

5. ἔφερες] 'φερον Meineke, at sic aoristus (*quam modo tibi praebui*) requireretur.

6. οὐ] ἦ Bentley, quod mirantis foret; sed quid mirum si comederit cantharus mazam sibi oblatam? Bergk κατέφαγεν; ΟΙ. Β. οὐ μὰ (cf. vs. 1046). Sanam duco vulgatam (vid. comment.).

7. περικυλίσας Bentley] περικυκλίσας V R. Verum legit schol. („περιελκύσας ... ἔθος δὲ ... περικυλίειν"). Cf. Vesp. 1475?

---

2. τῷ κάκιστ' ἀπολουμένῳ] nota imprecandi formula [1]).

3. Perridicule servus iratus subiungit locutionem quae honesto hospitio accipientium est: „*et spero fore ut nunquam offam delicatiorem sit esurus*" sive: „*utinam optime hic cibus ei sit placiturus!*" [2]).

5. ἰδοὺ μάλ' αὖθις] redeunt verba in Nubibus [3]). Particula μάλα urgentes et infra utuntur plus semel et alibi saepe [4]).

6. οὐ κατέφαγεν;] *noluitne comedere?* — A belua spretam suspicatur offam quam modo ei afferebat sodalis, quippe qui aliam petiturus extemplo redeat.

— μὰ τὸν Δί', ἀλλὰ] per speciem negandi vehementer sic affirmatur [5]): *non comedit, sed ... devoravit avidissime!* [6]).

7. ὅλην ἐνέκαψε] *integram ore abdidit* [7]). Idem valet κατέπιε in Aeschinis de Timarcho verbis: „ἐτράπετο ἐπὶ τὸ καταφαγεῖν τὴν πατρῴαν οὐσίαν καὶ οὐ μόνον κατέφαγεν, ἀλλ' εἰ οἷόν τ' ἐστὶν εἰπεῖν καὶ κατέπιεν" [8]).

— περικυλίσας τοῖν ποδοῖν] *ambobus pedibus postquam circumvolvit.* Anticos pedes cogitat solos, qui infra scarabaei vocantur *manus* [9]). Simili neglegentia — si neglegentia haec dicenda — in Nubibus *pulicis* pedes duali numero indicantur [10]); ubi item *duorum* tantum pedum

---

[1]) Vid. ad Vesp. 412. — [2]) Nos: *en ik hoop dat het hem allerheerlijkst mag smaken!* — [3]) Nub. 670, ubi vid. — [4]) Cf. vs. 53, 237, 280, 460, 462 et vid. ad Nub. 1326 Ran. 864. — [5]) Vid. ad Plut. 22 et Ran. 58. — [6]) Scholion recte. — [7]) Nos: *ophappen.* Redit compositum Vesp. 791; praeterea vid. ad Ran. 1073. — [8]) Aeschin. I § 96. — [9]) Vs. 35. — [10]) Nub. 150.

ἀλλ' ὡς τάχιστα τρῖβε πολλὰς καὶ πυκνάς.

(Denuo domum intrat.)

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(ad spectatores:)

ἄνδρες κοπρολόγοι, προσλάβεσθε, πρὸς θεῶν,
εἰ μή με βούλεσθ' ἀποπνιγέντα περιιδεῖν.

(Redit Sosias.)

ΣΩΣΙΑΣ.

ἑτέραν, ἑτέραν δός, παιδὸς ἡταιρηκότος.
τετριμμένης γάρ φησιν ἐπιθυμεῖν.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ἰδού.

(Placentam acceptam Sosias defert in aedes.)

ἑνὸς μέν, ὦ ἄνδρες, ἀπολελύσθαι μοι δοκῶ·
οὐδεὶς γὰρ ἂν φαίη με ⟨μάττοντ'⟩ ἐσθίειν.

(Redit Sosias.)

12. φησιν] φασιν Bergk.

habetur ratio, posticorum, ceteris multo longiorum, quibus solis ingentes suos saltus dant illae bestiolae. Rem simplicissimam non perspexerunt qui nostro loco sunt abusi ad impugnandam *Aristarchi* observationem egregiam de dualis numeri usu epico [1]). Nempe in scholiis ad nostrum locum inepte perhibet interpres nescio quis, tres pedes sinistros tresque dextros apud comicum intellegendos esse, itaque noto Homeri loco [2]) ad quatuor Hectoris equos recte dici „ἀποτίνετον" et mox „ἐφομαρτέετον καὶ σπεύδετον", duos enim sinistros duosque dextros significari [3]). Quanto melius alius grammaticus — e schola opinor Aristarchea — χεῖρε et πόδε infra et in Nubibus *duos* pedes dici statuit! Quem neque in Homero interpretando ab Aristarchi sententia deflexisse, sed cum illo damnasse versum in quo quatuor Hectoris equi nominatim recensentur, tuto licet statuere.

8. πυκνάς] *densas* [4]) *pinguesque*, non tenues (λεπτάς).

9. ἄνδρες κοπρολόγοι] aedilium hos ministros [5]) implorat mancipium de salute fere desperans. Nihil autem non male intellegebat homo qui in scholiis perhibuit „*oratores* fortasse nunc sic vocari". Qui et sequentem versum docte mehercule et copiose illustrare duxit operae pretium.

10. ἀποπνιγέντα περιιδεῖν] *suffocari sinere*. Verbum περιορᾶν id quod ἐᾶν valet [6]).

12. φησιν] *iussum hoc* modo *sibi dedisse* scarabaeum ludicre perhibet servus.

14. „*Nemo certe contendet me inter pinsendum de farina surripere aliquid!*" Non est verendum ne collare ligneum mox

[1]) Cf. Enchirid. dict. ep. § 52 et vid. infra ad vs. 457. — [2]) Hom. Θ 184—191. — [3]) Similia in schol. Hom. leguntur ad Θ 185, prudentibus Aristarcheorum observationibus intermixta. — [4]) Item infra vs. 565; vid. etiam ad Ach. 445. — [5]) Cf. [Arist.] Rep. Ath. 50 et vid. ad Vesp. 1184. — [6]) Vid. ad Ran. 509.

ΣΩΣΙΑΣ.

αἰβοῖ! φέρ' ἄλλην, καὶ ἑτέραν μοι, καὶ ἑτέραν,
καὶ τρῖβ' ἔθ' ἑτέρας.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(Tres deinceps postquam praebuit placentas:)

μὰ τὸν Ἀπόλλω ἐγὼ μὲν οὔ!
οὐ γὰρ ἔθ' οἷός τ' εἴμ' ὑπερέχειν τῆς ἀντλίας.

ΣΩΣΙΑΣ.

αὐτὴν ἄρ' οἴσω ξυλλαβὼν τὴν κάρδοπον.

(Alveum aufert in domum.)

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(abeuntem irridens:)

νὴ τὸν Δί' εἰς κόρακάς γε, καὶ σαυτόν γε πρός!

---

15. *μοι*] *δὸς* Bergk, Blaydes *αὖ*.
16. *ἔθ'*] supplevit Dindorf a librariis haplographia omissum: *τριβ<ετι>ετερας*.
17. *τ'* V] om. R.
18. Servo I (quem Sosiam dico) dedit Dobree, alteri vulgo continuatum. || **κάρδοπον*] *ἀντλίαν* V R, quod cum aptum sensum non praebeat, — nam *corripi* nequit *sentina*, — e proximo versu repetitum esse patet. Lacuna igitur est indicanda, cui unum quod videam convenit vocabulum quod supplevi. Cf. scholion: „*ἀντὶ τοῦ σκάφην. ταῦτα δὲ εἰπὼν προσφέρει τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ ἐφύρα.*"

---

mihi iniciatur, quo ab ista polenta arcear videlicet! — Eiusmodi instrumentis a dominis malignis vexebantur mancipia famelica et furacia, ad quorum unum „*παύσειν ἔοιχ' ἡ παυσικάπη κάπτοντά σε*" dixit nescio quis apud nostrum in fabula deperdita [1]). Hoc enim vel *καρδοπεῖον* eiusmodi collare nomen habebat [2]).

15. Illum quem e Tacito meminimus [3]) centurionem audire nobis videmur „*cedo alteram!*" crepantem [4]).

16. *μὰ τὸν Ἀπόλλω ἐγὼ μὲν οὔ!*] saepius apud nostrum redit haec sermonis quotidiani vox [5]).

17. „*Nam nequeo diutius supra nauteam istam* [6]) *perdurare*". Quoniam *σκάφαι* et *γαῦλοι* et similia nomina *alveis* et *navigiis* sunt communia [7]), apte *sentina* [8]) vocatur huius alvei liquor graveolens. Dicitur autem *ὑπερέχειν τῆς ἀντλίας* eo sensu quo *ἀνέχειν ὑπεράνω τῆς ἀντλίας* [9]). Cuiusmodi locutionis licet alia exempla non sint in promptu, contextus tamen luculenter testatur verba sic esse interpretanda [10]).

18. „*Ipsum igitur alveum* [11]) *sublatum ei afferam!*"

19. „*Ita sane! in malam rem* [12]) *et*

---

1) Ar. fr. 302 in schol. h. l. — 2) Vid. schol. et Poll. VII 20 X 113; etiam Clearchus apud Athenaeum 548 *c* conferendus. — 3) Vid. Tac. Ann. I 23. — 4) De imperativo *φέρε* vid. ad Ran. 498. — 5) Vid. ad Nub. 732. — 6) Plaut. Asin. V 2, 44 Curcul. I 2, 4. — 7) Vid. ad Eq. 1315. — 8) De voce *ἀντλίᾳ* vid. ad Eq. 434. — 9) *Ik kan het niet langer uithouden boven dat kielwater!* — 10) Itaque aliena hinc sunt *ὑπερέχειν emergere* (Thucyd. III 23 § 5 Xen. Anab. III 5 § 7 etc.) et *ὑπέραντλος sentina* (= malis) *oppressus* (Eur. Hipp. 767 Diphil. fr. 43[12]). — 11) Cf. Nub. 669 sqq. Ran. 1159. — 12) Vid. ad Ran. 187 et 607.

(Ad spectatores:)

ὑμῶν δέ γ' εἴ τις οἶδ' ἐμοὶ κατειπάτω·
πόθεν ἂν πριαίμην ῥῖνα μὴ τετρημένην.
οὐδὲν γὰρ ἔργον ἦν ἄρ' ἀθλιώτερον,
ἢ κανθάρῳ ⟨μάττοντα⟩ παρέχειν ἐσθίειν.
ὗς μὲν γάρ, ὥσπερ ἂν χέσῃ τις, ἢ κύων,
φαύλως ἐρείδει· τοῦτο δ' ὑπὸ φρονήματος
βρενθύεταί τε καὶ φαγεῖν οὐκ ἀξιοῖ,
ἢν μὴ παραθῶ τρίψας δι' ἡμέρας ὅλης,
(ὥσπερ γυναικὶ γογγύλην μεμαγμένην.)
ἀλλ' εἰ πέπαυται τῆς ἐδωδῆς σκέψομαι
τηδί, παροίξας τῆς θύρας, ἵνα μή μ' ἴδῃ.

21. πόθεν ἂν] ὁπόθεν Cobet; ad vulgatam tuendam Mazon confert vs. 361, 688 etc.

mactram proripe [1]) *et te ipsum!"* [2]). Simillima sunt Bdelycleonis ad patrem verba: „ὤθει τὸν ὄνον καὶ σαυτὸν εἰς τὴν οἰκίαν" [3]).

20. „*At vos* — nam iste male dispereat per me licet! — *consilio, si potestis, mihi adeste!*" [4]). — His verbis alter servus spectatores affatur argumentum fabulae enarraturus, ut in Equitibus et in Vespis.

21. Simillimus est sonus trimetri ex Amphiarao servati: „πόθεν ἂν λάβοιμι βύσμα τῷ πρωκτῷ φλέων;" [5]). Quae hominis anxii et terrore perculsi fuisse verba satis intellegimus.

22. ἦν ἄρα] *erat igitur,...* ut certo certius iam expertus novi! — Notus hic imperfecti usus [6]).

24. ὥσπερ — τις] i. e. τρίψαντος μηδενός [7]).

25. φαύλως ἐρείδει] *sic temere* [8]) *devorat* [9]).

— τοῦτο δὲ...] *at istud...!* Egregio cum contemtu hoc profert pronomen et gestu comitatur. Mente addi potest: τὸ θηρίον.

26. βρενθύεται] *fastidit* [10]).

27. „*Nisi per totum diem* [11]) *triverim priusquam ei apponam*". — Verbo παραθεῖναι non serio sed amaro cum risu utitur, est enim ex hominum cenis desumtum [12]).

28. „*Ceu turundam praebeam mulieri pistam*". — Adiectivum est γογγύλος, ut in Callimachi quae scholiasta affert verbis: „γογγύλος ἐστὶ λίθος" [13]); sed in lingua pistorum substantivi vicem obit femininum [14]).

29. Etiamne escam exedere pergat scarabaeus an satiatus tandem quiescat scire cupit Xanthias.

30. παροίξας τῆς θύρας] *per rimam ianuae* [15]) *introspiciens in aulam.* Id quod

---

[1]) De verbo ξυλλαβεῖν vid. ad Plut. 1079. — [2]) καὶ...γε πρός vel καὶ πρός γε legitur etiam Ach. 1229 et Ran. 415, ubi vid. — [3]) Vesp. 196; praeterea vid. ad Nub. 1296. — [4]) Cf. Ach. 206 sq. — [5]) Ar. fr. 24. Cf. etiam infra vs. 521. — [6]) Vid. ad Vesp. 183. — [7]) Recte schol.; de re vid. Antiphan. fr. 126. — [8]) Nos: *zoo maar.* Vid. ad Vesp. 656. — [9]) Nos: *slaat het naarbinnen.* Item mox vs. 31; vid. ad Ran. 576 et 914. — [10]) Vid. ad Nub. 362. — [11]) Vid. ad Nub. 1053. — [12]) Recte Mazon: „*apporte sur un plat*". Nos: *opdisschen.* — [13]) Recte sic in V: „καὶ Καλλίμαχος· γογγύλος ἐστὶ λίθος". In scholiorum editione Dindorfiana perperam post Καλλίμαχος clausa est sententia. — [14]) Nos: *een bolletje.* Vid. ad Lys. 975. — [15]) Item Eur. Iph. Aul. 857; frequentius est compositum παρανοῖξαι.

(Per ianuam semiapertam in aedium interiora prospectans:)

ἔρειδε! μὴ παύσαιο μηδέποτ' ἐσθίων,
τέως ἕως σαυτὸν λάθοις διαρραγείς!

(Clausa ianua redit.)

οἷον δὲ κύψας ὁ κατάρατος ἐσθίει

32. σαυτὸν V] αὑτὸν R. || λάθοις Reisig] λάθη(ι)ς VR, qua lectione servata Dawes τέως delebat, ἕως σεαυτὸν ἂν λάθῃς scribens. Vid. comment.

alibi dicitur παρακλῖναι τῆς αὐλείου [1]) et: ὑποῖξαι τὴν θύραν [2]), praepositionis autem eadem vis est in verbo παρακῦψαι [3]). Ianuam non *stabuli* alicuius dicit ante aedes extructi, — cui in urbe Athenis [4]) locus non fuisset, opinor, — sed ipsius domus, τὴν αὔλειον. *Intus, in aula,* ingentem illum scarabaeum alit Trygaeus, mox inde provolaturus, quemadmodum anno proximo Philocleon in aula retibus obductis a filio coërcebatur et veluti στρουθὸς γενόμενος ἐκπτέσθαι inde conabatur [5]).

31. ἔρειδε] *vora,* ut modo [6]).

32. Optat Xanthias scarabaeo ut tamdiu [7]) cibo se ingurgitet donec disrumpatur [8]). Isdem fere verbis apud Phoenicidem de Chaerippo plurimi cibi homine nescio quis iocatus „οὗτος" ait „ἐσθίει | μέχρι ἂν διδῷ τις ἢ λάθῃ διαρραγείς" [9]). — Particulae correlativae τέως ἕως in poesi Attica nonnisi h. l. coniunctae reperiuntur [10]), neque multa olim grammaticis praesto fuisse exempla efficere licet e scholio V, ubi discrimen quod inter utramque particulam intercedat cognoscere cupientibus noster locus „εἰς ὑπόδειγμα χρήσιμος" esse dicitur. Agnoscimus aut Aristarchi vocem aut alicuius ex eius discipulis, luculentum hoc exemplum, cui salutiferi fuere versus numeri, afferentis ad demonstrandum id quod nunc pueri sciunt, olim ne eruditi quidem homines inter Graecos satis perspiciebant, non habuisse hoc linguam poetarum epicorum, ut τέως pro ἕως diceretur, ὅσος id quod τόσος valeret interdum, τοῖος id quod οἷος, sed neque cetera correlativa neque particulas τέως et ἕως sine vitio unquam potuisse permutari [11]). Qua observatione pessime abusus est qui in scholiis ad Platonem scripsit: „(τέως) ἐν τῇ Εἰρήνῃ εὕρηται ἀντὶ τοῦ ἕως" — dein nostrum locum afferens! [12]) Sic scilicet corrupta sunt quae veteres grammatici docte prudenter copiose olim disputaverant, sive librariorum hic est error „ἀντὶ τοῦ ἕως" scribentium, cum deberent „ἀντικείμενον τῷ ἕως," sive ludimagistrorum, priscae eruditionis copiis imperite utentium.

— ἕως σαυτὸν λάθοις] infra redit haec locutio [13]).

33. οἷον...!] *ut...!* Eo fere quo „ὡς" sensu adhibitum [14]).

— κύψας] *operi strenue incumbens.* Cum hoc participio [15]) iungendum esse quod sequitur „ὥσπερ παλαιστής" apparet aliis locis collatis [16]). Idem apud Menandrum sic dicebatur: „κύψας καθ' αὑτὸν τῶν τραγημάτων ἔφλα" [17]).

[1]) Infra vs. 981. — [2]) Thesm. 424. — [3]) Vid. infra vs. 982. — [4]) Cf. pag. 2, 8. — [5]) Vid. Vesp. 129—132, 207 sq. — [6]) Vs. 25. — [7]) Nos: *nèt zoolang totdat...*; cf. quae ad vs. 103 observavi. — [8]) Cf. Eq. 340 Plut. 892. — [9]) Phoenicid. fr. 3. — [10]) Observavit Dawes. — [11]) Cf. Hom. *M* 141 *β* 148 schol. *A* 193 etc., Enchirid. dict. ep. p. LXI, 5 et 551, 2. — [12]) Schol. Plat. Hipparch. 229 *d.* — [13]) Vs. 63; cf. etiam Nub. 242. — [14]) Vid. ad Eq. 367. — [15]) Non cum participio παραβαλών, quod perhibet scholiasta. — [16]) Vid. Lys. 1083 et ad Av. 401 sq. — [17]) Menandr. fr. 607.

ὥσπερ παλαιστής! παραβαλὼν τοὺς γομφίους,
καὶ ταῦτα τὴν κεφαλήν τε καὶ τὼ χειρέ πως
ὡδὶ περιάγων, ὥσπερ οἱ τὰ σχοινία
τὰ παχέα συμβάλλοντες εἰς τὰς ὁλκάδας.

(Redit Sosias.)

ΣΩΣΙΑΣ.

μιαρὸν τὸ χρῆμα καὶ κάκοσμον καὶ βορόν,

---

34. *παραβαλὼν*] *περιβαλὼν* Blaydes, sed neque voci *γομφίοις* neque ipsi imagini convenit *περι-* praepositio.

35. *τε* R] om. V.

38—42. In V R continuantur ei qui proximos dixit; versus 38 sqq. servi prioris (Sosiae) esse vidit Dindorf, versus 41 sq. recte distribuit Bergk.

---

34 sq. *γομφίους ... χεῖρε*] vocibus utitur hominibus aptis, cum *τὰς χηλὰς καὶ τοὺς ἐμπροσθίους πόδας* [1]) velit dicere.

36 sq. „*ὥς τις σχοινιοπλόκος* sive *restio* [2]) caput et brachia iactans". Recte sic interpretantur scholiastae, eodemque verba Pollucis ducunt: „*σχοινιοσυμβολεύς· ὁ τὰ σχοινία πλέκων*" [3]). Artis igitur vocabulum est *committere, συμβάλλειν,* ut gallicum *commettre* [4]). Non sunt sequendi qui *nautas* intellegunt rudentem, cuius non iam sit usus, *conicientes* [5]); qua interpretandi ratione ut praepositioni *εἰς* non inferatur vis, at comparatio satis concinna non prodit; nam nautae in illo opere occupati modo sinistrorsum modo dextrorsum se movent [6]), cuiusmodi motus scarabaeo voraci prorsus non convenit. Imitari hic dicitur operarium qui magna virium intentione densum conficit rudentem [7]) onerariis protrahendis [8]), modo proiciens caput et brachia, modo adducens [9]).

38. *μιαρὸν τὸ χρῆμα*] *impura est ista bestia* [10]). Et tantae quidem impuritatis esse scarabaeos „ut statim moriantur si unguenti aliquid iniciatur", suavi odore necati ut alia animalia mephitide tartarea, docet historiae naturalis praeceptor Aelianus, — quam interioris notae sapientiam e comicorum iocis haustam fere suspiceris. Nam haec sunt quae habet ille: „*κανθάροις κακόσμοις* „*θηρίοις εἴ τις ἐπιρράνειε μύρον, οἱ δὲ τὴν* „*εὐωδίαν οὐ φέρουσιν, ἀλλ' ἀποθνήσκουσιν.* „*οὕτω τοί φασι καὶ τοὺς βυρσοδέψας συν-* „*τραφέντας ἀέρι κακῷ βδελύττεσθαι μύ-* „*ρον*" [11]). Quae scarabaeorum et coriariorum iunctura non potest non miros nos habere, nisi id quod infra legitur: „*ἐς Κλέωνα τοῦτ' αἰνίσσεται*" huc trahere licet. Sed vix digna sunt ista quibus immoremur. Aliquanto minus absurde scarabaei „aversari unguenta" dicuntur apud Plutarchum [12]).

— *βορόν*] non redit adiectivum in dictione comica; nempe cothurnati quid habet, ut *βορά* [13]).

---

[1]) Vid. ad vs. 7. — [2]) Cf. *ἱμονιοστρόφος* Ran. 1297. — [3]) Poll. VII 160. Cf. Sobolewski Praep. p. 60 sq. — [4]) Mazon. — [5]) Sic post alios Paley et Merry. — [6]) „Sway from side to side" (Merry). — [7]) *Een tros.* — [8]) De praepositione *εἰς* vid. vs. 563 et 1202. — [9]) „Exécuté à la main dans l'antiquité ce travail de „torsion devait donner lieu à un mouvement ininterrompu des bras de l'ouvrier „autour du câble" (Mazon). — [10]) Item Thesm. 521; vid. etiam Vesp. 933 et ad Ran. 1278 Vesp. 266. — [11]) Ael. Hist. Anim. I 38. Cf. Zielinski Glied. p. 68, 2. — [12]) Plut. Mor. 1058 *a*. — [13]) Thesm. 1033.

χώτου ποτ' ἐστὶ δαιμόνων ἡ προσβολή
οὐκ οἶδ'. Ἀφροδίτης μὲν γὰρ οὔ μοι φαίνεται.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

οὐ μὴν Χαρίτων γε.

ΣΩΣΙΑΣ.

τοῦ γάρ ἐστ';

ΞΑΝΘΙΑΣ.

οὐκ ἔσθ' ὅπως
τοῦτ' ἔστι τὸ τέρας οὐ Διὸς Σκαταιβάτου.

ΣΩΣΙΑΣ.

οὐκοῦν ἂν ἤδη τῶν θεατῶν τις λέγοι
νεανίας δοκησίσοφος· „τὸ δὲ πρᾶγμα τί;

---

42. *οὐ* R] *τοῦ* V. ‖ *Σκαταιβάτου* R[1] et schol.] *καταιβάτου* V R[2]. Inutiles duco coniecturas (*καταιπάτου* Pauw, *σκαταιφάγου* Blaydes, *σκαταιβότου* Rutherford).
44. *δὲ*] del. vHerwerden.

---

39. Cf. Thesei Euripidei verba: *οὐκ ἔστιν ἄλλου δαιμόνων ἀγὼν ὅδε | ἢ τῆς Διὸς δάμαρτος* [1]. — Dicitur *προσβολή malum divinitus missum* [2], *θεία κηλὶς προσπεσοῦσα*, ut loquitur Antiphon [3]. Quae vox e sacerdotum augurumque lingua est desumta [4]; nam in vitae quotidianae sermone *προσβολή conflictum hostilem* significabat [5].

41. *οὐ μήν ... γε*] *non sane* [6].

— *οὐκ ἔσθ' ὅπως | τοῦτ' ἔστι ... οὐ*] praeter morem locutio: *οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ* [7] nunc divellitur, ut negatio nomini dei arte possit iungi [8].

42. Nomen *Iovis Καταιβάτου* sive *Elicii* [9] ab impudenti mancipio ita nunc profertur ut e deorum patre fiat *Stercutius* aliquis [10]. Cuiusmodi frequentes apud nostrum sunt ioci [11]. Neque anxie quaerendum est quid igitur „*σκαταιβάτης*" illud significet, eumne *qui per stercus vadat*, an aliud quid? nam prioris tantum partis habetur ratio, ut in Periclis epitheto *κεφαληγερέτῃ*, quod ex epico *νεφεληγερέτῃ* iocose est confictum [12].

44. *δοκησίσοφος*] *qui sibi prudens videtur*, *σεμνός τις καὶ δοκήμασιν σοφός* [13], unus *τῶν μειρακίων τῶν ἐν τῷ μύρῳ στωμυλλομένων* [14]. Eadem ratione conformata sunt quae idem fere valent adiectiva: *δοκησίνους* [15] et *δοκησιδέξιος* [16].

— *τὸ δὲ πρᾶγμα τί;*] *quid hoc est rei?* [17]. Id fere nunc valet *πρᾶγμα* quod alibi *ὁ λόγος* sive *argumentum* [18].

---

[1]) Eur. Herc. 1311 sq. — [2]) Nostrum: *een bezoeking*. — [3]) Antiphont. III § 8. — [4]) Item Aesch. (Pers. 781) Choeph. 283 Eum. 600 etc. — [5]) Cf. Eq. 389 Eur. El. 829 etc. — [6]) Vid. ad Nub. 53. — [7]) Vid. ad Ran. 640. — [8]) Cf. infra vs. 125. — [9]) CIA. IV 2 1659 *b* et *e* Collitz. 4762, 4880 sq. Pausan. V 14 § 5 Aesch. Prom. 359 Liv. I 20 Preller-Robert Myth. I[4] p. 154, 4. — [10]) Vid. ad Ran. 146.— [11]) Vid. ad Ran. 427 et ad Eq. 79. — [12]) Cratin. fr. 240; contulit Mazon. — [13]) Cf. Eur. Troad. 411. — [14]) Eq. 1375. — [15]) Poll. IV 9. — [16]) Pherecrat. fr. 154 Call. 27. — [17]) Item Eccl. 311 Timoth. Pers. 162. Cf. Eq. 36 Av. 30. — [18]) Vid. vs. 50, 148 et Vesp. 54.

„ὁ κάνθαρος δὲ πρὸς τί;“

ΞΑΝΘΙΑΣ.

κᾆτ' αὐτῷ γ' ἀνὴρ
Ἰωνικός τίς φησι παρακαθήμενος·
„δοκέω μέν, ἐς Κλέωνα τοῦτ' αἰνίσσεται,
„ὡς κεῖνος* ἀναιδέως τὴν σπατίλην ἐσθίει“.

ΣΩΣΙΑΣ.

ἀλλ' εἰσιὼν τῷ κανθάρῳ δώσω πιεῖν.

(Denuo aedes intrat.)

45ᵇ—48. Xanthiae tribui; ei qui proximos dixit continuant V R.

47. *αἰνίσσεται* Dobree] *αἰνίττεται* V R.

48. *ἐσθίει*] interpres in scholiis pronomen *κεῖνος* ad Cleonem referens „*ἐσθίει ἀντὶ τοῦ ἤσθιεν*" dictum esse perhibet, quem ita secuti sunt Palmerius Dobree Blaydes ut in textum reciperent *ἤσθιεν* vel — „augmento ionice omisso" (de quo errore vid. Enchir. dict. ep. p. 338) — *ἔσθιεν*.

49. Ei qui proximos versus dixit continuant V R; correxit Dobree.

---

45. *ὁ κάνθαρος δὲ πρὸς τί;*] *quorsum autem iste scarabaeus?* Item in Equitibus: „*ὁ δράκων δὲ πρὸς τί;*" ait isiciarius [1]).

— *καὶ ... γε*] *ita sane*, alter servus respondet, *atque adeo ...* [2]).

46—48. Liberalibus nunc quoque more solito multi in urbe adsunt peregrini [3]). Quorum unum poeta fingit spectaculum insolitum admirantem, et cum de bestia graveolenti quaedam narrari audiat, extemplo suspicantem dici haec ad coriarium illum, quem in scena Aristophanea nunquam non male mulcatum probe meminerit, etiam post mortem [4]) deridendum: „*Cleonem opinor hoc spectat* [5]), *prouti ille scarabaeus impudenter illo stercore vescitur*". Interpretes cum priscos tum recentiores [6]) ad *Cleonem* pronomen *κεῖνον* referentes — in quorum cum et ego essem numero, pro „*ἀναιδέως*" conciebam „*ἐν Ἄιδεω*", ut temporum constaret ratio, — ab errore frustra olim revocavit Bothe, nuper vero Willems denuo demonstravit *κεῖνον* dici *scarabaeum* [7]); qui et aliis persuasit et mihi.

46. *Ἰωνικός τις*] quasi latine dicas: *provincialis aliqui homo.*

47 sq. Ionicus hic sua dialecto usus [8]), qui similis fere est iocus ut si a scriptore Britanno inducatur hodie „americane" quis „*I guess*" pro „*I believe*" dicens, „*δοκέω*" eo dicit sensu quo Athenienses „*οἶμαι*" vel „*ἐμοὶ δοκεῖν*" [9]), „*σπατίλην*" eo quo illi „*σκῶρ*", et Ionicas verborum formas adhibet „*αἰνίσσεται*" [10]), „*κεῖνος*", „*ἀναιδέως*".

49. „*At introibo, ut scarabaeo dem bibere*"; *εἴσειμι πιεῖν αὐτῷ δώσων* [11]). Id est: *εἴσειμι οὐρησόμενος* [12]). „Fontem", unde Pegaso illi potum est praebiturus, gestu indicat. — Ita ut equisonem eum loqui, scarabaeos enim revera non bibere, in scholiis observatur.

---

[1]) Eq. 206, ubi vid. — [2]) Vid. ad Ran. 49. — [3]) Vid. ad Ach. 502 sq. — [4]) Cf. vs. 269 et 649. — [5]) Nos: *dat zegt hij op Cleon.* De praepositione *εἰς* (vel *πρός*) ita adhibita vid. ad Eq. 1085 et Av. 917. — [6]) Vid. annot. crit. — [7]) Confert locum simillimum Plat. Phaedon. 89*a*. — [8]) Etiam infra vs. 930 iocum praebet dialectus Ionica. — [9]) Vid. ad Vesp. 15. — [10]) Verbum nonnisi Av. 970 in comoedia redit; ceterum vid. ad Ran. 61. — [11]) De participii praesentis hoc usu vid. ad Nub. 1212. — [12]) Sic Mazon.

SCENA SECUNDA.

Xanthias solus.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(ad spectatores:)

ἐγὼ δὲ τὸν λόγον γε τοῖσι παιδίοις
καὶ τοῖσιν ἀνδρίοισι καὶ τοῖς ἀνδράσι
καὶ τοῖς ὑπερτάτοισιν ἀνδράσιν φράσω,
καὶ τοῖς ὑπερηνορέουσιν ἔτι τούτοις μάλα.
ὁ δεσπότης μου μαίνεται καινὸν τρόπον, —
οὐχ ὅνπερ ὑμεῖς, ἀλλ' ἕτερον καινὸν πάνυ.

---

52. *ὑπερτάτοισιν* B] *ὑπερτούτοισιν* V R, *ὑπερτέροισιν* Blaydes.

53. *ὑπερηνορέουσιν*] quidni *-ροῦσιν*? || *τούτοις*] *τούτων* vHerwerden (cum schol.), *ἔτι μάλ' ἀνδράσιν* Blaydes; sed vid. comment.

---

50 sqq. Alter histrio ad spectatores iam se convertit fabulae argumentum enarraturus. Item in Vespis servus alter: „*φέρε νυν κατείπω τοῖς θεαταῖς τὸν λόγον*", [1]) et mox — nonnullis interpositis —: „*νόσον γὰρ ὁ πατὴρ ἀλλόκοτον αὐτοῦ νοσεῖ*, | „*ἣν οὐδ' ἂν εἷς γνοιη ποτ' οὐδ' ἂν ξυμβάλοι*, | „*εἰ μὴ πύθοιθ' ἡμῶν*" [2]). Ubi etiam vicini versus digni sunt qui conferantur, nam multa habent nostro loco similia.

50—53. His verbis Xanthias cunctos complectitur spectatores, iocosa gradatione ab iis qui *ἔσχατοι θεῶνται* ad eos qui *τὴν προεδρίαν ἔχουσι* [3]) sensim descendens. „*Pueris et homuncionibus et* „*viris et summis viris atque adeo* [4]) *iis* „*quos viris maiores iure dixerit quispiam*" rem enarraturus est. Non verorum autem *puerulorum* nunc fit mentio, quos ad comoedias spectandas adductos fuisse ut confidenter negemus multa nos movent [5]), sed *iuvenes* sunt cogitandi [6]). *μειράκια* quae in Ecclesiazusis dicuntur loco simillimo [7]). Viros „*ὑπερτάτους*" quinam adiectivo epico vel tragico iam dicantur fortasse non est quaerendum; sed quoniam sequenti certe versu spectatores quosdam ab histrione manu indicari testatur pronomen *οὗτος*, veri videtur simile etiam hunc versum ad certam aliquam spectatorum partem esse referendum. Dicit igitur *ὑπερτάτους* eos qui „*ἐν τῷ βουλευτικῷ*" sedent loco honorificentissimo [8]), eos vero qui in primo sedilium ordine sedent plus fere quam homines sibi videri, *ὑπερανθρώπους τινάς* [9]), perhibet emunctae naris mancipium, ficta admiratione abreptum nimirum et ad epicum sermonem [10]) delapsum, ut celsos illos heroes iustis laudibus possit prosequi.

55. „Vos quoque insani estis, sed alius est heri mei furor". Impudenter sic subsannat iis quos tam impense admirari modo se fingebat. Frustra autem ad *iudicialem* illum Atheniensium furo-

---

[1]) Cf. etiam Av. 30 et supra vs. 44. — [2]) Vesp. 54 et 71—73. — [3]) *καὶ ἔτι μάλα*: vid. ad Ran. 864 et supra vs. 5. — [4]) Vid. Eq. 702—704 et ad Eq. 327. — [5]) Feliciter illam opinionem redarguit Willems. Vid. etiam ad Thesm. 835 et infra vs. 966 sq. — [6]) *Gamins* bene reddit Willems. Idem valet de versu 766 et de Nub. 539. — [7]) Eccl. 1146. — [8]) Vid. ad Av. 794. — [9]) „*Uebermenschen*". — [10]) Cf. Hom. *Δ* 176 etc.

δι' ἡμέρας γὰρ εἰς τὸν οὐρανὸν βλέπων
ὡδὶ κεχηνὼς λοιδορεῖται τῷ Διΐ,
καί φησιν· „ὦ Ζεῦ, τί ποτε βουλεύει ποιεῖν;
„κατάθου τὸ κόρημα· μὴ ἐκκόρει τὴν Ἑλλάδα!“
(Auscultans, ad spectatores:)
ἔα, ἔα,
σιγήσαθ', ὡς φωνῆς ἀκούειν μοι δοκῶ.
(Ex aedibus auditur vox Trygaei.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.)

ὦ Ζεῦ, τί δρασείεις ποθ' ἡμῶν τὸν λεών;
λήσεις σεαυτὸν τὰς πόλεις ἐκκοκκίσας.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

τοῦτ' ἔστι, τουτὶ τὸ κακὸν αὖθ', οὑγὼ ἔλεγον·

---

56. γὰρ V] μὲν R.
60. ἔα, ἔα] Trygaeo dabat Brunck, sed recte in V R continuari Servo ostendit Blaydes (vid. comment.).
63. σεαυτὸν B] -τοῦ V R.

---

rem, quem in Vespis comicus risit, vox „ὅνπερ ὑμεῖς“ refertur in scholiis. Non enim certus aliqui nunc significatur mentis morbus, sed in universum haec dicuntur, ut solent histriones fictis criminibus spectatores proterve lacessere [1].

56. δι' ἡμέρας] *per totum diem*, quod supra „δι' ἡμέρας ὅλης“ est dictum [2].

57. ὡδί] herum caelo inhiantem ludicre imitatur Xanthias [3].

58 et 62. Similes sunt tragici in Thesmophoriazusis querelae: „ὦ Ζεῦ, τί δρᾶσαι διανοεῖ με τήμερον;“ [4].

59. „*Pone scopas* [5]): *ne everras* [6]) *Graeciam!*“ — „Puisqu'on peut dire à Zeus: *Ne balaie pas le sol de la Grèce de tous ses habitants*, c'est donc que Zeus a un balai! On lui dira donc d'abord: *Dépose ton balai, Zeus!*“ [7]).

60. ἔα, ἔα] non terrorem vel luctum vox indicat, sed sic clamant qui inexpectato sono vel spectaculo feriuntur [8]).

62. Digna quae conferantur — nam tragoediae haec sunt merae — sunt Tecmessae Sophocleae verba: „ὦ δέσποτ' Αἴας, τί ποτε δρασείεις φρενί;“ [9]).

63. „*Imprudens* [10]) *civitates luxabis*“ sive *vastabis* [11]).

64. „*Ecce ipsum illud malum quod dicebam!*“ — Item in Nubibus Strepsiades auditis filii somniantis clamoribus: „τοῦτ' ἔστι τουτὶ τὸ κακὸν ὅ μ' ἀπολώλεκεν!“ [12]) et in Acharnensibus Dicaeopolis: „οὐκ ἠγόρευον; τοῦτ' ἐκεῖν' οὑγὼ 'λεγον“ [13]).

---

1) Vid. ad Plut. 99. — 2) Vs. 27; vid. ad Nub. 1053. — 3) Vid. ad Av. 51 et 264. — 4) Thesm. 71; praeterea cf. infra vs. 106. — 5) Redit vox Eupol. fr. 157, 228⁴. Vox latina (*e*)*verriculum* eandem habet originationem, sed vim diversam. — 6) Vid. ad Thesm. 760. — 7) Mazon. — 8) Cf. Nub. 1260 Av. 327, 1495 Thesm. 699, 1105 Plut. 824. — 9) Soph. Ai. 585. — 10) Cf. vs. 32. — 11) Vid. Lys. 364 et ad Ach. 1179. — 12) Nub. 26. — 13) Ach. 41; praeterea vid. ad Ran. 318.

τὸ γὰρ παράδειγμα τῶν μανιῶν ἀκούετε.
ἃ δ' εἶπε πρῶτον ἡνίκ' ἤρχεθ' ἡ χολή,
πεύσεσθ'. ἔφασκε γὰρ πρὸς αὑτὸν ἂν ταδί·
„πῶς ἄν ποτ' ἀφικοίμην ἂν εὐθὺ τοῦ Διός;"
ἔπειτα λεπτὰ κλιμάκια ποιούμενος,
πρὸς ταῦτ' ἀνηρριχᾶτ' ἂν εἰς τὸν οὐρανόν,
ἕως ξυνετρίβη τῆς κεφαλῆς καταρρυείς.
ἐχθὲς δὲ μετὰ ταῦτ' ἐκφθαρεὶς οὐκ οἶδ' ὅποι,

66. ἃ δ' V[2]] τὰ δ' V[1] R. ‖ πρῶτον ἡνίκ'] ἡνίκα πρῶτον Halbertsma.
67. ἂν ταδί Lenting] ἐνθαδί V R; cf. vs. 213.
70. ἀνηρριχᾶτ' Dindorf] ἀνερριχᾶτ' V R; vid. schol. et Et. M. 99, 18 sqq.

65. *τῶν μανιῶν*] frequens numeri pluralis hic usus [1]).

66. *ἡνίκ' ἤρχεθ' ἡ χολή*] i. e. *ἡνίκ' ἤρχετο (μελαγ)χολᾶν* [2]). Valet enim *χολή* nunc *furorem*, ut saepius [3]).

67 et 70. *ἂν*] frequens apud nostrum est particulae hic usus iterativus [4]).

68. *πῶς ἄν ποτ' ἀφικοίμην ...;*] id fere quod: *„εἰ γὰρ ἀφικοίμην!" utinam pervenire possem!* [5]).

— *εὐθὺ τοῦ Διός*] *recta ad Iovem* [6]).

69 sq. Nimis bene concinunt quae apud Polyaenum narrantur de Cosinga regulo Thrace, qui ut civibus turbulentis metum incuteret, *„κλίμακας πολλὰς „καὶ μεγάλας ξυλίνας ἤγειρε συνθεὶς ἄλλας „ἐπ' ἄλλαις, καὶ οἷος ἦν εἰς τὸν οὐρανὸν „ἀναβῆναι κατερῶν πρὸς τὴν Ἥραν τῶν „Θρᾳκῶν ὡς ἀπειθούντων"*, itaque illi perterriti *„ὤμοσαν ἦ μὴν ὑπακούσεσθαι"* [7]). Quae aut e nostro loco aut e simili comicorum ioco fluxisse suspicor [8]); nam revera eiusmodi terriculamentis quemquam extra comoediam usum esse, quis credat! Per iocum cum talia referuntur, risum movent: cum serio, — sive in fabula milesia sive apud historiarum scriptorem, — nauseam aut bilem. Etiam Lucianus nostri loci memor fuisse videtur, cum Menippum suum his verbis a sodali fecit interrogari: *„τίνα τρόπον „ἤρθης ἄνω* (in caelum) *καὶ πόθεν ἐπορίσω „κλίμακα τηλικαύτην τὸ μέγεθος;"* [9]).

69. *ποιούμενος*] *facienda curabat* [10]).

70. *„Per has scalas sursum enitebatur* [11]) *caelum versus"*. — Non plane absimilis erat audacia Philocleonis senis, qui domi cum a filio esset inclusus, *αὐτῷ παττάλους ἐνέκρουεν εἰς τὸν τοῖχον, εἶτ' ἐξήλλετο* [12]).

71. *ξυνετρίβη τῆς κεφαλῆς*] sic in Vespis Sybarita quidam dicitur e curru lapsus *καταγῆναι τῆς κεφαλῆς* [13]), et in exitu Acharnensium affertur Lamachus *τῆς κεφαλῆς κατεαγώς* [14]).

72. *ἐκφθαρείς*] id fere quod: *ἐπὶ τῷ ἑαυτοῦ κακῷ ἐξελθών.* Sic *φθείρου* valet: *in malam rem abi* [15]), similisque est usus compositorum *ἀπο-* et *προσφθαρῆναι* [16]) et verbi *ἐρρῆσαι εἰσερρῆσαι* [17]).

[1]) *„His mad fits"* (Merry). Vid. ad Nub. 832. — [2]) Vid. ad Nub. 833. — [3]) Cf. Vesp. 403 Ran. 4. — [4]) Vid. ad Vesp. 269. — [5]) Vid. ad Eq. 16 et cf. infra vs. 521. — [6]) Item vs. 77; praeterea vid. ad Nub. 162. — [7]) Polyaen. VII 22. — [8]) Vid. ad Ach. 91. — [9]) Lucian. XLVI § 2. — [10]) Vid. ad Lys. 51. — [11]) De verbo *ἀρριχᾶσθαι* (*klauteren*) vid. Etym. M. 99, 28 Bekk. Anecd. 19 et 398 (fr. com. adesp. 936) Arist. H. Anim. IX 40 § 7 Lucian. XXXIV § 8. — [12]) Vesp. 129 sq. — [13]) Vesp. 1428. — [14]) Ach. 1180, ubi vid. — [15]) Ach. 460 etc. — [16]) Vid. ad Nub. 789. — [17]) Cf. Eq. 4 Lys. 336 Ran. 1192.

εἰσήγαγ' Αἰτναῖον μέγιστον κάνθ . . . αρον·
καὶ ἔπειτα τοῦτον ἱπποκομεῖν μ' ἠνάγκασεν,
καὐτὸς καταψῶν αὐτόν, ὥσπερ πωλίον,
„ὦ Πηγάσειον“ φησί „γενναῖον πτερόν,

76. *Πηγάσειον*] *-σιον* V R (*-σιόν μοι* recc.); Meineke *Πηγασίδιον.* || *πτερόν* R] *πτερ͂τὸν* (*πτερωτὸν*) V.

73. „*Secum in domum adduxit ingentem quendam Aetnaeum . . .*" — haec qui audivit, proximum vocabulum expectat *equum,* nam clara hoc tempore erant iumenta Aetnaea [1]), quae in laetis Siciliae campis alebantur, et nuper cum ipsa Sicilia melius innotuerant Atheniensibus, postea vel nimis bene innotuere, cum equitatus Syracusanus infestavit copias Niciae [2]). „*Οἱ Αἰτναῖοι ἵπποι διαβόητοι καὶ τὸν δρόμον ἀξιόλογοι καὶ τὰ ζεύγη ἐπαινετοί*" [3]). Itaque cum vocabulum „*κανθ . . .*" proloqui incipit Xanthias, nemo est inter auditores, quin „*κανθήλιον*" [4]) id fore putet. At *Aetnaeus* hic non *ca . . . ballus* evadit sed *ca . . . ntharus* [5]). — Simplici huic explicationi in scholiis alia opponitur ab homine aliquo vesane docto, — Didymine haec sunt insomnia? — qui verba poetae obruit farragine doctrinae intempestive adhibitae: „maximos in Aetna monte gigni scarabaeos, testibus Epicharmo Aeschylo Sophocle Platone comico". — Apage ista! Quae sive explicari nequeunt sive possunt, — equidem e scholii verbis male habitis efficere mihi videor Epicharmum finxisse *pygmaeos insidentes scarabaeis,* in Aeschyli autem satyrico *Sisyphum τὸν πετροκυλιστὴν ludicre esse assimulatum scarabaeo* stercoris globum volventi, praegrandes vero aliquos scarabaeos neque poetas insulse commentos esse arbitror neque scriptores rerum naturalium curiosos, — sed sive explicationem probabilem admittunt versus qui illic e contextu suo evulsi afferuntur, sive aenigmatum et portentorum instar sunt habendi, id quidem confidenter affirmo a nostro loco ea omnia plane esse aliena. Aetnae urbis ab Hierone conditae tetradrachmon argenteum, qui nummus circa annum 470 a. C. est cusus, exhibet scarabaeum, sed nostrum locum interpretantibus hic nummus quomodo prodesse possit non video; nam multum abest ut adstipuler viris doctis qui „ingentes Aetnae montis scarabaeos" illa imagine significari sibi persuaserunt [6]).

74. Est „*ἱπποκομεῖν κάνθαρον*" ex eodem genere loquendi atque: *κυνοκοπεῖν τινα* vel: *γεωμετρεῖν τὸν ἀέρα* [7]).

76. Apud Hesiodum commemoratur Pegasus equus e Medusae sanguine natus, qui terra relicta *ἵκετ' ἐς ἀθανάτους, Ζηνὸς δ' ἐν δώμασι ναίει, | βρόντην τε στερόπην τε φέρων Διὶ μητιόεντι* [8]), nec non Bellerophon eius ope Chimaeram vicisse dicitur [9]). Eundem heroem cum *ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς μεθ' ὁμάγυριν Ζανὸς* vellet ire Pegaso deiectum novit Pindarus [10]) et post Pindarum multi poetae celebrarunt, in primis Euripides [11]), quem comicus contemtim ideo vocavit [12]) *χωλοποιόν,* nunc autem festivissime imitatur. Nam ut Bellerophon, sic Trygaeus caelum est petiturus, ubi cum deorum

1) Cf. Soph. Oed. Col. 312. — 2) Cf. Thucyd. VI 20 § 4 etc. — 3) Schol. — 4) Cf. Vesp. 179 Lys. 290 et vid. infra vs. 82. — 5) Quasi vernacule dicas: *een vlaamsche . . . tor* vel: *een beierschbier . . . kever.* — 6) Vid. Head in Histor. numm. p. 114 sq. — 7) Vid. ad Eq. 313. — 8) Hes. Theog. 281; cf. infra vs. 722. — 9) Ibid. vs. 325. — 10) Pind. Isthm. VII 63 sqq.; germen fabulae habet Hom. *Z* 202: „*πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων*". — 11) Cf. vs. 146—148 et Ach. 426 sq. — 12) Vid. ad Ach. 411 Ran. 846.

„ὅπως πετήσει μ' εὐθὺ τοῦ Διὸς λαβών.“ —
ἀλλ' ὅ τι ποιεῖ ⟨τῃδὶ διακύψας⟩ ὄψομαι.
(Per ianuam denuo semiapertam spectat.)
οἴμοι τάλας! ἴτε δεῦρο, δεῦρ', ὦ γείτονες!
ὁ δεσπότης γάρ μου μετέωρος αἴρεται
ἱππηδὸν εἰς τὸν ἀέρ' ἐπὶ τοῦ κανθάρου.

(Totam ianuam aperit. Cernitur in aula Trygaeus conscenso ingenti scarabaeo sursum evolaturus. Cui inequitans per ostium prodit in publicum.)

SCENA TERTIA.

Xanthias, Trygaeus.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἥσυχος, ἥσυχος, ἠρέμα, κάνθων·
μή μοι σοβαρὸς χώρει λίαν
εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς, ῥώμῃ πίσυνος,
πρὶν ἂν ἰδίῃς καὶ διαλύσῃς

78. διακύψας] παρακύψας Blaydes.
82. ἥσυχος (bis)] ἡσυχῆ Meineke (ut Nub. 323 Plut. 692, 735).
83. σοβαρὸς Cobet] -ρῶς V R (ut Plut. 324 sq.). Cf. Nub. 406 Plut. 872.
85. ἰδίῃς] ἰδίσῃς Porson e schol.; vid. comment.

patre de rerum terrestrium regimine pravo et iniquo expostulet [1], ... non equo tamen divino, ut ille, vectus, sed animali σκατοφάγῳ καὶ κακόσμῳ. Hocce igitur iumentum suum affatur verbis Bellerophontis Euripidei usus, qui „ἄγ' ὦ φίλον μοι" inquit „Πηγάσου ταχὺ πτερόν" [2].

77. ὅπως] *cura ut*, nota ellipsi [3].

— με ... λαβών] et alibi pronomen encliticum verbo suo praemittitur [4].

— εὐθὺ τοῦ Διός] item supra [5].

78. τῃδὶ διακύψας] denuo per ianuam semiapertam spectaturus est quid fiat intus [6].

82—101. Metro anapaestico pingi cursum equinum fuit qui contenderet [7], non reputans *volare* novum hunc Pegasum, *cursum* autem scarabaeorum equino esse dissimillimum. Cui opinioni tum fortasse adstipulabor cum demonstratum fuerit initio Persarum Aeschyli vel Antigonae Sophoclis senes Susanos Thebanosve cursu effreno ferri versus aedes regias.

82. κάνθων] felici ioco vocem, qua iumenta sive κανθηλίους incitare solent agasones [8], ad κάνθαρον suum Trygaeus transfert [9].

83. Subsimilia sunt coryphaei ad Strepsiadem in Nubibus verba: „μή νυν βαρέως ἄλγει λίαν" [10].

[1]) Cf. fr. 287 sq., 294. — [2]) Eur. fr. 308 (in schol. h. l. et apud Suid. s. v. ἐώρημα). — [3]) Vid. ad Nub. 489. — [4]) Vid. ad Av. 95. — [5]) Vid. vs. 68. — [6]) Cf. vs. 30. — [7]) Richtero sic statuenti nonnemo inter editores recentiores aurem praebuit. — [8]) Vid. ad Vesp. 179 et Ran. 200. — [9]) Vid. ad vs. 73. — [10]) Nub. 716.

ἄρθρων ἶνας πτερύγων ῥύμῃ.
καὶ μὴ πνεῖ μοι κακόν, ἀντιβολῶ σ᾽.
εἰ δὲ ποιήσεις τοῦτο, κατ᾽ οἴκους
αὐτοῦ μεῖνον τοὺς ἡμετέρους.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ὦ δέσποτ᾽ ἄναξ, ὡς παραπαίεις!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

σίγα, σίγα.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ποῖ δῆτ᾽ ἄλλως μετεωροκοπεῖς;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὑπὲρ Ἑλλήνων πάντων πέτομαι,
τόλμημα νέον παλαμησάμενος.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

τί πέτει τλήμων; οὐχ ὑγιαίνεις!

87—89. Del. Hamaker, post versum 91 collocat Bergk; equidem dubito an post versum 97 sint collocandi. Ad cantharum apte dici vix possunt. Cf. vs. 151.

95. *τλήμων;] τί μάτην V R. Blaydes coniecit τί πέτει δὲ μάτην; οὐχ ὑ., vHerwerden τί πέτει; τί παθὼν οὐχ ὑ., equidem μάτην utpote glossema vocis ἄλλως vs.

---

86 sq. *Priusquam sudore suffundaris* [1]) *et artus habeas laxiores*; „πρὶν ἂν διαχαλάσῃς τὸ σῶμα", ut Xenophontis de equis exercendis loquentis utamur verbis [2]). Apte iuncta sunt praesens ἰδίειν et aoristus διαλῦσαι, quoniam illud sensim fit, hoc semel. Tumido autem loquendi generi, cui indulget novus hic Bellerophon, optime convenit ῥύμη vox poetica [3]).

90. Perridicula haec est celsi nominis iunctura cum verbo probroso: „*o dive domine, ut deliras!*" [4]). Herum regionem caelestam capessentem minister „θειοτέρᾳ φωνῇ" affatur „ἄνακτα εἰπών" [5]). Non enim mortales comici aetate dicebantur ἄνακτες, sed dei soli [6]).

92. ἄλλως] i. e. μάτην, ὡς ἔτυχε, *frustra* [7]). — μετεωροκοπεῖς] *aërem feris*; quod e re navali desumtum est verbum, proprie enim significat eum qui *remum* non per aquam sed per inane ducit [8]). Haud inepte autem contuleris Pauli apostoli illud: „τὸν ἀέρα δέρειν" (i. e. κόπτειν), *aërem verberare*, de pugile vires in ventum effundenti dictum [9]).

94. παλαμησάμενος] poeticum pro μηχανησάμενος vel etiam simplicius τολμήσας [10]).

95. τί πέτει;] *quid hoc est, quod volare te dicis?!* — Pronominis ea est vis quae et ποίῳ adiectivo pronominali tribui solet [11]).

— οὐχ ὑγιαίνεις!] *insanis*, χολᾷς [12]).

---

[1]) Vid. ad Ran. 237. — [2]) Xen. de Re eq. 7 § 11. — [3]) Vid. ad Nub. 407. — [4]) Vid. ad Eq. 531 Nub. 640. — [5]) Recte sic schol. — [6]) Vid. Plut. 748 etc., Römer Abh. d. bayer. Akad. 1904 p. 623. — [7]) Vid. ad Nub. 1203. — [8]) Vid. ad Eq. 830 et cf. infra vs. 1306. — [9]) Paul. ad Cor. I 9 § 26. — [10]) Vid. ad Nub 176. — [11]) Vid. ad Ran. 529. — [12]) Vid. ad Nub. 1275.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

εὐφημεῖν χρὴ καὶ μὴ φλαῦρον
μηδὲν γρύζειν, ἀλλ' ὀλολύζειν·
τοῖς τ' ἀνθρώποισι φράσον ‹σιγᾶν›,
τούς τε κοπρῶνας καὶ τὰς λαύρας
καιναῖς πλίνθοισιν ἀποικοδομεῖν,
καὶ τοὺς πρωκτοὺς ἐπικλήειν.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομ', ἤν μή μοι φράσῃς
ὅποι πέτεσθαι διανοεῖ.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τί δ' ἄλλο γ' ἢ

---

92 delevi, dein voce quae aliis aptior videbatur *τλήμων* explevi lacunam. Vulgatam sunt qui tueantur coll. Soph. Ai. 635, sed ab nostro versu aliena est dictio exquisita, exclamantium autem, non rogantium vox est „*οὐχ ὑγιαίνεις*".

98. Del. Hamaker. ‖ *τ'*] V habet in ras. ‖ *ἀνθρώποισι φράσον*] -*ποις* (hoc R) *φράζω* Dobree probabili coniectura.

100. *ἀποικοδομεῖν* Flor. Christianus] *ἀνοικ.* V R, verum legit qui adscripsit „*ἀποφράξαι*" (cf. comment.).

101. *ἐπικλήειν*] -*κλείην* R (e -*κλειειν* corruptum), -*κλείειν* V.

103. *διανοεῖ* R] -*εῖς* V. ‖ *τί δ' ἄλλο γ'*] *ποῖ δ' ἄλλοσ'* vHerwerden.

96—101. Cives ceterosque mortales Trygaeus obtestatur ut et linguis et . . . cetero corpore faveant nec temere aut vocem male ominatam [1]) aut . . . aliud quid edant, dum iter sublime peragat ipse. Sunt autem e verbis conceptis *εὐφημεῖν* [2]) et *ὀλολύζειν* [3]). — Cognatus iocus est in Thesmophoriazusis fabula[4]).

99. Iubentur cives meaculorum angustorum, per quae culinarum et balneorum aqua impura decurrit [5]), *orificia* [6]), i. e. *foramina parietum* per quae foras profluunt purgamenta, *obstruere* sive *ἀποφράττειν* [7]) *lateribus novis*, non olidis igitur necdum humore adesis.

101. Id quod *εὐφημεῖν καὶ μὴ γρύζειν* valet locutio „*τὰ στόματα* (*ἐπι*)*κλήειν*" [8]). Quae ludicre nunc mutatur.

102. Isdem verbis simili occasione utitur Chremyli servus in Pluto: „*ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομαι,* | *ἢν μὴ φράσῃς ὅ τι τῷδ' ἀκολουθοῦμέν ποτε,* | *ὦ δέσποτ', ἀλλά σοι παρέξω πράγματα*" [9]).

103. *τί δ' ἄλλο γ' ἤ*] i. e. *τί δ' ἄλλο διανοοῦμαι ἤ*, nam particula *γε*, ut saepe, verbi non repetiti vicem nunc obit [10]).

---

[1]) De adi. *φλαυρῷ* vid. ad Av. 653 et de verbo *γρύζειν* ad Ran. 913. — [2]) Vid. ad Ran. 354. — [3]) Cf. Aesch. Ag. 28 et vid. ad Eq. 616. — [4]) Thesm. 39 sqq., ubi vid. — [5]) *Goten, ruisseaux, Abzugskanäle* (IMuller Handb. d. Alt.wiss. IV p. 375); cf. Hom. χ 128, 137 Herodot. I 180 Herod. Mimiamb. I 14. — [6]) *τὰ στόματα*, cf. Hom. l. l. — [7]) Recte sic redditur in scholiis et in Anecd. Bekk. p. 428. Verbum *ἀποικοδομεῖν* legitur etiam Thucyd. I 134 § 2 VII 73 § 1 Demosth. LV § 5 et 30. — [8]) Cf. Eq. 1316 Thesm. 40 nec non Eccl. 355. — [9]) Plut. 18—20. — [10]) Vid. ad Vesp. 231.

ὡς τὸν Δί', εἰς τὸν οὐρανόν!

ΞΑΝΘΙΑΣ.

τίνα νοῦν ἔχων;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἐρησόμενος ἐκεῖνον Ἑλλήνων πέρι
ἁπαξαπάντων ὅ τι ποιεῖν βουλεύεται.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ἐὰν δὲ μή σοι καταγορεύῃ;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

γράψομαι
«Μήδοισιν» αὐτὸν «προδιδόναι τὴν Ἑλλάδα.»

ΞΑΝΘΙΑΣ.

μὰ τὸν Διόνυσον, οὐδέποτε ζῶντός γ' ἐμοῦ . . .

(A scarabaeo herum avellere frustra conatur.)

---

107. καταγορεύῃ Cobet] -ρεύσῃ V R duplici vitio, neque enim aoristo est locus, neque καταγορεῦσαι est dictionis Atticae (Cobet V. L. p. 37).

Eodem igitur haec redeunt ac si una particula δήπου [1]) usus esset herus. Locutio et infra occurrit [2]).

104. ὡς τὸν Δί', εἰς τὸν οὐρανόν] simili verborum abundantia notionem adurgens Xanthias supra dicebat: „τέως ἕως" [3]). Non celerius autem haec sunt proferenda, neque artius inter se iungenda, sed post Δία intercedit discriminis aliquid: „*ad Iovem* || *caelum versus!*" ut in Iridis indignatae clamoribus: „παρὰ τῶν θεῶν ἔγωγε || τῶν Ὀλυμπίων!" et: „ἡμῖν || τοῖς ἐν οὐρανῷ θεοῖς!" [4]). Ad grammaticam quod attinet, ὡς et εἰς praepositiones iunctae extant etiam apud Thucydidem: „Βρασίδας . . . ἀφίκετο ὡς τὸν Περδίκκαν καὶ ἐς τὴν Χαλκιδίκην" [5]).

105. ἐρησόμενος] item Chremylus in Pluto: „ἐπερησόμενος οὖν ᾠχόμην πρὸς τὸν θεόν [6]).

106. Non inaudita haec servo, qui modo narravit nobis herum per totum diem „ὦ Ζεῦ, τί ποτε βουλεύει ποιεῖν;" clamitare [7]).

107. ἐὰν δὲ μή σοι καταγορεύῃ;] *si vero dicere tibi nolit?*

108. Recte schol.: „παίζει διὰ τὸ φιλόδικον τῶν Ἀθηναίων." Et Trygaeo ἐπανθεῖ τὸ ἐπιχώριον. Sed non meri hi sunt ioci; immo serio et optimo iure comicus ore servuli nunc dicit id quod et alibi dixit saepius [8]) et omnes dixere semper, quibus potior esset Graecorum prosperitas et libertas quam suum ipsorum lucrum aut fama: barbarorum in commodum fieri bella, quibus Graeciae subductus est sanguis generosissimus; impie non magis quam stulte in cives acui ferrum, quo graves Persae melius perirent!

109. Imperfecta manent Xanthiae

---

[1]) *Natuurlijk*; vid. Plut. 497 etc. — [2]) Vs. 923, item Nub. 1287, 1447, 1495 Av. 25 Ran. 198 Eccl. 395, 771 Aesch. Sept. 851. Praeterea vid. ad Eq. 615 et Plut. 1172. — [3]) Vs. 32. — [4]) Av. 1202 et 1234. — [5]) Thucyd. I 79 § 1, quem locum confert Merry. — [6]) Plut. 32. — [7]) Vs. 58. — [8]) Cf. infra vs. 408 Ach. 107 Eq. 478 Lys. 1133 Thesm. 336 sq., 365.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ᾽ ἄλλ᾽.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(ab hero strenue repulsus:)

ἰού, ἰού, ἰού!
ὦ παιδί᾽, ὁ πατὴρ (ἀπολιπὼν) ἀπέρχεται
(ὑμᾶς ἐρήμους) εἰς τὸν οὐρανὸν λάθρᾳ.
ἀλλ᾽ ἀντιβολεῖτε τὸν πατέρ᾽, ὦ κακοδαίμονα.

(Ex aedibus proruunt Trygaei filiolae duae.)

SCENA QUARTA.

Xanthias, Trygaeus, Filiola altera.

ΚΟΡΗ.

ὦ πάτερ, ὦ πάτερ, ἆρ᾽ ἔτυμος δὴ

---

110. *ἰού*] quater scriptum habet V, bis R.
113. *ἀντιβολεῖτε ... κακοδαίμονα*] **-τον ... -νε?* Sed duas tantum prodire filiolas minime certum est.
114. Ante versum *παι^{δ}* habet V, *παιδι^{α}* R. || *δὴ* Richter] *γε* V R, *τις* Burges.

---

verba; nam quod additurus erat: „...*illuc abibis*" vel: „...*in perniciem rues*" gestu significat, dum frustra conatur hero permovere ut de scarabaeo descendat et missis aegrae mentis insomniis ad se redeat. Sic Bdelycleon ille „*ἀλλ᾽ ἀράμενός ἐγώ σε...*" — et re, non verbo enuntiatum perficit, correptum enim patrem in domum aufert [1]). Et in Ecclesiazusis anus „*νὴ τὴν Ἀφροδίτην, ἥν τε βούλῃ ἥν τε μή...*" postquam dixit ad iuvenem, non addit: „*ἀπάξω σε εἰς ἐμοῦ*", sed nullo verbo subiuncto proripere eum conatur [2]).

— *ζῶντός γ᾽ ἐμοῦ*] *moriar prius!* [3]).

110. Servo repulso — alapa fortasse addita — „*velis nolis nil refert!*" clamat herus. Isdem verbis preces discipuli aspernatur Socrates, patris Bdelycleon [4]).

111 sq. In ultimo rerum discrimine fidum mancipium, ut rei [5]), *τὰ παιδάρια παρέλκει.* Anxie igitur vociferans — nam festinato opus! — „*huc adeste!*" clamat: „*abit pater! ... vos relicturus est! ... caelum petit! ... vobis nesciis!*" — Non oratorie autem verba ordinat, sed prout offert animus perturbatus edit. Simile quid observare est in Chremyli ab amico oppressi verbis: „*δεῖ γὰρ πρῶτα...* „*βλέψαι ποιῆσαι ... τὸν Πλοῦτον, ... ὥσπερ πρότερον, ... ἑνί γέ τῳ τρόπῳ*" [6]). — De adverbio *λάθρᾳ* editor recens observavit: „cet homme qui s'envole subrepticement en plein ciel est des plus plaisants" [7]).

114 sq. Artificio vere Euripideo, ut ipse herus, sic minister utitur; nam pueros puellasque verbis supplicibus tristibusque querelis spectatorum cor permoventes e tragici operibus probe novimus [8]). — Ipsa verba, quibus puella

---

[1]) Vesp. 1443. — [2]) Eccl. 981. — [3]) Vid. ad Lys. 696 (Nub. 1221 Vesp. 1122 Ran. 177). — [4]) Nub. 698 Vesp. 1166. — [5]) Cf. Vesp. 976. — [6]) Plut. 400 sq. — [7]) Mazon. — [8]) In Alcestide (Alc. 394 sqq.) *Eumelum, Molossum* autem in Andromacha (Andr. 504 sqq.).

δώμασιν ἡμετέροις φάτις ἥκει,
ὡς προλιπὼν ἐμὲ
εἰς κόρακας βαδιεῖ μεταμώνιος;
ἔστι τι τῶνδ' ἐτύμως; εἶπ', ὦ πάτερ, εἴ τι φιλεῖς με.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

„δοξάσαι ἔστι, κόραι· τὸ δ' ἐτήτυμον", ἄχθομαι ὑμῖν,
ἡνίκ' ἂν αἰτίζητ' ἄρτον, πάππαν με καλοῦσαι,

116. Post ὡς *delevi verba quae V R praebent σὺ μετ' ὀρνίθων. Coniecit vHerwerden μετεωροπορῶν vel μετεωρισθεὶς (ut Nub. 404 Av. 1447), equidem coll. scholio: „ἐς κόρακας· ἀντὶ τοῦ μετὰ τῶν ὀρνέων" non dubito quin μετ' ὀρνίθων h. l., perinde atque in Avium versu 753, sit glossema, quod voci ἐς κόρακας olim superscriptum in textum dein irrepserit.

118. ἐτύμως;] ; ἐτύμως Blaydes.

120. ἂν] om. V R.

utitur, scholiasta ait εἰρῆσθαι παρὰ τὰ ex Euripidis Aeolo: „ἆρ' ἔτυμον φάτιν „ἔγνων, | Αἴολον εὐνάζειν τέκνα φίλτατα;" [1]). Quos non sine causa a grammaticis cum nostro loco collatos esse docet versus vicinus item inde desumtus [2]).

117. εἰς κόρακας] simillimum iocum habet initium Avium fabulae, ubi εἰς κόρακας ἐλθεῖν παρεσκευασμένους se dicunt qui Avium regionem petunt [3]). Nempe „εἰς κόρακας!" significabat „*in malam rem*"! [4]) et σκορακίζειν verbum — ita ut πατερίζειν et similia formatum — id quod *imprecari* valebat [5]).

— μεταμώνιος] *vanus, irritus.* Vox epica [6]), cui cognatum quin sit ἀνεμώλιος [7]) = μετ-ανεμώνιος non videtur dubium; veteres certe non dubitarunt. Pulverem, qui per aerem assurgit et mox evanescit, μεταμώνιον dixit Simonides in scholio allatus: „κονία δὲ παρὰ τροχὸν μεταμώνιος ἠέρθη", neque aliter adiectivum intellegi voluisse videtur noster.

118—123. A dimetris dactylicis ad numeros heroicos transit colloquium poeticum. Id quoque Trygaeus habet ex Euripide, in cuius Aeolo hi versus legebantur teste scholiasta: „δοξάσαι ἔστι, κόραι· τὸ δ' ἐτήτυμον οὐκ ἔχω εἰπεῖν." — Etiam in superstitibus tragici dramatis hic illic inveniuntur hexametri [8]).

119. Versus ludicre detortus. Nam δοξάσαι, i. e. εἰκάσαι [9]), de re aperta ut nunc dictum — cum haudquaquam dubium possit videri cuiquam quin sublimis Trygaeus sit evolaturus — aperte irridentis est, ut infra: „ὡς ἐπυθόμην τινός", *sunt qui dicant* [10]), vel alibi: „ὅσον γ' ἔμ' εἰδέναι", *quod quidem sciam* [11]). Post „τὸ δ' ἐτήτυμον" autem ab inexpectato additur: „*taedet me vestri*" [12]).

120. αἰτίζητε] epicam figuram verbum αἰτεῖν [13]) induit in versu epico adhibitum.

— πάππαν με καλοῦσαι] sic Nausicaa iumenta plaustrumque cum requireret, „πάππα φίλε" patrem coepit alloqui. Etiam puerulus in Vespis caricarum

[1]) Cf. etiam Eur. Iph. Aul. 795 Hel. 351. — [2]) Vs. 119. — [3]) Av. 28. — [4]) Vid. ad Ran. 187 et 607. — [5]) Demosth. XI § 11, Didym. de Demosth. comment. XI (ubi et absurda quaedam adduntur). — [6]) Hom. Δ 363 β 98 etc. — [7]) Hom. Δ 355 etc. — [8]) Eur. Hec. 75 sq., 90 sq., Phoen. 788 etc.; cf. etiam Androm. 103—116 et Sophocles in dramatis recentissimis: Phil. 840—843 Trach. 1009—1040. — [9]) Cf. Soph. Oed. Col. 1677. — [10]) *Zij willen wel zeggen van ja,* vs. 824. — [11]) Nub. 1252. — [12]) Cf. Ach. 62 sq. — [13]) Cf. Vesp. 302.

ἔνδον δ' ἀργυρίου μηδὲ ψακὰς ᾖ πάνυ πάμπαν.
ἢν δ' ἐγὼ εὖ πράξας ἔλθω πάλιν, ἕξετ' ἐν ὥρᾳ
κολλύραν μεγάλην καὶ . . . κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῇ.

ΚΟΡΗ.

καὶ τίς πόρος σοι τῆς ὁδοῦ γενήσεται;
ναῦς μὲν γὰρ οὐκ ἄξει σε ταύτην τὴν ὁδόν.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

„πτηνὸς πορεύσει πῶλος· οὐ ναυσθλώσομαι."

123. κόνδυλον] κάνδυλον scripsisse Demetrium grammaticum perhibet schol., sed vid. comment.

appetens „ὦ παππία!" ait [1]), et filiam suam tum praesertim „παππίζειν", cum trinummo paterno insidietur, perhibet Philocleon [2]).

121. μηδὲ ψακὰς] *ne guttula* [3]) *quidem, prorsus nihil* [4]).

122. ἐν ὥρᾳ] *suo tempore* [5]).

123. κολλύραν] *collyra* erat panis genus; qui cibus in quodam nostri fragmento Marathonomachis debitum praemium nescio quo ioco dicitur; videtur ἡ ἐν τῷ Πρυτανείῳ σίτησις illic commemorari [6]). Etiam Plautus voce utitur [7]).

— κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῇ] *alapa* [8]) *addita* [9]) *in opsonium* [10]). Agnovit Demetrius grammaticus vocabulorum lusum; qui μεταγραμματισμὸν hunc esse docuit, serio enim si loqueretur Trygaeus, „κάνδυλον" fuisse dicendum [11]); quod *placentarum* delicatiorum erat nomen [12]). — Nam in scholio: „Δημήτριος ὁ Ζηνοδότειος μεταγράφει κάνδυλον· εἶδος δέ ἐστι πλακοῦντος. ἀλλὰ διὰ τὸ ὄψον περιττὴ ἡ μεταγραφή" perperam Demetrium perhiberi invito comico *scripsisse* „κάνδυλον," Herwerdeni est opinio me quidem iudice quam maxime probabilis. Ceterum sic ordinanda videntur scholii verba: „Δ. ὁ Ζ. μεταγράφει κάνδυλον διὰ τὸ ὄψον. εἶδος δέ ἐστι πλακοῦντος. ἀλλὰ περιττὴ ἡ μεταγραφή."

124 sqq. Felicissime stichomythiam tragicam imitatur comicus, ipsis Euripidis verbis arte adhaerens.

124. Diffidentis est particula *καί* [13]), nec non animum commotiorem indicat tempus futurum [14]).

— πόρος . . . τῆς ὁδοῦ] sic τραγικῶς πάνυ [15]) dicit *rationem itineris conficiendi.*

125. ναῦς μὲν γὰρ οὐκ ἄξει σε] sic ordinata sunt verba, ut et ναῦς et negatio οὐ suam servare posset vim. Item in Avibus: „τῇδε μὲν γὰρ οὔ [16]). Cf. etiam supra: „οὐκ ἔσθ' ὅπως | τοῦτ' ἔστι τὸ τέρας οὐ Διὸς Σκαταιβάτου" [17]).

126. E Stheneboea — non e Bellerophonte — tragoedia versum desumtum esse docet scholion; ibi enim haec esse lecta: „πέλας δὲ ταύτης δεινὸς ἵδρυται „Κράγος | ἔνθηρος, ᾗ λῃστῆρσι φρουρεῖται „πόρος | κλύδωνι δεινῷ καὶ βροτοκτόνῳ „βρέμων. | ΒΕΛΛ. πτηνὸς πορεύσει πῶλος

[1]) Vesp. 297. — [2]) Vesp. 609, ubi vid. — [3]) Cf. Nub. 580. — [4]) Similia vid. ad Vesp. 91 sq. — [5]) Vid. ad Vesp. 242. — [6]) Ar. fr. 413. — [7]) Plaut. Pers. I 3, 12 sqq. — [8]) Vid. ad Vesp. 254. — [9]) Vid. ad Plut. 627—629. — [10]) *En een oorvijg toe als dessert.* — [11]) Lepide imitatur Mazon: *un soufflet — un soufflé.* — [12]) Cf. Menandr. fr. 518[6] Hesych. s. v. Phot. item (Ar. fr. 791). — [13]) Vid. ad Nub. 210. — [14]) Vid. ad Av. 369. — [15]) Vid. ad Eq. 759. — [16]) Av. 1220. — [17]) Vs. 41 sq.

ΚΟΡΗ.

τίς δ' ἡ ἐπίνοιά σοί ἐστιν, ὥστε κάνθαρον
ζεύξαντ' ἐλαύνειν εἰς θεούς, ὦ παππία;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἐν τοῖσιν Αἰσώπου λόγοις ἐξηυρέθη
μόνος πετεινῶν εἰς θεοὺς ἀφιγμένος.

ΚΟΡΗ.

ἄπιστον εἶπας μῦθον, ὦ πάτερ, πάτερ,
ὅπως κάκοσμον ζῷον ἦλθεν εἰς θεούς.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἦλθεν κατ' ἔχθραν ἀετοῦ πάλαι ποτέ,

---

127. δ' ἡ] nonne δὴ? || σοί ἐστιν] σοὔστιν V R, σού ἐστιν interpretatur Bekker.
130. πετεινῶν V] πετηνῶν R.

„οὐ ναυσθλώσομαι" [1]). — Verbum ναυσθλοῦσθαι apud Euripidem saepius obvium [2]).

127. ἡ ἐπίνοια] *consilium, inventi ratio* [3]).

128. Vere tragicus est sonus huius trimetri, ut vicinorum, et ipsum verbum ita adhibitum poeticae est dictionis [4]). Perridicule igitur ei adiungitur vitae quotidianae vox „ὦ παππία" [5]).

129 sq. Ut choreutae illi Euripidei, sic homo noster malorum cum quaereret lenīmen, καὶ διὰ μούσης ἦλθε καὶ πλείστων ἥψατο λόγων, sed diu versatis variorum vatum voluminibus, quod se iuvaret in uno invenit . . . Aesopo [6]), consilii sic nactus auctorem se dignum. Ibi enim narrabatur ὁ κάνθαρος ὅπως ἐμαιεύσατο τὸν ἀετὸν τίκτοντα [7]). Fabulam refert scholiasta: „aquila cum scarabaei pullis insidiaretur, scarabaeus prolem ultus ova aquilae ex huius nido devolvit. Tunc Iuppiter in gremio suo nidificare iussit aquilam, at mox scarabaeus dei aures circumsonuit: iratus surrexit deum atque hominum rex et ova cum matre incubante gremio excussit." — Ad verbum ἐξηυρέθη mente supplendum est μοι: *hunc unum invenire potui qui ad caelites pervenerit.*

131. ἄπιστον εἶπας μῦθον] poetice hoc dictum [8]) pro: „λόγον ἄπιστον λέγεις μοι."

132. ὅπως] ad adiectivum ἄπιστον referenda est particula haec interrogativa; nam duae locutiones: „ἄπιστόν ἐστιν ὅτι" et „θαυμάζω ὅπως" pro libertate sermonis familiaris sunt permixtae. Quamquam et apud Aeschylum rex Argivorum: „ἄπιστα μυθεῖσθ', ὦ ξένοι, κλύειν ἐμοί, | ὅπως κτέ." [9]). Transitum parant quae in Pluto leguntur: „ἐστί μοι τοῦτο θαυμάσιον ὅπως" et: „δέδοικα ὅπως" [10]).

— εἰς θεούς] i. e. ὡς τοὺς θεοὺς εἰς τὸν οὐρανόν [11]). Oppositum est: „ἐκ θεῶν", i. e.: „παρὰ τῶν θεῶν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ" [12]).

133. κατὰ] *secundum*, i. e. *propter*, ut infra: „ἦλθες δὲ κατὰ τί;" [13]).

---

[1]) Eur. fr. 665. Scholii verba mendosa emendavit et explevit Meineke. — [2]) Eur. Troad. 163, 672 etc.; cf. ναυστολεῖν (Thesm. 1099—1101 Av. 1229). — [3]) Vid. ad Eq. 539 Vesp. 1073. — [4]) Item mox vs. 135. — [5]) Cf. Vesp. 296 et vid. ad Lys. 879. — [6]) Vid. ad Vesp. 566. — [7]) Cf. Lys. 695 (Vesp. 1448). — [8]) Cf. Eur. Iph. Taur. 1293. — [9]) Aesch. Suppl. 277 sq. — [10]) Vid. ad Plut. 340. — [11]) Cf. vs. 104. — [12]) Thesm. 715; vid. ad Av. 843. — [13]) Vs. 192; vid. ad Nub. 239.

ὤ ἐκκυλίνδων ἀντιτιμωρούμενος.

ΚΟΡΗ.

οὔκουν ἐχρῆν σε Πηγάσου ζεῦξαι πτερόν,
ὅπως ἐφαίνου τοῖς θεοῖς τραγικώτερος;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀλλ', ὦ μέλ', ἄν μοι σιτίων διπλῶν ἔδει.
νῦν δ' ἅττ' ἂν αὐτὸς καταφάγω τὰ σιτία,
τούτοισι τοῖς αὐτοῖσι τοῦτον χορτάσω.

ΚΟΡΗ.

τί δ'; ἢν ἐς ὑγρὸν πόντιον πέσῃ βάθος,
πῶς ἐξολισθεῖν πτηνὸς ὢν δυνήσεται;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἐπίτηδες εἶχον πηδάλιον, ᾧ χρήσομαι·

134. ἀντιτιμωρούμενος Paley] κἀντ. V R; cf. Plut. 792.
137. μέλ' ἄν] μέλ' ἐάν V R, fuit igitur in archetypo ΜΕΛΕΑΝ sive μέλε ἄν plene perscriptum (cf. vs. 630).

136. ὅπως ἐφαίνου] poetice pro: „ἵνα ἐφαίνου" vel: „καὶ ἐφαίνου ἄν" [1]).

137. ὦ μέλε] „δυϊκῶς λέγει πρὸς ἄμφω τὰ παιδία." Suntne haec quae scholia praebent verba vesani hominis, μέλε pro dualis numeri forma habentis? Minime, sed observat neque numerum neque genus in hac voce — ut in epica ἀκέων [2]) — distingui, nunc enim ad duas dici puellas, alibi ad singulas mulieres [3]). Quamquam rectius rettuleris ad unam illam filiolam, quacum Trygaeus confabulatur.

138 sq. Nunc quoque comicus risum captans notionem quam maxime trivialem canoris verbis includit, non flavo argentum circumdans auro, sed aurum merdae! Simillimus autem est sonus versuum Sophocleorum: „νῦν δ' οὗσπερ αὐτὸς τοὺς νόμους εἰσῆλθ' ἔχων, | τούτοισι κοὐκ ἄλλοισιν ἁρμοσθήσεται" [4]).

140. Tragicae dictionis sunt praepositionis forma brevior ἐς et grandisonum illud πόντιον βάθος [5]), nec non ὑγρός eo sensu adhibitum quo apud Homerum ὑγρὰ κελευθά, per quae ἁλὸς ἵπποι itinerantur, opponuntur firmo solo, in quo equorum χαλκοκρότων resonat ungula. Non tamen ipsum hunc trimetrum ex Euripide desumsisse putandus est comicus, sed iocose — suo more — nunc παρατραγῳδεῖν [6]).

141. ἐξολισθεῖν] *elabi* [7]), *effugere τὸ ἄπιστον ἀγκάλισμα τῶν κυμάτων* quod dixit Timotheus [8]).

142. *De industria* [9]) *mecum habebam gubernaculum.* Quae dum dicit, iocans „τὸ αἰδοῖον δείκνυσι" [10]) sive indicat, —

[1]) Vid. ad Eccl. 152. — [2]) Vid. Hom. Δ 22 φ 89 h. Ap. 404. — [3]) Vid. ad Lys. 56. — [4]) Soph. Oed. Col. 907 sqq.; quem locum contulit Paley. — [5]) Cf. Eur. Troad. 1 Androm. 793 etc. — [6]) Sic Römer Meinekio (Eur. fr. 665 Dind.) oblocutus. — [7]) Cf. Eq. 491 Nub. 434. — [8]) Timoth. Pers. 91, quem locum contulit Mazon; vid. etiam Ran. 704. — [9]) Vid. ad Vesp. 391. — [10]) Schol.

τὸ δὲ πλοῖον ἔσται Ναξιουργὴς κάνθαρος.
(Poculum ostentat.)

ΚΟΡΗ.

λιμὴν δὲ τίς σε δέξεται φορούμενον;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἐν Πειραιεῖ δήπου ἐστὶ Κανθάρου λιμήν.

ΚΟΡΗ.

ἐκεῖνο τήρει, μὴ σφαλεὶς καταρρυῇς
ἐντεῦθεν, εἶτα χωλὸς ὢν Εὐριπίδῃ
λόγον παράσχῃς καὶ τραγῳδία γένῃ.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἐμοὶ μελήσει ταῦτά γ'! ἀλλὰ χαίρετε.
(Valedicunt ei filiae et servus, dein aedes intrant. Clauditur ianua.)

---

146. καταρρυῇς] καταρρυεὶς corrector V.

---

non ostendit, non enim addit „τόδε" [1]). Imperfecti idem et infra est usus [2]), item e. g. in Vespis, ubi Bdelycleon „ἐγὼ γὰρ εἶχον" ait „τούσδε τοὺς ἀρυστίχους" [3]).

143. *Navigium autem erit cantharus Naxius.* Etiam *navigiorum* quoddam genus κάνθαρος nomen habebat [4]); item *poculorum* [5]). Cuiusmodi poculum Trygaeus ostentat haec dicens, Mercurio nimirum id mox dono daturus [6]). — Recte schol., nisi quod „Ναξιουργῆ" non debebat interpretari „*navigium Naxium*", nam adiectivis in -ουργής desinentibus significantur *artis opera*, est igitur Ναξιουργὴς κάνθαρος *poculum Naxi fabricatum*, quod notum tunc temporis fuisse poculorum pretiosiorum genus noster locus docet; *aureum*, auratum certe, infra dicitur [7]).

145. Suo utique iure miratur Trygaeus tale quid rogari se. Nonne in proxima vicinia eius „Pegaso" paratus est portus, si forte fortuna in mare delabatur? Unus nimirum e tribus sinibus, qui Piraeum efficiebant, Κανθάρου λιμήν dicebatur, a Cantharo heroe quodam denominatus [8]).

146—148. Id vero ante omnia caveat [9]) patrem orat et obtestatur filiola, ne „ἐντεῦθεν" — et scarabaeum manu significat — delapsus misere mox claudicans tragico isti poetae praebeat argumentum [10]) et fabula fiat [11]), perinde atque Bellerophon [12]). Efficiunt ἓν διὰ δυοῖν verba: λόγον παρασχεῖν καὶ τραγῳδία γενέσθαι [13]).

149. ἐμοὶ μελήσει ταῦτά γε] locutio bis redit infra [14]).

---

[1]) Willemsio hanc observationem debeo. — [2]) Vid. vs. 522. — [3]) Vesp. 855; vid. praeterea Lys. 1184 et ad Nub. 57. — [4]) Nicostrat. fr. 10 Sosicrat. 2 Menandr. 348. — [5]) Vid. Athen. 473 *d*—474 *d*. — [6]) Vid. vs. 424 et 431. — [7]) Vid. vs. 425. — [8]) Sic schol.; cf. Thucyd. I 93 § 3 Wachsmuth Athen. I 308. — [9]) Item Thesm. 580; neque aliter Vesp. 1386, ubi τήρου = τήρει σεαυτόν. — [10]) Cf. vs. 50. — [11]) Hor. Ep. I 13, 9. — [12]) Vid. ad vs. 76. — [13]) Cf. Thesm. 85. — [14]) Vs. 1041 et 1311; praeterea vid. ad Thesm. 1064.

SCENA QUINTA.

Trygaeus solus.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad spectatores:)

ὑμεῖς δέ γ', ὑπὲρ ὧν τοὺς πόνους ἐγὼ πονῶ,
μὴ βδεῖτε μηδὲ χέζεθ' ἡμερῶν τριῶν·
ὡς, εἰ μετέωρος οὗτος ὢν ὀσφρήσεται,
κάτωκάρα ῥίψας με . . . βουκολήσεται.

(Ad „equum" suum, dum lente surgit:)

ἀλλ' ἄγε, Πήγασε, χώρει χαίρων,
„χρυσοχάλινον πάταγον ψαλίων

150. *τοὺς πόνους ἐγὼ*] *τούσδ' ἐγὼ πόνους* Heimsöth.
154. *Πήγασε, χώρει χαίρων*] *χαίρων, Π., χώρει* Kiehl (cf. Ran. 1500).
155. *χρυσοχάλινον*] *-χαλίνων* Flor. Christianus; vid. comment.

150. *τοὺς πόνους . . . πονῶ*] singularem quandam vim orationi addit etymon iteratum [1]).

151. *ἡμερῶν τριῶν*] *intra triduum.* Notus genitivi hic usus [2]).

153. *κάτω κάρα*] *praeceps* [3]).

— *βουκολήσεται*] i. e. *σιτήσεται* [4]), *πετήσεται ἐπὶ νομόν* [5]), „*ἀντὶ τοῦ νεμηθήσεται, τραφήσεται*" [6]). Verbo grandisono, est enim epicae potius dictionis [7]) quam quotidianae, iocose utitur Trygaeus, ut verbo *χορτάσαι* [8]), quasi de vero aliquo equo loquatur. — Prorsus alieni hinc sunt loci, ubi *βουκολεῖν* et *ποιμαίνειν* *ductandi* sive *ludificandi* sensum habent [9]), et egregie errabat Musurus — vel quisquis erroris auctor est — cum in scholiis Aldinis scripsit: „*βουκολήσεται· ἀπατήσεται*" [10]).

154. Similia sunt Plutonis Aeschylo in Ranis valedicentis verba: „*ἄγε δὴ χαίρων, Αἰσχύλε, χώρει*" [11]).

155 sq. Aut ipsa Bellerophontis Euripidei haec fuere verba, aut dictionem tragicam Aristophanes et nunc felicissime imitatur. *Arrectis auribus et caput laete quassans* [12]) *strepitum aureorum frenorum* edere iubetur Pegasus ferox, — neque quisquam, nisi forte scholiasta aliqui, rogabit an etiam scarabaeo suae sint aures vel mox nares. Quichotius loquitur, non equiso aut entomologus! — Ut hoc loco „*χρυσοχάλινος πάταγος ψαλίων*" poetice dicitur *ὁ πάταγος τῶν ψαλίων τῶν χρυσῶν χαλίνων*, sic in Phoenissis Euripides „*λευκοπήχεις κτύπους χεροῖν*" vocat *τοὺς κτύπους τοῖν χεροῖν τῶν λευκῶν πήχεων* [13]). Nec non cognatum est quod apud nostrum legitur in Avibus: *πτερωτὸς φθόγγος*", i. e. *φθόγγος τῶν πτερῶν* [14])

[1]) Cf. Nub. 1049 et vid. ad Ach. 177. — [2]) Vid. ad Eq. 1079. — [3]) Vid. ad Ach. 946. — [4]) Sic vs. 724. — [5]) Ut Av. 1287. — [6]) Recte sic adscriptum est in R. — [7]) Cf. Hom. Υ 221. — [8]) Vs. 139 et 176. — [9]) Vid. ad Vesp. 10. — [10]) Item post alios Blaydes: *decipiet,* allata tamen Palei optima interpretatione: "*he 'll throw me off and go to his repast.*" — [11]) Ran. 1500. — [12]) Vid. ad Nub. 477. — [13]) Eur. Phoen. 1351. — [14]) Av. 1198.

„διακινήσας φαιδροῖς ὠσίν“. —
τί ποιεῖς; τί ποιεῖς; ποῖ παρακλίνεις
τοὺς μυκτῆρας; πρὸς τὰς λαύρας;
ἵει σαυτὸν ⌞θαρρῶν⌟ ἀπὸ γῆς,
„κᾆτα ⟨δρομαίαν πτέρυγ' ἐκτείνων⟩
„ὀρθὸς χώρει Διὸς εἰς αὐλάς“,
ἀπὸ μὲν κάκκης τὴν ῥῖν' ἀπέχων,
ἀπὸ δ' ἡμερινῶν σίτων πάντων. —
ἄνθρωπε, τί δρᾷς, οὗτος, ὁ χέζων
ἐν Πειραιεῖ παρὰ ταῖς πόρναις;

---

158. Interrogandi signum post *μυκτῆρας* addidit Reiske.

159. *γῆς* V] *τῆς γῆς* R.

161. *ὀρθὸς* V] *ὀρθῶς* R, dubitanter vHerwerden *ὀρθὴν* (cf. Av. 1 Thesm. 1223 Lys. 834).

163. *δ'* V] *θ'* R. Cf. Lys. 263. || *ἡμερινῶν* V R] *ἡμερίων* scholiasta, *humanorum* vel *terrestrium* interpretatus. Mihi multo aptius videtur *quotidianus* adiectivum. Cf. comment. || *σίτων* Porson] *σιτίων* V R.

Vere tragica est etiam locutio: „*φαιδροῖς ὠσίν*". Sic apud Aeschylum Clytaemestra dicitur *κυνὸς δίκην ἐκτεῖναι φαιδρὸν οὖς* [1]).

158. Pegasus arrigit . . . nares [2]), itaque ne nondum omnium cloacarum orificia satis sint praeclusa [3]) quam maxime veretur eques.

159. Cf. Vesparum versus, ubi chori dux ad sodalem: „*olim ἵεις σεαυτὸν κατὰ τοῦ τείχους*" [4]). Nostro loco „*ἵει σαυτόν*" id valet quod *φέρου, πέτου* [5]).

160. *δρομαίαν*] poeticus hic est adiectivi usus [6]); idem in sermone pedestri dicebatur *δρόμῳ*. Alatus equus *alas in cursum effusum extendere* iubetur, ut iumenta terrestria *pedes*.

162 sq. *ἀπὸ μὲν . . ., ἀπὸ δὲ . . .*] *gradationem* quandam haec efficiunt, ut in Lysistrata: „*γυναῖκας . . . κατὰ μὲν ἅγιον ἔχειν βρέτας, | κατὰ δ' ἀκρόπολιν ἐμὴν λαβεῖν*", *mulieres Deae signum atque adeo ipsam arcem tenere* [7]). Eiusdem autem generis loquendi haec sunt atque: „*ὦ Ζεῦ καὶ θεοί*" et similia [8]); ab excrementis sive humanis sive aliis abstinere iubetur scarabaeus, a stercore et omnino a cibo quotidiano.

162. Suavis est interpres qui adscripsit: „*ἀντὶ τοῦ κακίας*". Unde nolim cum editore recenti efficere a comico nunc detortam esse moralem huiuscemodi sententiam: „*ἀπὸ τῆς κακίας τὴν ψυχὴν ἀπέχων*", sed scriptum invenit hic homo „*κάκης*", quemadmodum in ipso scholio sequitur: „*οἱ ἀρχαῖοι τὴν ἀκαθαρσίαν κάκην ἔλεγον*" [9]), vocem autem specie tantum similem *κάκην* = *κακίαν* et aliunde et ex ipso Aristophane cognitam habere potuit [10]). Quamquam et meliora eum docere poterat comicus [11]).

164. *οὗτος*] *heus tu!* [12]).

165. *παρὰ ταῖς πόρναις*] certus locus

---

[1]) Aesch. Ag. 1229. Praeterea cf. Eq. 550. — [2]) Cf. Ran. 893. — [3]) Cf. vs. 99. — [4]) Vesp. 355. — [5]) Vid. ad Av. 233. — [6]) Cf. Ran. 478. — [7]) Lys. 262 sq. — [8]) Vid. ad Nub. 413 Plut. 1. — [9]) Sic et V et R. — [10]) Vid. Av. 541. — [11]) Nub. 390. — [12]) Vid. ad Vesp. 1.

ἀπολεῖς μ', ἀπολεῖς. οὐ κατορύξεις,
καὶ ἐπιφορήσεις τῆς γῆς πολλήν,
καὶ ἐπιφυτεύσεις ἕρπυλλον ἄνω,
κᾆτ' ἐπιχεῖς μύρον; ὡς, ἤν τι ⟨πεσὼν
ἐνθένδε⟩ πάθω, τοῦ ἐμοῦ θανάτου
πέντε τάλανθ' ἡ πόλις ἡ Χίων
(διὰ τὸν σὸν πρωκτὸν) ὀφλήσει.

οἴμ', ὡς δέδοικα! — κοὐκέτι σκώπτων λέγω! —

166. μ' V R] om. recc. (ut Nub. 1499).

169. *κᾆτ' ἐπιχεῖς μύρον* vHerwerden] *καὶ μύρον ἐπιχεῖς* V R numeris vitiosis (—◡́◡◡◡—́), ut Thesm. 822 (et Av. 404). Abiit *ΚΑΤΕΠΙΧ.* in *ΚΑΙΕΠΙΧ.*, dein ad vitandum hiatum qui videbatur, nomen ante verbum est collocatum. Saepissime autem *κᾆτ-* et *κατ-* sunt permutata (vid. ad Plut. 1456).

sic indicatur, ut voce „ἐν τοῖς ἰχθύσιν" et similibus [1]). Huiusce autem loci nunc fit mentio ut paretur iocus qui sequitur [2]).

166. *ἀπολεῖς με*] suam sibi vim nunc servat locutio, quae saepius transfertur, ut *enecandi* verbum latine [3]).

167. *τῆς γῆς πολλήν*] frequens apud nostrum est hic usus genitivi partitivi [4]).

168. *ἕρπυλλον*] *thymum agrestem* [5]) (thymum serpyllum L.).

169. *τι*] sic, vel paulo magis definite „τι τῶν ἀνθρωπίνων" vel „τι τῶν ἀνηκέστων" per euphemismum dici solebat mors [6]).

170—172. Ita rem auditores sibi informent vult comicus. In Piraeo aliquis homicidium fecit imprudens; allexit scilicet iumentum, cuius eques praecipitatus misere periit. Qui fecit latet, sed instituta quaestione *e loco* ubi corpus delicti inventum est *κατὰ τὸ εἰκὸς* efficitur aliquem e *nautis peregrinis* qui illic versantur id commisisse, *ex ipso* autem *corpore delicti*, fuisse „*Χῖόν τινα*", — non quo Chii nescio quo corporis morumve vitio famosi fuerint, quas ineptias praebent scholia [7]), sed quod sonus nominis *τὸ χέσαι* quodammodo in mentem revocat [8]). Cuiusmodi iocis plurimis indulsit comicus [9]). Optimam igitur nostri loci interpretationem praebent scholii haec verba: „*Χῖος ὁ ἀποπατῶν*", modo ne cum Brunckio „proverbium" dicamus, — sunt autem proverbio quammaxime dissimilia, — sed ita vertamus: „*Chius*" *nunc vocatur is qui ventrem exonerat.* — Utilem scholia et hanc habent observationem: „ἅμα δὲ ὡς ἐκ πάσης προφάσεως τῶν Ἀθηναίων συκοφαντούντων καὶ ζημιούντων τὰς πόλεις" [10]).

171. *πέντε τάλαντα*] grandem multam, utpote pro gravissimo delicto solvendam [11]).

173—176. Non „iocantem" [12]) iam sed „serio", non ut Trygaeum sed suo nomine loqui se perhibet histrio, — metu

[1]) *In de matrozenbuurt* (vid. schol.), „*in subura*". Vid. ad Ran. 1068 et de re ad Eccl. 313. — [2]) Vid. ad vs. 170—172. — [3]) Vid. ad Ach. 470. — [4]) Vid. ad Vesp. 199. — [5]) Vid. Theophr. Hist. Plant. VI 7. — [6]) Cf. Eccl. 1105. — [7]) Etiam Plut. Mor. 232*f* huc est tractus. — [8]) Recte sic Fl. Christianus. — [9]) Vid. ad Eq. 79 Ran. 427; alienus hinc est iocus Ran. 970. — [10]) Cf. Eq. 265 Av. 1422. — [11]) Vid. ad Ach. 6. — [12]) Cf. Eq. 525 Nub. 296 Vesp. 788 etc.

ὦ μηχανοποιέ, πρόσεχε τὸν νοῦν, ὡς ἐμὲ
ἤδη στρέφει τι πνεῦμα περὶ τὸν ὀμφαλόν,
κεἰ μὴ φυλάξει, χ . . . ορτάσω τὸν κάνθαρον. —
(Scena interim mutata ostendit Iovis aedes caelestes.)
ἀτὰρ ἐγγὺς εἶναι τῶν θεῶν ἐμοὶ δοκῶ·
καὶ δὴ καθορῶ τὴν οἰκίαν τὴν τοῦ Διός.
(Alta voce clamans:)
τίς ἐν Διὸς θύραισιν; — οὐκ ἀνοίξετε;
(Ex ostio prodit Mercurius.)

---

174. ὦ μηχανοποιέ] ὁ -ός Blaydes (ut in fr. 188), sed placide id est iubentis, hoc anxie rogantis. || , ὡς ἐμὲ Blaydes] ὡς ἐμέ· V R (quod vitiose foret dictum pro πρόσεχε ... μοι).

175. στρέφει Cobet] στροφεῖ V R. || πνεῦμα] in V R adscriptum est: γρ καὶ πρᾶγμα (R π͞ν͞α), λέγει δὲ τὴν γαστέρα.

176. φυλάξει Reiske] -ξεις V R.

---

penitus se moveri ludicre fingens et quam maxime nunc iocans. Etiam Daedalus Aristophaneus e carcere evasurus [1]) sic alloquebatur moderatorem machinae theatralis: „ὁ μηχανοποιός, ὁπότε βούλει τὸν τροχὸν | ἐᾶν [2]) ἀνεκάς, λέγε. χαῖρε φέγγος ἡλίου", *heus tu, si attollendi me initium facere vis, in me mora nulla.* (Moveri incipit machina.) *Vale alma lux!* (Nam mortem ob oculos habet misellus homo dum sublimis abripitur) [3]). Et fortasse — sed e contextu evulsus locus suo pretio aestimari nequit — fortasse, inquam, similis metus causa erat Mercurio in Phrynichi quadam fabula, ubi „ὦ φίλταθ' Ἑρμῆ, καὶ φυλάττου μὴ πεσὼν | σαυτὸν παρακρούσῃ κτἑ." dicebat nescio quis [4]). Proxime denique ad nostrum locum accedunt verba Bellerophontis in cognomini fabula Eubuli, qui comicus item drama illud Euripideum in ridiculum detorsit: „τίς ἂν λάβοιτο τοῦ σκέλους κάτωθέ μοι; | ἄνω γὰρ ὥσπερ κοττάβειον αἴρομαι" [5]).

174 sq. ἐμὲ | ἤδη . . .] *a me ipso iam* — non ab aliis mortalibus — *instat periculum!* — Anatibus suis escam praetendens sursum evectus est Muenchhausenus: pabulo proiecto iumentum suum ne e caelo devocaturus sit veretur Bellerophon noster.

175. Item alibi apud nostrum mulier: „στρόφος μ' ἔχει τὴν γαστέρα κτἑ." [6]) et apud Antiphanem Hercules: „ἐὰν δ' ἄρα (κακὸν) | στρέφῃ με περὶ τὴν γαστέρ' ἢ τὸν ὀμφαλόν" [7]).

176. Idem iocus qui supra [8]).

178. καὶ δή] *et ecce.* Verum se suspicatum videt [9]).

179. τίς ἐν . . . θύραισιν;] tragici quid habet vox [10]). Nempe in vita quotidiana non ἐπὶ τὰς θύρας regum caelitumve perveniebant Athenienses, sed τὴν αὔλειον τοῦ δεῖνα ἔκοπτον.

---

[1]) Ar. fr. 188. Nam sic interpretandus mihi videtur ille locus. — [2]) Corruptum est ἐᾶν. Intellegerem: τῷ τροχῷ | αἴρειν μ' ἀνεκάς, sed verum latet; fortasse versus intercidit. — [3]) Vid. praeterea ad Nub. 326. — [4]) Phrynich. fr. 58. — [5]) Eubul. fr. 16. — [6]) Thesm. 484. — [7]) Antiphan. fr. 177; praeterea vid. ad Plut. 1131. — [8]) Vs. 138. — [9]) Vid. ad Av. 268. — [10]) Cf. Eur. Phoen. 1067 Bacch. 170.

SCENA SEXTA.

Trygaeus, Mercurius.

ΕΡΜΗΣ.

πόθεν βροτοῦ προσέβαλεν...

(adspecto Trygaeo stupens:)

ὦ ἄναξ Ἡράκλεις,

τουτὶ τί ἐστι τὸ κακόν;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἱπποκάνθαρος.

ΕΡΜΗΣ.

ὦ βδελυρὲ καὶ τολμηρὲ καὶ ἀναίσχυντε σύ,
καὶ μιαρὲ καὶ παμμίαρε καὶ μιαρώτατε!
πῶς δεῦρ' ἀνῆλθες, ὦ μιαρῶν μιαρώτατε;
τί σοί ποτ' ἔστ' ὄνομ'; οὐκ ἐρεῖς;

---

180. **προσέβαλεν*] *με προσέβαλεν* V R metro invito et vitiose (quod nisi esset, sufficeret elisum -*βαλ'*), nam *dativum* personae regit verbum. Blaydes *μοι προσέβαλ'*.
182. *βδελυρὲ* Suid. s. v. *μιαροί*] *μιαρὲ* V R, quod e versu proximo irrepsit.
185. *ἔστ'* V] *ἐστιν* R, metri causa Bentley *τί ποτ' ἐστὶ τοὔνομ'*, Lenting *τί σοὔστι τοὔνομ'* (vid. ad Ach. 412); sed. vid. comment.

---

180. Accurrens Mercurius prius cernit advenam quam sententiam possit perficere [1]. Additurus enim erat: „*μοι φωνή*", sed novo Bellerophonte adspecto „*istud quid tandem sibi vult?!*" exclamat admirans [2]. — In scholio „*ὀσμὴ ἢ φωνὴ*" omissum esse dicitur; sed vocem „*ὀσμή*", quam qui intellexerunt aut Promethei Aeschylei [3]) aut pabulorum illorum quae meminimus scarabaei recordabantur, si mente suppleri voluisset comicus, aptioribus profecto verbis et aliquanto apertius id indicasset.

181. Novum hoc monstrum genuit Terra ferax, hippocentauris et hippalectoribus cognatum [4].

182—184. Vere tragici hi sunt clamores ianitoris caelestis, ut in Ranis inferni: „*ὦ βδελυρὲ καὶ ἀναίσχυντε καὶ* „*τολμηρὲ σὺ | καὶ μιαρὲ καὶ παμμίαρε καὶ* „*μιαρώτατε!*" [5]. Similem autem iocum in Equitibus praebet vox *πανοῦργος* repetita [6].

185. *τί σοί ποτ' ἔστ' ὄνομ';*] dei truculenti iram egregie pingunt numeri abrupti [7]. Confero Aiacis Sophoclei verba: „*Τεῦκρον καλῶ! ποῦ Τεῦκρος; ἢ τὸν εἰσαεὶ | λεηλατήσει χρόνον;*" [8].

185—187. Aliquoties idem vocabulum repetendo comicus et alibi risum captavit saepius [9]. De nostro autem loco in scholiis V sic disputatur: „*τοῦτο*

---

[1]) Recte sic Merry. — [2]) Vid. ad Nub. 184 et ad Ran. 39. — [3]) Aesch. Prom. 115. — [4]) Cf. Ran. 207 et 932. — [5]) Ran. 465 sq., ubi vid. — [6]) Eq. 247—250. — [7]) Cf. annot. crit. — [8]) Soph. Ai. 342 sq.; de quo loco disputavi in Commentatione de Ai. Soph. (p. 32 sq.). Cf. etiam Eur. Suppl. 1060. — [9]) Vid. ad Av. 114—117.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

„μιαρώτατος."

ΕΡΜΗΣ.

ποδαπὸς τὸ γένος δ' εἶ; φράζε μοι.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

μιαρώτατος.

ΕΡΜΗΣ.

πατὴρ δέ σοι τίς ἐστ';

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἐμοί; μιαρώτατος.

ΕΡΜΗΣ.

οὔ τοι, μὰ τὴν Γῆν, ἔσθ' ὅπως οὐκ ἀποθανεῖ,
εἰ μὴ κατερεῖς μοι τοὔνομ' ὅ τι ποτ' ἐστί σοι.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(descendit e cantharo, qui oculis spectatorum subducitur.)

Τρυγαῖος Ἀθμονεύς, ἀμπελουργὸς δεξιός,

---

186 sq. Priorem om. V[1], sed in margine habet additum, omisso tamen *μιαρώτατος*. Posteriorem om. R. Utrumque librarium fefellit *τὸ ὁμοιοτέλευτον*.

187. *ἐστ'* Bentley] *ἐστὶν* V; vid. ad Nub. 214. Müller Strübing *εἰπέ μοι*.

189. Post hunc versum inserendum esse Aristophanis (?) fragmentum 297 persuasit sibi Dobree; sed vid. Proleg. p. VIII, 5.

„μάλιστα μὲν πρὸς τὸ ὑπὸ τοῦ Ἑρμοῦ εἰρημένον· ‚ὦ μιαρὲ καὶ παμμίαρε καὶ μιαρώτατε' δοκεῖ †ἐξ ἐκείνων† λελέχθαι, τὸ δ' ἀληθὲς τὴν ἀφορμὴν ἐκ τοῦ Σκείρωνος παρ' Ἐπιχάρμου ἔχει, ἐπεὶ κἀκεῖνος πεποίηκε τὸν φορμὸν ἐρωτηθέντα ‚τίς ἐστι μήτηρ;' ἀποκρινόμενον ὅτι ‚σηκίς', καὶ ‚τίς ἐστι πατήρ;' εἰπόντα ‚σηκίς', καὶ ‚τίς ἀδελφός;' ὁμοίως ‚σηκίς'. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἔδοξε πρὸς τὸ ἐρωτώμενον τὸ ἑξῆς ἀποκρίνεσθαι· ἔστι γάρ τις τοῖς φορμοῖς συγγένεια πρὸς τὰς σηκίδας. ἐνταῦθα δὲ οὐκέτι κατὰ τὸ συγγενὲς οὗτος ἀπεκρίθη". Epicharmi illa *storea* vel *corbis*, cui *ancilla* „*πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ ἠδὲ κασίγνητος*" esse dicebatur, quid habuerit festivi nescio, neque in scholii voce „*ἐξ ἐκείνων*" quid lateat — dativus nominis proprii? — habeo dicere: Aristophanem non ex Epicharmo iocum suum duxisse certum est [1]), sed aut intempestivae doctrinae specimen praebuit qui Epicharmi illum locum contulit, aut eo consilio attulit ut *similem* iocum ex alio comico exhiberet. Et haec videtur fuisse mens grammatico, cui posterior pars scholii allati („*ἀλλ' ἐκεῖνος κτέ.*") debetur.

186. *ποδαπὸς τὸ γένος δ' εἶ;*] iisdem verbis advenas interrogat Epops in Avibus [2]).

188. *οὐκ . . . ἔσθ' ὅπως οὐκ . . .*] *certo certius est . . . !* [3]).

190 sq. Similibus verbis se collaudabat Dicaeopolis Acharnensis: „*ὅστις;*

---

[1]) „Haud multos in theatro spectatores affuisse suspicor qui imitationem Epicharmi deprehenderent" (vHerwerden). — [2]) Av. 108. — [3]) Vid. ad Ran. 640.

οὐ συκοφάντης, οὐδ' ἐραστὴς πραγμάτων.

ΕΡΜΗΣ.

ἥκεις δὲ κατὰ τί;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(cistam ei offerens:)

τὰ κρέα ταυτί σοι φέρων.

ΕΡΜΗΣ.

(voce multo mitiore:)

ὦ δειλακρίων! πῶς ἦλθες;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὦ γλίσχρων! ὁρᾷς

ὡς οὐκέτ' εἶναί σοι δοκῶ ‹μιαρώτατος›; —

---

192. ἥκεις ... φέρων] ἦλθες ... φέρω schol. Nub. 239.

193. ἦλθες] εἶπας Hamaker, ὡς ἡδέ' vHerwerden. Equidem mutandi causam non video (cf. comment.).

πολίτης χρηστός, οὐ σπουδαρχίδης"[1]). Trygaeum autem, perinde atque Acharnenses, gravissime ferre agros vastatos, villam combustam, vites olivas ficus exsectas, statim audito demi eius nomine intellegimus. Nam *Athmonenses,* qui tribus Cecropidis erat demus, paucis horis ab Acharnis et ab ipsa urbe remotos habitasse sub Brilessi montis radicibus, ubi nunc est pagus *Marúsi,* probabilis est recentiorum[2]) coniectura. *Vinitorem* esse Trygaeum ipsius nomen testatur.

190. δεξιός] *sollers*[3]). Etiam quod oppositum est σκαιός a corpore ad ingenium transfertur[4]).

191. οὐδ' ἐραστὴς πραγμάτων] i. e. οὐδὲ φιλοπράγμων τις[5]).

192. Item in Nubibus Socrates ad Strepsiadem: ἦλθες δὲ κατὰ τί;[6]).

— τὰ κρέα ταυτί σοι φέρων] revera δεξιὸν extemplo se praestat, non enim ἀπαράσκευος suscepit iter, sed habet quam Cerbero suo praebeat offam. Haud aliter in Avibus domatur Hercules[7]). Et in Pluto ipse Mercurius ἄρτον τιν' εὖ πεπεμμένον καὶ κρέας νεανικὸν a mancipio efflagitat esuriens[8]).

193. Non iam torvo vultu Mercurius increpat advenam, sed commiserantis sunt vox et verba: „*vae miser homulle*[9]), *qui fit ut huc sis delatus?*" „ὦ κακόδαιμον, τί παθὼν δεῦρο ἦλθες;". Particula πῶς nunc, ut saepe[10]), non rei quae sit *ratio* rogatur, sed quae *causa*[11]).

193 sq. Alterum imitatus „ὦ γλίσχρων", Trygaeus ait, „*o voracissime*[12]) *caelitum, viden' ut non iam ‹impurissimus› tibi videar?*" ... postquam melius scilicet cognoscere me coeperis meoque pretio aestimare.

---

1) Ach. 595 sq. — 2) Stuart, Leake; cf. CIG. 528. — 3) Vid. ad Vesp. 1265. — 4) Vid. ad Nub. 629. — 5) Vid. ad Nub. 1303 Vesp. 1392 Ran. 228. — 6) Nub. 239; vid. etiam supra vs. 133. — 7) Cf. Av. 1575—1692. — 8) Plut. 1136 sq. — 9) Item Av. 143; praeterea vid. ad Ran. 200. — 10) E. g. vs. 200; vid. ad Av. 278. — 11) Item Soph. El. 1354. — 12) Vid. ad Nub. 1004 et Ran. 200.

ἴθι νυν, κάλεσόν μοι τὸν Δία.

ΕΡΜΗΣ.

(ridens:)

ἰή, ἰή, ἰή,

ὅτ᾽ οὐδὲ μέλλεις ἐγγὺς εἶναι τῶν θεῶν!*

φροῦδοι γάρ· ἐχθές εἰσιν ἐξῳκισμένοι.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ποῖ γῆς;

ΕΡΜΗΣ.

ἰδού, „γῆς“!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀλλὰ ποῖ;

ΕΡΜΗΣ.

πόρρω πάνυ,

ὑπ᾽ αὐτὸν ἀτεχνῶς τοὐρανοῦ τὸν κύτταρον.

---

196. *ὅτ᾽*] *ὅτι* Brunck. || *οὐδὲ μέλλεις*] *οὐδ᾽ ἔμελλες* Dobree.

197. *Post *γάρ* interpunxi. Cf. vs. 329 et 566. Simillimum asyndeton est vs. 260 vel Thesm. 617. || *ἐχθές εἰσιν*] *εἰσίν· ἐχθὲς* vHerwerden cum cod. B. Sed post *φροῦδος* omitti solet verbum (vid. Ach. 470 Nub. 718 sq. Thesm. 691, 794 Ran. 94, 304, 1344; additum est Eccl. 311, 341, 950).

198. *ἀλλὰ ποῖ* V] *ἀλλὰ ποῦ* R.

199. *τοὐρανοῦ* R] *οὐρανοῦ* V.

---

195 sq. In cachinnos erumpens [1]) Mercurius: „*Iovem scilicet vocare me iubes? cum* [2]) *ne in viciniam quidem deorum sis perventurus!*" — Arte cohaerent *οὐδέ* et *ἐγγύς* [3]), et proverbialis fere, ut *οὐδ᾽ ἴκταρ* [4]), haec est locutio. Non sunt iungenda *οὐδέ* et *μέλλεις*, licet perhibeat scholiasta: „*οὐ μόνον, φησίν, οὐκ εἶ πλησίον τῶν θεῶν, ἀλλ᾽ οὐδὲ μέλλεις.*" Quae aptam oppositionem non praebent, non enim „*ἐγγὺς τῶν θεῶν*" pervenire cupit Trygaeus, sed praesens praesentem alloqui Iovem; cui Mercurius: „alloquine eum vis? at ne coram quidem eum ceterosve caelites adspicies!"

198. „*At quorsum terrarum abiere tandem?*" rogat Trygaeus. Quem res terrestres deorum vitae importune immiscentem Mercurius irridens: „*terrarum scilicet!*" exclamat [5]). Similes sunt errores chori in Ranis homines „*τοὺς ἄνω νεκρούς*" dicentis [6]), vel mulierum quae pro viris se gerentes identidem „*γυναῖκες αἱ καθήμεναι*" et similibus verbis inter se alloquuntur [7]).

199. *τοὐρανοῦ τὸν κύτταρον*] *caeli convexum* non minus ludicre nunc dicitur *nucamentum* [8]) quam alibi assimulatur ollae qua superimposita suffocantur carbones [9]).

---

[1]) Item Ach. 1206 Vesp. 1335. — [2]) Item Nub. 7. — [3]) Recte sic Paley. — [4]) Vid. Plat. Rep. 575*c*. — [5]) Vid. ad Ran. 1205 et 1261 et Av. 1234 sq. — [6]) Ran. 420. — [7]) Vid. Eccl. 155—166, 189—191. — [8]) Nostrum *dop, bolster*. Vid. ad Thesm. 516. — [9]) Nostrum *doofpot*, Nub. 96 Av. 1001.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

πῶς οὖν σὺ δῆτ' ἐνταῦθα κατελείφθης μόνος;

ΕΡΜΗΣ.

τὰ λοιπὰ τηρῶ σκευάρια τὰ τῶν θεῶν,
χυτρίδια καὶ σανίδια καὶ ἀμφορείδια.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἐξῳκίσαντο δ' οἱ θεοὶ τίνος οὕνεκα;

ΕΡΜΗΣ.

Ἕλλησιν ὀργισθέντες. εἶτ' ἐνταῦθα μέν,
ἵν' ἦσαν αὐτοί, τὸν Πόλεμον κατῴκισαν,
ὑμᾶς παραδόντες δρᾶν ἀτεχνῶς ὅ τι βούλεται·
αὐτοὶ δ' ἀνῳκίσανθ' ὅπως ἀνωτάτω,
ἵνα μὴ βλέποιεν μαχομένους ὑμᾶς ἔτι,
μηδ' ἀντιβολούντων μηδὲν αἰσθανοίατο.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τοῦ δ' οὕνεχ' ἡμᾶς ταῦτ' ἔδρασαν; εἰπέ μοι.

ΕΡΜΗΣ.

ὁτιὴ πολεμεῖν ᾑρεῖσθ', ἐκείνων πολλάκις

---

201. τὰ τῶν V] τῶν (om. τὰ) R.
202. σανίδια] σκαφίδια (et alia) Blaydes. || ἀμφορείδια] -ρίδια V R. Cf. vs. 382.
210. οὕνεχ'] εἵνεχ' V R.
211. ὁτιὴ Bentley] ὅτι V R. Vid. v. l. Plut. 948. || ᾑρεῖσθ'] *ᾕρησθ'?

---

200. πῶς οὖν ...;] *qui fit igitur ut ...?* [1].

201. „Bellus scilicet vasorum custos furum patronus Mercurius!" [2].

202. Aptissima cachinnis ciendis [3] sunt deminutiva [4], cum sermo fiat de supellectile aedium illarum caelestium, ubi splendore plus quam humano refulgent omnia [5].

205. Belli deum in suam domum non recipit qui sapit, est enim malignus et turbulentus καὶ πάντα τὰ ἔνδον ἀνατρέπει καὶ ἐκχεῖ [6].

206. Similibus verbis Strepsiades usus tradit se philosophis: „νῦν μοι χρήσθων ἀτεχνῶς | ὅ τι βούλονται· | τουτὶ τοὐμὸν σῶμ' αὐτοῖσιν | παρέχω τύπτειν κτέ." [7].

207. ἀνῳκίσαντο] in poli interiora *recesserunt* [8].

210. ἡμᾶς] *Graecos cunctos* [9], non solos Athenienses, Trygaeus dicit.

211 sq. ἐκείνων πολλάκις | σπονδὰς ποιούντων] i. e. καίπερ τῶν θεῶν πολλάκις σπονδὰς ποιούντων, *licet identidem pacem conciliare conarentur illi.* Pacem ineundi

---

[1]) Vid. vs. 193 et ad Av. 278. — [2]) vHerwerden. — [3]) Cf. Ran. 1203 et vid. Peppler Com. Terminations p. 10 et 14. — [4]) *De pannetjes en bordjes en potjes.* De voce σανιδίοις vid. ad Vesp. 848 Plut. 813 sq. — [5]) Cf. Hom. δ 74 Plut. 580—586. — [6]) Cf. Ach. 979 sqq. et vid. ibid. ad vs. 989—999. — [7]) Nub. 439 sqq. — [8]) Cf. Thucyd. I 7 in fine, 58 § 2. — [9]) Cf. vs. 59, 93, 105, 108, 204, 302.

σπονδὰς ποιούντων. κεἰ μὲν οἱ Λακωνικοὶ
ὑπερβάλοιντο μικρόν, ἔλεγον ἂν ταδί·
„ναὶ τὼ σιώ, νῦν Ὠττικίων δωσεῖ δίκαν!“ —
εἰ δ᾽ αὖ τι πράξαιτ᾽ ἀγαθὸν ὑμεῖς Ἀττικοί,
καὶ ἔλθοιεν οἱ Λάκωνες εἰρήνης πέρι,
ἐλέγετ᾽ ἂν ὑμεῖς εὐθύς· „ἐξαπατώμεθα
„νὴ τὴν Ἀθηνᾶν. — νὴ Δί᾽! — οὐχὶ πειστέον. —

---

214. *νῦν*] *νῦν γ᾽* Blaydes. || *Ὠττικίων δωσεῖ δίκαν*] *ἀττικίων δώσει δίκην* V R.

215. *πράξαιτ᾽* Bekker] *πράξαιντ᾽* V R duplici vitio, neque enim medio neque 3ae personae locus est. || **ὑμεῖς Ἀττικοί*] *ἀττικωνικοὶ* V R, quae inaudita est forma, aliena autem ab hoc versu (ut a versu 212) sunt nomina ludicre — si modo ludicre! — deformata. Litterae *-ωνικοί* e versu vicino 212 irrepserunt culpa librariorum; qui annotavit „*καὶ Ἴωνες ἔγκεινται* (*ἐν τῷ ὀνόματι*)" videtur legisse: „*Ἀττικιωνικοί*".

217. *ὑμεῖς εὐθύς*] *εὐθύς· ἄνδρες* Cobet.

218. *Ἀθηνᾶν. νὴ*] *Ἀθηναίαν. μὰ* Meineke, quod contracta nominis forma apud nostrum non redeat, neque recte iungantur *νὴ … οὐ*. Posteriori incommodo subvenit Mazon ita interpungendo ut edidi, prius nullum est (vid. comment.). || *πειστέον*] *πιστέον* V R, *σπειστέον* Hirschig (cf. Eq. 796).

---

occasionem plus semel dii Graecis praebuerunt [1]). — *Deos* quin dicat Mercurius dubitare nequit qui secum reputet quid intersit inter *σπονδὰς* (vel *εἰρήνην*) *ποιεῖν* et *ποιεῖσθαι* [2]). Quod si quis forte fortuna obliviscatur, ne sic quidem incertum videbitur quomodo noster locus sit interpretandus; nam „*ἡμῖν*" sive *Graecis* soli *caelites* nunc possunt opponi, non *Lacedaemonii*, quod nescio quis somniat in scholiis, ubi tamen et vera extat explicatio: „*τῶν θεῶν.*" Apposite etiam laudatur ibi Homericum illud: „*ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόον-„ται! | ἐξ ἡμῶν γάρ φασι κάκ᾽ ἔμμεναι· οἱ „δὲ καὶ αὐτοὶ | σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ „μόρον ἄλγε᾽ ἔχουσι*" [3]).

212. *Λακωνικοὶ*] saepe sic apud nostrum audiunt *οἱ Λάκωνες* sive *Λακεδαιμόνιοι* [4]).

213. *ὑπερβάλοιντο*] *superiores evasissent* [5]).

214. Sua dialecto usi Lacones per *Dioscuros* iurant [6]). Cum contemtu autem loquentis est *Ἀττικίων* [7]).

215. *τι πράξαιτ᾽ ἀγαθὸν*] item in Pluto *χρηστόν τι πράττειν* dicitur is qui non perpetuo *εὖ πράττει*, sed cui certa aliqua res bene cessit [8]).

216. *ἔλθοιεν … εἰρήνης πέρι*] nota haec est breviloquentia [9]).

217—219. Feliciter comicus quae Cleon et qui cum illo faciebant coram populo — non sine causa, ut opinor, — dixerunt [10]) imitando in ridiculum detorquet.

218. *νὴ τὴν Ἀθηνᾶν*] huic formulae, quae apud nostrum non redit, sed frequens est apud comicos recentiores,

---

1) Vid. Thucyd. IV 15 sqq., 21 sq., 41 V 15, infra vs. 665—667, Eq. 794 sq. et ad Eq. 327. — 2) Vid. infra vs. 1199 et ad Ach. 52. — 3) Hom. α 32 sqq. — 4) Vid. ad Nub. 186. — 5) Ut Eq. 890 Nub. 1035 etc. — 6) Item Lys. 86; vid. ad Ach. 905. — 7) Vid. ad Av. 143 Ran. 200. — 8) Plut. 341. — 9) Vid. ad Eq. 669. — 10) Cf. Thucyd. IV 21 § 1 sq., 22 § 2 sq.

„ἥξουσι καὖθις, ἢν μεθῶμεν τήμερον“.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὁ γοῦν χαρακτὴρ ἡμεδαπὸς τῶν ῥημάτων.

ΕΡΜΗΣ.

ὧν οὕνεκ' οὐκ οἶδ' εἴ ποτ' Εἰρήνην ἔτι
τὸ λοιπὸν ὄψεσθ'.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀλλὰ ποῖ γὰρ οἴχεται;

ΕΡΜΗΣ.

ὁ Πόλεμος αὐτὴν ἐνέβαλ' εἰς ἄντρον βαθύ.

---

219. *μεθῶμεν τήμερον] ἔχωμεν τὴν πόλιν V R, quod plane ineptum si cogites *Athenas*, vix autem minus molestum si *Spartam* (vel etiam totam *Laconicam*, quod nonnemo suasit coll. vs. 251, ubi vid.); ἔχωμεν τὴν Πύλον olim alii teste scholio V, quod sunt qui verum ducant, „ἔχωμεν" interpretati „μὴ ἀφῶμεν". Hirschig ἢν ἕλωμεν τὴν Πύλον, sed in captanda *insula* Sphacteria, non in oppugnanda *urbe* Pylo temporis aliquid absumserunt Athenienses. Certa autem nomina ab hoc loco sunt aliena.

223. Post hunc versum in quibusdam exemplaribus olim lectum esse „τί φῄς" et post vs. 260 „ἰὴ ἰή" docet (Heliodorus in) scholion (-o) quod versui 173 adscriptum habet V. Pro τί φῄς in codice est τι φη: correxit vBamberg.

---

propria est accusativi forma contracta ex Ἀθηναίαν [1]). Conferendi sunt accusativi Ἀπόλλω et Ποσειδῶ.

— πειστέον] id quod χρὴ πείθεσθαι [2]).

219. *Abeunto modo isti: sat cito redibunt!* Verbum μεθιέναι *e manibus emittere* sic adhibitum est e. g. in verbis coryphaei: „μὴ μεθῇς τὸν ἄνδρ', ἐπειδή σοι λαβὴν δέδωκε" [3]).

220. *Attici aliquid ista habent sane*, Trygaeus ait: εὖ γε μωμᾷ ταυταγί [4]). — Terminus -τήρ *agentem* indicans instrumentorum nominibus proprius est [5]), sed ἀπὸ τοῦ ποιοῦντος ἐπὶ τὸ ποιούμενον translata [6]) vox *notam insculptam* significat [7]), ut nostrum *beeldenaar* sive imago regia nummorum parti anticae incusa. Non nisi in Menandri noto versu: „ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται" apud comicos praeterea invenitur [8]).

221. „*Nescio an nunquam*" — i. e.: *vereor ut unquam* — „*posthac Pacem sitis adspecturi.*" — Sonus vocis et particula ποτε efficiunt ut dubitari nequeat quid velit Mercurius; nam cetera verba etiam contrarium poterant significare: *nescio an Pacem etiam sitis adspecturi = suspicor vos eam etiam adspecturos* [9]). Particulae ποτε . . . ἔτι etiam alibi ita sunt collocatae [10]).

---

[1]) Cf. Av. 828 etc. — [2]) Item Ran. 498. — [3]) Eq. 841; cf. etiam Vesp. 434 Av. 1085 Lys. 485 Plut. 75 etc. — [4]) Av. 171. — [5]) Cf. Ach. 549, 938 etc., Enchir. dict. ep. p. 327. — [6]) Sic loquitur schol. Soph. Oed. C. 481, ubi μέλισσα id quod μέλι significat. — [7]) [Aristot.] Rep. Ath. 10 § 7 etc. — [8]) Menandr. fr. 72; sed cf. Aesch. Suppl. 282 Eur. El. 559 etc. — [9]) Vid. ad Lys. 376 Ran. 1477. — [10]) Vid. ad Ach. 233; cf. etiam infra vs. 326.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

εἰς ποῖον;

ΕΡΜΗΣ.

εἰς τουτὶ τὸ κάτω. καὶ ἔπειθ' ὁρᾷς
ὅσους ἄνωθεν ἐπεφόρησε τῶν λίθων,
ἵνα μὴ λάβητε μηδέποτ' αὐτήν;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

εἰπέ μοι,
ἡμᾶς δὲ δὴ τί δρᾶν παρασκευάζεται;

ΕΡΜΗΣ.

οὐκ οἶδα πλὴν ἕν, ὅτι θυείαν ἑσπέρας
ὑπερφυᾶ τὸ μέγεθος εἰσηνέγκατο.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τί δῆτα ταύτῃ τῇ θυείᾳ χρήσεται;

ΕΡΜΗΣ.

τρίβειν ἐν αὐτῇ τὰς πόλεις βουλεύεται.
ἀλλ' εἶμι, καὶ γὰρ ἐξιέναι γνώμην ἐμὴν
μέλλει· θορυβεῖ γοῦν ἔνδον.

(Aedes denuo intrat.)

224. ὁρᾷς R] ὡς ὁρᾷς V.
226. μηδέποτ'] μηκέτ' Elmsley. || ΤΡ. εἰπέ μοι,] αὖ πάλιν. ΤΡ. Blaydes.
227. παρασκευάζεται R] -τε V.
232. γνώμην] γνώμην γ' vHerwerden (item Vesp. 983), coll. Eccl. 349; sed illic diverbium est, assentientis igitur est γε.
233. ἔνδον V] ἔνδοθεν R.

224 sq. Manu Mercurius Trygaeo indicat lapidum struem infra — in orchestra — congestam, sub qua antri profundi orificium esse ait.

225. ὅσους ... τῶν λίθων] item alibi „πολλοὺς τῶν λίθων", „τῆς γῆς πολλήν" et similia [1]).

228. οὐκ οἶδα πλὴν ἕν] gravis formula et vere Euripidea [2]).

229. ὑπερφυᾶ] *ingentem* [3]).

230. τί δῆτα ... χρήσεται;] vox mirantis et indignantis [4]).

231. Simillimum fatum Chremylo eiusque familiae a Iove parari in Pluto fabula perhibet Mercurius: „ὁ Ζεύς, ὦ πονηρέ, βούλεται | εἰς ταὐτὸν ὑμᾶς ξυγκυκήσας τρύβλιον | ἁπαξάπαντας εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν" [5]).

232. γνωμὴν ἐμὴν] id quod οἶμαι, που, *opinor* [6]).

[1]) Vid. vs. 167 et ad Vesp. 199. — [2]) Eur. Hippol. 599 Suppl. 933 Herc. 1143 Ion. 311 El. 627, 752; cf. etiam Soph. Oed. R. 119. — [3]) Vid. ad Ran. 611. — [4]) Vid. ad Eq. 1183. — [5]) Plut. 1107—1109, ubi vid. — [6]) Item Vesp. 983 Eccl. 349.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οἴμοι δείλαιος!
φέρ', αὐτὸν ἀποδρῶ· καὶ γὰρ αὐτὸς ᾐσθόμην
ὥσπερ θυείας φθέγμα πολεμιστηρίας.

(Confugit in angulum ubi cerni nequeat a Belli deo. Ex aedibus prodit Polemus, corbem tenens et ingens mortarium, quod in medio dein proscenio collocat.)

SCENA SEPTIMA.

Trygaeus, Polemus.

ΠΟΛΕΜΟΣ.

(pugnis spectatoribus minatus:)

ἰὼ βροτοί, βροτοί, βροτοὶ πολυτλήμονες,
ὡς αὐτίκα μάλα τὰς γνάθους ἀλγήσετε!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(secum:)

ὦ ἄναξ Ἄπολλον, τῆς θυείας τοῦ πλάτους!

---

234 sq. *αὐτὸς ᾐσθόμην | ὥσπερ* Meineke] *ὥσπερ ᾐσθόμην | καὐτὸς* V R, *ὡς σύ περ ᾐσθόμην | καὐτὸς* Cobet. Certa videtur emendatio Meinekii; in lectione tradita prius *καί* aptum sensum non praebet.

---

235. Perridicule *Martiae*... non *tubae* sed *pilae* sonum audire se ait rusticus noster [1]. Dignae autem quae cum hoc versu conferantur sunt Bdelycleonis in Vespis verba: „*ὥσπερ φωνή με τις ἐγκεκύκλωται*" [2]. Et frequens est hic usus particulae *ὥσπερ* [3].

236. Belli quae figura fuerit, nonnisi coniectando efficere possumus; sed facile nobis fingimus vultum malignum et ludicre distortum. Nam satis apparet comicum non ingentem decoram robustam ei tribuisse staturam, sed nanum potius eum fecisse [4].

237. *μάλα*] idem qui supra particulae usus [5].

— *τὰς γνάθους ἀλγήσετε*] id valet quod: „*πληγὰς λήψεσθε*" vel: „*ἐπιτριβήσεσθε*", quemadmodum in activo „*τοῦ δεῖνα πατάξαι τὴν γνάθον*" solet dici [6]. — In scholiis verae et simplici explicationi „*τριβόμενοι ἐν τῇ θυείᾳ*" alias duas subiunxerunt homines quidam vesani.

238. *τῆς θυείας τοῦ πλάτους!*] i. e.: *ὅσον ἐστὶ τὸ πλάτος τῆς θυείας!* — Notus est genitivi hic in exclamationibus usus [7]. Simili autem verborum ordine usus apud Cratinum „*ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τοῦ ῥεύματος!*" clamat nescio quis [8], et apud nostrum Dionysus: „*τῶν σῶν προλόγων τῆς ὀρθότητος τῶν ἐπῶν periculum facere volo*" ait ad Euripidem [9]; ubi unam notionem efficiunt verba „*τῆς ὀρθότητος τῶν ἐπῶν*" = *τῆς ἐν τοῖς ἔπεσιν ὀρθότητος*, idem igitur ea valent atque: „*τῆς τῶν σῶν προλόγων ὀρθοεπείας*".

---

[1]) Cf. Ach. 572. — [2]) Vesp. 395. — [3]) Vid. ad Nub. 1276. — [4]) Recte, ut arbitror, sic Römer; vid. ad vs. 240 sq. — [5]) Vid. vs. 5. — [6]) Nostrum: *iemand op zijn gezicht geven*, pass.: *op zijn gezicht krijgen.* Cf. Lys. 635, 657, 821 Ran. 149. — [7]) Item in versu sequenti; vid. ad Vesp. 161. — [8]) Cratin. fr. 186. — [9]) Ran. 1180.

ὅσον κακόν! καὶ τοῦ Πολέμου τοῦ βλέμματος!
ἆρ' οὗτός ἐστ' ἐκεῖνος, ὃν καὶ φεύγομεν;
ὁ δεινός, ὁ ταλαύρινος, ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν...;

ΠΟΛΕΜΟΣ.

ἰὼ Πρασιαὶ τρισάθλιαι καὶ πεντάκις
καὶ πολλοδεκάκις, ὡς ἀπολεῖσθε τήμερον!
(In mortarium inicit porra.)

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad spectatores:)
τουτὶ μέν, ἄνδρες, οὐδὲν ἡμῖν πρᾶγμά πω·
τὸ γὰρ κακὸν τοῦτ' ἐστὶ τῆς Λακωνικῆς.

---

239. *ὅσον κακόν!*] *quam ingens malum (est istud mortarium)!* — Similis vocis *τὸ κακόν* est usus in locutione: „*τί τὸ κακόν;*" [1]).

— *τοῦ βλέμματος!*] i. e.: „*ὡς δριμὺ βλέπει!*" [2]).

240 sq. Egregio cum contemtu loquitur de torvo quod ante oculos habet monstro: „*θεασάμενος μείζονα τὴν ὑπόνοιαν ἔχοντα τῆς πείρας τῆς διὰ τῆς ὄψεως*", ut scholiasta loquitur: *cum videat maiorem haberi vulgo quam sit revera* [3]).

241. *ὁ δεινός, ὁ ταλαύρινος*] epico hoc *Martis* epitheto in Acharnensibus ludicre ornatur *Lamachus* [4]).

— *ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν...;*] quod verbis deest „*τιλᾶν ποιῶν*" [5]) gestu supplet Trygaeus [6]). Recte schol. V: „*ἀπὸ τῶν διὰ δειλίαν ἀποτιλώντων*" [7]), ubi absurde Ravennas *ἀποπηδώντων* (*ΤΙΛ-ΠΗΔ*) et Venetus 475 (qui ex V est descriptus) *ἀποτιλλόντων*.

242 sq. Polemus *τοὺς Ἕλληνας καταμυττωτεύσων* [8]) sive *moretum* [9]) quoddam ex iis paraturus, initium facit a *porris* [10]) sive *πράσοις*: *Prasias* se civitatem in mortarium inicere clamans interea. Revera Prasiae urbs in Laconiae ora orientali sita initio belli graviter est affecta [11]), et si quid ex illa clade superabat, novis Atheniensium incursionibus nunquam non erat expositum [12]). — Similis in Holcadibus legebatur versus: „*ἰὼ Λακεδαῖμον, τί ἄρα πείσει τήμερον!*" [13]).

— *τρις- ... πεντάκις ... πολλοδεκάκις*] quemadmodum haec nunc cumulantur numeralia, sic in Pluto sycophanta quidam „*κακοδαίμων καὶ τρισκακοδαίμων καὶ τετράκις καὶ πεντάκις | καὶ δωδεκάκις καὶ μυριάκις*" sibi esse videtur [14]). Iocose autem conformatum est *πολλοδεκάκις*, ut *ψαμμακοσιογάργαρα* illud, quod Acharnensium initio legitur [15]).

244. *Hoc quidem nihildum ad nos* [16]).

---

[1]) Vid. vs. 181. — [2]) Vid. ad Nub. 1176 et ad Ran. 562. — [3]) Scholiastae hanc explicationem suo iure probavit Römer; vid. ad vs. 236. — [4]) Vid. Ach. 964. — [5]) Cf. Av. 66 Ran. 308, 479. — [6]) Quadamtenus sunt similia quae ad Eq. 785 attuli. — [7]) Scholiastae interpretationem merito laudavit Zacher. — [8]) Vs. 247; cf. Vesp. 63 et Nub. 455 et nostrum *in de pan hakken*. — [9]) Ach. 174 Eq. 771. Recte schol. — [10]) Cf. Ran. 621. — [11]) Thucyd. II 56. — [12]) Cf. infra vs. 627. — [13]) Ar. fr. 401; cf. supra Proleg. p. IX. — [14]) Plut. 850—852. — [15]) Ach. 3. — [16]) Vid. ad Thesm. 244.

ΠΟΛΕΜΟΣ.

ὦ Μέγαρα, Μέγαρ', ὡς ἐπιτετρίψεσθ' αὐτίκα
ἁπαξάπαντα καταμεμυττωτευμένα!

(Allia in mortarium inicit.)

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(secum:)

βαβαί, βαβαιάξ, ὡς μεγάλα καὶ δριμέα
τοῖσιν Μεγαρεῦσιν ἐνέβαλεν τὰ . . . κλαύματα!

ΠΟΛΕΜΟΣ.

ἰὼ Σικελία, καὶ σὺ δ' ὡς ἀπόλλυσαι!

(Caseum inicit.)

---

246. *ἐπιτετρίψεσθ'* Elmsley] *ἐπιτρίψεσθ'* V R.

246—250. *Allia* Polemus in mortarium inicit: *Megara* haec esse, quae iamiam sit contriturus. De alliis autem Megarensibus nota omnia [1]), neque oportet nunc enarrari calamitates, quibus misera illa civitas ea aetate est obruta [2]). Athenienses portum Megarorum, quem dudum tenuerant occlusum, ante triennium ceperunt, et parum tunc afuit quin et ipsa urbe per fraudem potirentur [3]). Secutae sunt caedes civium popularium [4]). Iam vero totam civitatem contusum iri minatur Belli deus. Nempe „*πᾶσα ἡ τοῦ πολέμου πρόφασις δι'* „*αὐτοὺς δοκεῖ γεγονέναι*", ut scribit scholiasta V, „*Χαρίνου τὸ πινάκιον συνθέντος* „*τὸ κατ' αὐτῶν εἰς τὴν Περικλέους χάριν*". Ubi restitui *Charini* nomen; in codice est „*χάριν τοῦ*", vitio manifesto.

246. *ἐπιτετρίψεσθε*] singularem vim minis addit futurum perfecti [5]).

247. *καταμεμυττωτευμένα*] *comminuta*. *Intensiva* haec praepositionis *κατα-* vis [6]).

248. *βαβαιάξ*] item alibi *παπαιάξ*, *ἰατταταιάξ* [7]).

— *δριμέα*] *acerba, mordacia* [8]).

249. *κλαύματα*] id fere quod *flagra* [9]). Praeter expectationem nunc dicitur pro *σκόροδα*. Quod autem perhibet scholiasta, *lacrimas* quas acer allii odor ciere solet [10]) voce *κλαύμασι* iocose nunc significari, id etiamsi sinat lingua, — non enim idem est *κλαύματα* atque *δάκρυα*, — a comici tamen mente alienum videtur.

250 sq. Etiam *Sicilia* dicitur *perire*: nempe certa ei *instat pernicies*; qui frequens est temporis praesentis in minis usus [11]). Nunc in Sicilia arma inde ab anno 424 quiescunt [12]). — Haec dum dicit Polemus, in mortarium inicit *caseum Siculum* [13]).

250. Rarissima apud nostrum et plerisque locis dubia iunctura particularum *καὶ . . . δέ*, quae apud Xenophontem e. g. est perfrequens, hoc certe loco — quod notatu dignum — suspicione vacat.

---

[1]) Vid. ad Ach. 761. — [2]) Vid. infra vs. 481—483, 500—502, 609, Ach. Proleg. p. XIII, ad Ach. 528—537 et 760. — [3]) Thucyd. IV 66—73. — [4]) Ibid. c. 74. — [5]) Cf. Eq. 271 Av. 847 Plut. 1027, 1200 et de ipso verbo vid. Ran. 571. — [6]) Cf. infra vs. 355 et vid. ad Nub. 857, Zeune ad Viger. Idiot. p. 638 Herm.[4], Frohberger ad Lys. XIV § 27. — [7]) Vid. ad Eq. 1. — [8]) Vid. ad Eq. 808 Av. 1045. — [9]) Cf. vs. 258 et vid. ad Ran. 813. — [10]) Cf. Ran. 654. — [11]) Item infra vs. 364 et 366; vid. ad Eq. 127. — [12]) Vid. Thucyd. IV 66 et ad Eq. 1303. — [13]) Vid. ad Vesp. 838, 896 sq.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ut supra:)

οἵα πόλις τάλαινα διακναισθήσεται!

ΠΟΛΕΜΟΣ.

φέρ' ἐπιχέω καὶ τὸ μέλι τουτὶ τἀττικόν.

(Inicit mel.)

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ut supra:)

οὗτος, παραινῶ σοι μέλιτι χρῆσθαι ἑτέρῳ.

---

251. Trygaeo dedit Dobree, Belli deo continuant V R. || οἵα] οἷον Meineke.
253. σοι μέλιτι] μέλιτί σοι Heimsöth (metri causa verba minus apte disponens). || (ἑ)'τέρῳ Brunck] θἀτέρω(ι) V R et schol., quem errorem peperit archetypi lectio χρησθατερωι (θαι superscr.). Articulo non est locus.

---

251. „*Ut* [1]) *misella urbs Syracusanorum comminuetur!*" miserans exclamat Trygaeus, feliciter usus verbo quod et de *caseo* et de *hominum aerumnis* aptissime potuit dici [2]); quamquam de ipso caseo κατακνησθήσεται dicendum fuerat potius [3]). — Una civitas Sicula cum commemoratur, dubium esse nequit quin ea sit intellegenda quam Athenienses et antea per ambages et aperte quinquennio posthac petiverunt, ceteris longe longeque potentiorem. *Syracusas* dico. Egregie igitur errare mihi videtur scholiasta V [4]), qui comicum dictione poetica nunc usum *totam Siciliam* πόλιν vocare autumat, quemadmodum Euripides dixerit *Euboeam*, Homerus *Lemnum*, Pindarus *Aeginam* [5]). Quorum locorum solus primus alicuius est momenti, nam ceteri nihil habent insoliti [6]); sed cothurnatam dictionem a nostro versu alienam duco. Totam insulam comicus si dicere voluisset, dixisset; quae non unam profecto civitatem efficiebat, sed „πόλεις τὸ πλῆθος, ὡς ἐν μιᾷ νήσῳ, πολλαὶ Ἑλληνίδες" [7]) illic inter se certabant.

252. Etiam *mellis* aliquid est addendum: *Atticum* igitur, quippe optimum [8]), sumit Polemus.

253 sq. Iam et *patriae suae* instare periculum Trygaeus videns „*heus tu!*" [9]) exclamat: „*cave ne melle utaris Attico! nimis id pretiosum: singulae cotulae quatuor constant obolis!*" — Nam adiectivo τετρωβόλῳ indicari pretium singularum *cotylarum* cum per se intellegitur, solita enim haec est mensura, tum apparet collata inscriptione saeculi IV[1] ineuntis, ubi tribus obolis singulae mellis cotylae venire dicuntur [10]). Quod autem apud Plutarchum alicubi [11]) Socrates „mellis cotylen Athenis *quinque drachmis* constare" ait, non inde efficio, id quod sumi solet [12]), insolitae bonitatis mel illud fuisse, sed manifestum duco errorem, sive „πεντώβολον" pro „πεντέδραχ-

---

[1]) Vid. ad Eq. 367. — [2]) Ut Nub. 120 Eccl. 957 etc. (vid. ad Ran. 1228). — [3]) Vid. Eq. 771 Vesp. 965. — [4]) Hinc idem habet Hesych. s. v. πόλις. — [5]) Loci quos dicit sunt Eur. Ion. 294 Hom. Ξ 230 Pind. Nem. VII 9. — [6]) Lys. VI § 6, quem praeterea confert vHerwerden, huc non facere mihi videtur. — [7]) Sunt verba Niciae Thucyd. VI 20 § 2. — [8]) Thesm. 1192 Menandr. fr. 708 Archestratus apud Athen. 101*e* Strab. IX p. 399 fin. — [9]) Item mox vs. 268. Vid. ad Vesp. 1. — [10]) CIA. II 631. — [11]) Plut. Mor. 470*f*. — [12]) Praeeunte Boeckh Staatsh. I[3] 32, *a*.

⸢τετρώβολον⸣ τοῦτ' ἐστί· φείδου τἀττικοῦ.

ΠΟΛΕΜΟΣ.

παῖ, παῖ Κυδοιμέ.

(Accurrit famulus Tumultus.)

SCENA OCTAVA.

Eidem, Tumultus.

ΚΥΔΟΙΜΟΣ.

τί με καλεῖς;

ΠΟΛΕΜΟΣ.

κλαύσει μακρά·

ἕστηκας ἀργός; οὑτοσί σοι κόνδυλος.

(Alapam ei infringit.)

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(secum:)

ὡς δριμύς!

ΚΥΔΟΙΜΟΣ.

οἴμοι μοι τάλας! ὦ δέσποτα!

μῶν τῶν σκορόδων ἐνέβαλες εἰς τὸν κόνδυλον;

---

256. *σοι* R] om V.

257 sq. Sic distribui voluit R[1], in quo post *δριμύς* est signum personae mutatae; Tumultui totum dat V. || *ὡς δριμύς!*] *μῶν δριμύς;* Reiske Belli deo tribuens. || *οἴμοι μοι* B] *οἴμοι* V R, *οἰμοιμοῖ* Apoll. Dysc. de adv. 588, 25 (cf. *αἰβοιβοῖ* vs. 1066), *οἴμ' οἴμοι* Bergk. Cf. Nub. 1259.

258. *ἐνέβαλες*] *-λεν* GHermann, Trygaeo hunc versum tribuens. Lectionem vulgatam facile sane potuit parere syllaba *-εν* errore pervulgato elisa (*ἐνέβαλ' ἐς*),

---

μον" scribendum est, sive Plutarchus non *mel* sed aliud mercimonium, *unguentum* e. g., commemoravit.

255. Unum e mancipiis — nam etiam *servos* in caelo esse apparet [1]) — nominatim advocat Belli deus [2]). *Tumultus* nunc Polemi dicitur magister, apud Homerum Enyus, belli deae [3]).

— *κλαύσει μακρά*] *male mulcaberis*; ad litteram: „clamores qui procul audiantur mox edes" [4]).

256. *κονδύλοις* hocce mancipium, ut isiciarius ille, *ἁρμόττεται* [5]).

257. *ὡς δριμύς!*] item isiciarius de Paphlagone: „*ὡς ὀξύθυμος!*" [6]).

— *οἴμοι μοι τάλας!*] eadem Philoctetis Sophoclei dolore cruciati sunt verba [7]).

258. Adeo mordet uritque alapa quam

---

[1]) Cf. vs. 850. — [2]) Vid. ad Plut. 624. — [3]) Hom. *E* 592; cf. etiam *Σ* 535 (= Hes. Scut. 156); praeterea vid. Ach. 573 et ad Nub. 616. — [4]) Vid. ad Ran. 34 Plut. 612. — [5]) Eq. 1236; praeterea vid. ad Vesp. 254. — [6]) Eq. 706. — [7]) Soph. Phil. 788.

ΠΟΛΕΜΟΣ.

οἴσεις ἀλετρίβανον τρέχων;

ΚΥΔΟΙΜΟΣ.

ἀλλ', ὦ μέλε,

οὐκ ἔστιν ἡμῖν· ἐχθὲς εἰσῳκίσμεθα.

ΠΟΛΕΜΟΣ.

οὔκουν παρ' Ἀθηναίων σὺ μεταθρέξει ταχύ;

ΚΥΔΟΙΜΟΣ.

ἔγωγε· νὴ Δί'!

(Secum:)

εἰ δὲ μή γε, κλαύσομαι.

(Proripit se.)

---

non tamen videtur sollicitanda, aptiora enim in ore ministri misere eiulantis sunt ridicula haec verba quam in Trygaei.

259. *οἴσεις*] *οἶσ' οἶσ'* Dobree (vid. Ran. 482), lenissima sane coniectura, sed aptius videtur imperiosum illud futurum (vid. comment.).

260. Post hunc versum olim in libris quibusdam additum fuisse *ἰὴ ἰή* testatur schol. (vid. ad vs. 223).

261. *σὺ*] supplevit Brunck; Dindorf *γε*, cui particulae non est locus. In fine versus *πάνυ* addit Dobree (cf. Plut. 57 al.), vHerwerden alterum *ταχύ*, Blaydes *τινα* ante *ταχύ*, Hirschig scribit *μέτει τρέχων ταχύ*, sed numeri satis testantur in medio versu, non in exitu, deesse syllabam. Simile mendum est Nub. 869. || *μεταθρέξει*] *-ξεις* Blaydes (cf. Nub. 1005). || *γε*] *(ἐ)'γώ* Meineke, *εἶμι* vHerwerden dubitanter.

---

accepit Tumultus, ut vociferans et propter dolorem tripudians „alliine aliquid herus sibi infregerit" ludicre rogitet [1].

259. *οἴσεις ... τρέχων;*] imperiosissime iubentis est futurum ita adhibitum [2]), cuius vim etiam auget additum *τρέχων* participium [3]).

— *ἀλετρίβανον*] hoc vocabulo, quod in proxima vicinia aliquoties redit [4]), significatur *pistillum*, quod dicebatur etiam *δοίδυξ* [5]). — In scholiorum farragine Aldina legimus: „*δοίδυξ μὲν Ἀττικόν, ἀλετρίβανος δὲ Ἀσιανόν.*" Unde quisnam effecturus erat „Cratetem utilem dixisse nostrum locum ad refellendos grammaticos quosdam, qui perhiberent Asianum, non Atticum vocabulum esse *ἀλετρίβανον*"? Et tamen ita se rem habuisse docet scholion integrius, quod praebet codex V. En igitur prudens observatio inter manus describentium ita decurtata, ut in deterioris notae scholio iam iubeamur credere olim ita delirasse interpretes nescio quos, ut comici Attici loco adscriberent: „non satis Atticam esse vocem *ἀλετρίβανον*, qua ille aliquoties illic usus esset."

261. *παρ' Ἀθηναίων σὺ μεταθρέξει*] *ad Athenienses curres, ut ab illis pistillum petas.* Constructio ad sensum, ut infra: „*ἐκ Λακεδαίμονος μέτει*" [6]). Dicitur *μετατρέχειν τι*, ut *μετιέναι, μεθήκειν*, similia [7]).

---

[1]) Cf. Eccl. 404 Plut. 718. — [2]) Vid. ad Nub. 633. — [3]) Vid. ad Vesp. 30 (et Nub. 1212). — [4]) Vs. 265, 269, 282; praeterea extat fr. com. adesp. 140. — [5]) Vs. 288, 295 Eq. 984 etc.; vid. ad Vesp. 938. — [6]) Vs. 274. — [7]) Vid. ad Eq. 605.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad spectatores:)

ἄγε δή, τί δρῶμεν, ὦ πονήρ' ἀνθρώπια;
ὁρᾶτε τὸν κίνδυνον ἡμῖν ὡς μέγας.
εἴπερ γὰρ ἥξει τὸν ἀλετρίβανον φέρων,
τούτῳ ταράξει τὰς πόλεις καθήμενος. —
ἀλλ', ὦ Διόνυσ', ἀπόλοιτο καὶ μὴ ἔλθοι φέρων.

(Redit Tumultus vacuis manibus.)

ΠΟΛΕΜΟΣ.

(iratus:)

οὗτος —

ΚΥΔΟΙΜΟΣ.

τί ἐστιν;

ΠΟΛΕΜΟΣ.

οὐ φέρεις;

ΚΥΔΟΙΜΟΣ.

(anxius et tergiversanter:)

τὸ δεῖνα γάρ, —
ἀπόλωλ' Ἀθηναίοισιν ἀλετρίβανος.

---

265 sq. Del. Hamaker.

266. *ταράξει*] *κατατρίψει* Meineke, *ἐπιτρίψει* Blaydes, *καταράξει* (vid. Nub. 1359) vel *κατερείξει* vHerwerden.

269. *Ἀθηναίοισιν ἀλετρίβανος* Porson] *-οις ἀλετρίβανος* V R; cf. vs. 282. Veram lectionem (*ἀ-*) praebent scholia, absurda tamen addita interpretatione („*δασέως παρὰ τὸ τοὺς ἅλας τρίβειν*").

---

265 sq. Ea quam sermo quotidianus fert neglegentia mutatur subiectum: *si* (Tumultus) *pistillum attulerit, eo* (Polemus) *civitates sedulo conturbabit* [1].

266. *καθήμενος*] non festinanter neque perfunctorie, sed data opera et rei immoratus.

268. Non est quod miremur Tumultum etiam citius quam Amphitheum illum [2] ab itinere reducem. Sunt enim Olympii celeres „*ὡς εἰ νόημα*".

— *τὸ δεῖνα*] tergiversantis vox [3].

269. Ludicrum *pistilli* nomen Cleoni inditum ex Equitum fabula novimus; ubi „*βορβοροτάραξις*" ille dicitur, et: „nisi ille adesset, civitatem destitutam fore suo pistillo et cochleari" [4]. Ex illo igitur ioco procrevit noster versus, et totus in quo versamur locus festivissimus inde est ductus. Infra *κύκηθρον καὶ τάρακτρον τῆς πόλεως* Cleon dicitur [5].

---

[1]) Vid. ad Eq. 251. — [2]) Ach. 175. — [3]) Vesp. 524. — [4]) Vid. ad Eq. 309—311 et 981—984. — [5]) Vs. 654.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad spectatores:)

271 εὖ γ', ὦ πότνια δέσποιν' Ἀθηναία, ποιῶν
272 ἀπόλωλ' ἐκεῖνος καὶ ἐν δέοντι τῇ πόλει.

ΠΟΛΕΜΟΣ.

274 οὔκουν ἕτερον δῆτ' ἐκ Λακεδαίμονος μέτει
275 ἀνύσας τι;

ΚΥΔΟΙΜΟΣ.

ταῦτ', ὦ δέσποθ'.

ΠΟΛΕΜΟΣ.

ἧκέ νυν ταχύ.

(Denuo abit Tumultus.)

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad spectatores:)

ὦ ἄνδρες, τί πεισόμεσθα; νῦν ἀγὼν μέγας.

---

270 ὁ βυρσοπώλης, ὃς ἐκύκα τὴν Ἑλλάδα.
273 ἢ πρίν γε τὸν μυττωτὸν ἡμῖν ἐγχέαι.

270. Interpretamentum molestum del. vHerwerden; vid. ad Av. 16. Verbum κυκᾶν e versu 320 (vel Ach. 531) est desumtum. || βυρσοπώλης] βυρσοδέψης legisse Cratetem suspicatur vHerwerden propter schol. vs. 259.

271. πότνια δέσποιν' rec.] δέσποινα πότνι' V R.

273. Nihili verba — i. e. scholion in trimetri formam utcunque redactum — del. Dindorf. Cf. Thesm. 242 et vid. ad Av. 16. Pro ἢ πρίν γε Buttmann coniecit πρὶν ἤ γε, Bergk πρὶν τόνδε.

274. δῆτ' V] γέ τι R.

275. ταῦτ' V] χωρῶ ταῦτ' R, inserto textui interpretamento.

276. ὦ R] om. V.

---

271 sq. „*Bene factum, o Minerva, quod tempore urbi quam maxime opportuno ille periit!*" — Suae civitatis deae tutelari gratias nunc agit Trygaeus; mox similibus verbis laudabit Dioscuros, numina Laconica, ob „pistillum Laconicum" amissum [1]. Simillima sunt etiam quae alibi de sycophanta dicuntur: „καλῶς τοίνυν ποιῶν ἀπόλλυται" [2].

274. ἐκ Λακεδαίμονος μέτει] eodem loquendi genere usus Apollo Euripideus „*Eurystheum*" ait „*Herculem* πέμψαι ἵππειον μέτα | ὄχημα Θρᾴκης ἐκ τόπων δυσχειμέρων" [3].

275. ἀνύσας τι] id fere quod τρέχων valet [4].

— ταῦτα] dicto audientium haec est vox [5].

---

[1] Vs. 285. — [2] Plut. 863; praeterea vid. ad Eq. 1180. — [3] Eur. Alc. 66 sq.; praeterea vid. supra vs. 261. — [4] Vid. ad Vesp. 30 et ad Ran. 606. — [5] Vid. ad Eq. 111.

ἀλλ' εἴ τις ὑμῶν ἐν Σαμοθρᾴκῃ τυγχάνει
μεμυημένος, νῦν ἐστιν εὔξασθαι καλόν,
ἀποστραφῆναι ... τοῦ μετιόντος τὼ πόδε.

(Redit Tumultus.)

ΚΥΔΟΙΜΟΣ.

οἴμοι τάλας! οἴμοι γε, καὶ ἔτ' οἴμοι μάλα!

ΠΟΛΕΜΟΣ.

τί ἔστι; μῶν οὐκ αὖ φέρεις;

ΚΥΔΟΙΜΟΣ.

ἀπόλωλε γὰρ

---

279. ἀποστραφῆναι] διαστραφῆναι (*distorqueri* Eq. 175 etc.) dubitanter Blaydes.
280. καὶ ἔτ' (κἄτ') Dobree] κατ' V, κἄτ' R, κᾆτ' rec.
281. αὖ φέρεις R] ἂν φέρῃς V.

277—279. „*Si quis vestrum Samothraciis mysteriis est initiatus, iam, iam vota nuncupato, ut nuntius ille*"... ab inexpectato additur: „*non redeat*". Samothracia numina prisca [1]), Cabiri sive Cabirim, id est *Potentes* voce Semitica [2]) dicti, credebantur iter facientes a maris periculis tutari posse, ut Dioscuri. Quapropter apud Alexidem is, qui hominem voracissimum mensae adhibuit, ludicre fertur τὰ Σαμοθρᾴκι' εὔχεσθαι· „λῆξαι πνέοντα καὶ γαληνίσαι ποτέ", *preces illas Samothracias proferre, ut procellae finis fiat* [3]).

278. νῦν ἐστι ... καλόν] *iam tempus est.* Item infra [4]).

279. ἀποστραφῆναι τοῦ μετιόντος τὼ πόδε] *averti pedes petentis* [5]). Non *retorquere*, ut in palaestra, nunc valet verbum ἀποστρέψαι [6]), quod putarunt qui verbo διαστραφῆναι" vel verbo „κλασθῆναι" reddiderunt [7]), sed *aliorsum vertere*, ut e. g. in versu Homeri: ἀποστρέψαντες ἔβαν νέας ἀμφιϝελίσσας [8]). Recte schol.: „ὥστε μηκέτι ὑποστρέψαι". — In Samothraciis illis precibus, quas cuivis Athenis tunc temporis cognitas fuisse noster locus testatur, alia omnia fuisse dicta nemo non intellegit; sive fuit: „ἀποστραφῆναι ἀπὸ τοῦ δεῖνα πᾶν κακόν", *averti a peregrinante mala quaevis* [9]), sive simile quid. — „Nostro loco mysteria Samothracia in quibuslibet periculis salutifera dici" qui scripsit vir doctus [10]), non satis videtur reputasse *de itineris periculis* et hic esse sermonem.

280. μάλα] alii particulae adurgendae inservit, ut supra [11]).

281. οὐκ αὖ φέρεις;] „*denuo non fers?*" i. e.: „*ne nunc quidem fers?*" [12]). Praemittitur οὐ particulae αὖ, quo maior sit vis negationis [13]).

---

[1]) Herodot. II 51 Diodor. IV 43. — [2]) Sic Scaliger aliique multi; de cultu illo nunc consulatur Robert in Appendice ad Prelleri Myth. I[4] p. 847—864. — [3]) Alex. fr. 178; cf. similis locus Eq. 1296 sqq. — [4]) Vs. 292; cf. etiam Soph. Phil. 1155 fr. 152. — [5]) De verbo μετιέναι vid. vs. 251 et ad Eq. 605. — [6]) Hom. χ 173 etc.; vid. ad Eq. 262 sq. — [7]) Schol. — [8]) γ 162. — [9]) Recte sic Rogers locum est interpretatus, „calamitatem" supplens, eumque secutus fere Mazon: „τὸν χειμῶνα." — [10]) „Eine Art von Universalmittel gegen Gefahren aller Art" Robert ll. p. 863. — [11]) Vid. vs. 5 et ad Ran. 864. — [12]) Cf. vs. 268. — [13]) Item Eq. 338.

καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοισιν ἀλετρίβανος.

ΠΟΛΕΜΟΣ.

πῶς, ὦ πανοῦργ᾽;

ΚΥΔΟΙΜΟΣ.

εἰς τἀπὶ Θρᾴκης χωρία
χρήσαντες ἑτέροις αὐτόν, εἶτ᾽ ἀπώλεσαν.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad spectatores:)

εὖ γ᾽, εὖ γε ποιήσαντες, ὦ Διοσκόρω.
ἴσως ἂν εὖ γένοιτο· θαρρεῖτ᾽, ὦ βροτοί.

ΠΟΛΕΜΟΣ.

ἀπόφερε τὰ σκεύη λαβὼν ταυτὶ πάλιν·
ἐγὼ δὲ δοίδυκ᾽ εἰσιὼν ποιήσομαι.

(Aedes intrat Belli deus, quem secutus Tumultus aufert mortarium et cistam.)

---

282. *καὶ τοῖς*] *καὐτοῖς* vHerwerden, dici enim solere *τοὺς Λάκωνας, τοὺς Λακωνικούς*, sed sine articulo *Λακεδαιμονίους* (ut et *Ἀθηναίους*). Cum tamen ipse indicaverit locum ubi *Λάκωνες* articulo caret (Ach. 303) et quatuor ubi legitur *οἱ Ἀθηναῖοι* (Lys. 1145, 1149, 1229, 1244), nostro autem loco *αὐτοί* pronomen contextui vix sit aptum, servanda videtur lectio vulgata. || *Λακεδαιμονίοισιν ἀλετρίβανος* Porson] *-οισιν ἀλετρίβανος* V, *-οις ἀλ.* R. Cf. vs. 269.

283. *χωρία*] omitti solet (vid. Vesp. 288 Av. 1369); *νὴ Δία* dubitanter vHerwerden.

286. *ἂν*] *ἂν ἔτ᾽* vHerwerden.

287. *λαβὼν ταυτὶ* R] *ταυτὶ λαβὼν* V.

282—284. „*ἐν Ἀμφιπόλει τέθνηκε Κλέων τε καὶ Βρασίδας, οἵπερ ἀμφοτέρωθεν μάλιστα ἠναντιοῦντο τῇ εἰρήνῃ*", ut Thucydidis verbis utar [1]. Quem ducem sequi aliquanto fuerit tutius quam lepidum hominem, qui nostro loco adscripsit: „*ἐν Ἀμφιπόλει γὰρ τῆς Θρᾴκης μονομαχήσαντες ὅ τε Κλέων καὶ ὁ Βρασίδας ἀλλήλους ἀνεῖλον*" — cum Eteocle scilicet et Polynice eos confundens rerum non optimus auctor.

283. *πῶς*] *ain vero?* Id quod: „*τί τοῦτο;*" Mente suppleri potest: *λέγεις*.

284. „*Aliis*" — Chalcidensibus et Perdiccae [2] — „*utendum dederunt suum pistillum, itaque ut fit* [3]) *amiserunt.*" — Nempe quae mutua acceperis reddere non est saeculum; mulierum id est fortasse [4], non virorum.

285. Spartae iam numinibus grates agit Trygaeus, ut modo suae civitatis deae [5].

288. *Ego autem abeo intus* [6], *ut pistillum* [7]) *mihi faciam* [8]), *εἰσέρχομαι ποιησόμενος δοίδυκα*. Qui frequens participii praesentis *εἰσιόντος* est usus [9]. — Felicissime sic comicus finem fecit colloquio et Belli deum a scena removit.

---

[1]) Thucyd. V 16. — [2]) Thucyd. IV 79. — [3]) Optime sic abundans illud *εἶτα*, de quo vid. ad Nub. 624, interpretatur Mazon. — [4]) Vid. Eccl. 446—450. — [5]) Vs. 271 sq. — [6]) Vid. ad Ach. 202. — [7]) Cf. vs. 259. — [8]) Vid. ad Lys. 51. — [9]) Vid. ad Ach. 202 Nub. 1212.

SCENA NONA.

Trygaeus solus.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad spectatores:)

νῦν, τοῦτ' ἐκεῖν', ἥκει τὸ Δάτιδος μέλος,
ὃ (δεφόμενός) ποτ' ᾖδε τῆς μεσημβρίας·
„ὡς ἥδομαι κεὐφραίνομαι καὶ χαίρομαι!"
νῦν ἐστιν ἡμῖν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, καλόν,
(ἀπαλλαγεῖσι πραγμάτων τε καὶ μαχῶν)
ἐξελκύσαι τὴν πᾶσιν Εἰρήνην φίλην,

291. κεὐφραίνομαι καὶ χαίρομαι Suid. s. v. νῦν τοῦτ' ἐκεῖνο] χαίρομαι κεὐφραίνομαι V R. In fine a comico collocatum esse verbum ridicule soloecum satis certum videtur.

292. ἡμῖν recc.] ὑμῖν V R.

289. νῦν ... ἥκει] *nunc usu venit.* — τοῦτ' ἐκεῖνο] *istud illud est, en quod dici solet* [1]. Item Euthydemus apud Platonem: „τοῦτ' ἐκεῖνο· ἥκει τὸ αὐτὸ παράφθεγμα" [2].

291. Asianum hominem quis invexerit ita βαρβαρίζοντα, ut verbis ἥδομαι, τέρπομαι [3], εὐφραίνομαι vitiose assimularet χαίρομαι, nescimus [4]. Subsimilia sunt in Equitibus „ῥέγκεται" et „χέσαιτο" [5], fortasse autem eodem spectant verba „Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ", quae inter proverbia afferuntur [6]. In scholiis plane absurde ad Datidem ducem Persarum, qui Marathone est devictus, haec referuntur; multo vero melioris notae est quae aliorum illic commemoratur opinio, „Datidem tragicum, Carcini filium, nunc rideri." Unde olim effeci Carcini filium Xenoclem, qui illis annis identidem ab Aristophane est vellicatus [7], ridiculo illo cognomine propter dictionem non satis puram a comicis fuisse designatum [8]; nam de nihilo fictam esse fabellam uni e Carcini filiis nomen fuisse Datidi, id non videtur credibile. Sed quod cum veteribus interpretibus tum sumebam, *nostro* quoque loco Xenoclem tragicum sub Datidis nomine carpi, id iam non placet, nam aptum sensum non praebent Trygaei verba ita accepta [9].

292. νῦν ἐστι ... καλόν] eadem verba quae supra [10].

293. Trygaeus iisdem quibus Dicaeopolis ille [11]) verbis sive sciens utitur sive imprudens.

294. Verba simillima alibi (apud nostrum?) obvia „τῆς πᾶσιν ἀνθρώποισιν Εἰρήνης φίλης" effecerunt ut fragmentum

[1]) *C'est bien le cas de le dire.* Vid. ad Ran. 318. — [2]) Plat. Euthydem. 296 *b*. — [3]) Cf. Plut. 288. — [4]) Mazon suspicatur Magnetis Lydos (Eq. 523) respici. — [5]) Eq. 115 et 1057. — [6]) Fr. com. adesp. 720. — [7]) Vid. ad Ran. 86 Av. 31. — [8]) Vid. Nub. 1260—1266 Vesp. 1500 sqq., infra vs. 781 sqq. — [9]) Ex parte igitur assentior Wilamowitzio Timoth. p. 43, 1 de nostro loco sic disputanti: „es ist absurd mit den Scholien den Datis von Marathon ... oder einen Sohn „des Karkinos zu erfinden." — [10]) Cf. vs. 278. — [11]) Ach. vs. 269 sq.; praeterea vid. ad Vesp. 1392.

πρὶν ἕτερον αὖ δοίδυκα κωλῦσαί τινα.
ἀλλ', ὦ γεωργοὶ καὶ ἔμποροι καὶ τέκτονες
καὶ δημιουργοὶ καὶ μέτοικοι καὶ ξένοι
καὶ νησιῶται, δεῦρ' ἴτ', ὦ πάντες λεῴ,
ἅμας λαβόντες καὶ μοχλοὺς καὶ σχοινία·
νῦν γὰρ σπάσαι πάρεστιν Ἀγαθοῦ Δαίμονος.

---

299 sq. Textus traditus habet duos tetrametros: ὡς τάχιστ' ἅμας λαβόντες κτέ. et: νῦν γὰρ ἡμῖν ἁρπάσαι πάρεστιν ἀγαθοῦ δαίμονος. Quae mutavi, non ferendum ratus transitum a trimetris ad tetrametros, nisi mutetur persona loquentis aut ad alium convertatur oratio (vid. vs. 154, 173, 383, 426 sq., 1115, 1305 Eq. 242 etc.). In versu 300 pro ἁρπάσαι Blaydes coniecerat ἑλκύσαι, vHerwerden αὖ σπάσαι, quem ita sum secutus ut verbum traditum e (γ)αρ(σ)πασαι natum esse statuerem et delerem pronomen inutile ἡμῖν. Verba ἁρπάσαι et σπάσαι permutata sunt etiam Eq. 856 (καθαρπάσαντες V, κατασπάσαντες R). Coll. vs. 553 sq. fuit cum lenius ducerem remedium ordinem versuum mutatum: (301—303, 299 sq., 304 sqq.), sed illam opinionem abieci, quoniam dicere debet Trygaeus cur convocet Graecos.

---

inde incipiens, in quo loquens inducitur *Γεωργία*, manifesto memoriae errore in Stobaei Florilegio tribueretur Paci fabulae [1]). De quo fragmento ingeniosius dein quam probabilius viri docti disputarunt [2]).

296—300. Omnes Graecos advocat Trygaeus. Ante alios cogitat suos ipsius sodales Athmonenses ceterosque agricolas Atticos, dein cives mercatores et artifices, tum peregrinos in Attica habitantes (*μετοίκους*) vel nunc certe — Liberalibus [3]) — illic versantes (*ξένους*), dein qui peregre sunt socios civitatis Atheniensium, denique quoslibet Graecos convocat ubicunque sint terrarum [4]), ut quantocius adsint cum ligonibus [5]) et vectibus et rudentibus, et remotis saxis quae antri ostio sunt iniecta Pacem e latebra protrahant. Adverbium *δεῦρο* non ita esse urgendum ut ipsum caelum, ubi iam versatur Trygaeus, adire iubeantur cives, vix est quod dicam. „Huc ad nos, huc in orchestram adeste" Trygaeus ait.

300. *Nunc enim, si unquam, licet „trahere" bonum daemonem.* Verbum *ἕλκειν* vel *σπᾶν* significat *ducere* sive *trahere* poculum [6]), boni autem daemonis poculum, „*τὴν τοῦ Ἀγαθοῦ Δαίμονος κύλικα*", post cenam Graeci bibere solebant [7]); est igitur „*ἕλκειν τοῦ Ἀγαθοῦ Δαίμονος*" *avide illud merum gustare* [8]). „Nunc autem" — Trygaeus ait — „suum sensum illud verbum obtinet, intentissimis enim lacertis trahamus oportet, si bono numine velimus frui." Conferri potest iocus quo Philocleon in Vespis *μισθόν* pro *οἴνῳ* dicens „*μηδέποτε*" ait „*πίοιμ' ἄκρατον μισθὸν Ἀγαθοῦ Δαίμονος*" [9]).

---

1) Ar. fr. 294, e Stob. Floril. LVI 1. Cf. supra Prolegom. p. VII sq. — 2) Vid. Bergk apud Meinek. Fr. Com. II p. 1065 sq. — 3) Recte sic Petitus. — 4) Vid. ad Vesp. 1015 et cf. Lys. 638. — 5) Cf. infra vs. 426 et Av. 1145 sq. — 6) Vid. ad Eq. 107. — 7) Vid. ad Vesp. 525. — 8) Eq. l. l. — 9) Vesp. l. l.

PARODUS CHORI.

(vs. 301—360.)

(Citato gressu orchestram invadunt agricolae aliique cives et peregrini qui chorum efficiunt, vectibus ligonibus rudentibus muniti.)

SCENA DECIMA.

Trygaeus, Chorus.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

δεῦρο πᾶς χώρει προθύμως εὐθὺ τῆς σωτηρίας.
ὦ Πανέλληνες, βοηθήσωμεν, εἴπερ πώποτε,
τάξεων ἀπαλλαγέντες καὶ κακῶν φοινικίδων!
ἡμέρα γὰρ ἐξέλαμψεν ἥδε μισολάμαχος.

(Ad Trygaeum:)

πρὸς τάδ' ἡμῖν εἴ τι χρὴ δρᾶν φράζε καὶ ἀρχιτεκτόνει·

301—308. Uni Choro cunctos tribuunt V R; prioris hemichorii duci versus 301—304, alterius duci versus 305—308 sunt qui tribuant, in his Mazon, satis probabiliter. Eadem ratione fortasse distribuendi sunt Equitum fabulae versus simillimi 247—254.

303. *φοινικίδων* Meineke] *φοινικικῶν* (i. e. *puniceorum*) V R, sed *-ίδων* legit is cui prior scholii pars debetur; praeterea vid. vs. 1173 et 1175.

301. „*Quin omnes recta* [1]) *salutem petimus?*" — Vox *πᾶς* est inter se incitantium [2]).

302. *εἴπερ πώποτε*] *nunc, si unquam* [3]); *εἰ πρότερόν ποτ' ἐβοηθήσατε, ἔλθετε καὶ νῦν* [4]), non enim *in bellum* iam ruimus, quae verbi *βοηθεῖν* propria est vis [5]), sed ... *in pacem!*

303 sq. „*Non iam negotia nobis facessent acies et saga ignava; ecce enim affulsit dies Lamacho infesta!*" — Efficiunt *ἓν διὰ δυοῖν* quoddam verba „*τάξεων καὶ κακῶν φοινικίδων*", nam idem fere valent atque „*κακῶν ταξιάρχων*", *taxiarchorum ignavorum*, ita tamen ut simul ipsae belli aerumnae voce *ταῖς τάξεσι* significentur. Laeti advolant rustici ceterique Graeci *στρατιᾶς ἀπαλλαγέντες* [6]), quemadmodum Dicaeopolis ille „*πραγμάτων τε καὶ μαχῶν καὶ Λαμάχων ἀπαλλαγέντα*" se dicebat, cum pacem pepigisset [7]). Quamquam ille nimis *strenuum*, nimis *bellicosum* taxiarchum abominabatur [8]), *pusillanimum* vero nostri choreutae, — *Pisandrum* deridentes [9]) et *Cleonymum τὸν ῥίψασπιν ἐκεῖνον* [10]). Erant *φοινικίς* sive *sagum puniceum* [11]) et *galea τρίλοφος* taxiarchorum insignia [12]).

305. *πρὸς τάδε*] i. e.: *ὡς ἡμῶν προθύμων ἤδη παρόντων* [13]). Paratissimos se

[1]) Vid. ad Nub. 162. — [2]) Item vs. 555; cf. etiam vs. 458, 512, 517 et vid. ad Ran. 372. — [3]) Item Ach. 405 Eq. 594; cf. etiam Nub. 356. — [4]) Cf. Thesm. 1157 sq. — [5]) Cf. e. g. Ach. 573. — [6]) Ach. 251. — [7]) Ach. 269 sq. — [8]) Cf. vs. 473 et 1290—1292, et vid. Ach. Proleg. p. XI sq. et ad Ran. 1039. — [9]) Vid. vs. 395. — [10]) Cf. vs. 444—446. — [11]) Ach. 320. — [12]) Vid. infra vs. 1172 sq. et ad Ach. 566—571. — [13]) Vid. ad Eq. 622.

οὐ γάρ ἐσθ' ὅπως ἀπειπεῖν ἂν δοκῶ μοι τήμερον,
πρὶν μοχλοῖς καὶ μηχαναῖσιν εἰς τὸ φῶς ἀνελκύσαι
τὴν θεῶν πασῶν μεγίστην καὶ φιλαμπελωτάτην.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οὐ σιωπήσεσθ', ὅπως μὴ περιχαρεῖς τῷ πράγματι
τὸν Πόλεμον ἐκζωπυρήσετ' ἔνδοθεν κεκραγότες;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' ἀκούσαντες τοιούτου χαίρομεν κηρύγματος·
οὐ γὰρ ἦν „ἔχοντας ἥκειν σιτί' ἡμερῶν τριῶν".

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

εὐλαβεῖσθέ νυν ἐκεῖνον τὸν κάτωθεν Κέρβερον,

---

significant choreutae, nec facile deterritum iri.

— *εἴ τι χρὴ δρᾶν φράζε καὶ ἀρχιτεκτόνει*] item infra ad ipsum Mercurium precatur chorus: „*ἅττα χρὴ ποιεῖν ἐφεστὼς φράζε δημιουργικῶς*" [1]), *si quid nos vis, indica modo architectum agens*, veluti *τέκτοσί τισι* sive *δημιουργοῖς* nobis praepositus.

306. „*Nam nunquam opinor opus missurus sum hodie!*" Cum laeto risu coryphaeus profert haec verba: „*δοκῶ μοι*" [2]), i. e. *οἶμαι* vel *που*. Nam haudquaquam dubitantis sunt, sed optatissimo nuntio audito exultantis. Quapropter incipit a verbis: „*οὐκ ἔσθ' ὅπως*", quae sunt vehementer negantis: *fieri non potest ut* [3]). Sic duae in unum confluxerunt notiones: „*οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως ἀπερῶ τήμερον*" et: „*οὐ γὰρ ἂν δοκῶ μοι ἀπειπεῖν τήμερον*".

307. *μοχλοῖς καὶ μηχαναῖσιν*] *vectibus et omnimodis.* Ex eodem genere loquendi hoc est atque: „*ὦ Ζεῦ καὶ θεοί*" [4]).

308. *μεγίστην καὶ φιλαμπελωτάτην*] *maximam et vineis amicissimam.* Nempe ubi Belli deus regnat, ibi *αἱ ἄμπελοι τέμνονται καὶ κάονται* [5]). Vinitores Athmonenses Trygaei voce audita ante alios quoslibet accurrisse satis intellegimus. Id fere quod *quippe* nunc valet *et*; eam deam rustici ducunt maximam, quae eos „*καὶ ἐν πέτραις τρέφει καλῶς, πόλεμος δὲ καὶ ἐν πεδίῳ κακῶς*" [6]). Eadem autem adiectivi *μεγίστου* est ratio in verbis cyclopis Euripidei, „*τῇ μεγίστῃ γαστρὶ τῇδε δαιμόνων soli sacra ferre se*" impudentissime clamantis [7]).

310. „*Clamoribus vestris Polemum e domo ciebitis*". Bellum *efflagrare* dici solet [8]), quapropter nunc *ἐκζωπυρεῖν* verbum a vero igne ad illud incendium transfertur [9]), ut infra *ἐκφυσᾶν* [10]). Ratione inversa in Acharnensibus *ἐρεθίζεσθαι* et *ἀνάλλεσθαι* non animal dicitur sed ignis [11]). Nempe ignis animantis instar habitus est semper; exemplo sit locutio epica: *ἰμάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο.*

312. Hactenus cum „*βοηθεῖν*" iubebantur, „victum in triduum afferendum esse" solebat addi [12]). Nunc illud abest! [13]).

313—315. Quemnam „*canem infernum*"

---

[1]) Vs. 429. — [2]) Vid. ad Eq. 620 sq. — [3]) Vid. ad Ran. 640. — [4]) Cf. supra vs. 162 sq. Eq. 1310 et vid. ad Nub. 413. — [5]) Cf. Ach. 183, 512, 986 sq., infra vs. 612. — [6]) Menandr. fr. 719; cf. Ach. Proleg. p. X. — [7]) Eur. Cycl. 335. — [8]) Cf. vs. 608. — [9]) Vid. Menandr. fr. 71 et ad Ach. 1014; transfertur verbum (simplex) etiam Lys. 682. — [10]) Vs. 610. — [11]) Ach. 668. — [12]) Vid. vs. 367 sq., 527, (716), 1129, 1182 et ad Ach. 197. — [13]) Similis iocus est infra vs. 716.

μὴ παφλάζων καὶ κεκραγώς, ὥσπερ ἡνίκ' ἐνθάδ' ἦν,
ἐμποδὼν ἡμῖν γένηται τὴν θεὸν μὴ ἐξελκύσαι.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

οὔ τι καὶ νῦν ἐστιν αὐτὴν ὅστις ἐξαιρήσεται,
ἢν ἅπαξ εἰς χεῖρας ἔλθῃ τὰς ἐμάς! ἰοῦ! ἰοῦ!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἐξολεῖτέ μ', ὦ ἄνδρες, εἰ μὴ τῆς βοῆς ἀνήσετε·
ἐκδραμὼν γὰρ πάντα ταυτὶ ξυνταράξει τοῖν ποδοῖν.

---

314. καὶ] om. V R (haplographia: καικε-).

316. καὶ νῦν] νῦν γ' ἔτ' Dobree, χαίρων Meineke (coll. Eupol. fr. 90², vid. etiam Sobolewski Synt. Arist. p. 37); sic vero negatio in sedem alienam esset transferenda, nam οὔ τι χαίρων = *haud impune*, hic vero iungenda sunt: οὐκ ἔστιν ὅστις = οὐδείς.

317. Choro totum versum olim tribuebant quidam teste scholio; personae mutatae signum post ἐμάς habent V R, Trygaeo igitur (cum vs. 318 sq.) tribuentes exclamationes ἰού ἰού (sic scriptas).

---

etiam post mortem metuendum comicus dicat, obscurum esse nequit spectatoribus, qui oraculi illius recordentur e „Glanidis" voluminibus prolati: „φράζευ, Ἐρεχθεΐδη, κύνα Κέρβερον ἀνδραποδιστήν" [1]; parum autem si qui meminerint, verbum certe quod sequitur παφλάζειν extemplo iis τὸν Παφλαγόνα ἐκεῖνον in mentem revocat [2]. Itaque „εἰς Κλέωνα αἰνίσσεται καὶ τοῦτο" insulanus ille homo vicino iam in aurem insusurrat, opinor.

314. ἐνθάδε] *apud nos, inter vivos* [3].

316. „*Non patiar et nunc* [4]" — ut saepius antehac [5] — „*Pacem e manibus mihi eripi*". — Tragicae gravitatis est illud: „οὐκ ἔστιν ὅστις ἐξαιρήσεται" [6].

318. εἰ μὴ τῆς βοῆς ἀνήσετε] *nisi de istis clamoribus aliquid remittetis* [7], εἰ οὕτως ἐντόνως [8] βοήσεσθε. Sic dicitur etiam: „τῆς ὀργῆς ἀνιέναι" vel „χαλᾶν" et similia, cuius metaphorae originem ostendit vox navalis „παριέναι τοῦ ποδός" [9]. Ipsam imaginem praebent Philocleonis verba: „τῆς ὀργῆς τὴν κόλλοπ' ἀνεῖμεν" [10].

319. ἐκδραμὼν] *ex aedibus* (*Iovis*) *procurrens*. Non iam Cleonem cogitat Trygaeus, sed Polemum, ut modo [11]. Ut verbo ἐξιέναι [12], sic nunc verbo ἐκδραμεῖν mente additur: „ἐκ τῆς οἰκίας" [13]. Item εἰσιέναι significat *domum suam intrare* [14], μένειν *intus manere* [15].

— πάντα ταυτὶ ξυνταράξει] *ista omnia* [16], vos cum vestris instrumentis et consiliis, *conturbabit*. Sic „πάντα ἐκεῖνα" *illos suaque* significat [17] et „τάδε πάντα" *nos nostraque*, e. g. in Epopis ad Pisetaerum verbis [18]: „ὅσα δὲ γνώμῃ δεῖ βουλεύειν, ἐνὶ σοὶ τάδε πάντ' ἀνάκειται", *prudenti consilio si res egeat, tibi nos nostraque omnia commisimus* (ὅσα = εἴ τι), — quo loco comicum pronomina ταῦτα et τάδε nescio quo mentis errore permutasse fuere qui sibi persuaderent [19].

---

[1]) Eq. 1030; cf. etiam Eq. 1017 et infra vs. 754. — [2]) Vid. ad Eq. 2 et 919. — [3]) Cf. Ran. 82. — [4]) Item vs. 326 etc. — [5]) Cf. vs. 217—219, 637 sq., 664—666. — [6]) Aesch. Suppl. 924 Eur. Alc. 68, 848 Med. 793 Heracl. 977. — [7]) Item Ach. 347. — [8]) Vid. ad Ach. 666. — [9]) Eq. 436. — [10]) Vesp. 574; vid. ad Ran. 700. — [11]) Vs. 310. — [12]) Ran. 946 etc. — [13]) Item Thesm. 1011. — [14]) Vs. 288 etc. — [15]) Vs. 341. — [16]) Item Eq. 99, praeterea vid. ad Nub. 1037. — [17]) Vid. Av. 1158. — [18]) Av. 637; item Thucyd. IV 60 § 2. — [19]) Vid. Neil ad Eq. 133.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὡς κυκάτω καὶ πατείτω πάντα καὶ ταραττέτω!
οὐ γὰρ ἂν χαίροντες ἡμεῖς τήμερον παυσαίμεθ' ἄν.

(Effrenatâ saltatione laetitiam significant.)

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τί τὸ κακόν; τί πάσχετ', ὦ ἄνδρες; μηδαμῶς, πρὸς τῶν θεῶν,
πρᾶγμα κάλλιστον διαφθείρητε διὰ τὰ σχήματα.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' ἔγωγ' οὐ σχηματίζειν βούλομ', ἀλλ' ὑφ' ἡδονῆς,
οὐκ ἐμοῦ κινοῦντος, αὐτὼ τὼ σκέλει χορεύετον.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

μή τι καὶ νυνί γ' ἔτ', ἀλλὰ παῦε, παῦ' ὀρχούμενος.

---

321. *χαίροντες ἡμεῖς . . . παυσαίμεθ'*] conieci olim *χαίρων τις ἡμᾶς . . . παύσειεν*, sed nunc assentior amico Hartman lectionem traditam tuenti.

325. *σκέλει*] *σκέλη* V R.

326. *παῦε* V] *παύου* R.

---

320. *ὡς*] *crede mihi!* [1]).

— *κυκάτω . . . καὶ ταραττέτω*] item Prometheus de Iove: „*πρὸς ταῦτα . . . βροντήμασι | χθονίοις κυκάτω πάντα καὶ ταρασσέτω!*" [2]). Et frequens est horum verborum iunctura [3]).

321. Constr.: *οὐ γὰρ ἂν παυσαίμεθα τήμερον χαίροντες*, *nam nunquam hodie finem faciemus gaudendi.* — ⟨Laetitiâ abrepti⟩ choreutae cordacem saltare incipiunt, motu vehementissimo crura et brachia et totum corpus iactantes. Item in Lysistrata mulierum chorus exultans: „*ὡς οὐδέποτ' ἔγωγ' ἀποκάμοιμ' ἂν ὀρχουμένη*" [4]).

322. Indignatus Trygaeus „*quid hoc sibi vult?*" [5]) exclamat: „*quae tanta insania, cives!*" [6]).

323. *διὰ τὰ σχήματα*] *propter saltationem*, ut saltando indulgere possitis. Vox *σχήματα* et in versu sequenti verbum *σχηματίζειν* *saltationis figuras* significant nunc, ut in Aeschyli apud nostrum verbis: „*τοῖσι χοροῖς αὐτὸς τὰ σχήματ' ἐποίουν*" [7]).

325. *αὐτὼ*] *αὐτομάτω*, *sponte sua* [8]).

326. *μή τι καὶ νυνί γ' ἔτι*] i. e. *μηκέτι καὶ νυνί γε.* Interdum ita postponitur *ἔτι* particula [9]).

— *παῦε, παῦ' ὀρχούμενος*] item in Equitibus: „*παῦε, παῦ' ὑπερζέων*" [10]). Raro activo ita adhibito additur participium [11]), sed aut nudum *παῦε* dicitur aut, accedente participio, *παῦσαι*, e. g. in Avium versu: „*παῦ' εἰς κόρακας· παῦσαι καλῶν*" [12]).

---

1) Cf. vs. 496 et vid. ad Ach. 333. — 2) Aesch. Prom. 994. — 3) Vid. ad Eq. 251. — 4) Lys. 541. — 5) Vid. ad Ach. 156 Nub. 184. — 6) Vid. ad Nub. 340. — 7) Ar. fr. 677. Vid. etiam fr. 678, praeterea cf. Vesp. 1485 Eur. Cycl. 221 Herodot. VI 129 Xen. Conv. 7. — 8) Vid. ad Lys. 1107. — 9) Cf. vs. 221 et vid. ad Ach. 233. — 10) Eq. 919. — 11) Etiam Vesp. 517; praeterea vid. ad Ran. 122. — 12) Av. 889.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἣν ἰδού, καὶ δὴ πέπαυμαι.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

φής γε, παύει δ' οὐδέπω.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἓν μὲν οὖν τουτί μ' ἔασον ἑλκύσαι, καὶ μηκέτι.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τοῦτό νυν, καὶ μηκέτ' ἄλλο! μηδὲν ὀρχήσησθ' ἔτι.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

οὐκ ἂν ὀρχησαίμεθ', εἴπερ ὠφελήσαιμέν τί σε.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀλλ', ὁρᾶτ', οὔπω πέπαυσθε.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τουτογί, νὴ τὸν Δία,

τὸ σκέλος ῥίψαντες ἤδη λήγομεν τὸ δεξιόν.

---

328. καὶ] *κοὐ (ut mente supplendum sit ἄλλα ἑλκύσω)?

329. *Post ἄλλο interpunxi, ne μηκέτι ... ἔτι iungerentur (ὀρχήσησθέ μοι coniecit Blaydes). Cf. vs. 197 et 566. || ὀρχήσησθ' Bekker] -σεσθ' V R vitio manifesto.

332. λήγομεν] λήξομεν Meineke.

---

327. ἣν ἰδού, καὶ δὴ] similis est abundantia in locutione ἰδοὺ θέασαι [1]). Item apud Euripidem chorus adspecta Lyssa: „ἣν [2]) ἰδού, καὶ δὴ [3]) τινάσσει κρᾶτα κτέ." [4]).

— φής γε] ais certe [5]), ut Myrrhina illa, quae „καὶ δὴ ἐκδύομαι" postquam dixit, causas nectere etiam pergit [6]).

328. ἓν ... τουτί] supplendum est σχῆμα [7]), immo suppletur gestu loquentis.

— ἑλκύσαι] non nunc, ut in Nubibus [8]), poeta suo iure potuisset dicere: „mea musa οὐ κόρδαχ' εἵλκυσεν." Ubi verbi ἕλκειν idem est usus.

— καὶ μηκέτι] e verbis proximis repetendum est: „μ' ἐάσῃς." Simili loquendi brevitate Dicaeopolis: „ἀλλ' οὐκέτ', ἀλλ' ἄπειμι" [9]), ubi post οὐκέτι addendum est quod praebet vicinia: „ἀπολῶ σε", molestus tibi ero.

329. τοῦτό νυν] i. e.: τοῦτο τοίνυν τὸ σχῆμα ἑλκύσαι σε ἐῶ.

— καὶ μηκέτ' ἄλλο] mente suppleatur: „ἑλκύσῃς".

331. ὁρᾶτε] indicativus est, ut in verbis Dionysi: „ὁρᾷς, προσῆψεν αὖθις αὖ τὴν λήκυθον" [10]).

— τουτογί] i. e. τουτί γε [11]).

332. Choreutae „τὸ δεξιὸν σκέλος οὐράνιον ῥίπτουσι" sive „ἐκλακτίζουσιν", ut verbis Philocleonis et chori Vesparum item effrenae saltationi indulgen-

---

[1]) Vid. ad Eq. 997. — [2]) Praeterea vid. ad Eq. 26. — [3]) Vid. ad Av. 268. — [4]) Eur. Herc. 867. — [5]) Nos: *ja dat zegt ge.* — [6]) Lys. 925; cf. etiam infra vs. 332. — [7]) Recte alter interpres in scholio. — [8]) Nub. 540. — [9]) Ach. 471, ubi vid. — [10]) Ran. 1234, ubi vid. — [11]) Vid. ad Ran. 965.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἐπιδίδωμι τοῦτό γ' ὑμῖν, ὥστε μὴ λυπεῖν ἔτι.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλὰ καὶ τἀριστερόν τοί μ' ἐστ' ἀναγκαίως ἔχον.
ἥδομαι γὰρ καὶ γέγηθα καὶ πέπορδα καὶ γελῶ,
μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδύς, ἐκφυγὼν τὴν ἀσπίδα.

333. ἔτι] μ' ἔτι Brunck.
334. μ'] μοι Brunck, sed vid. comment.

tium [1]) utar. Perridicule autem dux dein „ἤδη λήγομεν" ait: *en iam desinimus.* Ubi ἤδη id valet quod modo „καὶ δή" [2]).

333. Promiserat coryphaeus: „οὐκ ἂν ὀρχησαίμεθα", et tamen alterum crus certatim iactarunt omnes; quapropter Trygaeus: „*unum igitur hoc* σχῆμα *vobis* „*insuper largior, ea quidem condicione* „*ut non pergatis etiam negotia facessere.*" Veluti ἐπίδοσις quaedam [3]) esto ultimum istud σχῆμα. — Verbo λυπεῖν non obiectum aliquod (με) mente est addendum, sed is fere sensus tribuendus qui verbo ἐνοχλεῖν est proprius. Particula autem finalis ὥστε non *ita ut* nunc valet, ut solet [4]), sed id quod ἐφ' ᾧ τε, *ea condicione ut*; non certum igitur indicat effectum, sed speratum, perinde atque in verbis Strepsiadis: „κἂν προσκαταθείην γ', ὥστ' ὀμόσαι, τριώβολον" [5]), vel in hominis φιλευριπίδου apud Philemonem verbis: „ἀπηγξάμην ἂν ὥστ' ἰδεῖν Εὐριπίδην" [6]) vel in Xenophontis de Thorace: „ταῦτα ἔλεγεν εἰδὼς ἃ Τιμασίωνι οἱ Ἡρακλεῶται ... ἐπαγγέλλοιντο ὥστε ἐκπλεῖν" [7]).

334. Plena oratio haec foret: „ἀλλὰ ἀναγκαίως τοι ἔχον ἐστὶ" — sive ἀναγκαίως ἔχει [8]) — „καὶ τὸ ἀριστερὸν σκέλος με ῥῖψαι." Item Electra Aeschylea: „προσαυδᾶν δ' ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον κτέ." [9]), et de via leti nescio quis apud Antiphanem: „ἣν πᾶσιν ἐλθεῖν ἐστ' ἀναγκαίως ἔχον" [10]).

335. Simillima gradatione de sene ebrio in Vespis dicitur: „ἀνήλλετ', ἐσκίρτα, ἐπεπόρδει, κατεγέλα | ὥσπερ καχρύων ὀνίδιον ηὐωχημένον" [11]). Qui locus quin olim a doctis grammaticis cum nostro fuerit collatus, non est dubium; nunc autem quae illi prudenter observarant ridicule mutata in scholiis, sic ad nos pervenerunt: „ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὄνων· χαίροντες γὰρ πέρδονται". Quae qui χαίρων ad ... scripsit asinus, eum κλάειν κελεύομεν ἡμεῖς.

336. Iam licet „κρεμάσαι τὰς ἀσπίδας!" [12]). Iam „ἡ ἀσπὶς ἐν τῷ φεψάλῳ κρεμήσεται" [13]). Clipeum postquam posui non resumturus, ipsa senectute exuta iuvenilem vigorem et ardorem recuperasse mihi videor [14]). — Quod in scholio dicitur „ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὄφεων", id ita potest probari ut dicamus verbum ἐκδῦναι τὸ γῆρας, quod de anguibus pellem exuentibus dici solebat [15]), nunc ad homines transferri. Quod vero ἀσπίς cum

[1]) Vesp. 1492, 1525, 1530. — [2]) Vid. vs. 327. — [3]) Aeschin. III § 17 et 23 Demosth. XXI § 160 sq. etc. — [4]) E. g. vs. 392. — [5]) Nub. 1235. — [6]) Philem. fr. 130. — [7]) Xen. Anab. V 6 § 26. Cf. Thucyd. IV 37 etc., Kühner-Gerth Syntax II p. 504 sq. — [8]) Ut Vesp. 261 Eur. Hel. 1399 Cycl. 32. — [9]) Aesch. Choeph. 239. — [10]) Antiphan. fr. 53^3, praeterea cf. Ran. 1161 Plut. 371. — [11]) Vesp. 1305 sq.; cf. etiam Eq. 696 sq. — [12]) Ach. 58. — [13]) Ach. 279. — [14]) Cf. Lys. 670 sq. Ran. 346. — [15]) Vid. ad Lys. 364.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

μή τι καὶ νυνὶ χορεύετ', οὐ γὰρ ἴστε πω σαφῶς.
ἀλλ' ὅταν λάβωμεν αὐτήν, τηνικαῦτα χαίρετε
καὶ βοᾶτε καὶ γελᾶτ'· ἤ-
δη γὰρ ἐξέσται τόθ' ὑμῖν
πλεῖν, μένειν, βινεῖν, καθεύδειν,
εἰς πανηγύρεις θεωρεῖν,
ἑστιᾶσθαι, κοτταβίζειν,
πυδαρίζειν,
«ἰοῦ, ἰοῦ» κεκραγέναι.

ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 340—360).

εἰ γὰρ ἐκγένοιτ' ἰδεῖν ταύτην με τὴν ἡμέραν!

---

337. καὶ] μοι Blaydes. || *χορεύετ'] γε χαίρετ'(ε) V R. Quominus *gaudeant* agricolae nihil obstat, sed *saltare* et *clamare* vetantur; praeterea in vulgata sensu caret καί. Paradiorthosi debetur quod est in recc.: μηκέτ' οὖν νυνί γε χαίρετ'.

341. βινεῖν] κινεῖν V R, item vs. 867 (vid. ad Nub. 1102); πίνειν Meineke.

344. πυδαρίζειν Meineke] συβαρίζειν V R schol. metro invito (ῠ). Cf. Eq. 697. Etiam συβαριάζειν coniecit Meineke; συβαριασμός (?) in scholiis affertur e Phrynicho comico (fr. 64), et Συβαρίτιδες εὐωχίαι commemorantur apud Aristophanem fr. 216.

346. ἐκγένοιτ' R] γένοιτο V. Cf. comment. || In fine versus V R additum habent

---

clipeum significat tum *anguem* [1]), id a poetae mente nunc est alienum.

341. Item infra [2]).

— πλεῖν] i. e. πλοῦν ποιεῖσθαι, *navigationem aliquam suscipere* [3]). Quod tum cum bellum erat Peloponnesii vel Thebani haud impune tulissent; recordamur etiam captivorum Ionum ab Alcidamante navarcho Lacedaemonio interfectorum [4]).

— μένειν] *domi manere* [5]). Absolute dicitur, ut εἰσιέναι et ἐξιέναι [6]). Cf. irati Achillis apud Homerum vox: „Ϝίση μοῖρα μένοντι καὶ εἰ μάλα τις πολεμίζῃ" [7]).

342. θεωρεῖν] condicionum, quibus pax paucis diebus post fabulam nostram scenae commissam est inita, haec fuit prima: „περὶ μὲν τῶν ἱερῶν τῶν κοινῶν, „θύειν ἐξεῖναι [8]) καὶ μαντεύεσθαι καὶ θεωρεῖν „κατὰ τὰ πάτρια τὸν βουλόμενον καὶ κατὰ „γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ἀδεῶς" [9]). Civitati cum reddetur Pax, comitabitur eam Theoria virgo decora [10]).

343. κοτταβίζειν] *ludere cottabo*, de quo ludo plura dicenda erunt infra [11]).

344. πυδαρίζειν] id fere quod σκιρτᾶν, *lascivire*. Sic in Equitibus verbis „ἥσθην" et „ἐγέλασα" adiungitur: „ἀπεπυδάρισα μόθωνα", id est: ἀπωρχησάμην κόρδακα [12]).

346. ἐκγένοιτο] verbi ἔξεστι hic aoristus apud nostrum non redit [13]), sed simplex

---

[1]) Vid. Vesp. 16, ubi deleantur velim quae de nostro loco scripsi. — [2]) Vs. 867. — [3]) Item Av. 597; vid. etiam ad Eq. 742 sq. — [4]) Thucyd. III 32. — [5]) Item Ach. 1052 Vesp. 1115. — [6]) Vid. ad vs. 319. — [7]) Hom. *I* 318. — [8]) Sic Kirchhoff pro καὶ ἰέναι. — [9]) Thucyd. V 18 § 2. — [10]) Cf. vs. 713 sq., 873. — [11]) Vs. 1244; vid. etiam ad Nub. 1073. — [12]) Eq. 697. — [13]) Dubia fortasse est res Eq. 851; cf. etiam Ran. 690. Ceterum minime rarum est ἐκγενέσθαι apud scriptores pedestres.

πολλὰ γὰρ ἀνεσχόμην
πράγματά τε καὶ στιβάδας,
ἃς ἔλαχε Φορμίων·
κοὐκέτ' ἄν μ' εὕροις δικαστὴν δριμὺν οὐδὲ δύσκολον,
οὐδὲ τοὺς τρόπους γε δήπου σκληρόν, ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ,
ἀλλ' ἁπαλὸν ἄν μ' ἴδοις
καὶ πολὺ νεώτερον, ἀπ-
αλλαγέντα πραγμάτων.
καὶ γὰρ ἱκανὸν χρόνον ἀπ-
ολλύμεθα καὶ κατατε-
τρίμμεθα, πλανώμενοι

ποτε, quod delevit Bergk (vid. vs. 385 et 582). Bentley tetrametrum trochaicum effingebat scribens *τὴν ἡμέραν ταύτην ποτέ*. Alii aliter, Blaydes autem annotat: „scribendum videtur *εἰ γὰρ ἐκγένοιτ' ἰδεῖν μοι τήνδε ποτὲ τὴν ἡμέραν*. Sexcenties in „libris permutantur *ὅδε* et *οὗτος*" — ita, sed sani non est hominis optare ut dii sibi dent „*τήνδε τὴν ἡμέραν ἰδεῖν*" sive *hodie vivere*.

347. *ἀνεσχόμην* Brunck] *ἠνεσχόμην* V R, quam formam vere Atticam metrum hic non admittit. Simile vitium metricum est in codd. Av. 385.

350. Trygaeo tribuit Paley (ut vs. 389).

351. *ἄν μ'* R] *μ' ἂν* V, ante *ἄν* in R deletum est *μ'*.

354. *ἀπολλύμεθα* V] *-ωλλ-* R^1.

eodem sensu est usurpatum in Agricolarum versibus: „*Εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ* | „*ζευγάριον βοεικόν,* | *εἰ γὰρ ἐμοὶ παυσαμένῳ* | „*τοῦ πολέμου γένοιτο* | *σκάψαι καὶ ἀποκλά-* „*σαι τε καὶ* | *λουσαμένῳ διελκύσαι κτέ.*" [1]).

347. *πράγματά τε καὶ στιβάδας*] „*μόχθους καὶ δυσαυλίας*", ut loquitur nuntius Aeschyleus [2]). Unam haec efficiunt notionem: „*nimis diu*" — chorus clamat — „*toleravimus molesta ista cubilia*" [3]) sive aerumnas [4]) expeditionum bellicarum.

348. *ἃς ἔλαχε Φορμίων*] *quae Phormioni*— eiusque militibus — *contigerunt*. Phormio dux strenuus et severus fortiter et feliciter primis belli annis rem gessit. Nunc vita est functus [5]).

349. Particula *καί* verbis „*εἰ γὰρ ἐκγένοιτο — ποτέ*" arte adiungit sequentia: „*pacem adspiciam modo: nec asperum* [6]) *vel* [7]) *morosum* [8]) *etiam me invenias.*" Id est: *pacem si adspiciam, non . . . invenias.* Nunc vero in urbe desidens et inops lites et tribunalia appeto, iudiciali illo furore correptus scilicet, quem anno proximo (in Vespis) risistis.

350. „*Neque in cetera vita durum immitem saevum me praestem, ut hactenus* [9]), *sed mollem et hilarum iterumque iuvenem, quippe aerumnis bellicis liberatum.*"

355. *κατατετρίμμεθα*] *plane iam absumti sumus* [10]). Similis est verbi *ἐπιτρίβειν* usus [11]).

1) Ar. fr. 109. — 2) Aesch. Ag. 555. — 3) Vid. ad Ach. 72. — 4) Cf. vs. 353 et vid. ad Vesp. 1392. — 5) Vid. ad Eq. 562 et ad Lys. 801—804. — 6) Vid. ad Eq. 808. — 7) Vid. ad Eq. 580. — 8) Vid. ad Ran. 82. — 9) Vid. ad Plut. 95. — 10) *Versleten, usés*; cf. fr. 221 Thucyd. VIII 46 § 2 Plat. Alcib. I 113*e* Phaedr. 87*b,c* etc. et de *κατα-* praepositione vid. supra vs. 247. — 11) Vid. ad Ran. 571.

εἰς Λυκεῖον καὶ ἐκ Λυκείου ξὺν δορὶ ξὺν ἀσπίδι.
ἀλλ' ὅ τι μάλιστα χαρι-
ούμεθα ποιοῦντες, ἄγε,
φράζε· σὲ γὰρ αὐτοκράτορ'
εἵλετ' ἀγαθή τις ἡμῖν τύχη.

SCENA UNDECIMA.

Trygaeus, mox Mercurius, Chorus.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

φέρε δή, κατίδω πῶς τοὺς λίθους ἀφέλξομεν.

(Ex aedibus proruit Mercurius.)

ΕΡΜΗΣ.

ὦ μιαρὲ καὶ τολμηρέ, τί ποιεῖν διανοεῖ;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οὐδὲν πονηρόν, ἀλλ' ὅπερ καὶ Κιλλικῶν.

357. ξὺν ... ξὺν Porson] σὺν ... σὺν V R, quod recte habere, δόρει enim scribendum esse, fuere qui contenderent (vid. Enchirid. dict. ep. p. 212, 1). Verum V R praebent Vesp. 1081.

361. δή, κατίδω] δῆτ' ἴδω Blaydes. || πῶς Meineke] ποῖ VR. Id unum agitur ut ab antri orificio removeantur saxa, quae iniecit Belli deus; locus iis ne inveniri nequeat vereri nemo potest.

357. In Lyceo gymnasio extra urbem habebantur militum recensiones et exercitationes [1]), illuc igitur cives armati convenire identidem iubebantur. Quarum rerum iamdudum taedium est rusticis ἀποβλέπουσιν εἰς τὸν ἀγρὸν καὶ τὸν δῆμον ποθοῦσιν [2]).

— ξὺν δορὶ ξὺν ἀσπίδι] loquendi hac formula etiam Vesparum chorus usus „εὐθέως γὰρ" — ait — „ἐκδραμόντες ξὺν δορὶ ξὺν ἀσπίδι *fugavimus barbaros*" [3]).

358. Particulam μάλιστα non pronomini interrogativo hic, ut alibi [4]), adhaerere, sed sic iungenda esse verba: ἀλλ' ὅ τι ποιοῦντες χαριούμεθά σοι μάλιστα, vix est quod dicam.

359. αὐτοκράτορα] *dictatorem*. — Praetores [5]) vel legati [6]) αὐτοκράτορες interdum mittebantur.

361. ἀφέλξομεν] *avellemus ligonibus* (ταῖς ἅμαις). Item infra Mercurius chorum cohortatus „ὡς τάχιστα τοὺς λίθους ἀφέλκετε"! [7]) Sic totam urbem „μοχλοῖσιν ἐξανασπάσαι βάθρων" dicitur gigas apud Euripidem [8]).

362. Denuo Mercurio effervescit bilis [9]).

363. „*Minime improbam rem* [10]) *equidem molior, sed eandem quam Cillicon.*" —

[1]) Vid. Xen. Hell. I 1 § 33 II 4 § 27 Hipparch. 3 § 1 et 6. — [2]) Ach. 32 sq. — [3]) Vesp. 1081. — [4]) Vid. ad Ach. 799. — [5]) Vid. Thucyd. VI 72 § 5 etc. — [6]) Cf. Av. 1595 Lys. 1010. — [7]) Vs. 427. — [8]) Eur. Phoen. 1132. — [9]) Cf. vs. 182 sq. — [10]) Similia vid. ad Eq. 777.

ΕΡΜΗΣ.

ἀπόλωλας, ὦ κακόδαιμον.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οὐκοῦν ἢν λάχω·

<Ἑρμῆς γὰρ ὢν> κλήρῳ ποιήσεις, οἶδ' ὅτι.

---

364. οὐκοῦν ἢν] οὐκ ἢν μὴ Dobree (coll. Lys. 208).
365. Versum delere etsi non sum ausus, vix tamen dubito quin sit spurius. Confero Av. 16 similesque (huius fabulae vs. 270, 273, 417, 420, 744, 895* etc.). || κλήρῳ ποιήσεις] κληρῶν π. Meineke, κλῆρον π. vHerwerden, κληρῷ (μ') ἀπολεῖς, εὖ οἶδ' ὅτι Blaydes, κλήρῳ μ' ὀνήσεις Polak.

Mente addendum est: „ὅπερ καὶ Κιλλικῶν <ἐποίει vel: ποιεῖν διενοεῖτο>". E contextu autem tute effici posse videtur famosi alicuius hominis nota verba nunc respici; itaque confero Periclis illud „εἰς δέον", quod in Nubibus ridetur [1], aliaque eiusmodi [2], neque dubito quin Cillicon ille, quisquis fuerit, „πάντ' ἀγαθά" [3] vel „πάντα καλά" [4] clamaverit aliquando. Quam interpretationem praebent scholia V; ubi leguntur quae sequuntur: „ὅτε ἀνέῳξε τὰς πύλας τῶν πολεμίων, πυνθανομένου τινὸς ὅ τι τοῦτο ἐποίησεν, ἀποκρίνασθαι ἀγαθὰ Κιλλικῶν." Collata priore scholii parte ita haec corrigenda esse apparet: ὅτε ἀνέῳξε τὰς πύλας τοῖς πολεμίοις, πυνθανομένου τινὸς (intellege: τῶν πολιτῶν) ὅ τι τοῦτο ἐποίησεν, ἀποκρίνασθαι· „<πάντ'> ἀγαθά" Κιλλικῶν<τα>. — Sequitur aliud scholion: „ἄλλως. παρὰ τὴν πονηρίαν· ἐπὶ γὰρ πονηρίᾳ διαβάλλεται". Immo: „παρὰ τὴν ἰστορίαν": ιςοριαν—πο[νη]ριαν [5]. Ceterum de Cilliconte nihil certi constat; proditorem fuisse autumant, sed in diversa aestuant veteres interpretes, quorum opiniones in scholiis (a Didymo) afferuntur; itaque ne Alexandrini quidem grammatici videntur compertum habuisse quis fuisset, quid fecisset, quid dixisset [6]).

364. Iocandi occasionem praebet notus usus loquendi, in minis et vaticiniis praesertim frequens, quo id quod instat iam accidisse dicitur [7]). „*Periisti*" i. e. *instat tibi pernicies*, ait Mercurius, „*immo tum peribo cum sors feret*" retorquet Trygaeus haudquaquam perterritus: οὔ τις μ' ὑπὲρ αἶσαν Ἄϝιδι προϊάψει. Ita autem loquitur quasi de *munere* nescio quo obeundo sit sermo: „*si electus fuero!*" [8]). Quod vero in scholiis dicitur: „ὅτε πολλοὺς „κατεδίκαζον οἱ Ἀθηναῖοι ἀποθανεῖν, οὐκ εἰς „μίαν ἡμέραν πάντες ἐφονεύοντο, ἀλλ' ἕκαστος „ἐκληροῦτο καθ' ἡμέραν", id neque quo refutem habeo, neque quo confirmem; de nihilo fictum commentum [9]) ducerem, nisi Antiphontis quidam locus quodammodo favere videretur [10]). Sed a nostro loco eam quaestionem alienam esse arbitror.

365. Versus obscurus et ni fallor spurius [11]), quo pacis, quam Lacedaemonii cum Atheniensibus inierunt, condicionem quandam spectari [12]) statuit Gilbert [13]). Hunc antehac sequebar, nunc Polacio concedo ingeniosius quam probabilius id esse excogitatum [14]).

---

[1]) Nub. 859. — [2]) Cf. Eq. 767 Vesp. 593 Eccl. 472. — [3]) Ran. 302. — [4]) Herodot. I 32; cf. Plut. Mor. 236 *b*, *c*. — [5]) Römer: „παρὰ προσδοκίαν", quae eodem tendit coniectura. — [6]) Sic Römer. — [7]) Cf. Eq. 258 Lys. 208. — [8]) Vid. vs. 250 et ad Eq. 127. — [9]) Id est, e versu 366. — [10]) Antiphont. V § 70. — [11]) Vid. ann. crit. — [12]) Cf. Thucyd. V 21 init. — [13]) Gilbert Beitr. p. 206 sqq. — [14]) Vid. Polak in Albo gratul. Boot p. 181 sqq.

ΕΡΜΗΣ.

ἀπόλωλας, ἐξόλωλας.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

εἰς τίν' ἡμέραν;

ΕΡΜΗΣ.

εἰς αὐτίκα μάλ'.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀλλ' οὐδὲν ἠμπόληκά πω,
οὔτ' ἄλφιτ' οὔτε τυρόν, ὡς ἀπολούμενος.

ΕΡΜΗΣ.

καὶ μὴν ἐπιτέτριψαί γε.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

κᾆτα τῷ τρόπῳ
οὐκ ᾐσθόμην ἀγαθὸν τοσουτονὶ λαβών;

ΕΡΜΗΣ.

ἆρ' οἶσθα θάνατον ὅτι προεῖφ' ὁ Ζεύς, ὃς ἂν
ταύτην ἀνορύττων εὑρεθῇ;

---

366. Minas iterantem deum Trygaeus etiam ridens rogat: „*quo igitur die plorare iubeor? In quemnam diem* [1]) *indicitur mihi interitus?*" — Nihilo magis anxius Dionysus in Ranis, postquam ianitor „πατάξω σε" dixit, „πηνίκα" rogat percussus [2]). Et recordamur versus Gallici: *les gens que vous tuez se portent à merveille.*

367 sq. Pergit Trygaeus de morte ita loqui ut de molesta aliqua expeditione, quam inire iubeatur [3]), quemadmodum nimis saepe his annis est iussus. „*Nondum victum in istam expeditionem mihi comparavi*" [4]): σιτία μοι οὐκ ἐώνηται· οὐ γὰρ ἤδη τήμερον ἐξιών [5]).

369. τῷ τρόπῳ . . . ;] „*qui fit ut . . . ?*" — Fortius hoc est quam πῶς, quod saepe ita usurpatur, e. g. in Clytaemestrae Euripideae verbis: „κᾆτα πῶς φέρων γε δέλτον οὐκ ἐμοὶ δίδως λαβεῖν;" [6]). Cf. locutio παντὶ τρόπῳ = πάντως [7]).

370. Ne nunc quidem metuens Trygaeus: „*mira narras*", ait, „*si tam beatus cum fierem ne sensi quidem.*" — Cf. Euripidis sodalis ille „πῶς ἂν οὖν πρὸς τοῖς ἀγαθοῖς τούτοισιν προσμάθοιμ' ἔτι κτέ." secum mussitans [8]). Qui „*bona ista*" dicit cursum molestissimum per urbis plateas.

371. ὅς ἂν] i. e. ἐάν τις. Item e. g. in Niciae apud Thucydidem verbis: „τὸ καλῶς ἄρξαι τοῦτ' ἐστιν, ὃς ἂν τὴν πατρίδα ὠφελήσῃ ὡς πλεῖστα" [9]). Sic ὅστις in dictione ornata id quod εἴ τις valet [10]).

---

[1]) Item Nub. 1180. — [2]) Ran. 646. — [3]) Cf. vs. 312. — [4]) Recte schol. — [5]) Cf. vs. 1182. — [6]) Eur. Iph. Aul. 894; praeterea vid. ad Av. 278. — [7]) Vid. ad Av. 549 et ad Eccl. 231. — [8]) Thesm. 23. — [9]) Thucyd. VI 14. — [10]) Vid. ad Thesm. 177.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

νῦν ἆρά με

ἅπασ' ἀνάγκη ἐστ' ἀποθανεῖν;

ΕΡΜΗΣ.

εὖ ἴσθ' ὅτι.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

εἰς χοιρίδιόν νύν μοι δάνεισον τρεῖς δραχμάς·

δεῖ γάρ μυηθῆναί με πρὶν τεθνηκέναι.

ΕΡΜΗΣ.

(voce altissima:)

ὦ Ζεῦ κεραυνοβρόντα . . .

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(flebili voce eum interrumpens:)

μή, πρὸς τῶν θεῶν,

ἡμῶν κατείπῃς, ἀντιβολῶ σε, δέσποτα.

ΕΡΜΗΣ.

οὐκ ἂν σιωπήσαιμι.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ναί, πρὸς τῶν κρεῶν,

---

374. νύν μοι Cobet] μοι νῦν V R. Cf. Eccl. 1030 Lys. 923.

372—375. Locum similem Ecclesiazusae habet fabula, ubi iuvenis anum abominatus „καὶ ταῦτ' ἀνάγκη μοί ἐστι;" rogat; cui illa: „Διομήδειά γε!" respondet. Tum ille: „ὑποστόρεσαί νυν πρῶτα τῆς ὀριγάνου κτέ." [1]). — Mysteriis saltem prius initiari se velle homo noster ait, quam iter tenebricosum suscipiat, ut laeta nimirum sorte apud Orcum sit fruiturus [2]). Quod non serio dicitur, sed liberrime et imperterrite etiam in limine mortis iocantis — velut alterius cuiusdam Theramenis — est verbulum. Revera metuere si coepisset Trygaeus, non in animum sibi induceret ut pecuniae aliquid porcello emendo — quam hostiam mystae ferre solebant [3]) — posceret caelitem.

375. τεθνηκέναι] tetrasyllabam huius infinitivi formam etiam in Ranis noster usurpavit [4]).

376. ὦ Ζεῦ κεραυνοβρόντα] „δεῦρο πρόσεχε τὸν νοῦν" vel eiusmodi aliquid additurum Mercurium interrumpunt Trygaei et choreutarum preces. Cum epitheto κεραυνοβρόντῃ conferatur quod magis solita ratione est formatum: βροντησικέραυνος [5]).

377. μὴ . . . ἡμῶν κατείπῃς] *ne nostrum consilium evulges* [6]).

378. Per *caelites* frustra obtestatus est Mercurium: at *carnes* certe aliquid apud hunc valebunt.

---

[1]) Eccl. 1029 sq. — [2]) Cf. Ran. 154—158 et 454 sq. — [3]) Vid. ad Ran. 338. — [4]) Ran. 613. — [5]) Nub. 265, ubi vid. — [6]) Item nos: *Zeg het niet van ons.* Vid. ad Thesm. 340.

ἀγὼ προθύμως σοι φέρων ἀφικόμην.

ΕΡΜΗΣ.

ἀλλ', ὦ μέλ', ὑπὸ τοῦ Διὸς ἀμαλδυνθήσομαι,
εἰ μὴ τετορήσω ταῦτα καὶ λακήσομαι.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

μή νυν λακήσῃς, λίσσομαί σ', ὦ Ἑρμήδιον.

(Ad chorum:)

εἰπέ μοι, τί πάσχετ', ὦ ἄνδρες; ἕστατ' ἐκπεπληγμένοι.
ὦ πονηροί, μὴ σιωπᾶτ'· εἰ δὲ μή, λακήσεται.

ΧΟΡΟΣ.

μηδαμῶς, ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ! μηδαμῶς! μηδαμῶς!

381. *τετορήσω ταῦτα καὶ*] *διατόρως ταυταγὶ* Blaydes, *κατερῶ σου ταῦτα καὶ* vHerwerden.
382. *λακήσῃς*] *λάκῃς σύ* Blaydes, *λάκῃς μοι* vHerwerden, longum enim esse aoristi *λακῆσαι* alpha (Nub. 410); sed vid. comment. ‖ *Ἑρμήδιον*] *-μί-* V R, item v. 924. Cf. vs. 202 *ἀμφορείδια* (*-ρι-* V R).
384. *μὴ σιωπᾶτ'* V] *καὶ μὴ σ.* R.
385. *μηδαμῶς, μηδαμῶς* V] *μὴ μηδαμῶς· μηδαμῶς* R, *μηδαμῶς μὴ μηδαμῶς* recc.; cf. vs. 346. Ravennatis lectionem peperit dittographia (*ἑρμῆ μή*); qui subsimile habet vitium loco simillimo Ach. 334 (*ὦ μηδαμῶς· ὦ μηδαμῶς* pro: *μηδαμῶς· ὦ μηδαμῶς*).

379. Carnes benigne modo [1]) Trygaeus Olympio obtulit.

380 sq. Plus quam humanum sonant verba *ἱππόκρημνα* [2]). Epicae — non lyricae tragicaeve — dictionis est *ἀμαλδύνειν* sive *delere* [3]), nec dubium quin ex eodem fonte ducta sint futura *τετορήσω* et *λακήσομαι*. Quorum alterum ex Homerico „*δόρυ χρόα ἀντετόρησε*" [4]) videtur procrevisse; nam licet aoristus ille reduplicatione careat (*ἀντ-ετόρησε*), recentioribus compositum id verbi alicuius *τετορῆσαι* videri potuit, cum praesertim eiusmodi reduplicatio revera extaret in verbo *τετραίνειν*, quod item a stirpe *τερ* est ductum. Ita autem hoc loco usurpatum est ut tragicorum adverbium *τορῶς* *vehementer, clara voce* [5]). Alterum futurum *λᾰκήσομαι* et aoristus *λᾰκῆσαι* a stirpe *λᾰκ* (*λᾰκεῖν, λάσκειν*) sunt ducta, et *erumpendi* nunc vi utuntur [6]). Novum verbum epicum *-ληκέω* [7]) peperit aoristum *-λᾰκῆσαι* [8]).

383. *εἰπέ μοι*] interiectionis loco est, itaque etiam ad plures potest dici [9]).

— *τί πάσχετε;*] i. e. „*τί παθόντες ...;*" [10]), *cur tandem taciti et veluti attoniti adstatis?*

384. *εἰ δὲ μή*] *alioqui* [11]).

— *λακήσεται*] non sine irrisione Trygaeus repetit verbum grandisonum, quo ipse Mercurius est usus.

385. Simillima ad Dicaeopolidem sunt verba chori ducis in Acharnensibus: „*μὴ δράσῃς ὃ μέλλεις! μηδαμῶς! ὦ μηδαμῶς!*" [12]).

[1]) Cf. vs. 192. — [2]) Cf. Ran. 470 sqq. — [3]) Hom. *Η* 463 *Μ* 18, 32 h. Cer. 94. — [4]) Hom. *Ε* 337. — [5]) *Doordringend*. Cf. Ran. 1102. — [6]) Vid. ad Ran. 97. — [7]) Hom. *ϑ* 379. — [8]) Vid. Nub. 410. — [9]) Vid. ad Ran. 39. — [10]) Vid. ad Nub. 340. — [11]) Vid. ad Ran. 629. — [12]) Ach. 334.

εἴ τι κεχαρισμένον
χοιρίδιον οἶσθα παρ' ἐ-
μοῦ γε κατεδηδοκώς,
τοῦτο μὴ φαῦλον νόμιζ' ἐν τῷδε τῷ πράγματι.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οὐκ ἀκούεις οἷα θωπεύουσί σ', ὦ ἄναξ δέσποτα;

ΧΟΡΟΣ.

μὴ γένῃ παλίγκοτος ἀντιβολοῦσιν ἡμῖν,
ὥστε τήνδε μὴ λαβεῖν·
ἀλλὰ χάρισ', ὦ φιλαν-
θρωπότατε καὶ μεγαλο-
δωρότατε δαιμόνων,
εἴ τι Πεισάνδρου βδελύττει τοὺς λόφους καὶ τὰς ὀφρῦς,

---

386. ἐμοῦ] ἐμοί Cobet. || γε Ald.] om. V R.

388. νόμιζ' Bentley] νομίζων V R, quo servato Meineke dein scribit ἐν τοιούτῳ πράγματι, ut tetrametrum trochaicum efficiat (vid. ad vs. 390); eodem consilio Brunck pro τῷδε dabat τουτῳί (ut Lys. 615), sed aptius nostro loco est pronomen ὅδε.

390. Quatuor creticos (ut vs. 351 sq.) multi poposcerunt. Cum tamen verba tradita, si mittamus numeros, neque suspicionem moveant per se spectata neque vulgatioris sint dictionis, praestat sumere poetam numerorum illam similitudinem non appetivisse. Cf. vs. 388.

---

386. „*Si quando gratum comedisti porcellum a me acceptum!*" Qui frequens est participii κεχαρισμένου usus[1]). Recte in scholiis conferuntur Chrysis sacerdotis ad Apollinem preces: „εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα"[2]). — Inversa ratione Mercurius Carionem per pristina beneficia obtestatur[3]).

388. ἐν τῷδε τῷ πράγματι] i. e. *cum nos ita laboremus.*

390. παλίγκοτος] vox poetica, quae *deum aversatum,* παλίνορσον[4]) sive *fortunam in malam partem conversam* significat[5]). Non *denuo* valet πάλιν, sed *retro,* ut constanter in prisca lingua. Cf. παλίγγλωσσος = βάρβαρος[6]). Terminus idem est qui adiectivi ἀλλοκότου.

392. χάρισ'(αι)] syllabae -σαι *elisio* non nisi in choricis apud nostrum obvia[7]). In trimetris post -σαι est *aphaeresis*[8]).

395. „*Si Pisandrum gloriosum illum taxiarchum abominaris*". Item Lamachi taxiarchi Dicaeopolis ille βδελύττεται τοὺς λόφους[9]). Et fortis certe is erat: Pisander vero nonnisi ὀφρῦς ἔχει καὶ λόφους[10]), ceterum ignavissimus[11]).

---

[1]) Vid. Ach. 248 Hom. Γ 298 Plat. Euthyd. 14 *b* etc. et infra ad vs. 924. — [2]) Hom. Α 39. — [3]) Plut. 1139 sqq. — [4]) Hom. Γ 33. — [5]) Aesch. Suppl. 376 Agam. 571, 863, 874 Pind. Ol. II 36 Nem. IV 96 Herodot. IV 156. — [6]) Pind. Isthm. VI 35. — [7]) Item Nub. 523 et 550. — [8]) Vid. Vesp. 501 et ann. crit. ad Nub. 7. — [9]) Ach. 586, ubi vid.; cf. etiam Ach. 575, 1074 et vid. ad Ach. 566—571. — [10]) Cf. Ran. 925 et vid. ad Vesp. 655. — [11]) Vid. supra vs. 803 sq. et ad Av. 1556.

καί σε θυσίαισιν ἱε-
ραῖσι προσόδοις τε μεγά-
λαισι διὰ παντός, ὦ
δέσποτ', ἀγαλοῦμεν ἡμεῖς ἀεί.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἴθ', ἀντιβολῶ σ', „ἐλέησον αὐτῶν τὴν ὄπα“,
ἐπεί σε καὶ τιμῶσι μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ· —

ΕΡΜΗΣ.

κλέπται τὰ νῦν γάρ εἰσι μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

— καί σοι φράσω τι πρᾶγμα δεινὸν καὶ μέγα,

---

396. ἱεραῖσι προσόδοις] ἱεραῖς προσόδοισι V R.
399. δέσποτ'] πότνι' Suid. et Bekk. Anecd. 328, quasi ad Pacem haec dicantur.
402. Suo loco habet V, om. R homoeoteleuto in errorem abreptus, sed in margine add. corrector (κλέπται γὰρ νῦν μᾶλλον εἰσὶν ἢ προτοῦ). Paragraphus praemissa est in V; Trygaeo versum continuari voluit grammaticus qui scripsit scholion. || κλέπται τὰ νῦν γάρ εἰσι μᾶλλον Meineke] κλέπται τε γὰρ νῦν μᾶλλον εἰσὶν V (-αι τε in ras.), κλέπται γάρ εἰσιν νῦν γε μᾶλλον recc.

396—399. καί σε ... ἀγαλοῦμεν] sic paratactice precibus („χάρισαι") adiungitur votum: „*si voti compotes nos feceris, laudibus et honoribus te celebrabimus.*" Item infra: „ἐλέησον ... καί σοι φράσω τι κτέ." [1]) et: „ξύλλαβε καὶ σοὶ τὰ Παναθήναια ἄξομεν" [2]), et similem fuisse rationem loci cuiusdam Theopompi comici, unde haec sola verba sunt servata: „καί σε τῇ νουμηνίᾳ | ἀγαλματίοις ἀγαλοῦμεν ἀεὶ καὶ δάφνῃ" [3]), haud vana videtur suspicio. Quo loco item verbum activum ἀγάλλειν, quod non erat sermonis quotidiani, e precibus sollemnibus est desumtum [4]).

397. προσόδοις] *pompis sollemnibus* [5]).

398 sq. διὰ παντὸς ... ἀεί] sic alibi dicitur: δι' ἡμέρας ἀεί [6]) vel ὁσημέραι ἀεί [7]) et similia [8]).

400—403. Paratactice, ut supra [9]), verba sunt iuncta.

400. Conferri potest δικανικὸν illud ῥημάτιον Bdelycleonis: „ἴθ', ἀντιβολῶ σ' οἰκτίρατε" [10]).

— ἐλέησον αὐτῶν τὴν ὄπα] haec quoque e priscis supplicationibus desumta videntur, sublimioris enim dictionis est vox ὄψ [11]).

401. Videtur respici res aliunde nobis ignota [12]).

402. Furum patronum Mercurius etiam in Pluto se iactat [13]).

403. Similia sunt Dicaeopolidis verba: „ἀλλ' ἐργάσομαί τι δεινὸν ἔργον καὶ μέγα" [14]), et Clisthenis ad mulieres Thesmophoria agentes: „τηρεῖτε μὴ καὶ προσπέσῃ | ὑμῖν ἀφάρκτοις πρᾶγμα δεινὸν καὶ μέγα" [15]).

---

[1]) Vs. 400—403. — [2]) Vs. 416—418; praeterea vid. ad Lys. 700—703. — [3]) Theopomp. fr. 47. — [4]) Vid. ad Thesm. 128. — [5]) Nub. 307. — [6]) Nub. 1053. — [7]) Plut. 1006 sq. — [8]) Vid. ad Thesm. 830 sq. — [9]) Vid. ad vs. 396 sq. — [10]) Vesp. 975. — [11]) Cf. infra vs. 805 Vesp. 317 (vHerwerden) Thesm. 127. — [12]) Vid. ad vs. 924. — [13]) Plut. 1139—1145. Cf praeterea h. Merc. 175, 292 Soph. Philoct. 133 etc. — [14]) Ach. 128. — [15]) Thesm. 580 sq.

ὃ τοῖς θεοῖς ἅπασιν ἐπιβουλεύεται.

ΕΡΜΗΣ.

ἴθι δή, κάτειπ'· ἴσως γὰρ ἂν πείσαις ἐμέ.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἡ γὰρ Σελήνη χὠ πανοῦργος Ἥλιος
⟨ὑμῖν ἐπιβουλεύοντε πολὺν ἤδη χρόνον⟩
τοῖς βαρβάροισι προδίδοτον τὴν Ἑλλάδα.

ΕΡΜΗΣ.

ἵνα δὴ τί τοῦτο δρᾶτον;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὁτιή, νὴ Δία,
ἡμεῖς μὲν ὑμῖν θύομεν, τούτοισι δὲ

---

405. ἂν πείσαις ἐμέ] ἀναπείσεις ἐμέ Hirschig, sed futuro ut locus sit vereor (cf. vs. 286); itaque, si vitio versus laborat, quod et ego ad Plut. 1036 sumsi, malim *ἀναπείσειας ἄν vel *ἔτι πείσειας ἄν, cum praesertim emphatica pronominis forma contextui minus apta videatur. Sed severi horum versuum numeri quoniam tragoediae sunt affines, probabilis videtur Herwerdeni opinio, etiam πείσαις formam παρατραγῳδοῦντος esse.

409. δὴ τί Bentley] τί δῆ V R.

---

404. ὃ ... ἐπιβουλεύεται] *quod ... struitur.* Verbi ἐπιβουλεύειν passivum etiam apud Xenophontem ita usurpatum invenitur: „ὀλιγάκις ἴσασι πῶς ἔχει τὰ ἐπιβουλευόμενα" [1]). Frequentius — sed non apud nostrum — ἐπιβουλευθῆναι dicitur is cui insidiae struuntur.

405. πείσαις] et hoc, ut modo „ὄπα", dictionis est ornatae.

406—415. Biennio abhinc Luna certe, si ipsius sodalibus Nubibus fides est, favebat Atheniensibus eorumque sociis, graviter autem de iis conquerebatur, „οὐδὲν γὰρ ὀρθῶς αὐτοὺς ἄγειν τὰς ἡμέρας, ἀλλ' ἄνω τε καὶ κάτω κυδοιδοπᾶν" [2]). Temporum nimirum rationes tunc magistratuum culpa ita erant turbatae ut Athenienses non iam „κατὰ Σελήνην", ut solebant et debebant, dies et menses computarent. Cuius rei prorsus diversa nunc — pro scenae comicae licentia — proponitur explicatio: non mortalium socordiam has turbas dedisse sed Solis Lunaeque barbaris faventium erga Graecos malevolentiam.

409. ἵνα δὴ τί ...;] *quo consilio ...?* [3]).

410—413. „*Persis neque templa sunt* „*neque signa deorum, sed in summis montibus Iovi*" (*Ahuramazdae*) „*sacra ferunt,* „θύουσι δὲ ἡλίῳ" (*Mithrae*) „τε καὶ σελήνῃ „καὶ γῇ καὶ πυρὶ καὶ ὕδατι καὶ ἀνέμοισι" [4]). Itaque nihil optatius esse potest Persicis illis numinibus quam ut Graeci internecione perimantur cuncti; tunc enim nudata suis incolis regio a barbaris occupari poterit, qui ipsis sacra ferant. Dicit igitur Trygaeus τὰς τελετὰς τῶν θεῶν „ea quae *in Graecia*" — non: „quae *e Grae-*

---

[1]) Xen. Hippar. h. 9 § 8. — [2]) Vid. Nub. 607—626 quaeque ad illum locum annotavi. — [3]) Vid. Nub. 1192. — [4]) Herodot. I 131.

οἱ βάρβαροι θύουσι. διὰ τοῦτ' εἰκότως
βούλοιντ' ἂν ἡμᾶς πάντας ἐξολωλέναι,
ἵνα τὰς τελετὰς λάβοιεν αὐτοὶ τῶν θεῶν.

ΕΡΜΗΣ.

ταῦτ' ἄρα πάλαι τῶν ἡμερῶν παρεκλεπτέτην,
καὶ τοῦ κύκλου παρέτρωγον ὑφ' ἁμαρτωλίας!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ναὶ μὰ Δία. πρὸς ταῦτ', ὦ φίλ' Ἑρμῆ, ξύλλαβε,

412. ἡμᾶς V R] ὑμᾶς recc. perperam, non enim *diis* sed *Graecis* instat pernicies.

414. παρεκλεπτέτην] παρεκλέπτετον (-ρα- V) V R.

415. ἁμαρτωλίας Anecd. Bekk. 79] ἁρματωλίας V R, quae lectio inepta et κακόμετρος in scholio V defenditur auctoritate Herodiani et Phrynichi et sic explicatur: „φειδόμενοι τῶν ἁρμάτων αὐτῶν", plane absurde si ad „ἅρμα" vocem referatur, apte vero si *parsimoniae* notio insit verbis poetae. Iure autem Blaydes dualem poscere videtur, quod non nisi h. l. et Nub. 1506, qui item corruptus est, duali adiunctus reperiatur pluralis; quapropter coniecit παρετρωγέτην ὑφ' ἁμαρτίας (et alia). Equidem suspicor vocem ὑφ' ἁμαρτωλίας interpreti deberi, comicum autem scripsisse *παρετρωγέτην μισητίᾳ (cf. Av. 1620).

cis" — „diis offerantur." Ita si interpretamur Trygaei verba, non est cur perhibeamus „facetius quam probabilius haec disputata esse" [1]). Ars dialectica neque nunc plectitur neque in Mercurii quae sequuntur verbis, — ea quidem dialectica quae valet in comoedia.

414 sq. „*Hoc erat igitur!*" [2]) exclamat Mercurius: „*iam intellego id quod dudum* „*mirabar, cur de diebus et de orbe suo ma-* „*ligne semper aliquid* [3]) *suffurarentur*" [4]).— Quod iusto brevior evasit Atheniensium annus, causa iam aperta: aliquot sensim dies inde detraxerunt Sol et Luna, totum annum aliquando Graecis surrepturi. Quod *quomodo* fecerint aut facturi sint, nihilo magis rogant spectatores quam tum cum Nubes fabula agebatur rogarunt quomodo Sol „τὴν θρυαλλίδα εἰς ἑαυτὸν μέλλοι ξυνέλξειν" [5]). „C'est ainsi que „pour établir l'ère grégorienne le pape „*vola* dix journées *au compte régulier des* „*jours*. Il s'agit évidemment ici d'une „mesure analogue" [6]).

416 sq. Paratactice, ut supra [7]), precibus adiungitur votum: „*praesens nobis ades, et sollemnia tibi agemus omnium splendidissima*" Panathenaea Magna, quae ante paucos menses sunt celebrata [8]); nam tertius hic est olympiadis annus. Eodem verbo usi sodales ad Philocleonem: „σοὶ δὲ νῦν τις θεῶν παρὼν ἐμφανὴς | ξυλλαμβάνει τοῦ πράγματος" [9]), vel Menander: „τόλμῃ δικαίᾳ καὶ θεὸς ξυλλαμβάνει" [10]). — Panathenaea qui non Deae urbis Patronae sed Mercurio in posterum celebratum iri promittit, ipsum mendaciorum deum mentiendo vincit, haud secus atque priscus ille Autolycus κλεπτοσύνῃ θ' ὅρκῳ τε κεκασμένος.

[1]) „Amusing, but not quite logical" (Merry). — [2]) Vid. ad Nub. 319 et Vesp. 183. — [3]) Vid. ad Thesm. 1111. — [4]) Vid. ad Eq. 1026. — [5]) Nub. 585. — [6]) Mazon. — [7]) Vid. vs. 396 sq. — [8]) Mense Hecatombaeone. — [9]) Vesp. 733 sq. — [10]) Menandr. fr. 572^3; cf. etiam Ar fr. 615 (?) Eup. 91 Philem. 53^4.

418 καὶ σοὶ τὰ μεγάλ' ἡμεῖς Παναθήναι' ἄξομεν
419 πάσας τε τὰς ἄλλας τελετὰς τὰς τῶν θεῶν,
421 ἄλλαι τέ σοι πόλεις ‹πεπαυμέναι κακῶν›
«Ἀλεξικάκῳ» θύσουσιν Ἑρμῇ πανταχοῦ.
καὶ ἕτερ' ἔτι πόλλ' ἕξεις ἀγαθά. πρῶτον δέ σοι
δῶρον δίδωμι τήνδ', ἵνα σπένδειν ἔχῃς.
(Praebet ei pateram.) * Opferschale

ΕΡΜΗΣ.

425 οἴμ', ὡς ἐλεήμων εἴμ' ἀεὶ τῶν . . . χρυσίδων.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad chorum:)

ὑμέτερον ἐντεῦθεν ἔργον, ὦ ἄνδρες! ἀλλὰ ταῖς ἄμαις

---

417 ἡμῖν προθύμως τήνδε καὶ ξυνέλκυσον,
420 Μυστήρι' Ἑρμῇ, Διπόλει', Ἀδώνια·

417. *Delevi coll. Ran. 1345, ex huiuscemodi scholio natum ratus: „ξύλλαβε] προθύμως ἡμῖν ξυνέλκυσον" (vid. ad Av. 16). Ne sensum quidem praebet pronomen τήνδε, quod neque verbo ξυλλαβεῖν iungi potest (genitivum enim rei id adsciscit), neque verbo ξυνελκύσαι, — etiamsi sinat particulae καί traiectio, — sic enim ξυνεξελκύσαι erat dicendum. Quapropter pro τήνδε Meineke coniecit τῶνδε (i. e. τῶν σχοινίων), ut vs. 437 Vesp. 733, Blaydes τήνδε τ' ἐξανέλκυσον; sed accedit altera eaque multo gravior molestia, si ipsum funem ducere iubetur Mercurius, de qua vid. ad vs. 469—471. Itaque, nisi spurium ducerem versum, sic fere corrigerem: „ἡμῖν προθύμως τοῦδε τοῦ τολμήματος".

418. καὶ σοὶ Bergk] καί σοι V R.

420. Del. Meineke. Pro inepto Ἑρμῇ Blaydes coniecit Ἑρμαῖ'(α), quod etiam deterius videtur, nam haec Mercurio sacra fore non est quod ei promittatur. || Διπόλει' Porson] διπόλει' V R. Cf. Nub. 984.

421. ἄλλαι] ἀλλαι V R. Etiam vs. 464, 475, 650, 806, 919, 967 sic peccant.

426 sq. Trygaeo tribuit Lenting; in V R ei qui versum 425 dixit (Mercurio igitur) continuantur.

---

422. Quemadmodum Athenienses Deae πολιούχου aliorumque numinum loco Mercurium sunt habituri, sic ceterae quoque civitates servatorem eum posthac colent, ceu Apollinem [1]) vel Herculem [2]).

424. Auream illam pateram, quam secum attulit [3]), Trygaeus expromit deoque offert. Pronomen τήνδε quo esset referendum, spectatoribus dubium esse non potuit [4]).

425. οἴμ', ὡς ...!] admirantis est οἴμοι [5]), ut in verbis Strepsiadis: „οἴμ' ὡς ἥδομαι!" [6]).

— τῶν χρυσίδων] *aureorum poculorum* [7]). Expectabatur potius: τῶν ἱκετῶν.

426. ὑμέτερον ἐντεῦθεν ἔργον, ὦ ἄνδρες] „*equidem iam nomen meum solvi*", Try-

---

[1]) Vid. ad Nub. 1372. — [2]) Vid. ad Vesp. 1043 Ran. 501. — [3]) Cf. vs. 143 et 431. — [4]) Vid. ad Ach. 331. — [5]) Nostrum *och* (e. g.: *och wat ben ik blij!*). — [6]) Nub. 773; cf. etiam Thesm. 1185. — [7]) Vid. ad Ach. 74.

(εἰσιόντες) ὡς τάχιστα τοὺς λίθους ἀφέλκετε.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ταῦτα δράσομεν· σὺ δ' ἡμῖν, ὦ θεῶν σοφώτατε,
ἅττα χρὴ ποιεῖν ἐφεστὼς φράζε δημιουργικῶς·
τἄλλα δ' εὑρήσεις ὑπουργεῖν ὄντας ἡμᾶς οὐ κακούς.

(Lapides quibus ostium cavernae est obrutum removere choreutae incipiunt.)

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(expromto vini utre ad Mercurium:)

ἄγε δή, σὺ ταχέως ὕπεχε τὴν φιάλην, ὅπως
ἔργῳ ἐφιαλοῦμεν, εὐξάμενοι τοῖσιν θεοῖς.

(Mercurio in pateram vini aliquid infundit. Libat hic.)

ΕΡΜΗΣ.

σπονδή! — σπονδή! —
εὐφημεῖτε! — εὐφημεῖτε!

427. εἰσιόντες] εἶτ' ἰόντες vHerwerden, sed simplex ἰόντες ne langueat vereor; vid. autem comment.

430. τἄλλα δ'] πάντα δ' aut καὶ γὰρ Meineke.

432. ἐφιαλοῦμεν Eustath. 1403, 16] φιαλοῦμεν V R.

gaeus ait: „*ich habe das Meinige gethan: thun Sie das Ihre*". Delenitus nimirum est deus neque quicquam etiam obstat quominus Pax e tenebris reducatur. Vocis ἔργου notus hic est usus [1]).

427. *Antrum intrare* — εἰσιέναι — iubentur choreutae, ut admotis ligonibus [2]) lapides inde avellant [3]). Nempe funes, quos secum attulerunt, sunt alligandi Deae imagini, quibus protrahatur in lucem. Participii praes. (εἰσιόντες) frequens hic apud nostrum est usus; idem enim haec valent atque: εἴσιτε ἀφέλξοντες [4]).

429. δημιουργικῶς] ut si δημιουργὸς vel τέκτων τις esses [5]).

430. „Quemadmodum carnem pateramque tibi praebuimus," ad Mercurium dicit dux chori, „et alia quaevis libentissime tibi largiemur, si nunc nobis non desis". Et ipsa re verba eius comprobans Trygaeus exhibet vinum fragrantissimum, quo patera illa impleatur.

431 sq. Ludendi occasionem praebet vox φιάλη [6]), cuius sonus in mentem revocat τὸ ἐφιάλλειν, verbum priscum [7]), aptissimum igitur rei sacrae peragendae. Articulo caret nunc vox ἔργον, ut in locutionibus: χωρεῖν πρὸς ἔργον [8]), ἔργου ἔχεσθαι, ἐν ἔργῳ εἶναι [9]), vel ubi inter se opponuntur ἔργον et λόγος.

433 sq. Pateram tenens Mercurius „*libationem fieri*" clamat, ut infra Trygaeus [10]), et „*linguis favere*" [11]) iubet omnes qui adsunt. Deorum praeconem Mercurium Alcaeus et Sappho [12]) et vasorum pictores [13]) etiam *pincernam* finxerunt saepius; cf. etiam Heraclides Ponticus apud Ciceronem [14]).

[1]) Cf. vs. 1305 et vid. ad Nub. 1345. — [2]) Cf. Av. 1145 sq. — [3]) Cf. vs. 361. — [4]) Vid. ad Nub. 1212. — [5]) Cf. vs. 305. — [6]) Lepide Merry: „*to bowl away*". — [7]) Vid. ad Nub. 1299. — [8]) Vs. 555 etc. — [9]) vHerwerden. — [10]) Cf. vs. 1104. — [11]) Vid. ad Ran. 354. — [12]) Cf. Athen. 425*c*. — [13]) Cf. Preller-Robert Myth. I[4] p. 410,3. — [14]) Cic. de Divin. § 46.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

σπένδοντες εὐχόμεσθα τὴν νῦν ἡμέραν
Ἕλλησιν ἄρξαι πᾶσι πολλῶν καὶ ἀγαθῶν,
χὤστις προθύμως ξυλλάβοι τῶν σχοινίων,
τοῦτον τὸν ἄνδρα μὴ λαβεῖν ποτ' ἀσπίδα.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

μὰ Δί', ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ διαγαγεῖν τὸν βίον,
ἔχονθ' ἑταίραν καὶ σκαλ . . . εύοντ' ἄνθρακας.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὅστις δὲ πόλεμον μᾶλλον εἶναι βούλεται,

435—438. In V R continuantur Mercurio; Trygaeo dedit Dindorf (cum vs. 433 sq.). Alii aliter locum distribuunt.

435. *εὐχόμεσθα* Hamaker] *-ώμ-* V R (ut vs. 973).

439 sq. Choro diserte tribuunt V R.

439. *διαγαγεῖν* Lenting] *διάγειν* V·R.

441—454. Paragraphos habet V ante versus 441, 444, 447, 450, 454, in R soli versus 447 et 454 paragrapho sunt ornati.

441. Huic versui in V adscriptum est scholion: „*δύο πρόσωπα ταῦτά φησιν, ὧν ὁ μὲν εὔχεται, ὁ δὲ ἕτερος ἀκόλουθα τῇ εὐχῇ καταρώμενος λέγει*", id est: *preces profert alter histrio, diras addit alter* (de verborum *εὔχεσθαι* et *καταρᾶσθαι* discrimine notissimo vid. e. g. Thesm. 350 sq.). Hinc Dobraeus effecit Chori (Coryphaei) esse versus 441, 444 sq.^{a}, 447 sq., 450 sq., Trygaei autem vs. 442 sq., 445^{b} sq., 449,

---

435 sq. Quemadmodum bello ineunte Melesippus Lacedaemoniorum legatus ab Atheniensibus re infecta rediens „*ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν* „*ἄρξει*" exclamavit cum fines Atticos esset transgressurus [1]), sic belli finem „*πολλῶν καὶ ἀγαθῶν Ἕλλησιν ἄρξαι*" nunc precatur Trygaeus. Ipsa illa Melesippi verba respici nunc a comico, qui et alia dicteria Periclis eiusque aequalium complura spectatoribus in mentem revocavit [2]), optimo iure perhibet priscus interpres in scholiis.

437 sq. *ὅστις . . . ξυλλάβοι . . . , | τοῦτον . . . μὴ λαβεῖν ποτ' ἀσπίδα*] i. e.: *ὅστις . . . ξυλλάβοι . . . , οὗτος . . . μὴ λάβοι ποτ' ἀσπίδα*, *si quis nos adiuvabit, nunquam posthac sumat arma.* Alter optativus peperit alterum [3]); clipei autem iam *ἐν τῷ φεψάλῳ κρεμήσονται* [4]), regnabit enim *ἡ πασῶν γυναικῶν μισοπορπακιστάτη* [5]).

440. „*Puellam tenentem et σκαλ . . . αθύροντα*" [6]) dicturus chori dux tempestive recordatur non hanc esse precantium dictionem; itaque reprehendens se „*σκαλ . . εύοντ' ἄνθρακας*" ait, *carbones excitantem* [7]) — ut *πρὸς τὸ πῦρ καθήμενος διέλκειν* [8]) possit nimirum. Sic in Vespis ira abreptus filius patrem „*ὦ σκαιὲ καὶ ἀπαίδευτε*" increpans, ipso verborum suorum sono perterritus addit: „*ut ille dixit*" — et comminiscitur aliquid [9]).

441. „*Quisquis autem bellum magis amat . . .*" Non „*εἴ τις φθονεῖ*" vel etiam

---

[1]) Thucyd. II 12 § 3. — [2]) Vid. infra vs. 611 (?) Ach. 537 Nub. 859. — [3]) Vid. e. g. Hom. α 47. — [4]) Vid. Ach. 279 et cf. Lys. 52. — [5]) Infra vs. 662. — [6]) Vid. Eccl. 611. — [7]) Vid. Ach. 1014. — [8]) Cf. infra vs. 1131 et Ach. 751. — [9]) Vesp. 1183 sq., ubi vid.

μηδέποτε παύσασθ' αὐτόν, ὦ Διόνυσ' ἄναξ,
ἐκ τῶν ὀλεκράνων ἀκίδας ἐξαιρούμενον.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

κεἴ τις ⟨ἐπιθυμῶν ταξιαρχεῖν⟩ σοὶ φθονεῖ
εἰς φῶς ἀνελθεῖν, ὦ πότνι', ἐν ταῖσιν μάχαις
πάσχοι τοιαῦτ' ἅτθ' οἷάπερ Κλεώνυμος.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

κεἴ τις δορυξὸς ἢ κάπηλος ἀσπίδων,

---

452 sq.; cui assensus Neil (ad Eq. p. 189 sq.) statuit personae mutatae indicium esse particulam *γε* vs. 446 et 452, idem vs. 443 *γ' ὀλεκρ.* coniecit et vs. 449 *γ' ὑπὸ λ.* (cf. Ach. 92). Dobraeum secuti sunt etiam Zielinski vHerwerden Mazon, pro Coryphaeo tamen ponentes Mercurium. Mihi nimis artificiosa nec satis concinna videtur haec ratio, versus autem 445 egregie displicet ita diremtus; neque interpretem graecum id quod putabat Dobree voluisse arbitror, sed: „alterum proferre versus 435—440, alterum 441—452".

444. *σοὶ*] *σε* Lenting (coll. Eur. Med. 313).

445. *ταῖσιν* Bekker] *ταῖς* V R.

446. *πάσχοι τοιαῦτ' ἅτθ'* Dindorf] *πάσχοιτο τοιαῦταθ'* V, *πάσχοι γε τοιαῦθ'* R.

447. *κεἴ* recc.] *εἴ* V R; cf. vs. 610.

„*εἴ τις φθονοίη*" Trygaeus ait dubitanter locutus, nimis enim certum et in confesso est etiam nunc multis bellum magis acceptum esse quam pacem. Mortui sunt Cleon et Brasidas, sed non omnes *δοίδυκες τοῦ πολέμου* perierunt: alii Pyrgopolinicae inter sua proelia vivunt; vivit *Hyperbolus* ille [1]), quem in Maricante fabula nuper risit Eupolis bellatorem *περσέπτολιν* [2]). — Suos cives ante omnes cogitare Trygaeum facile intellegimus [3]).

443. „*Is spicula sagittarum e cubitis sibi extrahendo vitam terat per me licet!*" — Imprecatio perridicula, non tamen ridicula eiusmodi vulnera; quae permagnum statim inflicta afferunt dolorem, mox autem „*ἐπὶ ὀλεκράνου ἐκ τρώματος τρωθέντος πῆχυς ἐπισφακελίσας πυοῦται*" [4]), neque dubium quin saepe huiuscemodi vulnera tulerint milites clipeum hosti obiectantes. Sic apud Homerum Teucer Glaucum *ἰῷ ἐπεσσυμένον 'βάλε, . . . ᾗ Ϝίδε γυμνωθέντα βραχίονα* [5]). Sunt *τὰ ὀλέκρᾱνα ulnarum capita, τὰ κρανία τῶν ὠλενῶν*, ut ait scholion; ratio igitur ferebat ut *ὠλενόκρᾱνα* dicerentur, sed prisca vox — neque enim *ὠλένη* neque *κάρα* Atticae est dictionis — in sermone familiari est concisa. Verbum *ὀλεκρανίζειν* apud comicos invenisse se testantur grammatici [6]). Digna quae conferantur sunt *ἡμίκραιρα* [7]), *καρᾱδοκεῖν* [8]), *καρηβαρία* [9]).

444—446. „*Et si qui taxiarchus gloriosus pacem aspernatur, ea illi eveniat laus bellica quae Cleonymo!*" Abiecto is clipeo turpissime fugam capessat! [10]) — Praeter Cleonymum Pisander potissimum nunc petitur [11]).

447—449. Etiam inter armorum venditores quin multi sint qui suum ipso-

---

[1]) Cf. Eq. 1304 infra vs. 681, 921, 1319. — [2]) Vid. ad Nub. 553 sqq. — [3]) Sic etiam Mazon; aliter vHerwerden. — [4]) Hippocr. III 572 et 677 Kühn. — [5]) Hom. *M* 388 sq. — [6]) Vid. Phot. Bibl. 533, Poll. II 140, Phrynich. Bekk. Anecd. p. 56 (fr. com. adesp. 1093). — [7]) Vid. Thesm. 227. — [8]) Vid. Eq. 663. — [9]) Vid. ibid. — [10]) Vid. vs. 303 sq., 673—678, 1172—1186, 1295—1301 et ad Nub. 353. — [11]) Vid. vs. 395 et ad Av. 1556.

ἵν' ἐμπολᾷ βέλτιον, ἐπιθυμεῖ μαχῶν,
⟨ληφθεὶς ὑπὸ λῃστῶν⟩ ἐσθίοι κριθὰς μόνας.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

κεἴ τις ⟨στρατηγεῖν βουλόμενος⟩ μὴ ξυλλάβοι,
ἢ δοῦλος αὐτομολεῖν παρεσκευασμένος,

450. *ξυλλάβοι* Meineke] *-βη(ι)* V R. Similia sunt vitia Eq. 68, 698, 700.
451. Del. Willems, sed *rotae* mentio vix apta nisi *mancipiorum* accedat nomen.

rum lucrum patriae commodo communique saluti anteponant, minime dubitat Trygaeus: „*at captantor isti a praedonibus*[1]) *et servitium serviunto durissimum!*" *ἀφρήτωρ ἀθέμιστος*, extorris et exlex esto quisquis bellum adamat. — „Solo hordeo vesci"[2]) erat captivorum vel mancipiorum male habitorum, non liberorum hominum quantumvis *ὀλιγοσίτων*[3]), quibus ad *μᾶζαν* — nam hoc est hordeo vesci — allii certe aliquid vel oliva[4]) accedebat *ὄψον*.

450—452. „*Et si forte sive praetor sive* „*servus aliqui paci praeferat bellum, is* „*servilem in modum castigator!*" — Nunc demum est locus optativo illi, qui vix credentis est[5]). „Taxiarchis utimur improbis: nota res. Et armorum venditoribus gratum est bellum: esto! At in ipsos quoque duces et principes hoc cadere, ut sibi quam civitati magis consulant, id vix est credibile, et verum si tamen sit, — nam sunt qui perhibeant, — nefarium profecto est scelus et gravissimis cruciatibus ulciscendum, servilem poenam luant quibus animus est servilis." — Quam contumeliose unum pluresve e novis praetoribus, qui nuper creati sunt[6]), comicus coniunctim cum servulis nunc commemoret, ostendi nihil opus. Eadem mens, ait, est praetori qui e bello gloriam et mancipio quod libertatem inde speret[7]): ambo prae suo ipsorum commodo civitatis salutem vilipendunt, ambo rotâ virgisque digni[8]). Spectantne haec Alcibiadem, de quo Nicias paucis annis post in concione[9]): „*εἴ τις ἄρχειν ἄσμενος αἱρεθεὶς | παραινεῖ πολεμεῖν, τὸ ἑαυτοῦ μόνον σκοπῶν, ὅπως θαυμασθῇ καὶ ὠφεληθῇ τι ἐκ τῆς ἀρχῆς, μὴ τούτῳ ἐμπαράσχητε τῷ τῆς πόλεως κινδύνῳ ἰδίᾳ λαμπρύνεσθαι*"? Ait in scholiis interpres quidam; et magnas sane partes Alcibiades proximo anno in civitate agere coepit, utque bellum redintegraretur operam dedit, Lacedaemoniis infestus, Argivis vero amicus[10]). Itaque nunc quoque eum fecisse cum Argivis paci refragantibus[11]) credibile est satis. Non tamen solum aut potissimum nunc vellicari eum arbitror, nulla autem scholiastae huius est auctoritas, hominis stulte docti, qui „Alcibiadem etiam servum fugitivum hoc loco dici" perhibet, „quippe qui „Coesyrae[12]) servae esset filius, et ad „Lacedaemonios cum transfugisset, auc„tor extitisset ut muniretur Decelea", ita igitur errans in temporum ratione computanda ut is cui debetur unum ex Avium fabulae Argumentis.

[1]) Cf. Ach. 1077, 1188 Plut. 521. — [2]) Ut si inter nos dicas: *droog roggenbrood.* — [3]) Cf. Eq. 1101—1104 Vesp. 718 et ad Vesp. 440. — [4]) Cf. Eccl. 307 sq. — [5]) Vid. ad Lys. 235 sq. — [6]) Vid. Proleg. Eq. p. V, 1. — [7]) Cf. Nub. 5 Eq. 20. — [8]) Vid. ad Ran. 615 sqq. — [9]) Thucyd. VI 12 § 2; quae verba leviter mutata nunc excripsi. — [10]) Thucyd. V 43; cf. VI 16 § 1 sq. et vid. ad Nub. 69. — [11]) Vid. infra vs. 475—477. — [12]) Vid. ad Nub. 48.

ἐπὶ τοῦ τροχοῦ στρεβλοῖτο μαστιγούμενος.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἡμῖν δ' ἀγαθὰ γένοιτ'!

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἰὴ Παιών! ἰή!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἄφελε τὸ „παίειν", ἀλλ' „ἰὴ" μόνον λέγε.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἰή, ἰὴ τοίνυν, ‹ἰὴ› μόνον λέγω.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(dum et ipse libat:)

Ἑρμῇ! — Χάρισιν! — Ὥραισιν! — Ἀφροδίτῃ! — Πόθῳ! —
Ἄρει δὲ μή!

ΧΟΡΟΣ.

μή!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

μηδ' Ἐνυαλίῳ γε!

---

452. *στρέβλοιτο* Blaydes] *γ' ἕλκοιτο* V R, *γ' ἑλκοῖτο* Mazon (vid. ad Nub. 713 Av. 444). Verum extat Lys. 846 Ran. 620 Plut. 875.

453—456. *Sic meo marte distribui.

454. *παίειν*] *παιών* Elmsley.

455—458. In R personarum vices nullae sunt indicatae nisi ante ultimum *μή* vs. 457; in V paragraphos habent vs. 455, 456 et quadrifariam diremtus est versus 457. Verba *Ἄρει δὲ μή* Trygaeo continuavit Reiske.

455. *ἰὴ ἰὴ* V] alterum *ἰὴ* om. R. ‖ *ἰὴ μόνον* recc.] *ἰὴ* V R.

457. *δὲ μή. — μή*] *δέ: μὴ μή* V R; correxit Bentley (interrogationis scribens signum).

---

452. *ἐπὶ τοῦ τροχοῦ*] servile supplicium[1]).

454. *ἄφελε τὸ παίειν*] chori ducem *παιωνίζοντα* [2]) carpit Trygaeus, ludicre ad *percutiendi* verbum vocem „*Παιών*" referens [3]). Similem iocum alibi praebet vox *παῖς* [4]). Verbo *ἀφελεῖν* etiam Calonica in Lysistrata fabula sic utitur, quae amicae perhibenti: „*spes est Boeotos cunctos delendi*" respondet: „*μὴ δῆτα πάντας γ', ἀλλ' ἄφελε τὰς ἐγχέλεις!*" [5]).

456. Ceteris iam caelitibus anteponitur Mercurius, quemadmodum ei promisit Trygaeus [6]). Dein commemorantur quae ipsi et Paci comites ire solent deae [7]). Dativi idem est usus in nota *τῶν ἀποκοτταβιζόντων* formula: „*τῷ δεῖνα τῷ καλῷ*" [8]).

457. *Ἐνυαλίῳ*] *Martis* hoc est *cognomen* in Iliade, nec non postea haec nomina saepe sunt iuncta vel permutata. Nostro

---

[1]) Vid. ad Ran. 615 sqq. — [2]) Cf. vs. 555. — [3]) Vernacule iocus sic fere reddi potest: „*mogen wij slagen!*" — „*Alsjeblieft niets meer over slagen!*" — [4]) Vid. ad Vesp. 1297; praeterea vid. ad Ach. 36. — [5]) Lys. 36. — [6]) Cf. vs. 418 sq. — [7]) Cf. Av. 1321 sq. Thesm. 300. — [8]) Cf. e. g. Xen. Hell. II 3 fin.

ΧΟΡΟΣ.

μή!

(Lapidibus remotis patet antri ostium. Adhibentur funes.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὑπότεινε δὴ πᾶς καὶ κάταγε τοῖσιν κάλως.

458. καὶ κάταγε] κἄτ' ἄναγε Blaydes, ego olim καὶ ἐξάναγε, sed vulgata non est sollicitanda; vid. comment. || κάλως] -οις V R.

vero loco Enyalius a Marte discernitur, nec dubium quin *proprium* dei belli *nomen* utrumque fuerit primitus, Atticum *Enyalius* [1]), peregre invectum *Martis* nomen. Facit huc Aristonici scholion Homericum [2]): „ἡ διπλῆ ὅτι ἐπιθετικῶς... „ὁ Ἄρης ⟨ὁ⟩ Ἐνυάλιος, ... οὐχ ὡς οἱ νεώτεροι „Ἐνυοῦς υἱόν, οὐδὲ ὡς Ἀττικοὶ [3]) διαφέ„ροντα τοῦ Ἄρεως θεόν τινα." Ad quam opinionem refellendam nostrum locum esse utilem observavit priscus aliqui interpres, ab Aristarcho igitur discrepans [4]), cuius verba in scholiis ad comicum supersunt: „πρὸς τοὺς οἰομένους τὸν „αὐτὸν εἶναι Ἄρεα καὶ Ἐνυάλιον κατ' ἐπί„θετον. τινὲς δὲ τῶν νεωτέρων [5]) Ἄρεως καὶ „Ἐνυοῦς τὸν Ἐνυάλιον" κτἑ. — Suspicor Aristophanis Byzantii hanc esse observationem doctam et prudentem. Cui quod non adstipulatus est Aristarchus, partim quidem recte fecit, nam Homeri locis quibusdam quin Martis epitheton sit Enyalius dubitari nequit [6]), et fortasse cunctis locis Homericis vox ita est accipienda; sed parum recte *chronologice* potissimum in Aristarchi disciplina sunt diremta quae *topographice* erant secernenda. Nam luculentum hoc est exemplum *theocrasiae* illius, in carminibus Homericis minime rarae, cui etiam Martis cum Venere „adulterium" illud debetur, quod philosophis tantopere displicuit [7]). *Moechus* tum factus est Mars cum uxor eius legitima Vulcano in matrimonium est data [8]), et *Enyalius* vocari coepit postquam in colle Atheniensi (Areopago) sedem invenit.

458. Omnibus igitur nunc viribus dux chori cunctos [9]) iubet eniti et contendere, ut deam funibus protrahant. Dicitur id „κατάγειν", quod verbum e re navali est desumtum [10]), perinde atque τὸ καταίρειν [11]), valet enim κατάγειν: „*efficere ut aliquis καταίρῃ sive deveniat*". Quod autem iubentur „ὑποτείνειν", intransitivo huic verbo [12]) similis inest notio atque verbo κύψαι in clamore ducis Avium „κύψαντας" i. e. *paratos in hostem* suos adstare iubentis. „Le mot peint l'attitude des „marins, qui, la corde sur l'épaule, la „tête basse et l'échine tendue, halent „un bateau à terre" [13]). — Ceterum cavendum ne violentissimis hisce verbis decepti putemus *ex vero* iam describi quae in orchestra fiant. Immo ad *fallendos* animos oculosque spectatorum dicuntur haec omnia et aguntur, ut assolet in theatris. Nam nullam vim adhibituri sunt choreutae: nulla videlicet vi erit opus. Per ⟨anapiesma⟩ quod dicebatur subtus protrusa [14]) ex antro suo mox emerget Pacis imago haud

[1]) Cf. e.g. Xen. Anab. I 8 § 18 Soph. Ai. 179. — [2]) Schol. A ad *P* 211. — [3]) Cod. οὐδὲ ἀττικοὶ ὡς. — [4]) Cf. comment. ad vs. 7. — [5]) Sic scripsi; in codd. V R τῶν νεωτέρων aberravit in locum alienum, legitur enim post οἰομένους. — [6]) Hom. *N* 519 (coll. *B* 512) *P* 211; ceteris locis (*B* 651 *H* 166 *Θ* 264 *P* 259 *Σ* 309 *Υ* 69 *X* 132) non liquet. — [7]) Hom. *ϑ* 266 sqq. — [8]) Vid. Preller-Robert Myth. I[4] p. 176 et 339 sqq. — [9]) Cf. vs. 301 et vid. ad Ran. 372. — [10]) Vid. Herodot. VIII 4 Pausan. VII 5 § 7. Recte sic Paley et Mazon. — [11]) Vid. ad Av. 1288. — [12]) Item vs. 514; nos: *trekken*. — [13]) Mazon. — [14]) Sic Green (dubitanter).

Stropha (vs. 459—472.)

ΧΟΡΟΣ.

ὦ εἶα!

ΕΡΜΗΣ.

εἶα μάλα!

ΧΟΡΟΣ.

ὦ εἶα!

ΕΡΜΗΣ.

εἶα ἔτι μάλα!

ΧΟΡΟΣ.

ὦ εἶα! — ὦ εἶα!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀλλ' οὐχ ἕλκουσ' ἄνδρες ὁμοίως.

459—463. Sic distribuit Mazon; versum 459 Mercurio tribuunt V R (V post lituram), item schol., ceteros paragrapho signatos habet V, Mercurio continuat R. Versus 486—490 eadem ratione distribuendos esse quivis videt; quo loco V R versum 490 dant Choro, ceteros Trygaeo continuat R, solum versum 486 V, praeterea ante et post εἶα μάλα personam mutatam indicans.

462. εἶα B] om. V R. Cf. vs. 489.

---

ita magni moliminis. Fuit quidem qui deae imaginem ponderosissimam a Phidia elaboratam spectatorum admirantium oculis obiectam esse in animum sibi induceret, sed illam opinionem ab ipso auctore, viro ingenioso, dudum repudiatam arbitror, certe spero; ad quam refutandam, si etiam sit opus, sufficiat illud: „τὴν κεφαλὴν ποῖ περιάγεις;" [1]) — Quae cum ita sint, apparet agricolas, dum cruribus subnixis cum funibus colluctari videntur ingenti moli promovendae tantum non impares, multa agendo revera nihil agere.

460 et 462. εἶα μάλα et ἔτι μάλα] item in Lysistrata: „εἶα μάλ', ἔμβα" [2]). Particula μάλα urgendo nunc inservit, ut supra [3]). Recte in scholiis est adscriptum: „μιμεῖται δὲ τοὺς βάρος τι ἐξέλκοντας", certe adscriptum fuit olim, nam nunc est „τοὺς βαρβαριστὶ ἐξέλκοντας". Quod ludicrum est dittographema.

464—507. Opus parum promovere vel etiam impedire qui hoc loco dicuntur *Boeoti, Lamachus, Argivi, Lacones, Megarenses*, fuerintne revera spectantium oculis obiecti omnes necne, dubitari potest; sed veri videtur similius, ne certum dicam, *fingi* tantum fieri haec omnia, quemadmodum finguntur homines e cuncta Graecia concurrisse; distingui autem inter se Boeoti Megarenses ceterae gentes satis apte non potuerunt. Itaque sequitur ut nullos mox e coetu *discedere* homines statuamus, sed discedere fingi tantum.

464. ὁμοίως] *pariter*, quod mox dicitur ὁμοθυμαδόν [4]) sive *pari omnes studio*.

---

[1]) Vs. 682. — [2]) Lys. 1281 (1303); praeterea vid. infra vs. 487. — [3]) Vs. 5; praeterea vid. ad Ran. 864. — [4]) Vs. 484.

οὐ ξυλλήψεσθ'; οἵ' ὀγκύλλεσθ'! —
(Chori partem voce irata increpans:)
οἰμώξεσθ', οἱ Βοιωτοί.

ΕΡΜΗΣ.
εἶά νυν!

ΧΟΡΟΣ.
εἶα ὤ!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.
(ad coryphaeum et alterius hemichorii ducem:)
ἄγετον, ξυνανέλκετον ἤδη σφώ.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.
οὔκουν ἕλκω καὶ ἐξαρτῶμαι
καὶ ἐπεμπίπτω καὶ σπουδάζω;

469—471. Sic distribuit Paley (ad Boeotum aliquem et unum e Megarensibus pronomen σφώ dici ratus). In V R versus 469 Choro (Coryphaeo) tribuitur Mercurium et Trygaeum alloquenti, vs. 470 sq. Trygaeo, et sic oritur molestissima quaestio, ne absurdam dicam, quomodo Trygaeus et Mercurius, qui ante Iovis aedes in caelo versari iam fingantur, una cum choreutis fune protrahere possint Pacem ex antro terrestri. Neque apte sic, quod (iure, ut opinor) fieri iubent scholia, versus 472 tribui potest Mercurio. Cf. vs. 417.

469. ἄγετον, ξυνανέλκετον] αγε τὸν ξυνάλκετον (γε superscr.) V, ἄγετον ξυνέλκετον R. || *ἤδη] καὶ V R metro invito (cf. vs. 496). Cui alii aliter opitulati sunt; GHermann versus initio supplebat ἀλλ' (cf. Lys. 665), dein Dobree ἄγετε, ξυνανέλκετε scribebat, Meineke ἄγετόν νυν ἕλκετε (vid. dualis errore invectus Nub. 1506 Plut. 75). Equidem unum quam plura vitia irrepsisse veri similius ratus scripsi quod vides.

471. ἐπεμπίπτω] ἐπεντείνω (ut vs. 515) vHerwerden.

---

465. Otiosi quidam adstant ὀγκούμενοι sive ἀποσεμνυνόμενοι [1]), at haud impune laturos [2]) minatur Trygaeus. Obiectum internum est οἷα, idem enim valet quod: „οἷον ὄγκον ὀγκοῦσθε!" Sic alibi: „οἷα ὑπέρχεται!" „οἷα πιππίζουσιν!" [3]). Similem usum praestat singulare οἷον [4]).

466. *Boeoti* Plataeam [5]) et Panactum [6]) oppida Atheniensibus erepta servare quam reddere malebant neque ad pacem mox accesserunt [7]), sed „δεχημέρους ἐπισπονδάς;" sive inducias undecimo quoque die redintegrandas cum Atheniensibus inierunt [8]). Futuri „οἰμώξεσθε" ea est vis quae infra futuri „κλαύσει" [9]).

470 sq. ἐξαρτῶμαι καὶ ἐπεμπίπτω] feliciter his verbis pinguntur violenti conatus onus gravissimum protrahentium [10]) „corpore resupino, rursus remigum instar corpore prono et procumbente novam funis partem ad se attrahentium" [11]).

---

[1]) Vid. Ran. 703 et ad Eq. 224 Ran. 92. — [2]) Cf. Nub. 217 et vid. ad Ran. 178. — [3]) Eq. 269 Av. 306. — [4]) Vid. ad Eq. 367. — [5]) Thucyd. V 17. — [6]) Vid. ibid. 3 § 5, 5 § 7, 35 § 5, 36 § 2, 39—42. — [7]) Ibid. (c. 17). — [8]) Ibid. 32 § 5. — [9]) Vs. 532. — [10]) Cf. Eccl. 2 et Soph. Ai. 42. — [11]) Richter.

ΕΡΜΗΣ.

πῶς οὖν οὐ χωρεῖ τοὔργον;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὦ Λάμαχ', ἀδικεῖς ⟨ἐμποδὼν καθήμενος.⟩
οὐδὲν δεόμεθ', ὦ ἄνθρωπε, τῆς σῆς μορμόνος.

ΕΡΜΗΣ.

οὐδ' οἶδ' ἐποίουν οὐδὲν Ἀργεῖοι πάλαι
ἀλλ' ἢ κατεγέλων τῶν ταλαιπωρουμένων,
⟨καὶ ταῦτα⟩ διχόθεν μισθοφοροῦντες ἄλφιτα.

475. *οὐδ'* R] *εὖ δ'* V. || *οἶδ'* Blaydes] *οἶδε γ'* V R. || *ἐποίουν* Heimsöth] *εἷλκον* V R; litterae *ΟΙΔΕΠΟΙΟ.Ν* male sunt lectae *ΟΙΔΕΓΕΙ(λκ)ΟΝ*.

472. „*Qui fit igitur* [1]) *ut opus non procedat?*" [2]).

473 sq. *Lamachus* dux strenuus et bellicosus procul hinc se proripere iubetur, ne *ἐπισσείων Γοργείην κεφαλὴν δϝεινοῖο πελώρου* metu torpere faciat omnia [3]). Verbi *ἀδικεῖν* similis est usus in Phidippidis *ἵππους ὀνειροπολοῦντος* clamore: „*Φίλων, ἀδικεῖς· ἔλαυνε τὸν σαυτοῦ δρόμον*" [4]). Quod autem *ἐμποδὼν καθῆσθαι* dicitur Lamachus, non ad litteram id est accipiendum, quasi revera *humi consederit* ille [5]), sed transfertur nunc, ut Gallicum „*s' asseoir dans les jambes des gens*" [6]), item in Pherecratis verbis mox afferendis [7]). Et omnino *καθῆσθαι* — ut *κεῖσθαι* — non *standi* verbo opponi solet, sed *movendi*. Rei notissimae exemplum classicum praebet Iliadis ille versus, ubi milites dicuntur *καθῆσθαι ἀσπίσι κεκλιμένοι*, *clipeis innisi* [8]), — quod *sedentes* ne potuissent quidem, etiamsi coram hostibus considere lubuisset. — Ceterum Lamachus (strategus?) brevi posthac fuit inter subscriptores induciarum et mox foederis cum Lacedaemoniis initi [9]).

475—477. „*Ecce autem Argivi quoque dudum nihil agunt, sed rident nos desudantes, duplici tamen mercede conducti.*" — Idem de iis dixit Pherecrates in scholiis allatus: „*οὗτοι γὰρ ἡμῖν οἱ κακῶς ἀπολούμενοι | ἐπαμφοτερίζουσ' ἐμποδὼν καθήμενοι*" [10]). Bellum, quo cetera Graecia gravissime est vexata, solis Argivis non nocuit, immo magnopere profuit, *τούτοις γὰρ εἰς ἀμφοτέρους φιλία ἦν* [11]). Itaque Peloponnesi hegemoniam sperare et mox affectare coeperunt [12]). Verbis minacibus Trygaeus mox eos increpat [13]).

476. *ἀλλ' ἤ*] *nisi*, idem valent particulae *εἰ μή* [14]).

477. *ἄλφιτα*] contemtim loquentis haec est vox [15]).

---

[1]) Vid. ad Av. 278. — [2]) Item vs. 509 sq.; vid. ad Thesm. 782. — [3]) Cf. infra vs. 561 Ach. 574, 582 Ran. 925. — [4]) Nub. 25. — [5]) „Sitting idle among busy workers" (Merry). — [6]) Quod optimo iure confert Mazon. — [7]) Vid. ad vs. 475—477; item nos: *iemand in den weg zitten* vel: *in angst zitten* (vs. 642) et similia. — [8]) Hom. *Γ* 134 sq. — [9]) Thucyd. V 19 et 24. — [10]) Pherecrat. fr. 19. — [11]) Thucyd. II 9 § 2. — [12]) Vid. Thucyd. V 27 sq. et ad Eq. 465. — [13]) Vs. 493. — [14]) Vid. ad Ran. 928. — [15]) Ut nostrum: *ergens een broodje uithalen*. Vid. ad Nub. 176 et Eq. 575.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀλλ' οἱ Λάκωνες, ὦ 'γάθ', ἕλκουσ' ἀνδρικῶς.

ΕΡΜΗΣ.

ἆρ' οἶσθ'; ὅσοι γ' αὐτῶν ἔχονται ἐν τῷ ξύλῳ,
μόνοι προθυμοῦντ', ἀλλ' ὁ χαλκεὺς οὐκ ἐᾷ.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οὐδ' οἱ Μεγαρῆς δρῶσ' οὐδέν.

ΕΡΜΗΣ.

ἕλκουσιν δ' ὅμως
γλισχρότατα σαρκάζοντες ὥσπερ κυνίδια.

478. ἀλλ'] οὐδ' Blaydes, sed quod sequitur „ὦ ἀγαθέ" *obloquentis* vel *hortantis* est (vid. ad Thesm. 1077).

479. ἐν τῷ ξύλῳ] τοῦ ξύλου V R, quod mutavi virum d. Richards secutus, qui ἐνέχονται τῷ ξύλῳ coniecit. Dativum praebet schol. R: „τῷ ξύλῳ τῆς ποδοκάκης κτέ.", poscit sana ratio (vid. comment.); in codicibus praepositio ἐν etiam loco simili Eq. 1049 omissa est, item Eq. 367 Nub. 592 infra vs. 770. Varia conamina virorum doctorum lectionem traditam utcunque interpretantium sciens praetereo.

481—483. In V R Mercurii sunt omnes; in versu 481 personam mutavit Bentley scholiastam secutus, post versum 482 Reiske.

481. Μεγαρῆς] -εῖς V R, item V vs. 500. || δρῶσ' οὐδέν R] δρῶσιν V.

478—480. „*At Lacones certe pro virili parte contendunt!*" Trygaeus ait, nihil dubitans quin hi certe pacem appetant. Cui alia omnia respondet Mercurius: „*Ain vero? impigrosne se praestare Laco*„*nes? Illi soli qui in carcere haerent* „*sunt prompti atque alacres . . . si modo* „*sinerent vincula!*" — Nulla igitur ne in Peloponnesiis quidem est spes, nam qui soli ex iis Pacem libentissime reducerent, si possent, non adsunt hic, sed retinent eos „τεῖχος ξύλινον πύργοι τε σιδηροῖ" [1]), quippe ἐν τῷ ξύλῳ δεδεμένους. Pro ferreis vinculis commemoratur nunc qui vinculis eos inclusit faber ferrarius [2]). Lacones, quos in Sphacteria insula Cleon cepit, quartum iam annum in vinculis languent [3]); post foedus ab Atheniensibus cum Lacedaemoniis initum libertatem recuperarunt.

481—483. „*Neque Megarenses quicquam agunt!*" [4]) Trygaeus clamat. Cui Mercurius: „*Avidissimos* [5]) *tamen hi se prae*„*stant et veluti caniculae ringuntur.*" At ille inclementer ridens: „*Fame, opinor,* „*cruciati!*" pessime enim, utpote Atheniensis, odit vicinae civitatis cives. Megarensibus hoc tempore „οὐκ ἤρεσκε τὰ πρασσόμενα", quoniam Nisaeam portum Athenienses iis reddituri non erant [6]).

482. σαρκάζοντες] a stirpe σαρ, quae perfectum σέσηρα [7]) peperit, ductum est σαρ-(ο)κάζειν, cui verbo simile est e. g. χα-σκάζειν [8]).

[1]) Eq. 1040, 1046—1049. — [2]) Recte schol. — [3]) Cf. praesertim Eq. 469 et Nub. 186 quaeque ad illos locos annotavi. — [4]) Item vs. 505; cf. ποιεῖν Xen. Hell. III 1 § 7. — [5]) Vid. ad Nub. 1004. — [6]) Thucyd. V 17; vid. supra ad vs. 246—250. — [7]) Infra vs. 620 Vesp. 901. — [8]) Vid. ad Ran. 966 Nub. 509 Enchirid. dict. ep. p. 356.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὑπὸ τοῦ γε λιμοῦ, νὴ Δί', ἐξολωλότες.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

οὐδὲν ποιοῦμεν, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' ὁμοθυμαδὸν
ἅπασιν ἡμῖν αὖθις ἀντιληπτέον.

Antistropha (vs. 486—499).

ΧΟΡΟΣ.

ὦ εἶα!

ΕΡΜΗΣ.

εἶα μάλα!

ΧΟΡΟΣ.

ὦ εἶα!

ΕΡΜΗΣ.

εἶα νὴ Δία!

ΧΟΡΟΣ.

μικρόν γε κινοῦμεν!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οὔκουν δεινὸν <τοῦτ' ἔστ' ἤδη>,

---

484 sq. Coryphaeo (Choro) dedit Dindorf; Trygaeo diserte tribuunt V R.
484. ὦ R] om. V.
486—490. Vid. ad vs. 459—463.
491. Lacunam indicavit Dindorf, quam alii aliter explerunt, Merry verbis „κἄτοπον, ὑμῶν" (coll. schol.), ego ita ut vides. In recc. est: „οὐ δεινόν", ante versum autem 490 additur: *ΤΡ.* ὦ εἶα ὦ εἶα, quibus receptis Bentley scribebat μικρὸν κινοῦμέν γ'. — οὐ δεινόν.

---

483. ὑπὸ τοῦ...λιμοῦ] *propter notam illam famem* [1]; „διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοὺς παῖδας ἐπίπρασκον τοὺς ἑαυτῶν" scribit scholiasta, lepidum caput, res revera gestas referre se ratus; miror quod non addidit solitos fuisse „pro porcellis" prolem venditare „anthropophagis"! Sic scilicet in nugas absurdas sunt conversa quae prudens olim interpres annotaverat: „iocorum „fontem perennem comicis praebuisse „famem illam Megaricam; sic in Acharnensibus fabula induci patrem Megarensem filiolas vendentem" [2].

484. ὁμοθυμαδὸν] quod modo „ὁμοίως" dictum [3]). Sic Pisetaerus: ὁμοθυμαδὸν | σποδεῖν ἅπαντας τοὺς ἀλαζόνας δοκεῖ" [4].

485. ἀντιληπτέον] χρὴ ἀντιλαβέσθαι. Item alibi simplex: „ληπτέον μᾶλλον", i. e. μᾶλλον λαβέσθαι χρή [5].

487. εἶα μάλα] item supra [6].

---

[1]) Vid. ad Nub. 835. — [2]) Cf. Acharn. Proleg. p. IV, 5. — [3]) Vs. 464. — [4]) Av. 1015 sq. — [5]) Eq. 603. — [6]) Vs. 460.

τοὺς μὲν τείνειν, τοὺς δ' ἀντισπᾶν; —

(Alta minacique voce:)

πληγὰς λήψεσθ', ὦ Ἀργεῖοι.

ΕΡΜΗΣ.

εἶά νυν!

ΧΟΡΟΣ.

εἶα ὦ!

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὡς κακόνοι τινές εἰσιν ἐν ἡμῖν.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὑμεῖς μέν νυν, οἱ κιττῶντες

τῆς εἰρήνης, σπᾶτ' ἀνδρείως.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' εἴσ' οἳ κωλύουσιν.

ΕΡΜΗΣ.

ἄνδρες Μεγαρῆς, οὐκ εἰς κόρακας ἐρρήσετε;

---

493. *ὦ Ἀργεῖοι*] *ἀργεῖοι* Meineke coll. vs. 466.

496. *κακόνοι* R[2] (*κακὸν οἵ* R[1])] *κακοὶ* V. || *ἡμῖν* Brunck] *ὑμῖν* V R.

497. *νυν* Lenting] *οὖν* V R, *γοῦν* Bentley, Dindorf *ἀλλ' οὖν ὑμεῖς γ' οἱ κ.* (cf. Aesch. Prom. 1058).

498. *ἀνδρείως* Bentley] *ἀνδρικῶς* V R; cf. Eq. 453.

499. *εἴσ'*] *εἰσὶν* V R.

500—507. Mercurio dant V R; Trygaeo tribuit Richter, solos vs. 500 - 502 Mazon.

---

496. „*Crede mihi, sunt inter nos quidam malevoli*". Non exclamantis nunc est *ὡς*, sed ellipticus hic est particulae usus [1]). Adiectivum *κακόνους* apud comicos non redit [2]), neque apud eos inveniuntur *κακόνοια κακονοεῖν* aut *δύσνους* [3]).

497—499. „*At vos certe, qui pacem tantopere appetitis, fortiter trahite!*" Trygaeus increpat agricolas. Cui „*Id ipsum facimus!*" respondet dux chori: „*non* „*est cur etiam incites nos; nam quod nihil* „*promovetur, non nostra ea est culpa, sed* „*maligne obnitentium quorundam.*"

497. *κιττῶντες*] fortius hoc est verbum quam *ἐρᾶν* vel *ποθεῖν*, valet enim *δαιμονίως καὶ ὑπερφυῶς ἐπιθυμεῖν* [4]). Sic Philocleon ille *κιττᾶν* se dicit *τοῦ δικάζειν* [5]).

498. *σπᾶτε*] imperativum esse, non indicativum, disertis verbis non dicerem, rem minime dubiam ratus, nisi aliter censerent interpretes complures [6]). *Laudibus* non iam est locus aut tempus; fac autem laudari tamen nunc chorum: aptum sensum non praebebit *ἀλλά* particula, qua respondendi initium facit coryphaeus.

500—502. Non pretioso aliquo unguento, quo decebat deam virginem,

---

[1]) Item supra vs. 320; vid. ad Ach. 333. — [2]) Neque apud Platonem legitur; frequens tamen est apud Xenophontem et Lysiam. — [3]) vHerwerden. — [4]) Vid. Plut. 675. — [5]) Vesp. 349. — [6]) Blaydes, Merry, Mazon.

μισεῖ γὰρ ὑμᾶς ἡ θεὸς μεμνημένη·
πρῶτοι γὰρ αὐτὴν τοῖς σκορόδοις ἠλείψατε.
καὶ τοῖσι Θηβαίοισι παύσασθαι λέγω
ἐντεῦθεν ἐχομένοις ὅθεν νῦν ἕλκετε·
οὐδὲν γὰρ ἄλλο δρᾶτε πλὴν διστάζετε.
ἀλλ', εἴπερ ἐπιθυμεῖτε τὴν <θεόν ποτε

503—507. Textus traditus hic est: *καὶ τοῖς Ἀθηναίοισι παύσασθαι λέγω κτέ.*, | *οὐδὲν γὰρ ἄλλο δρᾶτε πλὴν δικάζετε.* | *ἀλλ' εἴπερ ἐπιθυμεῖτε τήνδ' ἀνελκύσαι,* | *πρὸς τὴν θάλατταν ὀλίγον ὑποχωρήσατε.* Quae merae sunt tenebrae. Non enim intellegitur quid sit: „*deam protrahere si vultis, hinc abite*," — nam sic interpretandum esse „*ὑποχωρῆσαι*" docent quae sequuntur coryphaei verba „*αὐτοὶ δὴ μόνοι*". Et *quinam* paullulum discedere iam iubentur? *Athenienses* scilicet. Quid hoc? Itane *οἱ ἐξ ἄστεως* (vs. 1185 Eccl. 300) opponuntur *rusticis*? Sed non est ea nominis *Ἀθηναίων* vis! Praeterea suspicionem movet „*ἥδε*" de dea in antro etiam abdita usurpatum; nam versus 417, ubi idem fit, et manifesto laborat vitio et totus spurius videtur. Neque „*δικάζειν*" verbum contextui est aptum; ego certe Atheniensium *φιλοδικίαν* (vs. 349 Ach. 376 Av. 40 etc.) hinc alienam arbitror. Denique *maris* mentio vitium crepat. „De terrestri dicione aliquid remittere Athenienses iubentur": sic interpretes hodierni, cum Berglero rati respici Themistoclis illud: „*ἀνθεκτέα τῆς θαλάττης*" (Thucyd. I 93 § 4; cf. Eq. 815). At neque apte sic dici id poterat, neque ad argumentum in quo versamur nunc pertinet. Nec tamen aptius duco quod coniecit Dobree: *ἀπὸ τῆς θαλάττης*. Quae cum ita essent, in vs. 503 scripsi **τοῖσι Θηβαίοισι* et in vs. 505 **διστάζετε*, in vs. 506 sq. autem vetustam lacunam infeliciter olim expletam esse ratus dedi quae contextui apta videbantur, exempli causa et cancellis inclusa. *Boeotorum* mentio quaedam hoc loco expectatur — non dico *necessariam* fuisse, sed expectatur tamen potius quam miros nos possit habere, postquam et Megarenses et Argivi bis sunt commemorati.

sed allio suo graveolenti [1]) Pacem perfricuerunt Megarenses; revera eam *ἐσκοροδισαν* sive *exacerbarunt* [2]). Nempe primam turbarum causam Megarenses dedisse dicebantur, qui anno 446 ab Atheniensibus defecissent et aliquot annis post Anthemocritum Atheniensium praeconem occidissent [3]). Ob decantatum illud crimen *in malam rem abire* iam iubentur [4]).

503—505. Etiam Boeotorum tergiversantium iam facta est mentio [5]). „*Nihil aliud* [6]) *agitis nisi quod ambigitis*" iam ad eos Mercurius. Nihil omnino igitur agunt, sed *ὀγκυλλόμενοι* alios praepediunt. Verbum *διστάζειν* [7]) sic interpretatur lexicon Hesychianum: „*διστάζει*] „*διχονοεῖ, ἀπορεῖ, ἀμφιβάλλει.*" Non *ὁμοθυμαδόν* sed *διαστάντες* opus sunt aggressi. Haud indignus qui conferatur est versus comici anonymi: „*ἐν δὲ διχοστασίῃσι καὶ Ἀνδροκλέης πολεμαρχεῖ*" [8]).

[1]) Vid. ad Ach. 761 et cf. supra vs. 246—250. — [2]) Cf. Eq. 946 et vid. ad Eq. 494. — [3]) Cf. Ach. 526—539 et infra vs. 608 sqq. — [4]) Vid. ad Plut. 604 Nub. 789 Ran. 607. — [5]) Vid. vs. 466. — [6]) Vid. Av. 19. — [7]) Si recte sic scripsi; cf. ann. crit. — [8]) Fr. com. adesp. 51; cf. etiam Vesp. 41.

ἰδεῖν παροῦσαν>, ὀλίγον ὑποχωρήσατε.

(Ceteri omnes abire iam finguntur; soli remanent qui chorum efficiunt agricolae Attici.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἄγ', ὦ ἄνδρες, αὐτοὶ δὴ μόνοι λαβώμεϑ' οἱ γεωργοί.

(Ingenti nisu trahunt.)

ΕΡΜΗΣ.

χωρεῖ γέ τοι τὸ πρᾶγμα πολλῷ μᾶλλον, ὦ ἄνδρες, ὑμῖν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

χωρεῖν τὸ πρᾶγμά φησιν· ἀλλὰ πᾶς ἀνὴρ προϑυμοῦ.

(Apparet Deae caput.)

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(laeta voce:)

οἵ τοι γεωργοὶ τοὔργον ἐκτελοῦσι, κἄλλος οὐδείς!

(Sequentes versus dum proferuntur, altius sensim assurgit Dea. Ingentis est staturae, altera autem manu Oporam, altera Theoriam sustinet.)

ΧΟΡΟΣ.

ἄγε νυν! — ἄγε πᾶς!

ΕΡΜΗΣ.

καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν ἤδη.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

μὴ νυν ἀνῶμεν, ἀλλ' ἐπεν-
τείνωμεν ἀνδρικώτερον.

---

511. ἐκτελοῦσι vHerwerden] ἐξέλκουσι V R.

512—519. Sic distribuit Reiske; in V vs. 512 Choro, 513—515 Mercurio tribuuntur, ante vs. 516 et 517 sunt paragraphi (Choro igitur tribuitur 516, Mercurio 517); in R vs. 512—519 Chori sunt omnes.

---

508. „*En soli iam sumus agricolae: quin denuo igitur opus aggressi peragimus!*" Ceteri igitur discesserunt.

509 sq. χωρεῖ(ν)...τὸ πρᾶγμα] eadem quae supra locutio [1]).

511. Nunc quoque apparet id quod saepius dixit comicus, „τοὺς αὐτουργοὺς μόνους τὴν γῆν σῴζειν" [2]).

512 et 517. πᾶς] etiam supra hac voce inter se incitarunt choreutae [3]).

513. ὁμοῦ] fere = ἐγγύς [4]). Usque ad soli superficiem iam protracta est dea.

---

[1]) Vid. vs. 472 et ad Thesm. 782. — [2]) Eur. Or. 920, ubi cf. vicina; vid. etiam Eq. 805. — [3]) Vid. vs. 301 et ad Ran. 372. — [4]) Vid. ad Eq. 245.

ΕΡΜΗΣ.

ἤδη ἐστὶ τοῦτ' ἐκεῖνο.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ εἶά νυν! — ὦ εἶα πᾶς!
ὦ εἶα, εἶα, εἶα, εἶα, εἶα, εἶα!
ὦ εἶα, εἶα, εἶα, εἶα, εἶα πᾶς!
(Tota emersit Pax.)

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὦ πότνια βοτρυόδωρε ... τί προσείπω σ' ἔπος;
πόθεν ἂν λάβοιμι ῥῆμα μυριάμφορον,

518 sq. Clamores hos ut in metri aliquam speciem componeret, Richter scribebat: ὦ εἶα εἶα εἶα νῦν, | ὦ εἶα εἶα εἶα πᾶς. Heliodorus quid legerit e scholio metrico effici nequit. In R vs. 519 sextum εἶα deest.
520. τί V] om. R. Cf. Thesm. 463.

516. Ita ordinanda sunt verba: „τοῦτο ἤδη ἐστὶν ἐκεῖνο" [1]), *ecce tandem id quod volebam! tandem denique fit id quod requirebatur.* Nempe emergit deae vertex.

520. In suam sedem iam deducta Pacis effigies alte supereminet chorum. Quod in ridiculum detorqueri facillime potuit comici inventum, et proximo anno revera detortum esse ab aemulo Eupolide in Autolyco fabula [2]), item mox a Platone in Victoriis, testatur vetus grammaticus [3]). Hoc opinor praesertim carpserunt, certe haud immerito carpere potuerunt, quod non satis apparet fueritne ipsa Pax an eius imago in antrum detrusa. Si dea, — funibusne erat protrahenda? ingredi igitur non poterat? Sin imago: haecine erat causa cur ipsa pax ex terris evanesceret? Loqui autem mox et moveri dicitur Pax: ipsa igitur dea esse videtur. At dedicatur deinde [4]): imago igitur erat tamen. Quamquam iniquus sit qui fabulae comicae argumentum artis dialecticae legibus ita adstringi poscat et serio talia vituperet. Mercurii quoque in Nubibus fabula *effigies* Strepsiadi respondet interrogata [5]), prisci autem mythi habebant simulacra complura oculos vel manus vel ipsum corpus moventia [6]), et *Plutum* deum, non eius imaginem, Chremylus cum suis reducunt in arcem, *ἱδρυσόμενοι οὗπερ πρότερον ἦν ἱδρυμένος* [7]).

— *τί προσείπω σ' ἔπος*] *quonam nomine te salutem?* [8]). Item verba frustra quaerens Strepsiades: „ὦ ... τί σ' εἴπω!" [9]). — Trygaeus quod addit „ἔπος", dictioni altius nunc assurgenti bene id convenit; est autem figura haec quae dicitur etymologica, ut *λέγειν λόγον*. Cf. locutio *ὡς ἔπος εἰπεῖν*, quae quotidiani est sermonis [10]).

521. Desiderat Trygaeus „*μέγα καὶ λάρινον ἔπος τι*" [11]), quo ingentem Deam alloquatur. Dictionis autem ampullatae

[1]) Vid. ad Ran. 318. — [2]) Archonte Aristione (Athen. 216 *d*), i. e. Ol. 89, 4 sive anno 420. Cf. infra vs. 751 et vid. ad Vesp. 1026. — [3]) Schol. Plat. Apol. p. 19 *c*. — [4]) Vs. 923 sqq. — [5]) Nub. 1483. — [6]) Vid. e. g. Verg. Aen. II 172—175. — [7]) Plut. 1191 sq. — [8]) Vid. ad Ach. 266. — [9]) Nub. 1378; cf. etiam Lys. 350. — [10]) Vid. etiam Nub. 1375 Eccl. 751. — [11]) Av. 465; cf. etiam Vesp. 481.

ὅτῳ προσείπω σ'; οὐ γὰρ εἶχον οἴκοθεν.
ὦ χαῖρ' Ὀπώρα, καὶ σὺ δ', ὦ Θεωρία.
οἷον δ' ἔχεις τὸ πρόσωπον, <Εἰρήνη φίλη>!
οἷον δὲ πνεῖς, ὡς ἡδὺ κατὰ τῆς καρδίας!

522. *προσείπω σ'*] *προσείποιμ'* Blaydes (ut Thesm. 24 Soph. Ai. 1217); vid. comment. || *εἶχον*] *ἦγον* Naber.

523—526. Del. Hamaker, ad lacunam explendam additos ratus.

524. *Εἰρήνη φίλη* Meineke] *ὦ θεωρία* V R, quod e versu proximo repetitum est nomen; nam ad ipsam Pacem deam, non ad eius ministram, haec dici patet. Simile vitium textus traditus habet vs. 530 (ubi vid.). Blaydes coniecit: *ὦ φίλη θεά.*

sunt „*πόθεν ἂν λάβοιμι ...;*" [1]) et praesertim adiectivum sesquipedale „*μυριάμφορον*" [2]). Quod ad *βοτρυόδωρον* pertinet: „*verbum quo satis exprimam quantus vini proventus tempore pacis esse soleat*" [3]). — Ternae amphorae tantum fere capiebant vini quantum binae „ancorae" quae dicuntur hodie [4]). Proprium sensum adiectivum servat apud Thucydidem, ubi *ναῦς μυριάμφορος* commemoratur [5]); metaphora autem simillima apud Homerum usus Aeneas „*οὐδέ κε νηῦς ἑκατόνζυγος ἄχθος ἄροιτο*" ait ad Achillem [6]), crimina dicens quibus inter se Troiani et Achaei possint lacessere, si velint.

522. *ὅτῳ προσείπω σε*] „dubitantis" qui vocatur hic est subiunctivus, ut si Trygaeus dixisset: „*οὐκ ἔχω ... ὅτῳ σε προσείπω*". Sic in Equitibus Paphlago: „*οὐ λαγῷ' ἕξεις ὁπόθεν δῷς*" [7]), et coryphaeus: „*τίν' ἔχων φήμην ἀγαθὴν ἥκεις, ἐφ' ὅτῳ κνισῶμεν ἀγυιάς;*" [8]).

— *οὐ γὰρ εἶχον οἴκοθεν*] ludicre haec discrepant a canoris verbis quae sunt praemissa: „*non enim domo attuli*" [9]). Sic in Nubibus risum movet Strepsiades gravissima verba Socratis Deas suas invocantis interstrepens: „*utinam petasum certe haberem!*" [10]). — Vinum et pateram et suillam attulit secum vir sollertissimus: *verba* quae caelitibus daret ipsis digna — *εἰκὸς γὰρ τοὺς θεοὺς καὶ τοῖς ῥήμασι πολὺ μείζοσι χρῆσθαι τῶν ἀνθρώπων* — nescio quo mentis errore afferre oblitus est.

523. Ut Helena illa vel Penelope, sic Pax prodit *οὐκ οἴη· ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕπονται, Opora* et *Theoria* [11]), fructuum auctumnalium abundantiam laetaque sollemnia promittentes. Nempe non etiam caedentur arbores, neque intra moenia latitandum erit civibus [12]). Has autem Pacis comites, quae simul cum ea ex antro terrestri emerserunt, Trygaeo et Mercurio iam proximas esse mox apparet [13]); unde efficitur deam ipsis manibus eas sustentasse et veluti porrexisse [14]), quemadmodum Victoriam manu gestabat Phidiae illa Virgo et ipsam Pacem Cephisodotus saeculo IV° fecit Plutum puerum gestantem.

525 sq. „*Quam suave spiras* [15]) *in pectus meum: nempe armorum et expedi-*

[1]) Vid. ad vs. 68 Eq. 16 Eccl. 363. Praeterea cf. supra vs. 21. — [2]) Nos fere: *een duizend okshoofds-term.* — [3]) Bergler. — [4]) Singulae „ancoram" fere aequasse dicendae essent, si e Philyll. fr. 7 iure efficeretur amphoram ibi vocari *metreten.* — [5]) Thucyd. VII 25 § 6; codd. *μυριοφόρος*: corr. Heilmann et Lobeck (Phryn. p. 663). — [6]) Hom. Υ 247. — [7]) Eq. 1192. — [8]) Eq. 1320. — [9]) Vid. supra vs. 142 et ad Nub. 57. — [10]) Nub. 268. — [11]) Vid. ad vs. 707 sq. — [12]) Cf. vs. 342 sq. — [13]) Vid. vs. 706—728. — [14]) Sic Blaydes Proleg. p. X; vid. infra ad vs. 707 sq. et ad 713 sq. — [15]) Cf. Lys. 552 Vesp. 7.

γλυκύτατον, ὥσπερ ἀστρατείας καὶ μύρου!

ΕΡΜΗΣ.

μῶν οὖν ὅμοιον καὶ γυλίου στρατιωτικοῦ;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

„ἀπέπτυσ' ἐχθροῦ φωτὸς ἔχθιστον πλέκος."
τοῦ μὲν γὰρ ὄζει κρομμυοξυρεγμίας,
ταύτης δὲ <βοτρύων>, ὑποδοχῆς, Διονυσίων,

$528-532^{a}$. Trygaeo diserte tribuunt V R, Choro (Coryphaeo) dat Brunck.

529. *κρομμυοξυρεγμίας*] *-οξερυγμίας* Dobree, *-οξυερυγμίας* Blaydes, recte, ut opinor.

530—538. Vicissim haec dicere Trygaeum et Mercurium putabat Reiske coll. Plut. 190—192. Sed sic versus $532^{b}-534$, qui sunt dei impudenti mortali minantis, Trygaei fiant necesse est, neque *„ἄλλων τε πολλῶν καὶ ἀγαθῶν"* verba utrivis apte possunt tribui, neque vero ita a se discrepant singula quae hoc loco enumerantur ut Pluti l. l. et similibus, ubi ab altero gravia et seria proferuntur, ab altero ludicra et vilia.

530. **δὲ βοτρύων*] *δ' ὀπώρας* V R. Manifestum emblema duco *ὀπώρας*, quod voci *ταύτης* olim est adscriptum, quemadmodum vs. 846 in R legitur: *„ἐγὼ δ' ἀποδώσω τὴν θεωρίαν τήνδε τῆι βουλῆι τέως"*. Non recte autem nostro loco adscriptum est Oporae nomen, nam de *Pace* dea nunc loquitur Trygaeus. Sed quod substitui vocabulum unum esse e pluribus quae proponi possint probe scio.

---

tionum spiras finem". — Similem structuram habent verba quibus incipit Nubium fabula [1]). Dulcem autem *ἀστρατείας* illum odorem ex Acharnensibus probe novimus [2]). Quod denique paratactice inter se iunguntur *ἀστρατεία καὶ μύρον*, agnoscimus genus loquendi quo alibi sociantur *σμῖλαξ καὶ ἀπραγμοσύνη* [3]) vel *μύρον καὶ δαπάνη* [4]).

527. *„Numne* [5]) *etiam sportae militaris* [6]) *tam suavis est odor?"* — quae *σιτίοις ἡμερῶν τριῶν* identidem impleta [7]) indelebilem servat odorem salsamentorum olivarumque putrium et allii caseique veteris [8]). Mente repetendum est *πνεῖ*, quod idem valet atque *ὄζειν* in Trygaei verbis proxime sequentibus. Eandem structuram habent e. g. verba aniculae illius: *„ὄζειν . . . τῆς χροιᾶς ἔφασκεν ἡδύ μοι"* [9]).

528. Telephi Euripidei, quem etiam in Acharnensibus fabula noster risit, Trygaeus utitur verbis. Is enim Oresti puerulo mortem minitatus [10]) *„ἀπέπτυσ' ἐχθροῦ φωτὸς ἔχθιστον τέκος"* clamabat. Quae suum in usum nunc detorquens Trygaeus *τραγικῶς πάνυ* enuntiat id quod, suo si uteretur sermone, sic fere diceret potius: *„αἰβοῖ, βδελύττομαι τὸ σκεῦος ἐκεῖνο"*.

529. *ὄζει κρομμυοξυρεγμίας*] *ὀξεῖάν τινα κρομμύων ὀσμὴν ἐνερυγγάνειν* dicitur corbis [11]).

530—538. *Pax* cantica et ludos ipsamque vitam rusticam *redolet* sive *promittit* [12]).

530. *ὑποδοχῆς*] *„convivio accipiar denuo ab amicis"* [13]), — ut Dicaeopolis a Dionysi sacerdote [14]).

— *Διονυσίων*] Liberalia ceteraque deo-

---

[1]) Vid. ad Nub. 3. — [2]) Cf. Ach. 196. — [3]) Nub. 1007. — [4]) Nub. 51 sq. — [5]) Vid. ad Plut. 845. — [6]) Vid. ad Ach. 1097. — [7]) Cf. vs. 312. — [8]) Cf. Ach. 1099, 1101 Eccl. 306—308. — [9]) Plut. 1020. — [10]) Vid. ad Ach. 454. — [11]) Cf. Vesp. 913. — [12]) Cf. Nub. 50—52. — [13]) Vid. ad Ach. 979. — [14]) Ach. 1086 sq.

αὐλῶν, τραγῳδῶν, Σοφοκλέους μελῶν, κιχλῶν,
ἐπυλλίων Εὐριπίδου, —

ΕΡΜΗΣ.

κλαύσει ἄρα σὺ
<ταύτης καταψευδόμενος>! οὐ γὰρ ἥδεται
αὕτη ποιητῇ ῥηματίων δικανικῶν.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

— κιττοῦ, τρυγοίπου, προβατίων βληχωμένων,
κόλπου γυναικῶν (διατρεχουσῶν εἰς ἀγρόν),

531. *τραγῳδῶν*] *τρυγῳδῶν* Brunck non recte (cf. Av. 787).
536. *κόλπου*] *κτύπου, κώμου, ὄχλου* alia sunt proposita, sed praefero vulgatam. ‖ *ἀγρόν*] *ἰπνόν* l. a. in schol. V, prorsus inepte nisi mutetur *discurrendi* verbum; Kock *κόλπου γυναικῶν σταῖς φερουσῶν εἰς ἰπνόν* coll. schol. V: „*ἐπεὶ ὅταν πολὺ σταῖς κομί-* „*ζωσιν ὀλίγον τι κολπώσασαι τοῦ χιτῶνος ἐκ περιζώματος ἐκεῖ ἐντιθέασιν*".

rum sollemnia — sed sola Liberalia nunc commemorantur, quod ipsis Liberalibus fabula haec agitur — etiam belli tempore celebrantur sane, sed „*ἐπὶ στρατιᾶς*" qui erant laetis illis ludis interesse non poterant. In saltibus montium Trygaeus saepe alsit et esurivit, ut Lamachus in Acharnensibus fabula [1]).

531. *κιχλῶν*] nunc quoque nobis in memoriam redit Dicaeopolidis Lamachum rogantis „*πότερον ἀκρίδες ἥδιόν ἐστιν ἢ κίχλαι;*" [2]). Cum ceteris ruris commodis agricolae in urbe inclusi aegre desiderant pingues illos, quos in vineis captare solebant, turdos [3]). Racemorum hi aliarumque baccarum sunt amantissimi [4]).

532. *ἐπυλλίων Εὐριπίδου*] *Euripidis versiculi* vel *sententiolae* [5]) ludicre subiunguntur *canticis Sophocleis*.

— *κλαύσει ἄρα σύ*] item Cario ad sycophantam: „*οἰμώξει ἄρα σύ*" [6]) et ad Euripidis sodalem Critylla: „*κλαύσετ' ἄρα, νὴ τὼ θεώ, | ὅστις σ' ἀπάξει*" [7]).

534. *ποιητῇ ῥηματίων δικανικῶν*] contemtim Euripidem *verbulorum* [8]) *forensium poetam* sive *in scena rabulam* vocat Trygaeus, id est ipse comicus [9]).

535. *κιττοῦ*] *hedera* sertis coronisque nectendis apta est ipsique Libero patri erat sacra [10]).

— *τρυγοίπου*] *coli* [11]), ipsius igitur *musti* sive „*τρυγὸς εἰς λεκάνην ἠθουμένης*", ut loquitur alter aliqui Trygaeus vel Dicaeopolis in Insulis fabula verbis simillimis pacem et vitam rusticam laudans [12]): „*ταῦτα πάντ' ἐν τῇδ' ἔνι· | οἰκεῖν μὲν ἐν ἀγρῷ τοῦτον ἐν τῷ γηδίῳ | ἀπαλλαγέντα τῶν κατ' ἀγορὰν πραγμάτων, | κεκτημένον ζευγάριον οἰκεῖον βοοῖν, | ἔπειτ' ἀκούειν προβατίων βληχωμένων | τρυγός τε φωνὴν εἰς λεκάνην ἠθουμένης* [13]), | *ὄψῳ δὲ χρῆσθαι σπινιδίοις τε καὶ κίχλαις, | καὶ μὴ περιμένειν ἐξ ἀγορᾶς ἰχθύδια | τριταῖα πολύτιμ' ἄττα* [14]), *βεβασανισμένα | ἐπ' ἰχθυοπώλου χειρὶ παρανομωτάτῃ*". Ubi etiam *turdorum* et *agnorum balantium*, ut nostro loco, fit mentio.

536 sq. Cum ex urbis moenibus rus abire tandem aliquando impune licebit,

[1]) Ach. 1073 sqq. — [2]) Ach. 1116; cf. ibid. vs. 961. — [3]) Cf. infra vs. 1149. — [4]) Mazon. — [5]) Cf. Ach. 398 Ran. 942. — [6]) Plut. 876. — [7]) Thesm. 916; praeterea vid. supra vs. 466 et ad Ran. 178. — [8]) Cf. Nub. 943. — [9]) Vid. ad Ran. 954. — [10]) Cf. Pausan. I 31 et Ach. Proleg. p. X, 7. — [11]) Cf. Plut. 1087. — [12]) Ar. fr. 387. — [13]) Sic vHerwerden; *ὠθουμένης* codd. — [14]) Codd. *πολυτίμητα*, vHerwerden *καὶ πολύτιμα*.

δούλης μεθυούσης, ἀνατετραμμένου χοός,
ἄλλων τε πολλῶν καὶ ἀγαθῶν.

ΕΡΜΗΣ.

ἴθι νυν, ἄθρει
οἷον πρὸς ἀλλήλας λαλοῦσιν αἱ πόλεις
διαλλαγεῖσαι καὶ γελῶσιν ἄσμεναι!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

καὶ ταῦτα δαιμονίως ὑπωπιασμέναι
ἁπαξάπασαι καὶ κυάθους προσκείμεναι!

ΕΡΜΗΣ.

καὶ τῶνδε τοίνυν τῶν θεωμένων σκόπει
τὰ πρόσωφ', ἵνα γνῷς τὰς τέχνας.* * their several professions

537. *χοός* Suid.] *χοῶς* V R.
541—549. Sic distribui. In V versui 528 Trygaei nomen est praescriptum, in medio versu 532 indicatur persona mutata, versus 548 habet paragraphum; in R Trygaei sunt 528—530ª, post *ὀπώρας* est signum personae mutatae, item in medio versu 532; aliae personarum vices nullae h. l. indicantur. Vulgo vs. 541 sq. continuantur Mercurio, eidem dantur 544ᵇ—547, Trygaeo 543 sq.ª et 548 sq.; in medio versu 516 alterum loquendi facere initium iam viderat Paley, qui versus 544ᵇ—547 inter duos ita distribuit ut Mercurio daret vs. 544ᵇ et 546ᵇ sq., Trygaeo 545 sq.ª.

effusae laetitiae non viri soli sed et mulieres indulgebunt, ceu pecudes quae, hieme exacta, cum stabula recluduntur, per campos apertos et amoenos lasciviunt. Non sub Martis sed sub Veneris signis ibi militabitur; aliquanto autem dulcius est *ὡρικῇ τινι Θρᾴττῃ ἐντυχεῖν* [1]) *μεθυούσῃ* [2]) *καὶ τὸ χιτώνιον ἴσως παραρραγὲν ἐχούσῃ* [3]), quam acie decernere vel cum praedonibus confligere.

537. *ἀνατετραμμένου χοός*] *congii inversi*, quippe in potandi laeto certamine *siccati* [4]).

539. *οἷον*] *ut ...! quam laeto vultu ...!* [5]). Idem mox valet *ὡς* [6]).

— *αἱ πόλεις*] nempe in eo fuit ut in Belli illo mortario comminuerentur.

541. *δαιμονίως*] *mire, incredibiliter* [7]).

— *ὑπωπιασμέναι*] *ὑπώπια ἔχουσαι, κυλοιδιῶσαι, oculos cruore suffusos et sugillatos habentes* [8]). Verbum apud comicos non redit neque apud huius aetatis scriptores extat. In Novo Testamento bis (sensu translato) est usurpatum [9]).

542. *κυάθους προσκείμεναι*] is cui cutis ictu contusa tumet livetque *προστίθεται κύαθον, cucurbitam applicari sibi iubet* [10]).

543—549. Paucis verbis significantur nunc quae mox iocorum festivorum uberrimam praebebunt materiem [11]).

[1]) Ach. 271—275; cf. infra vs. 1138 et Ach. 1198 sqq. — [2]) Cf. Eccl. 1116—1120. — [3]) Ran. 412 sq.; cf. etiam Eccl. 963. — [4]) Cf. Ach. 961, 1000—1002, 1133, 1135, 1202, 1227. — [5]) Vid. ad Eq. 367. — [6]) Cf. vs. 548 sq. — [7]) Vid. ad Plut. 675. — [8]) Vid. Vesp. 1386 Lys. 444 et 472. — [9]) Ev. Luc. 18 § 5 et I Cor. 9 § 27. — [10]) Vid. Lys. l. l. (vs. 444). — [11]) Vid. vs. 1197 sqq.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

αἰβοῖ τάλας!

ΕΡΜΗΣ.

(digito aliquem inter spectatores indicans:)

ἐκεινονὶ γοῦν τὸν λοφοποιὸν οὐχ ὁρᾷς
τίλλονθ' ἑαυτόν;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(item:)

ὁ δέ γε τὰς σμινύας ποιῶν
κατέπαρδεν ἄρτι τοῦ ξιφουργοῦ ἐκεινονί.

ΕΡΜΗΣ.

(item:)

ὁ δὲ δρεπανουργὸς οὐχ ὁρᾷς ὡς ἥδεται;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(item:)

καὶ τὸν δορυξὸν οἷον ἐσκιμάλισεν!

ΕΡΜΗΣ.

ἴθι νυν, ἄνειπε τοὺς γεωργοὺς «ἀπιέναι.»

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀκούετε λεῴ· τοὺς γεωργοὺς ἀπιέναι

---

548. *ὁ δὲ δρεπανουργὸς*] *τὸν δὲ -γὸν* Cobet. || *οὐχ ὁρᾷς*] in parenthesi collocat vHerwerden (ut exclamantis hic sit versus).

550. Mercurio dant V R; vHerwerden dubitat an sit Trygaei (sequentes autem Mercurii).

551. In V propter homoeoteleuton omissum inter lineas addidit corrector, deleta annotatione, quam in margine denuo scripsit et ad vs. 553 rettulit: *ἐν ἐπεκθέσει στιΧΧ τροχαϊκῶν καταλη(κτικῶν), ὧν τελευταῖος καὶ τριαινοῦν τῆι δικέλλῃ: —*"

---

544. *αἰβοῖ τάλας!*] cum risu fidem denegantis haec est vox [1]). Serio si loqueretur Trygaeus, „*hocine perhibere sustines?*" diceret vel: „*pro impudens mendacium!*" [2]) Ex vultu nimirum hominum artem cognosci posse, id non ducit credibile.

545. „*Non credis?*" Mercurius ait: „*vide igitur cristarum illum fabricatorem capillos sibi evellentem!*"

546 sq. Iam et ipse Trygaeus rem agnoscens „*ecce autem ligonum faber*" ait „*irridet* [3]) *eum qui gladios cudit*".

549. *οἷον ἐσκιμάλισεν!*] *ut* [4]) *subsannavit* [5]), *derisit! ὡς κατεχλεύασεν!*

550. *ἄνειπε*] i. e. *κήρυττε*, *pronuntia*, *iube* [6]).

551 sq. Sollemne exordium *τῶν κηρυγμάτων* erat: „*ἀκούετε λεῴ*" [7]), itemque infinitivus iis erat proprius [8]). *Sumere* iam iubentur agricolae — non ei soli

---

[1]) Nos fere: *och wat een onzin!* — [2]) Vid. ad Plut. 706. — [3]) Vid. ad Plut. 618. — [4]) Vid. vs. 539 et ad Eq. 367. — [5]) Vid. ad Nub. 653 sq. — [6]) Cf. Eccl. 684 et vid. ad Ach. 11. — [7]) Cf. Ach. 1000 Av. 448, et vid. ad Av. 186. — [8]) Vid. ibid. et Ach. 172.

552 ⟨τὰ γεωργικὰ σκεύη λαβόντας⟩ εἰς ἀγρόν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

555 ἀλλὰ πᾶς χώρει πρὸς ἔργον εἰς ἀγρὸν | παιωνίσας

553 ὡς τάχιστ' ἄνευ δορατίου καὶ ξίφους καὶ ἀκοντίου,

554 ὡς ἅπαντ' ἤδη ᾽στὶ μεστὰ τἀνθάδ' εἰρήνης σαπρᾶς.

DUX PRIORIS HEMICHORII.

556 ὦ ποθεινὴ τοῖς δικαίοις καὶ γεωργοῖς ἡμέρα,

553—555. Coryphaeo dedi et versum 555, quem post 568 collocat Zielinski, ante 553 collocavi. In V R continuantur Mercurio, sed Coryphaei esse testantur metrum mutatum (vid. ad vs. 299 sq.) et vox *πᾶς* vs. 555, qua se ipsos sive sodales incitare solent choreutae (cf. vs. 301, 458, 512, 517 etc.), et repetitum *εἰς ἀγρόν*, non male si ab alio dicatur, moleste si bis ab eodem.

556—581. In his versibus distribuendis secutus sum Mazonium. In V R Chori sunt vs. 556—559, Trygaei 560—563, Mercurii 564—581.

---

qui chorum efficiunt, sed omnes agricolae per totam Atticam ceteramque Graeciam voce Trygaei e caelo late resonantis iubentur *sumere instrumenta rustica et* laeti, quippe tuti, *rus adire.* „Ad arma" nunc quoque vocantur, sed ad Pacis arma; non *clipeum* sumere iubentur sed *rastrum* [1]).

555 sqq. „*Quin laeto igitur clamore sublato* [2]) *rus abimus omnes* [3]), *ubi laboribus nostris vacemus! per totam enim hanc regionem iam regnat pax plena atque matura*". — In locutione *χωρεῖν πρὸς ἔργον* prisco more omittitur articulus [4]), *σαπρός* autem id quod *priscum, ἀρχαῖον* valet nunc, ut saepe in dictione familiari [5]). Laudare nimirum solent homines tempora acta se pueris [6]), integriora maiora meliora denique olim fuisse omnia facile sibi persuadentes. Sic flumina si gravi gelu diu constricta tenentur, *priscam* i. e. genuinam, veram, minime dubiam hanc esse hiemem dicere solent nostrates [7]). „*Plena pacis esse omnia*" quod ait, conferri possunt chori ad Paphlagonem crimina: „*τοῦ σοῦ θράσους πᾶσα μὲν γῆ πλέα, πᾶσα δ' ἐκκλησία κτἑ.*" [8]), et similiora etiam sunt verba mulierum Thesmophoria agentium: „*ὡς ἅπαντ' ἄρ' ἐστὶ τόλμης μεστὰ καὶ ἀναισχυντίας*" [9]).

556—559. Rata iam sunt quae quadriennio abhinc optabant *Acharnenses* illi rustici Pacem aegre desiderantes: „*ὦ . . . Διαλλαγή, . . .* | *πῶς ἂν ἐμὲ καὶ σέ τις Ἔρως ξυναγάγοι λαβών, ut novas vites et ficus et olivas serere possim, quibus belli diuturni damna reparem*" [10]). Iam novae plantae almam Deam arridebunt [11]). — Dictionis sublimioris sunt *ποθεινός* [12]) et *προσειπεῖν* [13]), „*vites*" autem „*salutare*" dicitur nunc ita ut alibi „*convenire olivas*" vel „*congredi cum polenta*" et similia [14]). Nomina „*δίκαιοι καὶ γεωργοί*" ita inter se sunt iuncta ut *δημόται καὶ φίλοι*" [15]), „*γέρων καὶ βραδύς*" [16]),

---

[1]) Cf. vs. 552 et 1318. — [2]) Cf. supra vs. 453 et Eq. 1318. — [3]) Vid. supra vs. 301 Ach. 204 et ad Ran. 372. — [4]) Vid. ad Ran. 884 et supra ad vs. 432. — [5]) Vid. ad Vesp. 1343. — [6]) „*Une paix patriarcale*" Mazon feliciter. — [7]) „*Een ouderwetsche winter*". — [8]) Eq. 304 sq. — [9]) Thesm. 702. — [10]) Ach. 989—999. — [11]) Infra vs. 596—600. — [12]) Vid. ad Ach. 886. — [13]) Vid. ad Ach. 266. — [14]) Vid. ad Eq. 806. — [15]) Eq. 320. — [16]) Nub. 129; item infra vs. 698 etc.

ἄσμενός σ' ἰδὼν προσειπεῖν βούλομαι τὰς ἀμπέλους·
τάς τε συκᾶς, ἃς ἐγὼ ἐφύτευον ὢν νεώτερος,
ἀσπάσασθαι θυμὸς ἡμῖν ἐστι πολλοστῷ χρόνῳ.

DUX ALTERIUS HEMICHORII.

νῦν μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, προσευξώμεσθα πρῶτον τῇ θεῷ,
ἥπερ ἡμῶν τοὺς λόφους ἀφεῖλε καὶ τὰς Γοργόνας·
εἶθ' ὅπως λιταργιοῦμεν οἴκαδ' εἰς τὰ χωρία,
ἐμπολήσαντές τι χρηστὸν εἰς ἀγρὸν ταρίχιον.

557. σ' rec.] om. V R (vid. ad Plut. 1131).
559. ἡμῖν ἐστι V] ἐστὶν ἡμῖν R.
560. πρῶτον τῇ θεῷ R] τῇ θεῷ πρῶτον V.
563. εἰς ἀγρὸν] οὐ σαπρὸν vHerwerden, molestam enim esse ruris mentionem repetitam, fieri autem non posse ut *salsamenta* agricolae nunc potissimum appetant, quibus plus satis belli tempore fuerint usi. Ingeniosa sane coniectura; sed vereor ut χρηστόν τι satis definite sit dictum si nullum accedat substantivum, textus autem traditus recte habere mihi videtur. Cf. comment.

similia [1]), adiectivi igitur loco habetur utrumque. Vert.: *agricolae probi* [2]), *vicani amici, senex tardus.* Insolite autem tragico illi dativo „χρόνῳ", pro quo in sermone quotidiano dicebatur „διὰ (πολλοῦ) χρόνου" [3]), additur numerale „πολλοστῷ", *multesimo tempore* [4]), quasi non temporis spatium infinitum sed certa aliqua temporis pars commemoraretur, e. g. πολλοστῷ ἔτει [5]), quemadmodum dicebant τρίτῳ vel ἑκατοστῷ ἔτει. Item Menander: „χαῖρ', ὦ Γλυκέριον. — καὶ σύ. — πολλοστῷ χρόνῳ | ὁρῶ σε" [6]), et Demosthenes „πολλοστῷ χρόνῳ μόλις ἄκοντας κατατιθέναι" dicit eos *qui vix tandem solvunt inviti et vi coacti* [7]).

561. „*Quae liberavit nos Pisandrorum et Lamachorum terriculamentis istis cristis et gorgoneis*" [8]). — Genitivus ἡμῶν *ablativi* vicem obtinet, non enim substantivis est iunctus, sed verbo [9]).

562. „*Dein quantocius properemus domum* [10]) *ad villas nostras*" [11]).

563. „*Prius autem emamus probum* [12]) *aliquod salsamentum, quod ex urbe rus* [13]) *nobiscum absportemus*". Nempe cetera fert rus [14]): *pisces* nisi in urbe haberi nequeunt; itaque apud Demosthenem fit mentio onerariae Lacriti cuiusdam, qua „τάριχος ἀνθρώπῳ τινὶ γεωργῷ παρεκομίζετο, τοῖς ἐργάταις τοῖς περὶ τὴν γεωργίαν χρῆσθαι" [15]). Recens autem captos pisces magis fortasse amabant nostri homines, sed ea merx ne in itinere putresceret periculum erat. Itaque salsamenti aliquid, non tamen σαπρὸν τάριχος, ut Lamachus ille [16]), sed χρηστόν τι ταρίχιον [17]) emturi sunt, fortasse

[1]) Vid. etiam Lys. 580. — [2]) Cf. vs. 877. — [3]) Vid. vs. 570. — [4]) Fere respondet nostratium illud „*een eeuwige tijd*". — [5]) Sic Cratin. iun. fr. 9. — [6]) Menandr. fr. 329. — [7]) Demosth. XXIV § 196. — [8]) Cf. vs. 395 et 474. — [9]) Cf. vs. 772—774, 1118 Eccl. 563 Eq. 436 etc. — [10]) Cf. Nub. 1253. — [11]) Item nos: *een boerenplaats.* Cf. vs. 1146, 1148 Eq. 1077 Vesp. 850 etc. — [12]) *Fatsoenlijk.* Vid. ad Ran. 179. — [13]) Nos: *voor buiten.* Cf. vs. 37 et 1202. — [14]) Cf. Ach. 36. — [15]) Demosth. XXXV § 32. Cf. etiam Cratin. fr. 40 et Theophr. Charact. 10. — [16]) Cf. Ach. 967, 1101 Eq. 1247. — [17]) Nos e. g. „*nieuwe haring*" vel „*anchovis*".

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὦ Πόσειδον, ὡς καλὸν τὸ στῖφος αὐτῶν φαίνεται!
καὶ πυκνὸν καὶ γοργόν, ὥσπερ μᾶζα καὶ πανδαισία.

ΕΡΜΗΣ.

νὴ Δί', ἥ γε σφῦρα λαμπρόν! ἦν ἄρ' ἐξωπλισμένη.

566. Δί'] τὸν Δί' V R. || γε Blaydes] γὰρ V R, τε Lenting. || λαμπρόν] λαμπρῶς vHerwerden. || Post λαμπρόν *enuntiatum incidi. Uno tenore legi solebat versus, itaque non poterat non vitiosus videri. Cf. vs. 197 et 329.

„ὕρχας" quales laudabat Philocleon: „κεράμεα ἀγγεῖα ὑποδεκτικὰ ταρίχων" [1]). Adi. χρηστός de cibis dictum id quod ἡδύς valet, qui satis frequens in *nova* comoedia est usus: τευθὶς χρηστή, ὄψον χρηστόν, alia.

564. στῖφος] *caterva densa* [2]), πυκνή [3]) sive στιβαρά [4]). Conglobati procedunt, ὄχλον ἄθρουν [5]) efficientes.

565. Risum movet vitae quotidianae vox μᾶζα sociata γοργῷ adiectivo poetico nec nisi hoc loco in comoedia obvio, ut mox alma Pacis dea assimulata *pulti* [6]); μᾶζα autem et πανδαισία talem iuncturam efficiunt qualem Ζεὺς καὶ θεοί vel supra μοχλοὶ καὶ μηχαναί et similia [7]); valet enim πανδαισία id quod εὐωχία: *cibos quoslibet, dapes uberrimas* [8]). Quam vocem „πολλάκις ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ" lectam esse ait Harpocration, falsa, ut opinor, referens; nunc certe apud comicos non nisi hoc uno loco extat [9]). Cf. quod in Ecclesiazusis legitur παμπησία = πάντα τὰ κτήματα [10]).

566 sq. „*Splendidum sane quam instrumentum est malleus iste! Expeditum igitur eum habebant! Et rastri in sole* [11]) *refulgent*". Neutrum „λαμπρόν" ita usurpat Mercurius ut „ἥδιον" Dicaeopolis Lamachum irridens: „πότερον ἀκρίδες ἥδιόν ἐστιν ἢ κίχλαι;" [12]) vel „μακρόν" servus oraculum illud interpretans: „ὁ δράκων γάρ ἐστι μακρόν" [13]). — Pacis iam armis instructum procedit agmen rusticorum. Est enim σφῦρα *malleus ad glebas comminuendas*, βωλοκόπος [14]) sive ὠλεσίβωλος, ut dicitur in Philippi quodam epigrammate, quo Lysixenus agricola annis fessus Cereri dedicat rusticum suum instrumentum: „σπερμαφόρον πήρην ὠμαχθέα κωλεσίβωλον | σφῦραν καὶ γαμψὰς πυρολόγους δρεπάνας κτέ. | καὶ θρίνακας ξυλίνας, χεῖρας ἀρουροπόνων" [15]). Etiam θρίνακας ibi commemorari videmus, et *ligneas* quidem, neque alias voluit Antiphilus in simillimo epigrammate „χεῖρα θέρευς θρίνακα" commemorans [16]); nostro vero loco *ferreas* intellegendas esse docet contextus. Itaque apparet errasse illos interpretes, quorum opinio refertur in scholiis Homericis [17]): „τινὲς τὰ μὲν σιδηρᾶ ,πτύα', τὰ δὲ ξύλινα καὶ τρόπον χειρὸς ἔχοντα, οἷς καὶ τὴν γῆν μεταβάλλουσι, ,θρίνακας' φασίν", non enim *materie* sed aut *figura* aut *dialecto* distincta fuisse πτύα et θρίνακας, harum autem alias ligneas fuisse totas, alias ferratas, quemadmodum apud Romanos *rastrorum* cum ferreorum fit mentio, tum ligneorum [18]). Verba autem quae illic sequuntur: „παρὰ δὲ Ἀττικοῖς πτέα" [19])

[1]) Vesp. 676 cum schol. — [2]) Cf. Eq. 852. — [3]) Cf. vs. 8. — [4]) Cf. Thesm. 639. — [5]) Cf. Eccl. 384. — [6]) Vid. vs. 595. — [7]) Vid. ad Ach. 567. — [8]) Vs. 307; vid. ad Nub. 413. — [9]) Item Herodot. V 20. — [10]) Eccl. 868. — [11]) Vid. ad Nub. 198. — [12]) Ach. 1116. — [13]) Eq. 207; cf. etiam Eq. 1074. — [14]) Vid. Poll. X 129 et cf. infra vs. 1148. — [15]) Philipp. epigr. 14. — [16]) Antiphil. epigr. 4. — [17]) Schol. A ad Hom. Ν 588. — [18]) Item nostrum *hark* (*reek, riek*) modo ferreum significat instrumentum, modo ligneum. — [19]) Sic A; edebatur πτύα, quod e coniectura emendavit Lobeck ad Phryn. p. 321.

αἵ τε θρίνακες διαστίλβουσι πρὸς τὸν ἥλιον.
ἦ καλῶς αὐτῶν ἀπαλλάξειεν ἂν μετόρχιον!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὥστ' ἔγωγ' ἤδη 'πιθυμῶ καὐτὸς ἐλθεῖν εἰς ἀγρὸν
καὶ τριαινοῦν τῇ δικέλλῃ διὰ χρόνου τὸ γῄδιον.
ἀλλ' ἀναμνησθέντες, ὦ ἄνδρες,
τῆς διαίτης τῆς παλαιᾶς,
ἣν παρεῖχ' αὕτη ποθ' ἡμῖν,
τῶν τε παλασίων ἐκείνων,
τῶν τε σύκων, τῶν τε μύρτων,

568. αὐτῶν] αὐταῖς (*earum ope*) vHerwerden.

quid sibi velint melius apparet collato Eustathio ad illum locum: „ὅτι δὲ τὸ πτύον καὶ πτέον ἔλεγον οἱ Ἀττικοὶ ὕστερον Αἴλιος Διονύσιος φησίν" [1]).

568. „*Bene profecto erit interordinio quod illi convenerint!*" Vineas, quae nimis diu derelictae iacuerunt, si cum splendentibus illis armis aggressi fuerint, interstitia vitium sarriendo mox liberaverint herbis molestis et luci aërique aditum denuo aperuerint. — Est μετόρχιον *spatium quod intercedit inter vitium series* sive τοὺς ὄρχους [2]), „τὸ μεταξὺ τῶν φυτῶν", ut recte dicitur in Etymologico M. [3]), ubi qui Aristophanem „ἐν τοῖς Γεωργοῖς" ea voce usum esse ait [4]), pro nomine fabulae nomen eorum de quibus sermo est scripsisse censendus est, non alium locum spectasse. Similis est compositio vocum μετώπου, μεταμαζίου [5]), μεταπυργίου [6]), aliorum, quae significant τὸ μεταξὺ τῶν ὠπῶν ὀμμάτων, ὀφθαλμῶν), τῶν μαζῶν, τῶν πύργων. Verbum autem ἀπαλλάττειν, quod *obiectum* solet adsciscere [7]), accedente adverbio (καλῶς, κακῶς, αἰσχρῶς) fit intransitivum, perinde atque ἔχειν. Qui rarior fuit verbi usus [8]); e comoedia certe unus conferri potest versus Diphili: „ἄριστ' ἀπαλλάττεις ἐπὶ τούτου τοῦ κύβου" [9]). Item e. g. Aeschines: „οὐδεὶς πώποτε καλῶς ἀπήλλαξε Δημοσθένει συμβούλῳ χρησάμενος" [10]).

569 sq. „*Et ipse adeo rus abire gestio et tandem* [11]) *agellum denuo bidente* [12]) *pastinare*" [13]).

574. παλασίων] dicit παλάσια *caricarum massas* ita fere, ut et hodie assolet, *in laterum figuram compressas* [14]). Deminutivo autem nunc quoque usus, ut modo, cum γῄδιον praedium suum vocaret, studium admirationem amorem significat; nam proprium his erat nomen παλάθη [15]). Ut θ in σ abiret, more solito effecit iota quod sequitur; sic qui Τρικόρυθον incolunt vocantur Τρικορύσιοι.

[1]) Etiam sequentia (Soph. fr. 930) ibi videantur. Item Phot. s. v. πτέον et Poll. X 128. — [2]) Cf. Ach. 995. — [3]) Cf. etiam Poll. VII 145. — [4]) Ar. fr. 120. Cf. supra Proleg. p. X. — [5]) Hom. *E* 19. — [6]) Thucyd. III 23 § 1. — [7]) E. g. Plut. 115. — [8]) Nos: *er goed* (*kwaad*) *af komen.* — [9]) Diphil. fr. 73[1]. — [10]) Aeschin. III § 158; cf. etiam Herodot. VIII 68 Plat. Rep. 366*a*, 491*d* etc. — [11]) Vid. ad Vesp. 1252. — [12]) Vid. ad Av. 1240. — [13]) Cf. Plat. fr. 24 Amphid. 14 Eur. Herc. 946 Bacch. 348. — [14]) Schol. Phot. Hesych. Poll. VI 81 (qui *Cratinum* pro *Aristophane* illic commemorat). — [15]) Herodot. IV 23 Theophr. Hist. Pl. IV 2 § 10.

τῆς τρυγός τε τῆς γλυκείας,
τῆς ἰωνιᾶς τε τῆς πρὸς
τῷ φρέατι, τῶν τ' ἐλαῶν,
ὧν ποθοῦμεν,
ἀντὶ τούτων τήνδε νυνὶ
τὴν θεὸν προσείπατε.

ΧΟΡΟΣ.

Antistropha (vs. 582—600).

χαῖρε, χαῖρ'! ὡς ἀσμένοισιν ἦλθες, ὦ φιλτάτη!
σῷ ἐδάμημεν πόθῳ,
δαιμόνια βουλόμενοι
εἰς ἀγρὸν ἀνερπύσαι
—́∪—∪—́∪—∪—́∪—∪—́∪—.
ἦσθα γὰρ μέγιστον ἡμῖν κέρδος, ὦ ποθουμένη
πᾶσιν, ὁπόσοι γεωρ-

582. ὡς — φιλτάτη Bergk] ὦ φίλταθ' ὡς | ἀσμένοισιν ἡμῖν ἦλθες V R, elidi autem litteram η inepte perhibet scholiasta. Tetrametrum trochaicum efficiebat Dindorf scribens ὡς ἦλθες ἡμῖν ἀσμένοις, ὦ φιλτάτη, Meineke ὡς ἀσμένοισιν ἦλθες ἡμῖν φιλτάτη. Cf. vs. 346.

584. Post σῷ *delevi quod est in V R γάρ. Qua particula servata Dindorf scribebat ἐδάμην ... βουλόμενος.

585. δαιμόνια R] δαίμονα V.

587—591. Deesse tetrametrum trochaicum apparet collata stropha (vs. 349 sq.); quem ante versum 587 intercidisse recte, ut opinor, censet Bergk; videtur autem coepisse a particula καί. *Post* versum 587 lacunam indicabat Dindorf et verbis aliter ordinatis partim sic explebat: —́∪—∪—́∪— μόνη γὰρ ἡμᾶς ὠφέλεις | <πάντα παρέχουσ' ἀγαθὰ> | πᾶσιν ὁπόσοι βίον ἐ- | τρίβομεν γεωργικόν.

589. γεωργὸν Bothe] γεωργικὸν V R (ut Plat. Phaedr. 248 *e*).

577 sq. τῆς ἰωνιᾶς ... τῆς πρὸς | τῷ φρέατι] *„violarii irriguum fontem bibentis"* [1]). Violarum frequens erat usus ἐν Ἀθηναίοις τοῖς ἰοστεφάνοις [2]).

579. ὧν ποθοῦμεν] *quae nunc (iis carentes) efflictim desideramus.*

581. προσείπατε] *salutate* [3]).

584. σῷ ... πόθῳ] *tuo desiderio.* Item ad Ulixem mater: „ἀλλά με σός ... πόθος ... μελιϝήδεα θυμὸν ἀπέϝρα" [4]). Cf. Dionysi ad Herculem verba: „ἦλθον κατὰ σὴν μίμησιν" [5]) et locutio „σὴν χάριν" [6]). Quae articulo carent omnia. Magis vulgatum est „πόθος σου", *desiderium tui* [7]).

585. δαιμόνια] i. e. δαιμονίως [8]). E lingua poetarum desumtus est neutri hic usus [9]).

589. γεωργὸν] adiectivi vicem obit nunc, — si recte sic scribitur [10]), — ut infra δημότης [11]).

[1]) Verg. Georg. IV 32. — [2]) Vid. ad Eq. 1323. — [3]) Vid. ad Ach. 266. — [4]) Hom. λ 202; item Soph. Oed. R. 969 Eur. Andr. 62 etc. — [5]) Ran. 109. — [6]) Ach. 1232. — [7]) Vid. Thesm. 481. — [8]) Cf. Plut. 675. — [9]) Vid. ad Plut. 253. — [10]) Vid. annot. crit. — [11]) Vs. 920.

γὸν βίον ἐτρίβομεν· μό-
νη γὰρ ἡμᾶς ὠφέλεις.
πολλὰ γὰρ ἐπάσχομεν
πρίν ποτ' ἐπὶ σοῦ γλυκέα
καὶ ἀδάπανα καὶ φίλα.
τοῖς ἀγροίκοισιν γὰρ ἦσθα χῖδρα καὶ σωτηρία.
ὥστε σὲ τά τ' ἀμπέλια
καὶ τὰ νέα συκίδια
τἄλλα θ' ὁπόσ' ἐστὶ φυτὰ
προσγελάσεται λαβόνθ' ἄσμενα.

SCENA DUODECIMA.

Eidem.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλὰ ποῦ ποτ' ἦν ἀφ' ἡμῶν τὸν πολὺν τοῦτον χρόνον

590. *μόνη*] requiritur vox a vocali incipiens. Verba *μόνη* — *ὠφέλεις* Meineke spuria ducit; sunt sane admodum languida.
594. *ἀδάπανα*] *δάπανα* l. a. in schol. male (= *δαπανηρά* Thucyd. V 103).
599. *ὁπόσ'* Bentley] *ὅσσ'* V, *ὅσ'* R.

593. *πρίν ποτ' ἐπὶ σοῦ*] *olim te regnante.* Sic etiam apud Homerum dicitur: „*ποτ' ἐπ' εἰρήνης*" [1]), „*τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης*" [2]).

594. *ἀδάπανα*] tunc enim in demo suo versabantur, *οὗτος δὲ αὐτὸς ἔφερε πάντα* [3]), *dapes praebebat inemtas* [4]).

595. *χῖδρα καὶ σωτηρία*] perquam ludicre agricola nunc quoque, ut supra [5]), cibum rusticum commemorat ad id quod longe plurimi faciat indicandum: „*tu, alma dea, nobis pultem ipsamque salutem...*" non „*praebebas*" ait, sed: „*ipsa tu nobis eras puls et salus.*" — Tum demum cives plane eidem fient qui fuerunt olim, cum *εἰς ἀγρὸν ἀπελθόντες εἰρηναῖοι διατρίψουσι χῖδρα ἐσθίοντες καὶ στεμφύλῳ εἰς λόγον ἰόντες* [6]).

596 sq. Nunc quoque apparet agricolis Athmonensibus eadem esse studia atque Acharnensibus illis qui, divam Diallagen nanciscerentur modo, „*ἀμπελίδος ὄρχον ἐλᾶν, εἶτα νέα μοσχίδια συκίδων*" se profitebantur, laeti, ut nostri homines, saltantes [7]).

599. *προσγελάσεται*] trahit sua quemque voluptas. Paci arrisurae sunt vites et ficus, at „*ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προσγελᾷ*" apud Aeschylum ait Furiarum maxima [8]).

601. *ἀφ' ἡμῶν*] *procul a nobis.* Prisco more adverbii vicem obit praepositio; cui quod consimile sit e nostri fabulis afferre non habeo; quamquam praepositionis eadem est vis ubi verbo *ἀπεῖναι* vel *ἀπέχειν* subiungitur [9]).

1) Hom. *B* 797. — 2) Hom. *I* 403 *X* 156. — 3) Cf. Ach. 36. — 4) Hor. Epod. 2, 48. — 5) Vid. vs. 565. — 6) Eq. 805 sq., ubi vid. — 7) Ach. 995 sq. — 8) Aesch. Eum. 253; praeterea cf. Hom. *T* 362 Aesch. Prom. 93. — 9) Sobolewski Praep. p. 95.

ἤδε; τοῦθ' ἡμᾶς δίδαξον, ὦ θεῶν εὐνούστατε.

ΕΡΜΗΣ.

ὦ σοφώτατοι γεωργοί, τἀμὰ δὴ ξυνίετε
ῥήματ', εἰ βούλεσθ' ἀκοῦσαι τήνδ' ὅπως ἀπώλετο.
πρῶτα μὲν γὰρ ἦγξεν αὐτὴν Φειδίας | πράξας κακῶς·

---

603. *ὦ σοφώτατοι*] *ὦ λιπερνῆτες* Diodor. XII 40 memoriter hunc locum citans, quem cum Archilochi et Cratini versibus similibus confuderat; vid. comment.

605. **ἦγξεν αὐτὴν*] *αὐτῆς ἦρξε* V R. Numeros ut restitueret, Bentley scribebat *ἦρξεν αὐτῆς*, dein pro *αὐτῆς* varia sunt proposita: *ἄτης* (Seidler), *ἀϋτῆς* (Madvig), alia, probabilius Bergk *αὐτίχ' εἶρξε*, Willems *τοῦδ' ὑπῆρξε*. Ego dubitanter scripsi quod vides; multo lenior foret correctio **αὐτίκ' ἦγξε* (*IK-HC*) sed vereor ut satis apte possint iungi verba: *Φειδίας αὐτίκα κακῶς πράξας ἦγξε* (*τήνδε*).

---

603. Mira narrantur in scholiis V: *πρὸς ταῦτα καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ πεποίηκεν· „ὠλιπερνῆτες* [1]) *πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε*". *ἔστι δε πρὸς τὰ Ἀρχιλόχου· „λιπερνῆτες* [2]) *πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε ῥήματα*". — Hic ante omnia utendum est acutissima Wageningii observatione, nihili vocem esse *λιπερνῆτες*, Archilochum autem una voce dixisse „*ὦλιπερνῆτες*" sive *ὦ ἁλιπερνῆτες*, „*o cives* (*Parii*), *qui per mare navigare soletis mercaturae causa!*" [3]). Quo epitheto saepius eum usum apparet, si recte, ut arbitror, Bergkius ei vindicavit versus: „*οὐ γάρ μοι πενίη πατρώϊος, οὐδ' ἀπὸ πάππων | εἴμ' (ἁ)λιπερνήτης*" [4]), quae qui affert grammaticus, haec adscripsit verba: „*ἀπὸ τοῦ τὰ τῆς ἁλὸς διαπιπράσκειν καὶ ζῆν*". Quibus plane confirmatur Wageningii emendatio. Luculenter dein apparet voci *ἁλιπερνής* in Aristophanis hoc versu locum esse nullum, memoriae igitur errori deberi quod Diodorus e nostro affert: „*ὦ λιπερνῆτες γεωργοί, τἀμά τις ξυνιέτω ῥήματ'(α) κτἑ.*" Ergo non illud adiectivum sed alteram versus Archilochei partem totiusque tetrametri structuram cum nostri verbis contulēre prisci grammatici, et summam rei servant verba quae decurtatum scholion R sola habet: „*τἀμὰ δὴ ξυνίετε πρὸς ταῦτα καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ πεποίηκεν*". Denique temporum ratio cum doceat Cratinum in Pytine non potuisse nostri Pacem imitari, patet scholii amplioris quod modo excripsi verba sic esse ordinanda: *ἔστι πρὸς τὰ Ἀρχιλόχου· „ὦλιπερνῆτες π., τ. δὴ ξ. ῥ.*" *πρὸς ταῦτα καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ πεποίηκεν· „[λιπερνῆτες] πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε*" [5]). Tertius autem cum accedat Eupolis, cuius in scholio non fit mentio: „*ἀλλ' ἀκούετ', ὦ θεαταί, τἀμὰ καὶ ξυνίετε | ῥήματ'(α)*" [6]), satis certum videtur comicos Archilochi illum versum non de industria esse imitatos aut spectatoribus in mentem revocare voluisse, sed fortuitam hanc esse similitudinem. Etiam exordium epirrhematis, quod est in Nubibus fabula, simillimum est: „*ὦ σοφώτατοι θεαταί, δεῦρο τὸν νοῦν πρόσσχετε.*" [7]). Cratinum autem adiectivum (*ἁ*)*λιπερνῆτες* in suos versus admisisse vix credo.

605—608. In Acharnensibus bellum „propter Aspasiae meretriculas duas" efflagrasse dicitur perridicule [8]). Nihil

---

[1]) Sic V. — [2]) Sic V. — [3]) Vid. vWageningen in Sylloge Conto oblata p. 139 sq. — [4]) Etym. Gud. et M. s. v. *λιπερν.* — [5]) Verum ordinem indicavit Rutherford in Ed. schol. Rav. — [6]) Eupol. fr. 357. — [7]) Nub. 603. — [8]) Ach. 524 sqq., ubi vid.

εἶτα Περικλέης φοβηθεὶς μὴ μετάσχοι τῆς τύχης,
τὰς φύσεις ὑμῶν δεδοικὼς καὶ τὸν αὐτοδὰξ τρόπον,
πρὶν παθεῖν τι δεινὸν αὐτός, ἐξέφλεξε τὴν πόλιν,
ἐμβαλὼν σπινθῆρα μικρὸν Μεγαρικοῦ ψηφίσματος,

607. ὑμῶν V] ἡμῶν R.

nunc de istis, sed aliam malorum causam comminiscitur Mercurius deus mendacissimus. Qui iocus dignus non erat quem serio refelleret Philochorus in scholiis allatus [1]), multoque minus erat dignus qui in Ephori vel in Theopompi historias — an calumnias dicam? — reciperetur [2]). Quibus viris doctis Trygaeus et chori dux frustra asseverarunt „plane novam et inauditam hanc esse fabellam" [3]).

605. „*Primum oppressit* [4]) *eam Phidiae calamitas*", sive: „*omnium turbarum initium fuit Phidiae infortunium*". — De Phidia haec habet Philochorus allatus in scholiis V R: Φιλόχορος ἐπὶ Θεοδώρου [5]) ἄρχοντος (438/7) ταῦτά φησι [6]): „καὶ τὸ „ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν τῆς Ἀθηνᾶς ἐστάθη „εἰς τὸν νεὼν τὸν μέγαν, ἔχον χρυσίου „σταθμὸν ταλάντων μδ', Περικλέους ἐπιστα„τοῦντος, Φειδίου δὲ ποιήσαντος. καὶ Φει„δίας ὁ ποιήσας, δόξας παραλογίζεσθαι τὸν „ἐλέφαντα τὸν εἰς τὰς φολίδας, ἐκρίθη. καὶ „φυγὼν εἰς Ἦλιν ἐργολαβῆσαι τὸ ἄγαλμα „τοῦ Διὸς τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ λέγεται, τοῦτο „δὲ ἐξεργασάμενος ἀποθανεῖν ἐκεῖ" [7]). — καὶ [8]) ἐπὶ Πυθοδώρου (432/1), ὅς ἐστιν ἀπὸ τούτου ἕβδομος, περὶ Μεγαρέων εἰπών, ὅτι καὶ αὐτοὶ κατεβόων Ἀθηναίων παρὰ Λακεδαιμονίοις, ἀδίκως λέγοντες εἴργεσθαι ἀγορᾶς καὶ λιμένων τῶν παρ' Ἀθηναίοις· „οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ταῦτα ἐψηφίσαντο Περι„κλέους εἰπόντος, τὴν γῆν αὐτοὺς αἰτιώμενοι „τὴν ἱερὰν τοῖν θεοῖν [9]) ἀπεργάζεσθαι. λέ„γουσι δέ τινες ὡς Φειδίου τοῦ ἀγαλματο„ποιοῦ δόξαντος παραλογίζεσθαι τὴν πόλιν „καὶ φυγαδευθέντος, ὁ Περικλῆς φοβηθεὶς „διὰ τὸ ἐπιστατῆσαι τῇ κατασκευῇ τοῦ ἀγάλ„ματος καὶ συνεγνωκέναι τῇ κλοπῇ, ἔγραψε „τὸ κατὰ Μεγαρέων πινάκιον καὶ τὸν πό„λεμον ἐπήνεγκεν [10]), ἵν' ἀπησχολημένοις „Ἀθηναίοις εἰς τὸν πόλεμον μὴ δῷ τὰς „εὐθύνας [11]), ἐγκαλέσας Μεγαρεῦσιν ὡς τὴν „ἱερὰν ὀργάδα [12]) τοῖν θεοῖν ἐργασαμένοις. „ἄλογος δὲ φαίνεται ἡ κατὰ Περικλέους ὑπό„νοια, ἕπτα ἔτεσι πρότερον τῆς τοῦ πολέμου „ἀρχῆς τῶν περὶ Φειδίαν γενομένων".

607. τὰς φύσεις ὑμῶν δεδοικὼς] item Nicias in litteris ad cives: „τὰς φύσεις „ἐπιστάμενος ὑμῶν *rem ex vero referre* „*tutius duxi*" [13]).

— τὸν αὐτοδὰξ τρόπον] *indolem* adeo *vehementem et acrem* ὥστε καὶ ἂν αὐτοῖς τοῖς ὀδοῦσιν αὐτοῦ ἅπτεσθαι [14]).

608. ἐξέφλεξε τὴν πόλιν] simili imagine usus Trygaeus τὸν Πόλεμον ἔνδοθεν ἐκζωπυρῆσαι vetuit sodales [15]).

609. Charini illud de Megarensibus decretum facete risit Dicaeopolis in Acharnensibus [16]).

[1]) Vid. ad vs. 605 et cf. Plut. de Herod. malign. 6. — [2]) Vid. Diodor. XII 38 sq. Plutarch. (Alcib. 7) Pericl. 24 et 31 sq. — [3]) Vs. 615—617; disertum autem hac de re est silentium Thucydidis. — [4]) Cf. Nub. 988 Vesp. 1039 Eccl. 638, 640. — [5]) Θεοδώρου Palmerius, Πυθοδώρου codd. — [6]) Id est: *commemorat ea quae tanguntur nunc a comico.* — [7]) Scripsi *ἐκεῖ, in codd. est ὑπ' Ἠλείων, quod vitiosum esse optimo iure statuit Müller Strübing. — [8]) Inserta particula *καὶ distinxi verba Philochori a scholiastae verbis, quibuscum confluxerant; vid. Mnemos. 1893 p. 180 sq. — [9]) In V est τοῖς θεοῖς, infra autem ταῖν θεαῖν. Utrumque e τοῖν θεοῖν corruptum esse patet. — [10]) Sequentia solus V habet. — [11]) Vid. Diodor. l. l. — [12]) Vid. ad Ach. 528, Demosth. XIII § 32 et ad eum locum Didym. in comment. (XIV[23]). — [13]) Thucyd. VII 14 § 4; cf. idem c. 48 § 4. — [14]) Cf. Lys. 687 et vid. ad Eq. 78. — [15]) Vs. 310. — [16]) Ach. 530—539, ubi vid.

καὶ ἐξεφύσησεν τοσοῦτον πόλεμον, ὥστε τῷ καπνῷ
πάντας Ἕλληνας δακρῦσαι, τούς τ' ἐκεῖ τούς τ' ἐνθαδί.
ὡς δ' ἅπαξ τὸ πρῶτον (ἄκουσ') ἐψόφησεν ἄμπελος,
καὶ πίθος ⟨πληγεὶς⟩ ὑπ' ὀργῆς ἀντελάκτισεν πίθῳ,
οὐκέτ' ἦν οὐδεὶς ὁ παύσων, ἥδε δ' ἠφανίζετο.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ταῦτα τοίνυν, μὰ τὸν Ἀπόλλω, 'γὼ 'πεπύσμην οὐδενός,
οὐδ' ὅπως αὐτῇ προσήκοι Φειδίας ἠκηκόη.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

οὐδ' ἔγωγε, πλήν γε νυνί. ταῦτ' ἄρ' εὐπρόσωπος ἦν,
οὖσα συγγενὴς ἐκείνου. πολλά γ' ἡμᾶς λανθάνει.

ΕΡΜΗΣ.

κᾆτ', ἐπειδὴ ἔγνωσαν ὑμᾶς αἱ πόλεις, ὧν ἤρχετε,

---

610. καὶ] add. Bentley; cf. vs. 447. Om. V R, quos secutus Reiske vs. 609 scribit ἦ (ε)'μβαλών, Bergk autem versum 608 puncto claudit.
611. ἐνθαδί] ἐνθάδε V R.
612. ἄκουσ'] τμηθεῖσ' Reiske, ἀφθεῖσ' Blaydes (cf. Ach. 986 Vesp. 436 Ran. 859), sed coll. versu seq. expectatur verbum iocose translatum; vid. comment.
615. τοίνυν] μέντοι Blaydes.
616. ἠκηκόη Phrynichus in schol.] -ειν V R.

---

610 sq. „*Et tantum conflavit bellum ut fumo*[1]) *cuncti Graeci lacrimarint, cum Peloponnesii tum nostrates.*" — Moriens Pericles beatum se praedicavit „ὅτι μηδεὶς Ἀθηναίων μέλαν ἱμάτιον δι' αὐτὸν περιεβάλετο"[2]). Quae verba eius videntur obversata esse comico haec scribenti[3]).

612. ἄκουσ' ἐψόφησεν] „*invita crepuit*"— cum combureretur nimirum[4]). *Silere* profecto maluissent vites, quippe quae in mortis demum limine, ut cycni, clamare incipiant.

613. „*Doliumque percussum cum recalcitrasset*" — i. e.: cum rustici, quorum combusta essent praedia, agros hostium vastassent.

614. ἥδε] ipsam deam manu indicat.

615. Sic Pisetaero paenes aves olim mundi regimen fuisse docenti „τουτὶ μὰ Δί' οὐκ ἐπεπύσμην" respondet epops. Cui ille: „*nempe Aesopum non satis cognitum habes*"[5]).

616. Isti simulacro cum Phidia quicquam esse commune minime suspicabatur Trygaeus. — Verbum προσήκειν cum *pertinere ad* valet[6]), tum *cognatum esse*, γένει προσήκειν[7]).

617. ταῦτ' ἄρα] *istam igitur ob causam*[8]). — In scholiis quae leguntur: „ὡς πρὸς τὸν Φειδίαν οὖν ἡ καλὰ ξόανα ποιοῦσα" scribantur: „πρὸς τὸν Φειδίαν οὖν ὡς καλὰ ξόανα ποιοῦντα". Permutata nimirum sunt ἡ et ὡς, ut assolet[9]).

---

[1]) De dativo vid. vs. 1184 et ad Eccl. 605. — [2]) Plut Pericl. 38 et Mor. 186 c. — [3]) Sic Müller Strübing Arist. p. 91; vid. supra ad vs. 435. — [4]) Cf. Vesp. 436 Ran. 859 Ach. 986 etc. — [5]) Av. 470 sq.; cf. etiam Av. 511. — [6]) Nostrum: *te maken hebben met.* Vid. Av. 969. — [7]) Vid. Ran. 698. — [8]) Vid. ad Nub. 319 et ad Vesp. 183. — [9]) Cf. simile vitium supra in schol. vs. 1.

ἠγριωμένους ἐπ' ἀλλήλοισι καὶ σεσηρότας,
πάντ' ἐμηχανῶντ' ἐφ' ὑμῖν, τοὺς φόρους φοβούμεναι,
καὶ ἀνέπειθον τῶν Λακώνων τοὺς μεγίστους χρήμασιν.
οἱ δ', ἅτ' ὄντες αἰσχροκερδεῖς καὶ διειρωνόξενοι,
τήνδ' ἀπορρίψαντες αἰσχρῶς τὸν πόλεμον ἀνήρπασαν.
κᾆτα τἀκείνων γε κέρδη τοῖς γεωργοῖς ἦν κακά·
αἱ γὰρ ἐνθένδ' αὖ τριήρεις ἀντιτιμωρούμεναι
οὐδὲν αἰτίων ἂν ἀνδρῶν τὰς κράδας κατήσθιον.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἐν δίκῃ μὲν οὖν, ἐπεί τοι τήν κορώνεών γέ μοι

---

628 sq. Trygaeo, 630 sq. Choro (Coryphaeo) tribuit R, alii inversa ratione distribuunt, V solas paragraphos habet ante vs. 628 et 630.

628. *κορώνεων*] *-ναιον* V R. || **μοι*] *μου* V R, quo servato Porson pro *τὴν* scribebat *καί;* sed articulus tam aptus est ad rem vivide pingendam et veluti ante oculos collocandam, ut aegre eo careas. Verum praebere mihi videtur Ach. 512.

---

620. *ἠγριωμένους ... καὶ σεσηρότας*] i. e. *ὑπ' ὀργῆς σεσηρότας, ringentes* [1]), veluti canes malignos.

— *ἐπ' ἀλλήλοισι*] paullo neglegentius loquentis hoc est; nam de rusticis Atticis ceterisque Atheniensibus nunc sermo est solis; dicendum erat igitur „*ἐπὶ τοῖς πολεμίοις*", sic vero vividae imaginis altera pars fuisset oblitterata.

621. „*αἰτίαι ... ἦσαν τῶν ἀποστάσεων ... μέγισται αἱ τῶν φόρων καὶ νεῶν ἔκδειαι ...· οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ἀκριβῶς ἔπρασσον καὶ λυπηροὶ ἦσαν*" [2]).

623. „*Laconum autem principes lucro intenti et peregrinos ludificantes pace turpiter abiecta arripuerunt bellum*". Nota sunt crimina illa de fide Laconica [3]); sic Romae *Punica fides* in proverbium abiit ... et Carthagine, ut opinor, *fides Romana.* Peregrinos autem fallere et despicatui habere, *τοὺς ξένους δι' εἰρωνείας* [4]) *ἔχειν* sive *διειρωνεύεσθαι* nunc dicuntur Lacones nova voce, cui simile est *ἐγγλωττογάστορες* nomen comicum, *ἐν τῇ γλώττῃ τὴν γαστέρα ἔχοντάς τινας* iocose significans [5]).

625. „*Itaque procerum illorum lucrum agricolis damno vertit*". Agricolas Lacedaemonios sive perioecos nunc dici nemo non videt.

626 sq. „*Par enim pari referentes naves nostrae hostium innocentissimorum ...*" orator si verba faceret, adderet: „*τοὺς ἀγροὺς ἔκαον καὶ ἔτεμνον*" vel: „*τὴν γῆν ἐδῄουν*" [6]). Sed nimis id triste et apertum pro comoedia et pacis instantis hac praefatione. Quapropter in ridiculum rem convertens Mercurius „*ficuum surculos* [7]) *identidem* [8]) *comedebant*" ait, quasi de *locustis* [9]) aliisve praedonibus alatis fieret sermo. Sic isiciarius *vulpeculis* assimulat milites Athenienses, „*ὅτι ἡ βότρυς τρώγουσιν ἐν τοῖς χωρίοις*" [10]), non hostium tamen ille dicens praedia, sed sociorum tributa tardius solventium.

628—631. En id ipsum quod aiebat

---

[1]) Vid. Vesp. 901 et supra ad vs. 482. — [2]) Thucyd. I 99 § 1. — [3]) Cf. vs. 1065—1068 Ach. 308 Lys. 628. — [4]) Vid. Vesp. 174 Nub. 449 Av. 1211. — [5]) Av. 1695; cf. schol. et vHerwerden. — [6]) Cf. vs. 242 sq. et vid. Prolegom. Ach. p. XII sq. — [7]) Vid. Av. 40 et Hesiodus ad vs. 628 allatus. — [8]) Vid. ad Vesp. 269. — [9]) Cf. Ach. 150. — [10]) Eq. 1076 sq.

ἐξέκοψαν, ἣν ἐγὼ ἐφύτευσα καὶ ἐξεθρεψάμην.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

νὴ Δί', ὦ μέλ', ἐν δίκῃ γε δῆτ', ἐπεὶ καὶ ἐμοῦ λίθον
ἐμβαλόντες ἐξμέδιμνον κυψέλην ἀπώλεσαν.

ΕΡΜΗΣ.

καὶ ἐνθάδ' ὡς ἐκ τῶν ἀγρῶν ξυνῆλθεν οὑργάτης λεώς,

---

629. (ἐ)φύτευσα κα(ὶ ἐ)ξεθρεψάμην Bentley] φυτεύσας ἐξεθρ. V R.

630. μέλ'] μέλε V R plene perscriptum (cf. vs. 137). || ἐν δίκῃ Porson] ἐνδίκως V R, quod tragicum est (ut ἔνδικος adiectivum, = δίκαιος); testatur autem particula δῆτα ipsam vocem ἐν δίκῃ, qua alter usus est (vs. 628), ab altero repeti. Eodem vitio Nub. 1379 laborant dett. || γε δῆτ' Bentley] δῆτα γ' B, δῆτ' V R.

632. κα(ὶ ἐ)νθάδ' Dobree] κᾆτα δ' V R.

Mercurius; τοῦτ' ἐκεῖνο! „Iure vastatam esse hostium regionem" certatim clamant omnes, „nam et suas ficus excisas, sua dolia fracta esse." — Item Dicaeopolis: „μισῶ Λακεδαιμονίους σφόδρα, καὶ ἐμοὶ γάρ ἐστι τἀμπέλια κεκομμένα" [1]). Trygaeus autem moestus recordatur illius ficūs, quam plantaverat et enutriverat et ὥστε πατὴρ Ϝὸν παῖδα diligebat, a Peloponnesiis caesae. Et coryphaeus meminit saxi iactu diffractam fideliam [2]) praegrandem, quae sex medimnos — sive litras fere 320 — capiebat frumenti.

628. κορώνεων] ficuum species quaedam cur a *cornicibus* nomen habuerit nescio; nam vereor ut prosint collata verba Hesiodi: „ἦμος δὴ τὸ πρῶτον ὅσον τ' ἐπιβᾶσα κορώνη | ἴχνος ἐποίησεν, τόσσον πέταλ' ἀνδρὶ φανήῃ | ἐν κράδῃ ἀκροτάτῃ, τότε δ' ἄμβατός ἐστι θάλασσα" [3]). Neque conferendum videtur quod in Clipeo legitur: κορωνιάοντα (?) πέτηλα [4]). Plus fortasse prodest collatus versus Archilochi: συκῆ πετραίη πολλὰς βόσκουσα κορώνας [5]). Sunt autem eiusmodi nomina inter rusticos frequentia [6]). Aliae species dicebantur κοράκεως [7]), χελιδόνεως [8]), φιβάλεως [9]), λευκερίνεως [10]), δαμαρίππεως [11]).

629. ἐφύτευσα καὶ ἐξεθρεψάμην] parum afuit quin „ἔφυσα" diceret homo, ut Iason de *liberis* suis locutus: „παῖδας οὓς ἔφυσα καὶ ἐξεθρεψάμην" [12]).

630. δῆτα] cum assensu alterius verba repetentium haec est particula [13]).

632—635. „*Pagani* [14]) *autem postquam rure in urbem confluxere, oratorum publicorum verbis decepti non senserunt eadem ratione qua antea se prodi et pessumdari*", suum enim in detrimentum nunc quoque fieri omnia. Eadem dicebat Dicaeopolis ille: „τοὺς τρόπους | τοὺς τῶν ἀγροίκων οἶδα χαίροντας σφόδρα, | ἐάν τις αὐτοὺς εὐλογῇ καὶ τὴν πόλιν | ἀνὴρ ἀλάζων καὶ δίκαια καὶ ἄδικα· | καὶ ἐνταῦθα λανθάνουσ' ἀπεμπολώμενοι" [15]). Irati agricolae in Peloponnesios a demagogis incitari se etiamtum passi sunt facillime, hostes eo vehementius perosi quo magis desiderabant vineas suas et ficus [16]). Itaque ὁ γεωργικὸς λεὼς ἦν τοῦ λέγοντος,

---

[1]) Ach. 509—512; vid. etiam ibid. vs. 183. — [2]) Cf. Herodot. V 92*d* Pausan. V 17 § 5. — [3]) Hesiod. Oper. 679 sqq. — [4]) Hes. Scut. 289. — [5]) Archil. fr. apud Athen. 594*c*. — [6]) Cf. e. g. nostra: *kraaibes, molsla, hertshooi*, similia multa. — [7]) Eupol. fr. 51. — [8]) Epigen. fr. 1. — [9]) Ach. 802 Pherecrat. fr. 80 Teleclid. 5 Eupol. 51. — [10]) Hermipp. fr. 68. — [11]) Eupol. fr. 407. — [12]) Eur. Med. 1349. — [13]) Vid. ad Eq. 726; praeterea vid. ad Nub. 1379. — [14]) Cf. vs. 921. — [15]) Ach. 370—374, ubi vid. — [16]) Cf. Proleg. Ach. p. VIII—XI.

τὸν τρόπον πωλούμενος τὸν αὐτὸν οὐκ ἐμάνθανεν,
ἀλλ' — ἅτ' ὢν ἄνευ γιγάρτων καὶ φιλῶν τὰς ἰσχάδας —
ἔβλεπεν πρὸς τοὺς λέγοντας. οἱ δὲ γιγνώσκοντες εὖ
τοὺς πένητας ἀσθενοῦντας καὶ ἀποροῦντας ἀλφίτων,
τήνδε μὲν δικροῖς ἐώθουν τὴν θεὸν . . . κεκράγμασιν,
πολλάκις φανεῖσαν αὐτὴν τῆσδε τῆς χώρας πόθῳ,
τῶν δὲ συμμάχων ἔσειον τοὺς παχεῖς καὶ πλουσίους,
αἰτίαν ἂν προστιθέντες ὡς „φρονεῖ τὰ Βρασίδᾱ“.
εἶτ' ἂν ὑμεῖς τοῦτον ὥσπερ κυνίδι' ἐσπαράττετε.
ἡ πόλις γὰρ ὠχριῶσα καὶ ἐν φόβῳ καθημένη

633. ἐμάνθανεν V R] ἐλάνθανεν l. a. (immo priscum mendum) in schol. V R.
637. κεκράγμασιν] κεκραγότες Blaydes, quod aptum sensum non praebeant voces κέκραγμα et δίκρουν inter se iunctae; at vid. commentarius. Non *furcis* sed *clamoribus* suis deam fugarunt rabulae.
640. αἰτίαν Hamaker] αἰτίας V R. || φρονεῖ] -νοῖ V R. || Βρασίδα Suid.] -δου V R; cf. Βρασίδᾳ Vesp. 475.

εἰ ψεῦδος λέγοι [1]). Pro villis arbores, pro his fructus commemorantur: *caricae* et *vinacea* [2]).

636. ἀποροῦντας ἀλφίτων] miserantis vel cum contemtu loquentis hoc est [3]).

637. δικροῖς . . . κεκράγμασιν] more solito comicus risum captat τῷ ἀπροσδοκήτῳ. Nam δέον εἰπεῖν „ξύλοις“, εἶπε „κεκράγμασιν“ [4]). Rabulae forenses pacem *bifurcis . . . clamoribus* [5]) *identidem* — hoc enim valet imperfectum — *pellebant.* Quod non magis absurde dictum est quam *verba aculeata* et similia, subest enim *imago.* Adiectivum δικροῦς, δικρᾶ significat *bifidum* [6]), proprie *bicipitem.*

638. αὐτὴν] i. e. *sponte sua,* αὐτομάτην, ut dicitur infra [7]).

639. „*Opulentiores* [8]) *autem inter socios vexabant*“. Quod de Cleone his verbis perhibebat dux Equitum: „*impudentia confisus* ἀμέργεις (= δρέπεις) τῶν ξένων τοὺς καρπίμους“ [9]), et mox: „πολλὰ χρήματ' ἐργάσει σείων τε καὶ ταράττων“ [10]).

640—647. ἂν] rei frequentiam particula indicat [11]).

640. Ipsa haec Cleonis patroni sui verba afferentes senes phileliastae „ἀνὴρ παχὺς ἥκει τῶν προδόντων τἀπὶ Θρᾴκης“ clamitabant [12]). — Verbum προστιθέναι id quod περιάπτειν [13]) nunc valet.

641. „*Dein vos eiusmodi hominem ceu caniculae vellicabatis*“ [14]). Temere in quemlibet incitari vos patiebamini a clamosis istis quibus fidem habebatis oratoribus. — Dicit Mercurius τοῦτον eum de quo talia perhibebantur, *reum.*

642 sq. „*Nempe fame pallescens et metu perculsa civitas quaslibet calumnias sibi obiectas libentissime devorabat*“. — Verbo ὠχριᾶν [15]) pingitur facies lurida agrico-

[1]) Cf. Eq. 860 et vid. ad Eccl. 589. — [2]) Cf. Ach. 275. — [3]) Nostrum: *broodsgebrek hebbende.* Vid. ad Nub. 176. — [4]) Schol. — [5]) Vid. ad Eq. 137. — [6]) Aesch. fr. 47 Plat. Tim. 78*b* Xen. Venat. 2 § 7, 9 § 19, 10 § 7 etc. — [7]) Vs. 665, ubi vid. — [8]) Cf. infra vs. 1170 Eq. 1139 et vid. ad Vesp. 288. — [9]) Eq. 326; cf. etiam Eq. 260 sqq. — [10]) Eq. 840, ubi vid. — [11]) Vid. ad Vesp. 269 et de imperfecti aoristique discrimine ad Nub. 977. — [12]) Vesp. 288; cf. etiam Vesp. 475. — [13]) Vid. ad Ach. 640 (ubi nostrum locum neglexi). — [14]) Cf. Ach. 688. — [15]) Cf. Nub. 103.

ἅττα διαβάλοι τις αὐτῇ, ταῦτ᾽ ἂν ἥδιστ᾽ ἤσθιεν.
οἱ δὲ τὰς πληγὰς ὁρῶντες ἃς ἐτύπτονθ᾽, οἱ ξένοι,
χρυσίῳ τῶν ταῦτα ποιούντων ἐβύνουν τὸ στόμα,
ὥστ᾽ ἐκείνους μὲν ποιῆσαι πλουσίους, ἡ δ᾽ Ἑλλὰς ἂν
ἐξερημωθεῖσ᾽ ἂν ὑμᾶς ἔλαθε. ταῦτα δ᾽ ἦν ὁ δρῶν
βυρσοπώλης.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

παῦε, παῦ᾽, ὦ δέσποθ᾽ Ἑρμῆ, μὴ λέγε,

---

643. ἅττα Fl. Christianus] ἅττ᾽ ἂν V R. || διαβάλοι R] διαβάλλοι V, vHerwerden παραβάλοι (coll. Eq. 496, ubi καταβάλλειν verum ducit). || ἤσθιεν R] ἤσθιον V.
644. ἐτύπτονθ᾽] ·πτεθ᾽ (i. e. ἐτύπτετο) Hirschig.
646. ἂν] αὖ probabiliter Reiske; cf. tamen Ran. 914 etc.
648. βυρσοπώλης] ὁ. β. V R.

---

larum desidia et inopia pressorum; debiles videlicet homines facilius terrentur quam bene validi. Per lusum autem quendam διαβάλλειν sive *criminari* dicit Mercurius, cum προβάλλειν potius verbum ferat comparatio, quam instituit, rusticorum cum canibus iracundis et famelicis [1]). Similem iocum verbum διαβάλλειν praebet in Equitibus [2]).

644 sq. „*Peregrini autem cum cernerent quam male illi mulcarentur* [3]), *auro os eorum qui talia moliebantur opplebant*" [4]).— Pronomini singulari τοῦτον, quod propter particulae ἄν vim iterativam idem valet quod plurale τοὺς τοιούτους, verum plurale subiungitur ἐτύπτοντο. Magnam autem gravitatem habet quod post οἱ δέ aliquot verbis intermissis additur οἱ ξένοι: „*illi ..., peregrinos dico*", vel: „*illi ..., quippe homines peregrini*". Item in Equitibus servus: „οὗτος καταγνοὺς τοῦ γέροντος τοὺς τρόπους, | ὁ βυρσοπαφλαγών" κτέ. [5]).

647. ἐξερημωθεῖσα] neque compositum hoc verbum neque simplex alibi in comoedia reperitur, est enim dictionis ornatioris [6]).

— ταῦτα δ᾽ ἦν ὁ δρῶν | βυρσοπώλης] „*ista autem qui faciebat coriarius erat*". En crimen illud peculatus et repetundarum, quo Cleon ceterique demagogi Athenis nunquam non sunt petiti [7]). Ad ordinem verborum quod attinet, praemissum est obiectum, quo maius eius esset in oratione pondus: „*ista, talia scilicet!*" Sic apud Sophoclem Oedipus: „ὅστις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανών, τάχ᾽ ἂν | καὶ ἔμ᾽ ἂν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι" [8]), et Creon iratus: „εἰ δὲ ταῦτα μὴ φανεῖτέ μοι τοὺς δρῶντας ...!" [9]). Cf. ἐνταῦθα adverbium similem ob causam verbo praemissum [10]).

648. Longus cum videatur fore Mercurius in Cleonis flagitiis enarrandis, „*ohe desine!*" clamat Trygaeus: „*plus satis istum habemus cognitum!*" — Verba „παῦε, μὴ λέγε" id valent quod alibi: „σίγα, σιώπα" [11]). Notus est activi παῦε hic usus [12]).

— ὦ δέσποθ᾽ Ἑρμῆ] item alibi: „ὦ δέσποτ᾽ ἄναξ" [13]).

---

[1]) Cf. Nub. 489—491. — [2]) Eq. 496. — [3]) Vid. ad Nub. 972. — [4]) Vid. ad Plut. 379. — [5]) Eq. 46 sq. — [6]) Ut nostrum *ontvolken*. Rarissimum est apud oratores, Platonem, Xenophontem. — [7]) Cf. praesertim Eq. 438 sq. et 834 et Proleg. Eq. p. IX. — [8]) Soph. Oed. R. 139 sq. — [9]) Soph. Ant. 324 sq.; praeterea vid. ad Av. 95. — [10]) Vs. 1305. — [11]) Thesm. 381, ubi vid. — [12]) Vid. ad Ran. 122. — [13]) Nub. 264 Vesp. 875.

ἀλλ' ἔα τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον (οὗπερ ἔστ') εἶναι κάτω·
οὐ γὰρ ἡμέτερος ἔτ' ἔστ' ἐκεῖνος ἀνήρ, ἀλλὰ σός.
ἅττ' ἂν οὖν λέγῃς ἐκεῖνον,
κεἰ πανοῦργος ἦν, ὅτ' ἔζη,
καὶ λάλος καὶ συκοφάντης
καὶ κύκηθρον καὶ τάρακτρον,
ταῦθ' ἁπαξάπαντα νυνὶ
τὸν σεαυτοῦ λοιδορεῖς.
(Ad Pacem:)
ἀλλ' ὅ τι σιωπᾷς, ὦ πότνια, κάτειπέ μοι.

ΕΡΜΗΣ.

ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποι πρός γε τοὺς θεωμένους·

---

649. ἐκεῖνον] ἐκεῖ νῦν Burges.
656. τὸν vHerwerden] τοὺς V R, τοῦ OSchneider. || σεαυτοῦ] σαυτοῦ R, αυτοῦ (σ supra) V. Litterae *TONCEAYTOY* abierunt in *TOYCCAYTOY*.
657. Duci alterius hemichorii tribuit Mazon.
658. εἴποι V] εἴποιμι R.

649—656. Comicus *μέγιστον μὲν ὄντα Κλέωνα ἔπαισεν εἰς τὴν γαστέρα, ἀλλ' οὐκ ἐτόλμησεν αὖθις ἐπεμπηδῆσαι αὐτῷ κειμένῳ* [1]) — „*a se impetrare non potuit*", ut ait, „*ut etiam prostratum conculcaret*". Nempe sensit *οὐκ ἐσθλὸν εἶναι κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσιν*? Credere noli! Non tam lenis ei erat animus promptusve ad ignoscendum [2]); neque aut hoc loco aut per ceteram fabulam parcitur Cleonis memoriae. Sed multis probris si demagogum etiam mortuum proscinderet, periculum erat ne taedium pareret spectatoribus.

650. Cleon ante menses octo occidit, iamque in Mercurii *τοῦ χθονίου* [3]) *καὶ ψυχοπομποῦ* est dicione; Athenienses autem vix etiam cupiunt audire qualis fuerit ille aut non fuerit: *οἴχεται ταῦτα.* In scholiis V legitur: „*σεσημείωται δέ, ὅτι νεκροὺς κωμῳδεῖ*". Quae si satis intellego, prisci grammatici non vituperarunt comicum propter mortuum hoc loco irrisum, sed observarunt constare e versu 650, mortuum iam esse Cleonem. Legendum igitur arbitror: „*νεκρόν*" = „*ὅτι περὶ αὐτοῦ λέγει ὡς νεκροῦ*".

652—654. Noto artificio ea ipsa dicit quae reticere velle se fingit; nam gravius quid in Cleonem iactari potuit? Poterant pluribus verbis includi haec crimina, augeri non poterant [4]).

658 sq. „*At spectatores alloqui non vult illa, graviter enim iis succenset*". Particula *γε* etiam ianitor e. g. sic utitur in Ranis: „*Αἰσχύλοσ .... περὶ τῆς τέχνης | διαγωνιεῖσθαι ἔφασκε πρός γε Εὐριπίδην*" [5]). Feliciter autem providetur ne quis mirari possit deae e tenebris reducis silentium. Simili artificio usus est Euripides in Alcestidis dramatis exitu [6]), aliam tamen ob causam; nam Pacis ingens simulacrum loqui non potuit: histrio qui Alcestidem morti ereptam agebat, poterat sane, sed prudenti consilio tragicus cavit id ne fieret.

---

[1]) Nub. 549 sq., ubi vid. — [2]) Cf. Proleg. Ran. p. V et vid. ad Thesm. 840 sq. — [3]) Cf. Aeschyli Choephoron initium. — [4]) Cf. autem supra vs. 269 et vid. ad Eq. 251. — [5]) Ran. 794, ubi vid. — [6]) Eur. Alc. 1143—1146.

ὀργὴν γὰρ αὐτοῖς ὧν ἔπαθε πολλὴν ἔχει.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἡ δ' ἀλλὰ πρὸς σὲ μικρὸν εἰπάτω μόνον.

ΕΡΜΗΣ.

εἴφ' ὅ τι νοεῖς αὐτοῖσι πρὸς ἔμ', ὦ φιλτάτη.

(Pacis ori admovet aurem.)

ἴθ', ὦ γυναικῶν μισοπορπακιστάτη. —
εἶεν, ἀκούω.

(Auscultat.)

ταῦτ' ἐπικαλεῖς; μανθάνω!

(Ad spectatores:)

ἀκούσαθ' ὑμεῖς ὧν ἕνεκα μομφὴν ἔχει.
ἐλθοῦσα φησὶν αὐτομάτη μετὰ τἀν Πύλῳ,
σπονδῶν φέρουσα τῇ πόλει κίστην πλέαν,
ἀποχειροτονηθῆναι τρὶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

661. αὐτοῖσι] αὐτοῖς V R.
664. Del. Hamaker.

660. ἀλλὰ] *saltem* [1]).

— μικρὸν] non: „*pauca quaedam*" sed: „*voce submissa*". Oppositum est λέγειν μέγα sive *alta voce loqui* [2]). Quae obiecta sunt interna.

661. Ingens Pacis simulacrum altitudine fere aequat Mercurii Trygaeique in regione sublimi versantium capita [3]). Probabiliter igitur fingi potest dea deo in aurem quaedam insusurrare clam ceteris, ut Strepsiadi Mercurius [4]).

— ὅ τι νοεῖς αὐτοῖσι] „*quo erga eos sis animo*" [5]).

662. μισοπορπακιστάτη] *clipeos quam maxime perosa* [6]). Pro clipeo commemoratur *balteus*, ὁ γὰρ ἱδρὼς τείρει τὸν ὁπλίτην „ὑπὸ πλατέος τελαμῶνος ἀσπίδος εὐκύκλου", ut loquitur Homerus [7]). *In acie* Athenienses non πόρπακι sed ὀχάνῳ regebant clipeum brachio arte adhaerentem, sed iocose hoc deae epitheto significatur balteus quo *in agmine* clipeus gravis et molestus ferebatur [8]). Odit dea — oderunt Athenienses — τοὺς πόρπακας καὶ τοὺς γυλίους [9]) ἐκείνους. Apte collatum est gallicum *porter le sac* [10]).

663. ταῦτ' ἐπικαλεῖς; μανθάνω!] *istane sunt quae improbas? Facile igitur intellego! κοὐδέν γε θαῦμα!* Nil mirum propter talia te succensere!

665—667. Hoc est quod et ipse modo aiebat Mercurius: „saepius Athenas redire conatam Pacem furcillis repulsam esse a demagogis" [11]). Venit tum dea σπονδοφόρος [12]) sive σπονδὰς ποιεῖν ἐθέλουσα τοῖς Ἀθηναίοις. Quod iocosis verbis nunc, ut in Acharnensibus, enuntiatur [13]).

[1]) Vid. ad Nub. 1364. — [2]) Vesp. 963. — [3]) Sic Green. — [4]) Vid. Nub. 1478—1485. — [5]) Vid. ad Ach. 446. — [6]) Vid. ad Ach. 279. — [7]) Hom. *E* 796 sq. — [8]) Eq. 1372. Ex parte mutanda sunt quae ad Eq. 849 annotavi, ubi vid. — [9]) Cf. vs. 527 sq. — [10]) Sic Mazon. — [11]) Vs. 637 sq.; praeterea cf. vs. 211—219, 316. — [12]) Cf. Ach. 216. — [13]) Ach. 175—199; vid. ad Ach. 178 et ad Eq. 1211.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἡμάρτομεν ταῦτ', ἀλλὰ συγγνώμην ἔχε·
ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ἦν τότ' ἐν τοῖς σκύτεσιν.

ΕΡΜΗΣ.

ἴθι νυν, ἄκουσον οἷον ἄρτι μ' ἤρετο·
ὅστις κακόνους αὐτῇ μάλιστ' ἦν ἐνθαδί,
χὤστις φίλος καὶ ἔσπευδεν εἶναι μὴ μάχας.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

εὐνούστατος μὲν ἦν μακρῷ Κλεώνυμος.

ΕΡΜΗΣ.

ποῖός τις οὖν εἶναι δοκεῖ τὰ πολεμικὰ
ὁ Κλεώνυμος;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ψυχήν γ' ἄριστος! πλήν γ' ὅτι

---

671. ἐνθαδί] ἐνθάδε V R.
672. καὶ ἔσπευδεν R] κατέσπευδεν V (Ι—Τ).
674. οὖν εἶναι V] εἶναι (om. οὖν) R, εἶναι σοὶ Bergk

---

668. ἡμάρτομεν ταῦτα] *male egimus ista* [1]. Utinam ea quae tu dicis aliter tractassemus. Pronomini τούτοις salva sententia substitui poterat τότε adverbium.

669. *Nempe non apud nos eramus* [2], νοῦν οὐκ εἴχομεν τότε, τὸν νοῦν εἴχομεν ἐν τοῦ βυρσοπώλου, mens nostra tunc erat in foro coriario [3].

672. ἔσπευδεν εἶναι μὴ μάχας] *studebat, operam dabat ut proelia essent nulla* [4]. Negatio ita hoc loco est collocata ut supra [5].

673. Paci quis omnium maxime faverit dubitari nequit: erat *Cleonymus* ille, quem clipeus abiectus [6] notiorem fecit aliquanto quam alios strenue in bello gestatus fortiterque servatus.

675—678. „*Quod ad fortitudinem eius attinet, in re militari optime habet*"; nam peritiae ut desit aliquid novo duci, est certe alacerrimus. „*Quamquam unum molestum est ...*" — sic se ipse reprehendit additurus aliquid, quod vix ullius momenti fore expectamus [7]: „*patri ei* [8]), *cuius filium se dicit, subiectum esse* [9]) *apparuit* [10]); *nam in expeditionem cum profectus erat, statim illic armorum fiebat abiectio*". Satis insulse sic verti quae melius quomodo vertam non habeo, neque graece admodum lepide dicta sunt. Multo facetius alibi Cleonymi taxiarchi ignaviam comicus risit [11]). *Taxiarchum* quod dico, non repugnat quod „στρατιώτης ἐξελθεῖν" nunc dicitur; nam *in bellum*, ἐπὶ στρατιᾷ id significat.

---

[1]) Cf. Vesp. 514. — [2]) Vid. ad Eq. 1119 sq. Vesp. 642. — [3]) „*Op de leermarkt*" vel: „*in de leerlooierij*". Vid. ad Ran. 1068. — [4]) Cf. Eq. 896. — [5]) Vid. vs. 42 et 125. — [6]) Vid. vs. 444—446 et ad Nub. 353. — [7]) Vid. ad Eq. 27. — [8]) Vid. ad Av. 437. — [9]) Vid. ad Vesp. 185. — [10]) Cf. Thesm. 340, 502 sqq., 565. — [11]) Vesp. 23 sq. Av. 1473 sqq.

οὐκ ἦν ἄρ' οὗπέρ φησιν εἶναι τοῦ πατρός.
εἰ γάρ ποτ' ἐξέλθοι στρατιώτης, εὐθέως
ἀποβολιμαῖος τῶν ὅπλων ἐγίγνετο.

ΕΡΜΗΣ.

ἔτι νυν ἄκουσον οἷον ἄρτι μ' ἤρετο·
ὅστις κρατεῖ νῦν τοῦ λίθου τοῦ ἐν τῇ Πυκνί.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

Ὑπέρβολος νῦν τοῦτ' ἔχει τὸ χωρίον.
(Caput avertit Dea.)
αὕτη, τί ποιεῖς; τὴν κεφαλὴν ποῖ περιάγεις;

ΕΡΜΗΣ.

ἀποστρέφεται τὸν δῆμον, ἀχθεσθεῖσ' ὅτι
οὕτω πονηρὸν προστάτην ἐπεγράψατο.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀλλ' οὐκέτ' αὐτῷ χρησόμεθ' οὐδέν, ἀλλὰ νῦν
ἀπορῶν ὁ δῆμος ἐπιτρόπου καὶ γυμνὸς ὤν

---

676. οὗπερ Bentley] ὅπερ V R.
680. νῦν R] νῦν ἄρτι (e vs. 679) V.
684. οὕτω Cobet] αὐτῷ(ι) V R.

---

680. „*Quis iam dominetur in oratorum suggestu*" [1]), mortuo Cleone quis προστάτης τοῦ δήμου sit factus [2]).

681. „*Hyperbolus* [3]) *nunc obtinet istum locum*". Quapropter comici eum, perinde atque antea Cleonem, per quadriennium quod insecutum est — dein ostracismo est pulsus — vellicarunt [4]), primus omnium Eupolis in Maricante fabula, quae brevi ante Pacem scenae est commissa [5]).

682. αὕτη, τί ποιεῖς;] „*heus tu* [6]), *quid agis?*"

683. ἀποστρέφεται τὸν δῆμον] „*civitatem aversatur*" [7]).

684. „*Quod tam nequam patrono se addixit* [8]); *quod talem partium popularium ducem elegit*" [9]). Adiectivum πονηρός a *laborandi* verbo πένεσθαι ductum [10]) non magis *improbum* significat quam *humilis condicionis* virum [11]). Idem ut significaret Thucydides „μοχθηρὸν ἄνθρωπον" Hyperbolum dixit [12]), nusquam alibi illo adi. [13]) usus. Hyperbolus etiam Platoni comico [14]) audit πονηρὸς καὶ ξένος [15]).

686 sq. „*Villico* [16]) *scilicet destitutus*

---

[1]) Vid. ad Eq. 956. — [2]) Vid. vs. 684. — [3]) Vid. ad Nub. 1065 Vesp. 1007. — [4]) Cf. vs. (441), 921, 1319. — [5]) Vid. Nub. 551—558. — [6]) Vid. ad Vesp. 1. — [7]) Cf. Soph. Oed. C. 1272 etc.— [8]) Cf. Plut. 920 et vid. ad Ach. 1095. — [9]) Vid. ad Eq. 1128. — [10]) Proprie igitur *iemand uit den werkenden stand.* — [11]) Cf. Eq. 738—740 et vid. ad Ran. 731. — [12]) Thucyd. VIII 73 § 3. — [13]) De quo vid. Ach. 517. — [14]) Plat. fr. 166⁴. Vid. Neil in editione Equitum p. 207. — [15]) I. e.: *operarius peregrinus, een handwerksman uit den vreemde*; vid. supra ad vs. 557. — [16]) Cf. Eq. 212 Eccl. 212, κηδεμών Vesp. 242.

τοῦτον τέως τὸν ἄνδρα περιεζώσατο.

ΕΡΜΗΣ.

πῶς οὖν ξυνοίσει ταῦτ' ἐρωτᾷ τῇ πόλει.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

εὐβουλότεροι γενησόμεθα.

ΕΡΜΗΣ.

τρόπῳ τίνι;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὅτι τυγχάνει λυχνοποιὸς ὤν. πρὸ τοῦ μὲν οὖν
ἐψηλαφῶμεν ἐν σκότῳ τὰ πράγματα,
νυνὶ δ' ἅπαντα πρὸς λύχνον βουλεύσομεν. — —

ΕΡΜΗΣ.

— — ὢ, ὢ,
οἷά μ' ἐκέλευσεν ἀναπυθέσθαι σου!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τίνα;

689. *ΕΡ. τρόπῳ τίνι;* R] *τρόπω τίνι* V Trygaeo continuans; *-μεσθα. ΕΡ. τίνι τρόπῳ;* Dindorf, sed vid. comment.
693. *τίνα;* Reiske] *τατί* (sic) V R.

et veluti denudatus populus isto viro se accinxit". Non pro *pallio* iste, sed pro *subligaculo*, *περιζώματι* [1]), est populo *μονοχίτωνι ὄντι, ἱμάτιον ἢ χλαῖναν οὐκ ἔχοντι.* — Audacissima haec et vere comica imago fortasse etiam Cleoni irridendo inserviit et male intellecta peperit mirum illud crimen: „*Κλέωνα περιζωσάμενον δημηγορῆσαι*" [2]). An alia ratione ambo hi loci cohaerent? Fortasse conferendus est Cleophon „*μεθύων καὶ θώρακα ἐνδεδυκώς*" verba ad populum faciens [3]).

689. *εὐβουλότεροι*] nunc *κακόβουλοι, ταχύβουλοι, μετάβουλοι* sunt Athenienses [4]). — *τρόπῳ τίνι;*] item alibi: „*παιδιὰν τίνα;*" [5]). Singularem sic vim adipiscitur interrogativum, ut supra negatio postposita [6]).

690. Saepius a nostro derisus est Hyperbolus *ὁ λυχνοπώλης, ὁ ἐκ τῶν λύχνων* [7]).

691. *ἐψηλαφῶμεν ἐν σκότῳ*] cf. Blepyrus ille *θοιμάτιον ἐν τῷ σκότῳ ψηλαφῶν εὑρεῖν οὐ δυνάμενος* [8]).

692. *πρὸς λύχνον*] *ad lucem, πρὸς φῶς* [9]). — *βουλεύσομεν*] *consilia inibimus* [10]). Tempore futuro nunc uti Trygaeum, licet iam per menses aliquot populi patronum egerit Hyperbolus, non est mirandum; non enim rogavit Pax quid prosit civitati novus ille patronus, sed quid sit profuturus.

1) *Schootsvel*; vid. Hegesipp. fr. 1⁷. — 2) [Arist.] Rep. Ath. 28 § 3. — 3) Ibid. c. 34 § 1. — 4) Vid. ad Eq. 1055. — 5) Plut. 1056. — 6) Vid. vs. 125. — 7) Cf. Eq. 739, 1315 Nub. 1065. — 8) Eccl. 315. — 9) Vid. ad Nub. 198. — 10) Vid. ad Eccl. 505.

ΕΡΜΗΣ.

πάμπολλα, καὶ τἀρχαῖ' ἃ κατέλιπεν τότε.
πρῶτον δ' ὅ τι πράττει Σοφοκλέης ἀνήρετο.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

εὐδαιμονεῖ· πάσχει δὲ θαυμαστόν.

ΕΡΜΗΣ.

τὸ τί;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἐκ τοῦ Σοφοκλέους γίγνεται ⟨Σιμωνίδης⟩.

695] πράττει V R] πράττοι Ald.

694. τότε] *olim* [1]).

695. Ante omnia scire cupit Pax quomodo valeat summus poeta tragicus.

696. πάσχει δὲ θαυμαστόν] i. e.: πλήν γε θαυμάζομεν τί ποτε πάσχει. Qui verbi πάσχειν notus est usus [2]).

— τὸ τί;] *quid istud?* [3]).

697—699. Simonidis μοῦσα φιλοκερδής ab aemulis est dicta [4]), et trimetro „κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι" ab iambographo aliquo petitum eum testatur noster locus [5]). Non enim Aristophanis haec sunt verba, sed ionica vox est ῥίψ [6]), pro qua Athenis dicebatur ψίαθος [7]), itemque ἕκατι; conferri potest Euripideum: „κέρδους ἕκατι καὶ τὸ συγγενὲς νοσεῖ" [8]). Quo iure autem Simonides lucri nimis studiosus fuerit dictus nescimus [9]). Nam quod „ ἔλεγε παίζων τὴν τοῦ ἀργυρίου κιβωτὸν εὑρίσκειν ἀεὶ πλήρη, τὴν δὲ τῶν χαρίτων κενήν" [10]), ex urbano illo ioco nihil eiusmodi apparet. Neque sordidam avaritiam testatur verbulum quod sive iure sive iniuria ei tribuitur: „ceteris vitae voluptatibus cum propter aetatem esset destitutus, uno rem faciendi gaudio etiam frui se" [11]); erat nimirum dicterium populare, quod his verbis inclusit Thucydides: „ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας τὸ κερδαίνειν μάλιστα τέρπειν" [12]). Comicus tamen cavilla illa utitur nunc ad irridendum Sophoclem, quem „*senem grandaevum*" [13]) — septuagenario videlicet maiorem — „*in Simonidem mutari*" ait, „*lucri causa ad quodlibet periculum adeundum paratissimum*". Non *ars* igitur Sophoclis carpitur, sed *vita*, non *poeta*, sed vir *muneribus publicis* domi militiaeque saepius functus, qui Pericli olim ab amicis fuerat; nunc paci eum parum favisse est cur suspicemur, et hanc ob causam ῥιψοκίνδυνον dici a comico. Sed certi statui nihil potest. Minime probabilis est interpretis alicuius, quam scholia praebent, coniectura: „μήποτε ἐδόκει „Σοφοκλῆς περὶ τοὺς μισθοὺς καὶ τὰς νεμή„σεις ὀψέ ποτε φιλοτιμότερος γεγονέναι". Quae si ita habuisset res, vix potuisset digna videri quae nunc commemoraretur, neque illud „ἐπὶ ῥιπὸς πλεῖν", quo *profligata* quaedam *temeritas* significa-

[1]) Nostrum: *in der tijd*; vid. ad Plut. 834. — [2]) Vid. ad Nub. 234 et 340. — [3]) Vid. ad Ran. 7. — [4]) Ioco deberi quae refert Aristoteles Rhetor. III 2 § 14 manifestum duco. — [5]) Cf. vWilamowitz Sitz.ber. d. k. pr. Ak. d. W. p. 631,2. — [6]) Herodot. IV 71 etc. — [7]) Ach. 874 etc. — [8]) Eur. fr. 570; cf. Lys. 306. — [9]) In scholiis excribitur Pind. Isthm. II 10, illic autem scholion praebet locum Callimachi. — [10]) Plut. Mor. 555*f*; cf. Stob. Flor. X 39. — [11]) Plut. Mor. 786*b*. — [12]) Thucyd. II 44 § 4. — [13]) Cf. vs. 554 et vid. ad Vesp. 1343.

ΕΡΜΗΣ.

Σιμωνίδης; πῶς;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὅτι γέρων ὢν καὶ σαπρὸς
„κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι.“

ΕΡΜΗΣ.

τί δαί; Κρατῖνος ὁ σοφὸς ἔστιν;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀπέθανεν

700. δαί] δὲ V R.

tur, apte dictum videretur. Neque huc facit — certe facere non videtur — Aesculapius his annis a Sophocle sacerdote in fanum dei Amyni receptus [1]. Nescimus igitur quid dicat comicus [2].

700—703. Post *tragicorum* principem Deae in memoriam venit statim alter poeta summus, qui tum cum illa ex Attica est pulsa regnabat in scena *comica*. Ipsum tum Periclem et in aliis fabulis vellicavit Cratinus et „*μάλα πιθανῶς in Dionysalexandro fabula ἐκωμῴδησε δι' ἐμφάσεως* [3], *ὡς ἐπαγηοχὼς τοῖς Ἀθηναίοις τὸν πόλεμον*" [4]. Non huic quoque bene esse respondet Trygaeus, sed „brevi postquam illa abierit esse mortuum, cum Peloponnesii vastarent Atticam; non enim sustinuisse adspectum vini e doliis fractis diffluentis". Quae si de vita nuper functo dicerentur, parum forent urbana vel festiva, et prorsus aliter de mortuo Cratino in Ranis noster est locutus [5]; mera autem mendacia nemini non inter spectatores visa forent [6], qui nescire non poterant Laconas ante decem annos Atticam vastare coepisse, tertio autem abhinc anno Cratinum e certamine scenico evasisse victorem. Quam maxime vivum tum se ostendit Cratinus, sed Aristophanes ea quam novimus impudentia usus aemulum senem, quem anno 424 ficta cum commiseratione vocaverat „silicernium delirum" [7], nunc „dudum mortuum" dicit. Graviter videlicet iam fert Nubes suam fabulam posthabitam Pytinae Cratini [8]. — Sic locum primus interpretatus est Bergk [9], quem secutus ultimus editor comici verba reddit: „Cratinos? mais c'est un homine *mort* depuis déja dix ans" [10]. Alia via inita Cobet [11] statuit mortuum esse Cratinum eo anno quo *Lacones comoedia* scenae fuerit commissa, quam datam esse fabulam anno 422, fractum autem in ea esse dolium vini ab hominibus quibusdam temulentis; hunc adspectum poetam vinosum dici non tulisse [12], sed animi deliquium passum obiisse [13]. Explicationem ingeniosam cum ceteris Cobeti disci-

[1]) Vid. ad Plut. 621. — [2]) Quae Mnemos. 1892 p. 209—223 suspicatus sum nimis sunt incerta et, quod gravius, cum nostri loci verbo *εὐδαιμονεῖ* non satis congruunt. — [3]) Legendum videtur * *δι' Ἀσπασίαν* (*ΔΙΑCΠΑ*^{σ} — *ΔΙΑΕΜφΑ*^{ο}). — [4]) Vid. Argumentum Dionysalexandri fabulae Oxyrh. papyri IV p. 71 sq. — [5]) Vid. Ran. 357. — [6]) Sic tamen comici verba accepit grammaticus qui *περὶ κωμῳδίας* scripsit (Proleg. de Com. III 7). — [7]) Vid. Eq. 526—536. — [8]) Vid. Nub. Proleg. p. XXIX sq. — [9]) Vid. Bergk Comment. p. 187. — [10]) Mazon; item Blaydes. Cf. Ach. 15. — [11]) Vid. Cobet Obs. crit. in Plat. com. reliquias p. 87—90. — [12]) Cf. Nub. 1373. — [13]) Cf. Ran. 481 et vid. ad Nub. 340.

ὅθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον.

ΕΡΜΗΣ.

τί παθών;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὅ τι;

ὡρακιάσας· οὐ γὰρ ἐξηνέσχετο
ἰδὼν πίθον καταγνύμενον οἴνου πλέων.

(Horrore perculsam se gestu significat Pax.)

καὶ ἕτερα πόσ' ἄττ' οἴει γεγενῆσθαι ἐν τῇ πόλει;
ὥστ' οὐδέποτ', ὦ δέσποιν', ἀφησόμεσθά σου.

ΕΡΜΗΣ.

ἴθι νυν, ἐπὶ τούτοις τὴν Ὀπώραν λάμβανε
γυναῖκα σαυτῷ τήνδε,

(manu ad eum adducit Oporam:)

κᾆτ' ἐν τοῖς ἀγροῖς
ταύτῃ ξυνοικῶν ἐκποιοῦ σαυτῷ βότρυς.

705. ἀφησόμε(σ)θα V^1 R] ἀφεξόμεθα V^2.

pulis aliisque multis impense semper sum admiratus, diu veram duxi, veram esse vellem etiamnunc: haud dubitanter tamen iam reicio, duas praesertim ob causas: intellegere non poterant spectatores haec verba Trygaei, si Platonis sic significabatur comoedia, neque Aristophanis erat iocose iis in memoriam revocare aemuli fabulam et fere laudare. Non dubito autem quin inter vivos etiam fuerit Cratinus quo tempore Pax est acta fabula; inter ipsos spectatores eum sedisse suspicor [1].

704. „*Et quam multa eiusmodi in civitate accidisse arbitraris?*" i. e. „*permulta accidisse facile intellegis*". Dubium videri nequit quin plurimorum malorum causa fuerit deae captivitas. Verba πόσα οἴει ita fere ut πῶς οἴει [2]) nunc usurpantur.

706—709. In iustum matrimonium Trygaeo traditur Opora: — agricolis redduntur copiae auctumnales, quas sola praebet Pax [3]). Similibus verbis in fine Equitum Demo seni offertur donum: „ἔχε νυν ἐπὶ τούτοις τουτονὶ τὸν ὀκλαδίαν" [4]).

707 sq. τήνδε ... ταύτῃ] clare hic apparet horum pronominum discrimen. Mercurius „τήνδε" dicit: „*mulierem quam tibi trado*" [5]); quam postquam Trygaeus accepit, „*iamque*" ait ille „*vive cum ea quam tenes*" [6]). — Ex ipsis Pacis deae manibus Oporam et mox Theoriam accipit Trygaeus [7]).

708. ἐκποιοῦ σαυτῷ βότρυς] dicuntur agricolae ποιεῖν κριθάς, οἶνον, similia [8]); nunc vero medio -ποιεῖσθαι utitur Mercurius, quoniam vox βότρυες id quod τέκνα iam valet [9]).

[1]) Item Rogers. — [2]) Vid. ad Ran. 54. — [3]) Cf. vs. 523 et vid. ad Ach. 988—999. — [4]) Eq. 1384. — [5]) Item mox vs. 713. — [6]) Similes sunt loci vs. 842—847 et 871—873. — [7]) Vid. ad vs. 523. — [8]) Vid. vs. 1322. — [9]) Cf. Ach. 255 et vid. ad Eccl. 615.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὦ φιλτάτη, δεῦρ' ἐλθέ, καὶ δός μοι κύσαι.

(Oporam exosculatur.)

ἆρ' ἂν βλαβῆναι διὰ χρόνου τί σοι δοκῶ,
ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, τῆς Ὀπώρας κατελάσας;

ΕΡΜΗΣ.

οὔκ, εἰ κυκεῶνά γ' ἐπιπίοις βληχωνίαν.
ἀλλ' ὡς τάχιστα τήνδε τὴν Θεωρίαν
ἀπάγαγε τῇ βουλῇ λαβών, ἧσπέρ ποτ' ἦν.

(Etiam Theoriam ad eum adducit.)

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὦ μακαρία βουλὴ σὺ τῆς Θεωρίας!

---

711. *κατελάσας* V^1 R] *κατεγέλασας* (γ superscr.) stultus corrector in V; idem est mendum Aelian. Epist. 7, qui locum nostrum insulse imitatur: „*τῆς Ὀπώρας οὖν καταγελάσας τί ἀδικῶ;*" Errorem correxit Kuster (quod fugisse videtur Hercherum infelici coniectura *καταπειράσας* illic rescribentem).
712. *κυκεῶνά γ'* Blaydes] *γε κυκεῶν'* V R; vid. Plut. 1202.
715. *βουλὴ σὺ* schol.] *σὺ βουλὴ* (-ῆι R) V R.

---

709. *δός μοι κύσαι*] *praebe osculum*. Frequens hic infinitivi usus finalis [1]).

710—712. *Tandem denuo* [2]) *Oporâ perfrui, διὰ χρόνου κατελάσαι*, vult Trygaeus; iocum autem praebent maritae nomen et verbum ambiguum *κατελαύνειν*, quod et rei amatoriae aptum [3]) et de *avide edentibus* dicebatur, ut *σπᾶν, ἐρείδειν, φλᾶν, σποδεῖν* [4]). Sic igitur verba accipiens Mercurius „*non nocebit tibi*" ait „*pomonae usus largior, si dein bibas poculum vini puleio* [5]) *medicati*" [6]). — Scholion recte: „*ὅτι οἱ [διὰ χρόνου] ἐσθίοντες ὀπώραν πολλὴν βλάπτονται καὶ οἱ συνουσιάζοντες συνεχῶς,*" — modo deleantur quae uncinis inclusi, — et: „*οἱ ὀπώραν πολλὴν ἐσθίοντες κυκεῶνα πίνουσιν ὑπὲρ τοῦ πέψαι τὴν τροφὴν καὶ μὴ ναυτιᾶν*", ubi „*πέψαι*" scripsi e coniectura, est enim in V „*πῆξαι*".

713 sq. Theoriam Trygaeus reducere iubetur ad senatum. Huius enim est mittere legationes ad sollemnia celebranda [7]), hactenus autem intercessit bellum [8]). — Notatu dignum quod legitur in scholio, quamvis sublestae fidei, nam praebet quidem Aldina, sed neque in codice V id reperio neque in R: „*τοῖς μὲν γεωργοῖς φέρουσα τὴν Ὀπώραν* „*ἔδωκε, τῇ δὲ βουλῇ τὴν Θεωρίαν ἀπένειμεν*", ubi Pax *gestasse* Oporam totidem verbis dicitur [9]).

715. *μακαρία … τῆς Θεωρίας*] *beata propter Theoriam recuperatam* [10]).

---

[1]) Cf. vs. 730 et vid. ad Ran. 755 Lys. 162. — [2]) Cf. Plut. 1055 et vid. ad Vesp. 1252. — [3]) Cf. Eccl. 1082 (Ach. 275 Eq. 1391). — [4]) Cf. vs. 25, 31, 1306 et vid. ad Ran. 576. — [5]) Vid. h. Cer. 209 Ach. 861. — [6]) Nos fere: *als gij een warm grogje toedrinkt.* Cf. vs. 1169 et vid. ad Plut. 1133. — [7]) Recte schol. — [8]) Cf. vs. 342. — [9]) Vid. ad vs. 523. — [10]) Cf e. g. Eq. 186 Vesp. 1512.

ὅσον ῥοφήσει ζωμὸν ἡμερῶν τριῶν!
ὅσας δὲ κατέδει χόλικας ἑφθὰς καὶ κρέα! — —
—— ἀλλ', ὦ φίλ' Ἑρμῆ, χαῖρε πολλά.

ΕΡΜΗΣ.

καὶ σύ γε,
ὦ ἄνθρωπε, χαίρων ἄπιθι, καὶ μέμνησό μου.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὦ κάνθαρ', οἴκαδ', οἴκαδ' ἀποπετώμεθα.

ΕΡΜΗΣ.

οὐκ ἐνθάδ', ὦ τᾶν, ἐστι.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ποῖ γὰρ οἴχεται;

ΕΡΜΗΣ.

„ὑφ' ἅρματ' ἐλθὼν Ζηνὸς ἀστραπηφορεῖ“.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

πόθεν οὖν ὁ τλήμων ἐνθάδ' ἕξει σιτία;

ΕΡΜΗΣ.

τὴν τοῦ Γανυμήδους . . . ἀμβροσίαν σιτήσεται.

---

716. ῥοφήσει Elmsley] -σεις VR (cf. Ach. 278 Eq. 360).

720. οἴκαδ', οἴκαδ'] οἴκαδ' αὖθις Cobet probabiliter, nam festinantis clamores minus apti videntur, cum non adsit scarabaeus. Cf. Av. 1636 Ran. 1486.

---

716 sq. „*Quam lautas dapes celebrabis*" in supplicationibus pacis causa decretis! [1]). „*In triduum iam . . .*" non imperabitur victus militaris [2]), sed offeretur visceratio; „*sorbebitur* [3]) *iusculum* [4]), *comedentur cocta omasa* [5]) *et carnes*". — Fient haec omnia in fabulae nostrae exitu. Adiectivum ἑφθόν etiam ad κρέα pertinere quivis videt.

719. ὦ ἄνθρωπε] nullum nunc habet contemtum, quippe a deo ad mortalem dictum.

— μέμνησό μου] *memento mei* — et promissorum tuorum! Gratum te praesta [6]).

722. Etiam Trygaei iumentum, ut Bellerophontis, sedem invenit sub solio Iovis [7]). Felicissimus hic est versus tragici usus. Nam ex Euripidis Bellerophonte desumtum nemo non sentit [8]) et diserte testatur scholion.

724. Novo ministro fulminis aliti Ganymedes eam quam novimus scarabaeorum ambrosiam praebere poterit, solus nimirum mortalis in Olympum receptus [9]).

---

[1]) Cf. schol. — [2]) Cf. vs. 312 etc. et vid. ad Ach. 197. — [3]) Cf. Eq. 360. — [4]) Cf. Nub. 386 Plut. 627. — [5]) Cf. Ran. 576. — [6]) Cf. vs. 418—423 et Plut. 1143. — [7]) Vid. ad vs. 76. — [8]) Eur. fr. 314. — [9]) Recte schol.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

πῶς δῆτ' ἐγὼ καταβήσομαι;

ΕΡΜΗΣ.

θάρρει, καλῶς·

τῃδὶ πὰρ αὐτὴν τὴν θεόν.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

δεῦρ', ὦ κόρα,

ἕπεσθον ἅμ' ἐμοὶ θᾶττον, ὡς πολλοὶ πάνυ

ποθοῦντες ὑμᾶς ἀναμένουσ' ἑστυκότες.

(Mercurius aedes intrat, Trygaeus et quae eum comitantur Opora et Theoria e caelo abeunt. Abduntur Iovis aedes et scena iterum mutata domum Trygaei denuo ostendit.)

PARABASIS CHORI.

(vs. 729—818.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

Commation.

ἀλλ' ἴθι χαίρων. ἡμεῖς δὲ τέως τάδε τά σκεύη καταθέντες

---

725. *θάρρει*] *θάρσει* V R.
726. *κόρα* Meineke] *κόραι* V R.
729. *καταθέντες* Blaydes] *παραδόντες* V R, *τήνδε σκευὴν ἀποδύντες* Hamaker (assen-

---

726. *παρ' αὐτὴν τὴν ὁδόν*] *descensum e caelo* quemnam dicat Mercurius nescimus, quoniam ex ipsis eius verbis effici id nequit. Sed non multum id refert, nam *absconditur* Trygaei puellarumque iter, et post parabasim demum e plagis caelestibus reduces venient denuo in hominum conspectum. — „Ipsam deam" esse *Pacem,* olim fuere qui negarent teste scholio V, perperam *Athenae* intellegentes statuam in theatro collocatam, „Pacem enim non descendere e caelo, sed illic manere [1]), perinde atque Belli deum, *καὶ ἐκεῖθεν ἐνεργεῖν*", mire igitur perturbantes omnia. Earundemne turbarum testimonium praebet alterum scholion V: „*ἥκετε ὦ κόραι τῆι θεῷ καὶ τῆι εἰρήνῃ καὶ τῇ θεωρίᾳ καὶ τῆι ὀπώρᾳ λεγει*", an debetur illic Pacis nomen errori librariorum vocem „*θεω(ριαι)*" legentium „*θεω(ι)*"?

727. *ἕπεσθον ἅμ' ἐμοί*] *comitamini me* [2]).

728. „*Nam plurimi illic intentissimo studio vos expectant*", *ὀρθὴ πᾶσα ἡ πόλις ἐστίν* [3]). Praeter expectationem non *ἑστηκότες* dicitur sed *ἑστυκότες* [4]).

729. *ἀλλ' ἴθι χαίρων· ἡμεῖς δὲ...*] sic ad parabasim fieri solet transitus [5]).

— *τάδε τὰ σκεύη*] choreutae ligones

---

[1]) In schol. ad vs. 842 iteratur haec observatio, ibi tamen dubitanter. — [2]) Vid. ad Plut. 823. — [3]) Vid. Lys. 995. — [4]) Item fortasse Thesm. 158. — [5]) Item Eq. 498 sqq. Nub. 510 sqq. Vesp. 1009 sqq.; praeterea cf. Ach. 1043, de imperativo *ἴθι* vid. ad Vesp. 186, de participio *χαίρων* ad Ran. 843.

τοῖς ἀκολούθοις δῶμεν σῴζειν, ὡς εἰώθασι μάλιστα
περὶ τὰς σκηνὰς πλεῖστοι κλέπται κυπτάζειν καὶ κακοποιεῖν.

(Ad ministros instrumenta rustica auferentes:)

ἀλλὰ φυλάττετε ταῦτ' ἀνδρείως! — ἡμεῖς δ' αὖ τοῖσι θεαταῖς
ἣν ἔχομεν ὁδὸν λόγων εἴ-
πωμεν| ὅσα τε νοῦς ἔχει.

(Ad spectatores convertit se chorus.)

Parabasis.

χρῆν μὲν τύπτειν τοὺς ῥαβδούχους, εἴ τις κωμῳδοποιητὴς
αὐτὸν ἐπῄνει πρὸς τὸ θέατρον παραβὰς ἐν τοῖς ἀναπαίστοις.
„εἰ δ'“ οὖν εἰκός τινα „τιμῆσαι, θύγατερ Διός, ὅστις ἄριστος“

---

tiente Cobeto NL. p. 51), sed vocem σκεύη non esse sollicitandam apparet coll. vs. 1318; παραβάντες Richards, fortasse recte, quamquam minus placet sic verborum ordo et dubito an παραβησόμενοι potius fuerit dicendum. Meineke servato παραδόντες in versu sequenti scribebat φῶμεν pro δῶμεν (cf. Ran. 132).

731. σκηνὰς] σκευὰς Hamaker.

732. φυλάττετε V] φύλαττε R.

733. λόγων εἴπωμεν] λόγον R¹, εἴπομεν V. || νοῦς] νοῦν vHerwerden (coll. Ran. 696 Vesp. 64).

---

ceteraque instrumenta, quibus muniti orchestram intrarunt [1]), ponunt nunc suo poetaeque nomine cives allocuturi [2]).

730. δῶμεν σῴζειν] idem qui supra hic est infinitivi finalis usus [3]). Sic in Ranis Aeschylus: „τὸν θᾶκον | τὸν ἐμὸν παράδος Σοφοκλεῖ τηρεῖν | καὶ διασῴζειν“ [4]).

731. περὶ τὰς σκηνὰς ... κυπτάζειν] in theatris Dionysiaco, Lenaeo, alibi multos fures *circa scenam versari* [5]) quoties fabulae illic agantur, coryphaeus ait vel iocose fingit.

733. Ut in Vespis [6]), sic nunc parabasi *anapaesticis* tetrametris compositae praemittuntur *trochaei* aliquot; cf. etiam numeri *glyconei* qui in Avibus exordium parabasis efficiunt [7]). Dicitur ὁδὸς λόγων quam οἴμην vocabant cantores epici [8]). Alibi (in parodia) est ὁδὸς μελέων [9]).

734 sqq. Simile Equitum parabasis habet exordium. „*Alius poeta*“ — equites aiunt — „*si iuberet nos* λέξοντας ἔπη πρὸς „τὸ θέατρον παραβῆναι, *nollemus;* νῦν δ' „ἄξιός ἐσθ' ὁ ποιητής, *quoniam fortiter* „*ille* πρὸς τὸν Τυφῶ (Cleonem) χωρεῖ“ — quaeque illic sequuntur [10]).

734. Dionysiis aliisque ludis publicis curam τῆς εὐκοσμίας habebant lictores aliquot [11]). Quamquam spectatores caedendi iis non erat ius, nedum poetas caedere licuerit. Iocari poetam neminem fugit.

736. In scholiis affertur distichon Simonidis, quod comicus spectatoribus in memoriam nunc revocat, notissimum autem iis fuisse facile intellegimus: „εἰ δ' ἄρα τιμῆσαι, θύγατερ Διός, ὅστις „ἄριστος, | δῆμος Ἀθηναίων ἐξετέλεσσα μό-

---

[1]) Cf. vs. 552 et 1318. — [2]) Cf. Ach. 627. — [3]) Cf. vs. 709. — [4]) Ran. 1515 sqq. — [5]) Cf. Nub. 509. — [6]) Vesp. 1011—1014. — [7]) Av. 677—684. — [8]) Vid. ad Eq. 1015 Ran. 897. — [9]) Av. 1374. — [10]) Eq. 506—511, ubi vid. — [11]) Demosth. XXI § 178 sq. Thucyd. V 50 (Herodot. VIII 59).

κωμῳδοδιδάσκαλος ἀνθρώπων καὶ κλεινότατος γεγένηται,
ἄξιος εἶναί φησ' εὐλογίας μεγάλης ὁ διδάσκαλος ἡμῶν.
πρῶτον μὲν γὰρ τοὺς ἀντιπάλους μόνος ἀνθρώπων κατέπαυσεν
εἰς τὰ ῥάκια σκώπτοντας ἀεὶ καὶ τοῖς φθειρσὶν πολεμοῦντας,
τούς θ' Ἡρακλέας τοὺς μάττοντας καὶ τοὺς πεινῶντας ἐκείνους

---

738. *ἡμῶν*] *ὑμῖν* Blaydes (coll. Ach. 633).
739. *μὲν* R] om. V.
740. *τοῖς* V] *τοὺς* R.
741. *θ'*] *δ'* Bergk, sed vid. comment. || *μάττοντας*] *μαργῶντας* (et alia) tentavit Blaydes; si quid sit mutandum, malim *κάπτοντας*, sed vid. comment. || *καὶ τοὺς*] *κἀεὶ* vHerwerden, litteras *ΚΑΕΙ* in *ΚΑΙ* abiisse ratus, dein insertum esse articulum Me vulgata non offendit (vid. comment.).

νος" [1]). Quo victoriam Marathoniam Simonides celebravit [2]).

— *εἰ δ' οὖν*] turpe est se ipsum laudare, sed si ullum hominem id deceat unquam, hunc deceat poetam [3]).

738. Tantum non iisdem verbis usus chorus Acharnensium: „*φησὶν δ' εἶναι πολλῶν ἀγαθῶν ἄξιος ὑμῖν ὁ ποιητής*" [4]).

739. *πρῶτον μὲν*] quod opponendum erat „*εἶτα δέ*" [5]) non sequitur. Nam postquam plura sunt interposita, quae omnia spectant ad auctam ab Aristophane scenae dignitatem spretasque ineptias quibus faex popelli delectatur, mutata oratione „*τοιαῦτ' ἀφελὼν κτέ.*" chori dux pergit.

— *τοὺς ἀντιπάλους*] Eupolidem potissimum peti nisi disertis verbis testarentur scholia, cuiusvis esset suspicari, quoniam Eupolidem ex hoc ipso certamine scenico victorem evasisse docet fabulae Argumentum [6]). Aristophanis iocos Eupolis „Megaris surreptos" vocavit: — „at multo insulsiores sunt ipsius Eupolidis ioci", sic noster contra, „nisi forte e meis fabulis surripuit aliquid" [7]).

740. *εἰς τὰ ῥάκια σκώπτοντας*] *de* [8]) *pannis iocantes.*

— *τοῖς φθειρσὶν πολεμοῦντας*] ignoramus qua in Eupolidis — aliusve comici — fabula [9]) cum pediculis bellum gesserit alter aliquis Strepsiades [10]). Monstris hisce mox opponentur maiores aliquanto et tetriores beluae, quas debellavit Aristophanes. — In scholiis quae leguntur: „*ἀντὶ τοῦ εὐτελεῖς ἄνδρας καὶ ἀδόξους*" si significant: „pediculis vexatos dici nunc homines ex infima plebe", mens comici non satis recte redditur; si vero scripsit hic interpres: „*ἀντὶ τοῦ εὐτελέσιν ἀνδράσι καὶ ἀδόξοις*" [11]), ludicre errabat, non veros pediculos sed nequam homunciones intellegens [12]).

741. Proverbialis fuit Herculis fames [13]). Qui modo immanibus dapibus se ingurgitans ostendebatur — Euripidis Syleum et Alcestidem meminimus, — modo esuriens et *τὸ δεῖπνον ἐξαπατώμενος* [14]). — Verbum *μάττειν* nisi forte corruptum est [15]), suam *farinam pinsendi* vim servasse censendum est, non id quod *σπᾶν* vel *ἐρείδειν* (i. e. *vorare*) nunc significare [16]), quod perhibet scho-

---

[1]) In V est *θυγατέρα*, cetera sunt integra. — [2]) Simonid. fr. 82. — [3]) Cf. Vesp. 92 Soph. Ant. 722 (Mazon). — [4]) Ach. 633, ubi vid.; praeterea cf. infra vs. 918. — [5]) Cf. e. g. Ran. 941—944. — [6]) Cf. Prolegom. p. V. — [7]) Vid. Nub. 537—544 et 553 sq. Vesp. 56—66 quaeque ad illos locos annotavi. — [8]) Vid. ad Av. 917. — [9]) *Maricantem* fabulam carpi suspicatur Mazon. — [10]) Cf. Nub. 634, 709—715. — [11]) Coni. vHerwerden. — [12]) Miror Mazonium hanc sententiam amplexum. — [13]) Vid. ad Ran. 62 sqq. — [14]) Vesp. 60. — [15]) Vid. annot. crit. — [16]) Ut Anaxandr. fr. 57 ??

ἐξήλασ' ἀτιμώσας πρῶτος, καὶ τοὺς δούλους παρέλυσε
743 τοὺς φεύγοντας καὶ ἐξαπατῶντας καὶ τυπτομένους ἐπίτηδες,
ἵν' ὁ σύνδουλος σκώψας αὐτοῦ τὰς πληγὰς εἶτ' ἀνέροιτο·
„ὦ κακόδαιμον, τί τὸ δέρμ' ἔπαθες; μῶν ὑστριχὶς εἰσέβαλέν σοι
„εἰς τὰς πλευρὰς πολλῇ στρατιᾷ, καὶ ἐδενδροτόμησε τὸ νῶτον;" —
τοιαῦτ' ἀφελὼν κακὰ καὶ φόρτον καὶ βωμολοχεύματ' ἀγεννῆ

744 οὓς ἐξῆγον κλάοντας ἀεί, καὶ τούτους οὕνεκα τουδί,

743. In V R legitur ante vs. 742; transposuit Bergk. Delet Mazon (servato vs. 744, ubi vid.), sed particula ἐπίτηδες non ea est quae interpreti videatur tribuenda. || φεύγοντας] ψευδομένους vel κλέπτοντας mavult vHerwerden.

744. Del. Hamaker. Simillimum emblema est Ran. 15; praeterea vid. ad Av. 16. || ἐξῆγον] εἰσῆγον Paley, recte, ut opinor, licet spurius sit versus. || οὕνεκα R] εἵνεκα V.

745. εἶτ' ἀνέροιτο Bentley] ἐπανέροιτο V R (*ΕΙΤ-ΕΠ*).

746. σοι R] σε V.

747. ἐδενδροτόμησε] -κόπησε Cobet. || τὸ] τὸν V R.

liasta. Quidni autem Herculem polentam in alveo sibi parantem monstrarint comici, quemadmodum in Avibus fabula [1]) a turdis divelli nequit? — In scholiis laudatur Cratini quidam locus: „ὑπὸ δ' Ἡρακλέους πεινῶντος ἀεὶ [2]) καὶ σκώπτοντος ταῦτ' οὐ βιωτόν ἐστιν" [3]), cuius ultima verba non sunt integra.

742 sq. Similes in Nubium parabasi aemulorum facetias carpens noster „*in mea fabula coryphaeus*" ait „*non* τῇ βακτηρίᾳ | τύπτει τὸν παριόντ', ἀφανίζων πονηρὰ σκώμματα" [4]). — Nempe mancipia ista in scenam confugientia *munere*, quod immerentibus tribuerant mali isti poetae, *destituit* [5]). Est enim παραλῦσαι τῆς ἀρχῆς *magistratu aliquem amovere*, παραλῦσαι τῆς στρατιᾶς *militiae dare vacationem* [6]).

743. ἐπίτηδες] *consulto, certam ob causam* [7]).

745—747. Ergone oblitus est noster querelarum iocorumque servilium, unde initium habent *Equites* et *Vespae* fabulae? vel *Strepsiadis* illius „ἀτταταῖ!" et „ἰοῦ, ἰοῦ!" vociferantis? [8]). Minime, sed duo cum idem faciunt, non est idem. Ab Aristophane nihil insulse, ab Eupolide nihil lepide dici potest... iudice Aristophane. Xanthias „ἐπεστρατεύσατό μοι Μῆδός τις ὕπνος ἐπὶ τὰ βλέφαρα" cum dicit [9]), bene habet: — mancipium Eupolideum cum „ὑστριχὶς" [10]) ait „πολλῇ στρατιᾷ [11]) εἰσέβαλεν" sive εἰσβολὴν ἐποιήσατο „εἰς τὰς πλευράς σου", digna garrit quae explodantur. Non tamen ceteris quoque Atheniensibus ita visum; qui modo huic, modo illi comico primum tribuerunt praemium, et in hoc certamine victorem pronuntiarunt Eupolidem.

747. ἐδενδροτόμησε τὸ νῶτον] eadem brevitate loquendi usus isiciarius ad Paphlagonem „κυνοκοπήσω" ait „σου τὸ νῶτον" [12]).

748—750. Chori dux postquam exposuit quales sordes et ineptias e scena comica removerit Aristophanes, iam enarraturus est quam splendide ille sui ingenii opibus eam deinde exornaverit.

[1]) Vid. Av. 1689—1692. — [2]) ἄγει R, ἄγε V, correxit vHerwerden. — [3]) Cratin. fr. 308. — [4]) Nub. 541 sq. — [5]) Verbum nonnisi Ar. fr. 325[1] in comoedia redit, ubi propria *solvendi* vi utitur. — [6]) Herodot. VII 38. — [7]) Vid. ad Vesp. 391. — [8]) Nub. 707 et 1321. — [9]) Vid. Vesp. 12. — [10]) Vid. ad Ran. 619. — [11]) Vid. ad Vesp. 354. — [12]) Eq. 289; praeterea vid. ad Eq. 313.

ἐποίησε τέχνην μεγάλην ἡμῖν καὶ ἐπύργωσ' οἰκοδομήσας
ἔπεσιν μεγάλοις καὶ διανοίαις καὶ σκώμμασιν οὐκ ἀγοραίοις,
οὐκ ἰδιώτας ἀνθρωπίσκους κωμῳδῶν οὐδὲ γυναῖκας,
ἀλλ' Ἡρακλέους ὀργήν τιν' ἔχων τοῖσι μεγίστοις ἐπεχείρει,

752. *τοῖσι*] *θηρσὶ* Merry eleganter. || *ἐπεχείρει*] *ἐπιχειρῶν* Hamaker (*ἐπιχειρεῖ* habet B).

Sic in Ranis Euripides „tragoediae Aeschyleae *τὸ βάρος ἀφελεῖν*, dein *ἀναθρέψαι αὐτήν*" se gloriatur [1]).

748. *φόρτον*] *taedium quod movent ioci scurriles* [2]).

— *βωμολοχεύματ' ἀγεννῆ*] *σκώμματα ἀσελγῆ* [3]) *καὶ δουλοπρεπῆ* [4]).

749. *ἐπύργωσε*] *in altius evexit.* Sic Aeschylum „*πυργῶσαι ῥήματα σεμνά*" ait Dionysus in Ranis [5]).

750. *ἔπεσι... καὶ διανοίαις*] cum quod ad *dictionem*, tum quod ad *inventionem* [6]) attinet, „*ἔπεσι καὶ πράγμασι*", ut dicitur alibi [7]).

— *οὐκ ἀγοραίοις*] *non trivialibus* [8]).

751—760. Hi versus postmodo in Vespas fabulam — ab ipso ut opinor Aristophane — sunt transsumti [9]).

751. „*Non privatos aliquos homullos vel mulierculas perstringens*" [10]). Eupolis nuper [11]) in Urbibus Autolycum iuvenem formosum eiusque parentes Lyconem Rhodiamque vellicavit [12]), et altero ante Pacem mense in Maricante fabula non solum Hyperbolum — qui publicam iam personam sustinet — sed et huius matrem risit inclementissime [13]).

752—758. „*Sed alter Hercules potentissimum quemque est adortus.*" — Propter dramata non suo sed amicorum nomine magistratui oblata Aristophanes ab aemulis „comicae musae latro" et „Hercules alter, non sibi sed aliis vincens" est dictus [14]). Ad quos iocos iam respondens imaginem ita detorquet poeta ingeniosissimus ut magnifice se collaudandi inde captet occasionem [15]). „Hercules sum? Esto: Cerberum saltem meum „devictum mihi habeo et prostratum; „cuius caput informe mille adulatorum „linguis micabat, voxque ei erat torrentis hiberni per saxa ruentis, oculique flagrabant foedo lucri amore, et „gravis putrium coriorum odor cultiores homines ex eius vicinia fugabat. „Unus ego non recessi, sed impugnavi „illud monstrum neque missum feci, „donec iners iacuit". Sic Cleonem pinxit comicus, imitatus locum Hesiodeum ubi describitur *Typhoeus* Iovis fulmine deiectus et nunc montis mole superimposita coercitus [16]). Nempe etiam cum Typhoeo Hercules congressus esse ferebatur [17]). Sic de Aeschylo ira effervescente Dionysus in Ranis: „*Τυφὼς... ἐκβαίνειν παρασκευάζεται*" [18]). Nostro tamen loco intermixta sunt nonnulla, quibus cum *Cerbero* cane, quem domitum Hercules ex inferis abripuit [19]), comparatur Cleon.

752. *ὀργήν*] non *iram* significat, sed *studium, animum* [20]).

[1]) Ran. 941—944. — [2]) Vid. ad Vesp. 65 sq. Nub. 524. — [3]) Vid. ad Ran. 358. — [4]) Vid. ad Ran. 179. — [5]) Ran. 1001, ubi vid. — [6]) Vid. ad Eq. 539 Nub. 943 sq. — [7]) Vid. Eq. 39. — [8]) Vid. ad Eq. 181 Nub. 991. — [9]) Cf. Vesp. 1029—1037 et vid. Proleg. Vesp. p. XXIII, 2 et 3. — [10]) Vid. ad Thesm. 85. — [11]) Anno proximo, ut opinor; vid. Proleg. Vesp. p. XXXVI—XL. — [12]) Vid. Eupol. fr. 215 et ad Vesp. 1026. — [13]) Vid. ad Nub. 552, 555. — [14]) Vid. Mnemos. 1888 p. 266—268. — [15]) Vid. Proleg. Vesp. p. XIII et XXIII. — [16]) Vid. Eq. 511 Hes. Theog. 820—835. — [17]) Vid. Eur. Herc. 1272 Verg. Aen. VIII 297. — [18]) Ran. 848. [19]) Cf. Ran. 467. — [20]) Vid. ad Eq. 41.

διαβὰς βυρσῶν ὀσμὰς δεινὰς καὶ ἀπειλὰς βορβοροθύμους,
θρασέως ξυστὰς εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς αὐτῷ τῷ καρχαρόδοντι,
οὗ δεινότεραι μὲν ἀπ' ὀφθαλμῶν Κύννης ἀκτῖνες ἔλαμπον,
ἑκατὸν δὲ κύκλῳ γλῶτται κολάκων οἰμωξομένων ἐλιχμῶντο

---

753. *βορβοροθύμους*] sic V R, *βαρβαροθύμους* schol., *βαρβαρομύθους* Meineke.

754—764. In textu tradito a 3ª ad 1ᵃᵐ personam h. l. fit transitus (vid. ad vs. 754, 760, 761, 762, 763). Qui nisi errori debetur, de se suisque comitibus chori ducem haec (ut vs. 765 sqq.) dicere sumamus oportet. Et potuit fortasse perhibere coryphaeus se — id est chorum Aristophaneum — cum Cleone in Equitibus fabula dimicavisse, in qua fabula chorus Paphlagonem vi et minis adoriebatur. Sed in Vespis fabula haec omnia de ipso poeta dicuntur, et versus certe 762 de eo aptius dicitur quam de uno pluribusve e choreutis. Itaque manifestum duco errorem; nam id quidem certum est, non ipsum poetam spectatores nunc alloqui aut fingi alloqui, ut in parabasi Nubium fabulae, sed chori ducem more solito verba facere. Qui quod *ἐν τῷ πνίγει* prima persona utitur, idem obtinet in parabasi Acharnensium, quae nostro loco est simillima (Ach. 659—664). Id unum fortasse est dubium, utrum Ach. l. l. poetae verba afferri iure perhibuerim in editione mea, an de suo ceterorumque choreutarum studio coryphaeus ibi quoque loquatur.

754. *θρασέως ξυστὰς εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς*] *καὶ πρῶτον μὲν μάχομαι πάντων* VR; scribi poterat *μάχεται* (vid ad vs 754—764), nisi Vesp. 1031 testaretur lacunam archetypi h. l. male esse expletam. Correxit Hamaker.

755. *οὗ*] *ᾧ* Hecker. ‖ *δεινότεραι* Kiehl] *-ταται* VR. ‖ *Κύννης*] *κυνὸς ὡς* Eratosthenes infelici coniectura (*-ταται* igitur legens, quod et hodie habent codd.).

756. *γλῶτται* Bentley] *κεφαλαὶ* VR. Non *capita* lambunt, sed *linguae* et egregie displicet *κεφαλαὶ ... περὶ τὴν κεφαλήν*. ‖ *ἐλιχμῶντο*] *ἐλιχνῶντο* l. a. in schol. (cf. Hesych. s. v.).

---

753. „*Torrentes*" — *χαράδρας τινάς* [1]) — „*graveolentes iurgiorum minarumque e* „*caeno petitarum pervadere*" [2]) sustinuit poeta cum coriario illo clamoso congressurus. Item Callistratus is, qui Babylonios et Acharnenses suo nomine scenae commisit, Cleonem torrenti lutulento assimulans „*ὀλίγου ἀπολέσθαι μολυνοπραγμονούμενον*" se ait „*ὑπ' αὐτοῦ κυκλοβοροῦντος*" [3]).

754. „*Ipsum statim Cerberum petivit*". — Cerberum noster Cleonem etiam supra dixit [4]), nunc *canum* epitheto *καρχαρόδοντι* [5]) significat.

755. *δεινότεραι .... Κύννης*] comparatio haec est compendiaria, ut in Homerico „*κόμαι Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι*" [6]). Sic alibi apud nostrum barba dicitur „*'Επικράτους καλλίων*" [7]). *Cynne* famosa hoc tempore erat meretrix [8]).

756. Quemadmodum Typhoei illius caput circumdabant *ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος γλώσσῃσιν δνοφερῇσι λελιχμότος* [9]), sic circum impurum illum *ἐκ τῶν βυρσῶν* Cerberum centum micabant linguae lambentes adulatorum [10]). Facete comicus, veluti lingua lapsus, *sibilandi* vel simili verbo substituit aliud, cui *soni* notio item inest, sed *imprecationis* instar est futuri hoc participium, nam valet idem atque

---

[1]) Recte schol. — [2]) „*Doorwaden*". — [3]) Ach. 381 sq.; praeterea vid. Eq. 137 et 310. — [4]) Vs. 313; cf. Eq. 1030. — [5]) Ut Eq. 1017, ubi vid. — [6]) Hom. *P* 51. — [7]) Eccl. 71; praeterea cf. Lys. 1179. — [8]) Vid. ad Eq. 765. — [9]) Hes. Theog. 825 sq.; *λελ(ε)ιχμότες* codd. plerique. — [10]) Cf. Vesp. 45.

περὶ τὴν κεφαλήν, φωνὴν δ' εἶχεν χαράδρας ὄλεθρον τετοκυίας,
φώκης δ' ὀσμήν, πρωκτὸν δ' ἄπλυτον Λαμίας, ὄρχεις δὲ καμήλου.
τοιοῦτον ἰδὼν τέρας οὐ κατέδεισ', ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν πολεμίζων
ἀντεῖχεν ἀεὶ καὶ τῶν ἄλλων νήσων. ὧν οὕνεκα νυνὶ
ἀνταποδοῦναι τὴν χάριν ὑμᾶς εἰκὸς καὶ μνήμονας εἶναι.
καὶ γὰρ πρότερον πράξας κατὰ νοῦν οὐχὶ παλαίστρας περιήειν
παῖδας πειρῶν, ἀλλ' ἀράμενος τὴν σκευὴν εὐθὺς ἐχώρει

---

758. **πρωκτὸν δ' ἄπλυτον Λαμίας, ὄρχεις*] *Λαμίας ὄρχεις* (*δ' ὄρχεις* V loco par.) *ἀπλύτους, πρωκτὸν* VR prorsus inepte, licet priscum vitium hoc esse e scholiis videatur effici. || *καμήλου*] *καμίνου* VR.

759. *ὑμῶν* R] *ἡμῶν* V (etiam loco parallelo) non male.

760. **ἀντεῖχεν*] *-ον* VR. Loco parallelo (Vesp. 1036 sqq.) tertia persona utitur poeta, aliis tamen verbis adhibitis. || *οὕνεκα*] *εἵνεκα* VR.

761. *ἀνταποδοῦναι* Bentley] *ἀποδοῦναί μοι* VR, quod fortasse potest defendi (vid. comment. ad vs. 765—774); aptius tamen videtur id quod dedit Bentley. Cf. Thesm. 813.

762 sq. *περιήειν ... πειρῶν* Bentley] *περινοστῶν* (cf. Thesm. 796 etc.).... *ἐπείρων* VR; loco parallelo est *περικωμάζειν ... πειρῶν* (Vesp. 1025) et in scholiis recc. (non VR) ad illum versum e nostro loco affertur *περιήει*. Ceterum 1am personam intellegebat Bentley (*περιῆα* igitur scripsisset melius); sed requiritur 3a.

763. **ἐχώρει*] *ἐχώρουν* VR.

κάκιστ' ἀπολούμενος [1]). Verbum *λιχμᾶσθαι* vel *λιχμᾶν* [2]) a stirpe *λιχ-λειχ* (*λίχνος, λείχειν*) est ductum, transitum autem parat Hesiodeum quod modo attulimus participium *λελιχμώς*, insolite sane formatum.

757. *Κλέωνος τοῦ κεκράκτου λαβροστομοῦντος „οἴμοι τάλας, ὁ Κυκλοβόρος κατέρχεται"* [3]) clamabant homines.

758. Nunc quoque epica usus comparatione poeta graveolentiam coriorum, quibus Cleon innutriebatur, assimulat teterrimo odori *phocarum*. Olidum illud Protei pecus nemo ignorat: *„τίς δέ κεν εἰναλίῳ παρὰ κήτεϊ κοιμηθείη!"* [4]). De *Lamia* autem naenia non admodum festiva ferebat *„ὡς ἀλοῦσα ἐπέρδετο"* [5]). Huic quoque monstro foedissimo, quod fabulam fecit Crates [6]), Cleon nunc assimulatur.

759. *πολεμίζων*] epicam imaginem et numeros anapaesticos decet verbi forma epica [7]).

760. *καὶ* (*ὑπὲρ*) *τῶν ἄλλων νήσων*] Cerberus ille *„τὰς νήσους διέλειχεν"* [8]). Quem qui profligavit *„φέγγος Ἀθήναις καὶ ταῖς νήσοις ἐπίκουρον"* se praestitit [9]). — Verba *„ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῶν ἄλλων νήσων"* valent: *„pro vobis ceterisque, dico insulas"* (*insulanos homines* sive *socios*).

761. Cf. tetrameter quo dux chori Thesmophoriazusas fabulam claudit: *„τὼ Θεσμοφόρω δ' ἡμῖν ἀγαθὴν τούτων χάριν ἀνταποδοίτην"*.

762. *πράξας κατὰ νοῦν*] sic Equitum chorus *„plaudite poetae"*, ait, *„ut laetus „hinc discedat κατὰ νοῦν πράξας, φαιδρὸς λάμποντι μετώπῳ"* [10]).

763. *πειρῶν*] *pelliciens, captans* [11]).

---

[1]) Vid. ad Ran. 178 Vesp. 412. — [2]) Eur. Bacch. 698. — [3]) Cf. Ar. fr. 636 Pherecrat. 51. — [4]) Hom. δ 406, 441—446. Cf. etiam Vesp. 35—39. — [5]) Vesp. 1177. — [6]) Praeterea cf. Hor. ad Pison. 340 Plut. Mor. 515*f* Diodor. XX 41 Philostr. vit. Apollon. IV 25 p. 165 Apul. Met. I 17 V 11. — [7]) Vid. ad Nub. 419. — [8]) Eq. 1034. — [9]) Eq. 1319. — [10]) Eq. 548—550; praeterea vid. ad Eq. 498 sq. — [11]) Vid. ad Eq. 517.

παῦρ' ἀνιάσας, πόλλ' εὐφράνας, πάντα παρασχὼν τὰ δέοντα.

Pnigos sive macron.

πρὸς ταῦτα χρεὼν εἶναι μετ' ἐμοῦ
καὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τοὺς παῖδας.
καὶ τοῖς φαλακροῖσι παραινοῦμεν
ξυσπουδάζειν περὶ τῆς νίκης·
πᾶς γάρ τις ἐρεῖ νικῶντος ἐμοῦ
καὶ ἐπὶ τραπέζῃ καὶ ἐν ξυμποσίοις·
„φέρε τῷ φαλακρῷ!" — „δὸς τῷ φαλακρῷ
„τῶν τρωγαλίων, καὶ μὴ ἀφαίρει

770. ἐν] om. VR; add. Elmsley. Cf. vs. 479.
772. Deleto καί Blaydes post ἀφαίρει addit τοῦ.

764. παῦρα] id quod οὐδέν nunc valere observat scholiasta, collato versu Homerico, ubi „*Tydeum* ὀλίγον ϝοι παῖδα ϝεϝοικότα *genuisse*" ait Agamemnon, cum *plane dissimilem* patri Diomedem dicere velit [1]).

765—774. Praemia choris decernuntur, non poetis [2]). Choro igitur civitas gratiam redditura est — certe reddituram sperat Aristophanes, sed spem fefellit eventus — pro beneficiis a poeta in ipsam collatis, et chorus si victor evaserit, omnes calvum huiusce fabulae poetam laudibus adeo extollent ut ipsa calvities inter homines in laudem vertat.

765. πρὸς ταῦτα] *proinde* [3]).

— χρεὼν] forma metaplasta [4]).

766. *Pueros* identidem hoc loco commemoratos si quis miretur, recordetur criminis quo nostrum petivit Eupolis: „*iocis rusticis frigidisque eum puerulis risum movere*" [5]), — pueris eum scribere, non viris. Quapropter „*cum viros tum pueros*", non iuvenes solos sed et seniores merito sibi primas delaturos iam ait dux chori [6]).

767 sq. Quin et grandaevi homines, quibus anni abstulerint capillos, ut sibi faveant dux chori auctor est. Nempe calvus erat Aristophanes, et invidens ei Eupolis ob Equites fabulam primo praemio ornatam „ἐκείνους τοὺς Ἱππέας ξυνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ καὶ ἐδωρησάμην" dixit contemtim [7]). Nempe ἀνελεύθερόν τι καὶ δουλοπρεπὲς habere videbatur calvities [8]). Aristophanes vero, „τὴν πικρίαν ἀφαιρῶν τῷ σκώπτειν ἑαυτόν" [9]), naturae vitium in decus sibi non minus ingeniose vertit quam aemulorum illud de Hercule dicterium [10]). Lepidum etiam in Nubibus inde iocum ducens „*equidem* οὐ κομῶ" ait [11]).

770. ἐπὶ τραπέζῃ] *inter cenam*. Sic et „ἐπὶ (τῷ) δείπνῳ" [12]) dicebatur et in sermone poetico: „ἐπὶ θαλίαις ἐπί τ' εἰλαπίναις" [13]).

771. „*Da Trebio! Pone ad Trebium!*" [14]).

772. τῶν τρωγαλίων] *de bellariis* [15]), fabis

[1]) Hom. *E* 800. Cf. schol. Lys. 895. — [2]) Cf. Eccl. 1155 sqq. — [3]) Vid. ad Nub. 990 Vesp. 927. — [4]) Item infra vs, 1029; vid. ad Eq. 138. — [5]) Eupol. fr. 244; vid. ad Nub. 538 sq. — [6]) Vid ad vs. 50—53. — [7]) Eupol. fr. 78. Fortasse etiam (quod negat Kock, putat Crusius) huc facit Eupol. fr. 276[5]. Vid. autem ad Eq. 550 Nub. 540. — [8]) Cf. Plat. Rep. 495*e* Herod. Mimiamb. VI 59. — [9]) Plut. Mor. 634*d*. — [10]) Vid. ad vs. 752—758. — [11]) Nub. 545. — [12]) Xen. Cyr. I 3 § 12. — [13]) Eur. Med. 192 (Sobolewski Praep. p. 150). — [14]) Iuven. V 135. — [15]) Redit vox Plut. 798.

„γενναιοτάτου τῶν ποιητῶν
„ἀνδρὸς τὸ μέτωπον ἔχοντος“.

ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 775—796).

„Μοῦσα, σὺ μὲν πολέμους
„ἀπωσαμένη“ μετ' ἐμοῦ
τοῦ φίλου χόρευσον,
„κλείουσα θεῶν τε γάμους
„ἀνδρῶν τε δαῖτας
„καὶ θαλίας μακάρων“.
σοὶ γὰρ τάδ' ἐξ ἀρχῆς μέλει.
ἢν δέ σε Καρκίνος ἐλθὼν

774. Ad *τὸ μέτωπον* in VR adscriptum est: „*λ(είπει) λαμπρόν*". Quod interpretantis est, non lectio altera. Sine ulla auctoritate *λαμπρὸν* deleto *ἀνδρὸς* in textum receperunt Dindorf alii.

780. *μακάρων*] in R postmodo est additum (a manu 1ª habet V).

tostis e. g. vel ciceribus [1]. Quae *τραγήματα* dicuntur saepius [2]. Genitivi partitivi frequens hic apud nostrum est usus [3].

772—774. Verba sic ordinanda: *καὶ μὴ ἀφαίρει ἀνδρὸς ἔχοντος τὸ μέτωπον γενναιοτάτου τῶν ποιητῶν, et noli detrahere viro cui frons sit talis qualis poetae praestantissimo Aristophani* [4]. A verbo *ἀφαιρεῖν* suspensus est genitivus (*ἀνδρός*), ut saepe [5].

775—780. Clarum lyrici poetae carmen comicus imitatus, ut solet in canticis, felicissime nunc utitur Stesichori in Orestia versibus [6]. Qui Musam precatus a bellis ad laetas deorum hominumque cenas [7] nuptiales celebrandas [8] vocabat. Nempe Trygaei Oporaeque iam instant nuptiae et lautissimarum epularum causa erit Pacis deae reditus. Scite autem „*ὁ μόχθος*" sive Apio grammaticus Aristophanis vel Stesichori his verbis est usus „*πρὸς τοὺς ἀθετοῦντας τὴν ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης μοιχείαν*" [9]. Monuit igitur ille, et optimo sanequam iure monuit, ne quis spurium duceret illud carmen Demodoci de Martis Venerisque amoribus, ad quod saltarunt Phaeacum iuvenes; „deorum" enim „nuptias" teste nostro loco praebuisse carminum antiquissimorum materiem. Quod si omittatur illud carmen, ipsam saltationem ratione carere fuse equidem nuper demonstrare sum conatus in opere vernacule scripto [10].

782—795. „*Huc ades!*" sic Musam invocavit chorus; nunc addit: „*at Carcinus si a te petat ut cum eius filiis „choream iungas, ne venias vocata!*" [11]. — *Carcinum* poetam tragicum eiusque filios, in his Xenoclem item poetam [12], noster etiam anno superiore risit [13].

[1]) Cf. vs. 1144 Eccl. 606. — [2]) Ach. 1091 etc. — [3]) Vid. ad Ran. 1263 Vesp. 199. — [4]) Recte sic locum interpretatus est Bothe. — [5]) Cf. vs. 561. — [6]) Testibus scholiis V ad vs. 775, 797, 800. — [7]) Cf. Nub. 307—309. — [8]) Vid. ad Av. 905. — [9]) Schol. VR. — [10]) De Boogschutter en de Weefster, 1904, p. 29 sqq. — [11]) Cf. Nub. 274. — [12]) Vid. ad Nub. 1260—1266 et ad Ran. 86. — [13]) Cf. Vesp. 1500—1512.

ἀντιβολῇ μετὰ τῶν παίδων χορεῦσαι,
μήθ' ὑπάκουε μήτ' ἔλ-
θῃς συνέριθος αὐτοῖς·
ἀλλὰ νόμιζε πάντας
ὄρτυγας οἰκογενεῖς, γυλιαύχενας ὀρχηστὰς
ναννοφυεῖς, σφυράδων ἀποκνήσματα*, μηχανοδίφας.
καὶ γὰρ ἔφασχ' ὁ πατὴρ ὃ παρ' ἐλπίδας

785. *ὑπάκουε* Bentley] *ὑπακούσῃς* VR.
790. *ἀποκνήσματα* Blaydes] *ἀποκνίσματα* V, *ὑποκν΄.σματα* R. Minime confundenda sunt verba *κνῆν radere* et *κνίζειν pungere* (vid. ad Plut. 973 sq.); in R an *-ή-* fuerit dubito.

785. *ὑπάκουε...ἔλθῃς*] praesens et aoristus eadem ratione iunguntur in verbis Lysistratae [1]: *„μὴ διαπετάννυ μηδ' ἀπέλθῃς μηδαμῇ"*, *ne pande lanam* (ad quod opus perficiendum tempori aliquod requiritur spatium) *neque abi* (hoc ipso temporis articulo).

786. *συνέριθος*] epica vox [2]), id quod *σύνεργος* significans. E Stesichoro ut opinor nunc est ducta [3]).

789. *ὄρτυγας οἰκογενεῖς*] *coturnices domesticas* [4]), aves pugnacissimas [5]). Minoribus etiam aviculis *ὀρχίλοις* sive *regulis* hos salisubsulos noster assimulavit in Vespis [6]).

— *γυλιαύχενας*] *„αὐχένας οὐκ ἔχοντας, καθάπερ ὁ γύλιος. ὡς μικροὺς δὲ καὶ γογγυλώδεις σκώπτει."* Sic interpres quidam in scholiis V; alius illic *μακροτραχήλους* intellegit. Priorne sequendus, ut collum horum pumilionum assimuletur sportae militari [7]), cum tam breve sit nimirum ut delitescat paene et ex ipsis humeris caput procrevisse videatur? An collum strumosum, guttur turgidum iis — certe uni eorum — fuisse dicitur?

790. *σφυράδων ἀποκνήσματα*] *„οὐδὲ ὅλας σφυράδας"* [8]) sive *αἰγῶν ἀποπατήματα* [9]) homunculos istos vocat noster. — Sunt *ἀποκνήσματα ramenta* [10]). Quamquam *caseum*, non istas pilulas, radere solebant; *τυρόκνηστις* vel ex Vespis notissima est [11]), *σφυραδόκνηστιν* nemo vidit.

790. *μηχανοδίφας*] *miras saltandi figuras* [12]) *operose indagantes*. Sequendus non est interpres vetus, qui collato epitheto *δωδεκαμηχάνῳ*, quo Xenoclem notavit Plato comicus [13]), huius tragici in dramatis pangendis artificia nunc carpi arbitratur. Neque Plato id videtur voluisse, sed lyricorum locorum schemata nova et inaudita probroso illo epitheto risisse, quemadmodum Aristophanes Euripidem *ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον μελοποιεῖν* dixit, non: *carmina componere* [14]).

793—796. Id quod ab istiusmodi nebulonibus expectari poterat enarrare incipit. „Aurem iis praebere noli, o Musa, quippe quibus drama quod agant ne sit quidem. Scilicet aiebat pater tragoediam, quam praeter spem nactus erat, a mustela clam perem-

[1]) Lys. 733. — [2]) Hom. ζ 32. — [3]) Etiam apud Platonem tamen legitur, Rep. 533*d* Leg. 889*d*. — [4]) Vid. ad Av. 707. — [5]) Non ad litteram, recte tamen reddas comici mentem voce *kemphanen*. — [6]) Vesp. 1513. — [7]) Vid. vs. 527 et ad Ach. 1097. — [8]) Schol. — [9]) Eupol. fr. 16 in schol., Theocrit. XV 19. — [10]) Cf. Ran. 1497. — [11]) Vesp. 938. — [12]) Sic vHerwerden. — [13]) Plat. fr. 134. — [14]) Ran. 1327, ubi vid.

εἶχε τὸ δρᾶμα | γαλῆν
τῆς ἑσπέρας ἀπάγξαι.

Antistropha (vs. 797—818).

„τοιάδε χρὴ Χαρίτων
δαμώματα καλλικόμων“
τὸν σοφὸν ποιητὴν
ὑμνεῖν, ὅταν ἠρινὰ μὲν
φωνῇ χελιδὼν
ἡδομένη κελαδῇ,

---

802. ἡδομένη Bergk] ἑζομένη VR. Emendatione Bergkii, quam confirmat Avium versus 236, duo simul tolluntur vitia; nam in textu tradito neque φωνῇ sic nude positum tolerabile est, neque ἑζομένη (cf. Ran. 679—682). Meineke dederat ἡδομένη.

---

tam." — Ab exilibus istis exsanguibusque hominibus expectari possunt dramata tenuia levisque ponderis. Carcini fabulam devoravit furax illud animal, quod culpari solebat quoties copiarum domesticarum aliqua pars non comparebat [1]). Eodem loquendi genere nostrates usi in sermone familiari, cum rem iocose laudant utpote minime contemnendam, „*non feli destinatam*" [2]), pisciculos autem perexiguos „*felium cibum*" [3]) vocant. Frustrane Carcinus drama nuper obtulerat archonti? An in certamine tragico victus erat? An aliud quid imperfecto ἔφασκε inest? Sciebant spectatores: nos nescimus. Nam vesani hominis notula „δρᾶμα ἐποίησε τοὺς Μύας" non est digna quae refellatur, nedum in commentarios recipiatur.

797—800. Presse nunc quoque comicus sequitur Stesichorum, cuius verba in scholiis afferuntur: „τοιάδε χρὴ Χαρί„των δαμώματα καλλικόμων | ὑμνεῖν, Φρύγιον „μέλος ἐξευρόντας | ἁβρῶς ἦρος ἐπερχομέ„νου", et mox: „ὅταν ἦρος ὥρᾳ κελαδῇ „χελιδών".

798. δαμώματα] sic Stesichorus dixit „τὰ δημοσίᾳ ᾀδόμενα" [4]), *carmina publice cantata*. Ducta est vox a verbo δαμοῦσθαι (δημοῦσθαι), quod *publice celebrare, coram populo in medium proferre* valet [5]); apud Platonem severae reconditaeque doctrinae opponitur [6]), id quod *popularia agere, ludere* igitur significans [7]). — Alienum hinc est, quod conferebat Ruhnkenius, verbum δημίζειν [8]).

800—804. „Suave est vernum tempus, quod novos avium cantus — ἠρινα (ᾄσματα) — afferat, novos chororum" [9]). Haec perridicule sic nunc immutantur: „suave est ver, quod hirundines quidem reducat stridulas [10]), nulla vero afferat *Morsimi* [11]) vel *Melanthii* [12]) cantica". In hisce viris penitus contemnendis sibi constans comicus imprecationis loco habet alibi: „Morsimo accinere" [13]) et piaculare crimen dicit: „ex eius fabulis locum excripsisse" [14]). — Hoc anno Morsimo

---

[1]) Vid. vs. 1151 Thesm. 559 et ad Vesp. 363. — [2]) *Dat is niet voor de poes.* — [3]) *Katvisch.* — [4]) Schol. — [5]) Pindar. Isthm. VII 18. — [6]) Plat. Theaet. 161 *e*. — [7]) Cf. hodierna *populaire, populariser.* — [8]) Vesp. 699 (Ruhnk. ad Tim. s. v. δημοῦσθαι). — [9]) Cf. Nub. 311—313. — [10]) Vid. ad Av. 1301. — [11]) Vid. ad Ran. 151. — [12]) Vid. ad Av. 151. — [13]) Eq. 401. — [14]) Ran. l. l. (vs. 151).

χορὸν δὲ ... μὴ ἔχῃ Μόρσιμος
μηδὲ Μελάνθιος, „οὗ δὴ
„πικροτάτην ὄπα γηρύσαντος ἤκουσ'",
ἡνίκα τῶν τραγῳδῶν
τὸν χορὸν εἶχον ἀδελ-
φός τε καὶ αὐτός,| ἄμφω
Γοργόνες ὀψοφάγοι, βατιδοσκόποι Ἅρπυιαι,
γραοσόβαι μιαροί, τραγομάσχαλοι ἰχθυολῦμαι·
ὧν καταχρεμψαμένη μέγα καὶ πλατύ,
Μοῦσα θεά,| μετ' ἐμοῦ
ξύμπαιζε τὴν ἑορτήν.

---

807. εἶχον V] εἶχεν R.

810—814. Sic distinxit vHerwerden; vulgo post singula vocabula scribuntur virgulae.

818. τὴν] τήνδ' vHerwerden.

---

chorum esse denegatum, anno superiore datum, e comici verbis efficitur.

805. Poeticam dictionem quivis agnoscit [1]). Collatis autem verbis, quibus umbra Agamemnonis apud Homerum necem Cassandrae refert Ulixi: „οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα ϝόπα Πριάμοιο θυγατρὸς | Κασσάνδρης" κτέ. [2]), dubium non videtur quin comicus ipsa Stesichori ex Orestea verba nunc quoque afferat, ridicule more suo iis abusus.

807 sq. „*Cum chorum illum tragicum frater et ipse habebant*" [3]). — Quoniam non poetae sed histrionum vox percipitur a spectatoribus, intellegimus Melanthium anno superiore in fratris Morsimi tragoedia *Medea*, quod nomen infra traditur [4]), primas partes egisse [5]).

810—814. Probris agitatur par nobile fratrum. Impuri [6]) dicuntur heluones [7]), „pernicies et tempestas barathrumque macelli", ut loquitur Horatius [8]). Qui quod dicit *macellum*, id nostro loco inest voci ἰχθυολύμαις, nam οἱ ἰχθύες est nomen loci ubi pisces sunt venales [9]).

815 818. „*Quibus spretis, o Musa, mecum duc choream.*" — Sic ad prima sua verba [10]) revertitur chorus. Id quod alibi passim fit ope adverbii οὕτως [11]).

815 sq. Idem fere valent haec quod: οὗ καταπτύσασα [12]) vel: ὃν βδελυχθεῖσα [13]) vel: οὗ καταγελάσασα πλατὺν γέλωτα [14]) — sed multo etiam clarius contemptum significant.

817. θεά] nominis haec forma saepius in nostri canticis invenitur [15]).

818. μετ' ἐμοῦ ξύμπαιζε] „*mecum salta*", „*choreis nostris te immisce*" [16]).

---

[1]) Vid. ad vs. 400 et ad Av. 233. — [2]) Hom. λ 421. — [3]) Vid. ad Ran. 94. — [4]) Vid. vs. 1009—1015. — [5]) Sequor Fritzschium (ad Ran. 151); ipsius Melanthii dici drama perhibetur in scholio ad vs. 1012. — [6]) Cf. Ach. 853. — [7]) Cf. Nub. 893 et vid. ad Vesp. 510 et Eq. 313. — [8]) Hor. Ep. I 15, 31. — [9]) Vid. ad Ran. 1068 et cf. infra vs. 1006—1015. — [10]) Vid. vs. 774—776. — [11]) Vid. ad Plut. 92. — [12]) Cf. Thesm. 381. — [13]) Vid. ad Ach. 586. — [14]) Cf. Ach. 1126. — [15]) Cf. vs. 974 et vid. ad Lys. 341. — [16]) Vid. ad Thesm. 975.

SCENA DECIMA TERTIA.

(In scenam prodeunt Trygaeus, Opora, Theoria.)

Trygaeus, Chorus.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad spectatores:)

ὡς χαλεπὸν ἐλθεῖν ἦν ἄρ' εὐθὺ τῶν θεῶν!
ἔγωγέ τοι πεπόνηκα κομιδῇ τὼ σκέλει. —
— μικροὶ δ' ὁρᾶν ἄνωθεν ἦστ'· ἔμοιγέ τοι
ἀπὸ τοὐρανοῦ ἐφαίνεσθε κακοήθεις πάνυ,
ἐντευθενὶ δὲ πολύ τι κακοηθέστεροι.

(Ex aedibus prodit Xanthias.)

SCENA DECIMA QUARTA.

Trygaeus, Xanthias, Chorus.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ὦ δέσποθ', ἥκεις;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὡς ἐγὼ ἐπυθόμην τινός.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

τί δ' ἔπαθες;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἤλγουν τὼ σκέλει, μακρὰν ὁδὸν

---

820. *σκέλει*] *-λη* VR; item vs. 825, 889.
821. *μικροὶ* R] *μικρὸν* V.
822. (*ε*)'*φαίνεσθε* Bentley] *φαίνεσθαι* VR.
824. *ἐγὼ* Ald.] *ἔγωγ'* VR, *γ' ἐγὼ* Dindorf.
825. *ἤλγουν*] *ἀλγῶ* Hamaker, sic vero debebat antecedere: *πῶς ἔχεις* vel: *τί πέπονθας* (*πάσχεις*).

---

819 sq. Longo itinere defessus [1]) Trygaeus, quippe ex ipso caelo redux, „*quantus erat* [2]) *labor*" ait „*recta* [3]) *ad deos pervenire!*" Difficile esse iter cuiusvis erat suspicari: ille probe iam novit expertus.

822 sq. Proterve sic spectatores irridere solent histriones comici [4]).

824. *ὡς ἐγὼ ἐπυθόμην τινός*] idem iocus qui supra [5]).

825. Qui longinquas visit regiones, habet quae suis narret: quid autem qui

---

[1]) Cf. Thesm. 24. — [2]) Vid. ad Vesp. 183. — [3]) Cf. vs. 68, 177 et vid. ad Nub. 162. — [4]) Vid. ad Plut. 99. — [5]) Vs. 119, ubi vid.

διεληλυθώς.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ἴθι νυν, κάτειπέ μοι, —

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τὸ τί;

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ἄλλον τιν' εἶδες ἄνδρα | κατὰ τὸν ἀέρα
πλανώμενον πλὴν σαυτόν;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οὔκ, εἰ μή γέ που
ψυχὰς δύ' ἢ τρεῖς διθυραμβοδιδασκάλων.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

τί δ' ἔδρων;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ξυνελέγοντ' ἀναβολὰς ‹ποτώμεναι.›

---

831 *τὰς ἐνδιαεριαυεριηχέτους τινάς.*

830. *ξυνελέγοντ'*] *ξυνέλεγον* Blaydes (ut Ach. 398 Ran. 849).

831. *Delevi versum vel potius litteras sensu carentes. Quas librariorum alicui errori deberi suspicor, vitium autem peperisse Avium locum simillimum in margine adscriptum: *βούλομαι μετάρσιος | ἀναπτόμενος ἐκ τῶν νεφελῶν καινὰς λαβεῖν | ἀεροδονήτους καὶ νιφοβόλους ἀναβολάς* (Av. 1383 sqq.; cf. Eubul. fr. 139). A nostro loco Trygaeique dictione plane aliena sunt ingentia epitheta, cuiusmodi est illud *μελισιδωνοφρυνιχήρατα* (Vesp. 220). In scholio metrico ad vs. 819 dicuntur sequi trimetri „*λς*", sunt autem in textu tradito *triginta septem*. Quapropter vHerwerden delet versum 850 (ubi vid.), equidem nostrum versum sero natum esse inde efficio, ex huiuscemodi fortasse scholio: *τὰς ἐν τῷ ἀέρι νηχομένας. τὰς ἀεροδονήτους.*

---

ipsas sedes Olympias adiit! Itaque minister impense cupit scire qualia herus illic viderit, egerit, expertus sit. Cui admodum ille ludicre respondet: „*dolere incipiebant crura, longam enim viam confeci*". Magis etiam ludicre ideo quod pedum vix viginti trigintave illam viam revera fuisse optime norunt spectatores.

826. Cf. versus Nubium: *ΣΩ. ἐπίδειξον αὐτήν* (*sententiam*). *ΣΤΡ. εἰπὲ δή νύν μοι — ΣΩ. τὸ τί;* [1]).

829—831. Lyricos poetas per nubes et inane carminum praeludia venantes ex Avibus fabula probe cognitos habemus [2]). Horum unīus alterīusque animas vel mentes Trygaeus illic vidit oberrantes: alĭus in itinere nullus ei occurrit. — Verbo *ποτᾶσθαι*, quod dictionis est sublimioris [3]), iocans nunc utitur.

[1]) Nub. 748; praeterea vid. ad Ran. 7. — [2]) Av. 1372 sqq., ubi vid. ad vs. 1384 sq. — [3]) Vid. ad Nub. 319.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

832 *οὐκ ἦν ἄρ' οὐδ' ὃ λέγουσι, κατὰ τὸν ἀέρα*
ὡς «ἀστέρες γιγνόμεθ'», ὅταν τις ἀποθάνῃ;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

μάλιστα.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

καὶ τίς λαμπρότατος νῦν ἐστ' ἐκεῖ;

---

832. ὃ Hamaker] ἃ VR. || Post *λέγουσι* virgulam scripsit Lenting, post *ἀέρα* delevit 834. **λαμπρότατος νῦν ἐστ'*] *ἐστὶν ἀστὴρ νῦν* VR, quod ut posset servari, Blaydes (in Addendis) scripsit *καί* pro *καὶ*, encliticum igitur esse pronomen *τις* sumens, dein in versus exitu interrogandi signum delens et totum versum (cum sequentibus) continuans Trygaeo; cui assensus Mazon post *τις* addit *γε* (coll. Eq. 54). Sic tamen languere mihi quidem videtur locus, desideratur enim iusta causa commemorandi Ionis. Bergk coniecit: *ΟΙΚ. καὶ τίς — Χῖος; ΤΡ. ὅστις; ἐπ.*, sed neque abruptum *ἐποίησε* sic placet, neque servus de Ionis poetae sorte sollicitus fingitur probabiliter; Blaydes autem: *καὶ τίς ἐσθ' ἑῷος νῦν ἐκεῖ;* Cui vocem *ἀστήρ* spuriam ducenti assentior, sed *superlativum* aliquem contextu flagitari arbitror, sive cum quem scripsi, sive *σεμνότατος*. — Simillimum emblema in textum irrepsit vs. 840, si verum vidi.

---

832 sq. „*Ergone apparuit* [1]) *falsum esse id quod ferunt, stellas fieri homines vita functos?*" — Mortuorum „*ἄνω τὸ πνεῦμα διαμένει κατ' οὐρανόν*", „*ἀπῆλθεν ὅθεν ἦλθεν πάλιν, | γᾶ μὲν ἐς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω*", ut fuit apud Epicharmum [2]); „*αἰθὴρ μὲν ψυχὰς ὑπεδέξατο, σώματα δὲ χθών,*" ut scriptum extat in monumento civium Atheniensium qui anno 432 pro patria occiderunt [3]); „*ψυχὴν . . . | αἰθὴρ ὑγρὸς ἔχει, σῶμα δὲ τύμβος*" [4]), ut in IV[i] saeculi epigrammate legitur. Vixit enim inter Graecos opinio, defunctorum umbras non apud inferos sub terra — vel in ultima terrae regione caliginosa — degere, ut ferebant prisci ritus et carmina epica, sed recipi in ignis vitalis fontem communem aetherem: *illuc resoluta referri | omnia, nec morti esse locum, sed viva volare | sideris in nu ɛrum atque alto succedere caelo* [5]). Quod inter Orphicorum fuit placita, — ut recentiores mittamus [6]), — et inde profectus Plato animarum per mundum itinera splendidissime descripsit [7]). Vulgus vero hominum a philosophando alienius nec nisi quae cerni possint satis intellegens sic rem sibi informavit ut „in stellas post mortem homines mutari" putaret. Itaque „*μήτηρ, μή με δάκρυε· τίς ἡ χάρις; ἀλλὰ σεβάζου· | ἀστὴρ γὰρ γενόμην θεῖος ἀκρεσπέριος*" in funebris cuiusdam tituli exitu filius consolatur matrem maerentem [8]). Sic autem superstitioni illi Romanorum de *sidere Iulio* [9]) et principum *ἀποθεώσει* via fuit praemunita.

834. *καὶ*] admirantis particula [10]).

---

[1]) Vid. ad Vesp. 183. — [2]) Vid. Epicharmus (V 245 et 265 Kaibel) apud Clem. Alex. Strom. IV 26 (p. 640 Pott.) et Plut. Mor. 110 *a*. — [3]) CIG. 170 (Epigr. Kaibel 21). — [4]) Epigr. Kaibel 41, vid. ad Thesm. 15. — [5]) Verg. Georg. IV 225 sqq. — [6]) De quibus vid. Norden ad Verg. Aen. VI Einleitung. — [7]) Cf. Kroll Rh. Mus. 1897 p. 340, Roscher Myth. Lex. II 3186***. — [8]) Reinach Act. de l'Acad. des Inscr. 1884. — [9]) Suet. Iul. Caes. 88 Verg. Aen. VIII 681 etc. — [10]) Vid. ad Nub. 210.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

Ἴων ὁ Χῖος, ὅσπερ ἐποίησεν πάλαι
ἐνθάδε τὸν Ἀοῖόν ποθ᾽· ὡς δ᾽ ἦλθ᾽, εὐθέως
ἑῷόν αὐτὸν πάντες ἐκάλουν ἀστέρα.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

τίνες δ᾽ ἄρ᾽ εἴσ᾽ οἱ διατρέχοντες ἀστέρες,
οἳ καόμενοι θέουσιν;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀπὸ δείπνου τινὲς

837. ἑῷον Meineke] ἀοῖον V R.
838. δ᾽ ἄρ᾽ vHerwerden] γάρ V R.
839. τινὲς] τινὸς Lenting.

835—837. Ion Chius poeta elegiacus lyricus tragicus, Sophoclis aequalis et familiaris [1]), teste nostro loco vita iam est functus, et nuper quidem functus; nam de dudum mortuo prolatus eiusmodi iocus frigidior opinor fuisset visus. Fecerat hic odam in stellam matutinam, cuius initium affertur in scholiis: „Ἀοῖον ἀεροφοίταν | ἀστέρα μείναμεν, ἀελίου | λευκοπτέρυγα [2]) πρόδρομον". Placuit carmen, et modis Ioneis tunc homines „Matutinam stellam" cantarunt, ut Wagnerianis hodie „Vespertinam". — „Dithyrambo simul et tragoedia Ionem aliquando Athenis vicisse aiunt", sic priscus interpres, „et animum devinctum quo significaret, vinum Chium „dono misisse civibus." Dubiae fidei esse illud „simul" nemo non videt, nec non „vinum illud donum datum" — quibusnam? „Singulis videlicet Atheniensibus misit doliolum" — Musurus ait in scholiis Aldinis: sic fama crescit eundo. Sed dithyrambum illum, qui a stella Eoa habebat initium et nomen, in sollemni certamine praemio fuisse ornatum noster locus videtur testari.

838. διατρέχοντες] etiam διαθέοντες et (δι)άττοντες dicti [3]), qui „*per umbras facem ducentes multa cum luce currunt*" [4]). Mobilia illa sidera, „*caelo quae saepe refixa | transcurrunt crinemque volantia ducunt*" [5]), cuiusmodi sint scire cupit Xanthias.

839—841. Divites hi sunt homines, qui in caelo ita ut olim in terra viventes a convivio redeunt [6]) κωμάζοντες. *Laternas* hi tenent, quarum flamma et scintillae micantes eminus cernuntur. Pronomina οὗτος et τις infra subsimili ratione sunt iuncta [7]). — *Lucernam* domesticam, λύχνον [8]), tenet qui domo sua noctu egreditur [9]), *facem*, δᾷδα [10]), praeferri sibi iubet qui cenatum it non ante noctem rediturus [11]); *lampadum*, λαμπάδων [12]), in pompis et certaminibus potissimum erat usus [13]). Nostrae autem animae beatae utuntur *laternis*, caventes credo ne aëre per celsas illas regiones vehementius commoto extinguatur ignis.

[1]) Cf. Athen. 603. — [2]) Sic Bentley; in schol. est λευκῇ πτέρυγι. — [3]) Aristot. Meteor. I 4 sq. Plat. Rep. 621 *b*. — [4]) Verg. Aen. II 693 sq. — [5]) Ibid. V 527 sq.; cf. Georg. I 366 sq. — [6]) Cf. Vesp. 1401 et vid. ad Eq. 744. — [7]) Vs. 1044; praeterea vid. ad Eq. 1196. — [8]) *Lamp.* — [9]) Cf. Vesp. 246 sqq. Eccl. 1 sqq. Nub. 18 etc. — [10]) *Fakkel.* — [11]) Vid. Nub. 613 sq. — [12]) *Kaarsen.* — [13]) Vid. ad Eccl. 50.

τῶν πλουσίων οὗτοι βαδίζουσ' ἑσπέρας,
ἰπνοὺς ἔχοντες, ἐν δὲ τοῖς ἰπνοῖσι πῦρ.
ἀλλ' εἴσαγ' ὡς τάχιστα ταυτηνὶ λαβών,
καὶ τὴν πύελον κατάκλυζε, καὶ θέρμαιν' ὕδωρ·
στόρνυ τ' ἐμοὶ καὶ τῇδε κουρίδιον λέχος.
καὶ ταῦτα δράσας ἧκε δεῦρ' αὖθις πάλιν· —
— ἐγὼ δ' ἀποδώσω τήνδε τῇ βουλῇ τέως.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

πόθεν δ' ἔλαβες ταύτας σύ;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

„πόθεν"; ἐκ τοὐρανοῦ!

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(ad spectatores:)

οὐκ ἂν ἔτι δοίην τῶν θεῶν τριώβολον,
εἰ πορνοβοσκοῦσ' ὥσπερ ἡμεῖς οἱ βροτοί.

---

840. *βαδίζουσ' ἑσπέρας] βαδίζουσιν ἀστέρων V R. Cf. Vesp. 1401 et vid ad vs. 834. Non *stellae* dicuntur divites esse aut cenare, sed μακαρῖται divites stellarum caducarum praebere imaginem.

847. ταύτας] recte fortasse Brunck scripsit dualem (ταύτα, leg. τούτω; in recc. est ταῦτα). || σύ; ΤΡΥ. πόθεν;] ; ΤΡΥ. ὁπόθεν; Elmsley, quod placide interrogantis foret. Vid. comment.

'Ἰπνοί, quae vox etiam *culinam* significat [1]), nunc dicuntur „ἐσχαρίδες πυρὸς ἐνακμάζοντος, διαφανεῖς οὖσαι ὡς καὶ στέγειν τὸ πῦρ καὶ μὴ κρύπτειν τὸ φῶς" [2]).

842. ταυτηνὶ] *Oporam* [3]).

843. Alveum [4]) purgari aquamque calefieri iubet Trygaeus, ut sibi sponsaeque paretur λουτρὸν νυμφικόν [5]).

844. στόρνυ ... κουρίδιον λέχος] poeticae sive priscae dictionis haec sunt; vulgatioris sermonis erat: στρώννυ εὐνὴν γαμήλιον [6]).

845. αὖθις πάλιν] nota haec est loquendi ubertas [7]).

846. „*Ego autem interim hanc*" — Theoriam dicit — „*senatui tradam ei debitam* [8]).

847 Puellae, quas Quichotius noster caelo ait adductas, non optimae notae videntur Sanchopanzae, qui: „*undenam istas tu habes?*" At herus: „*Quid rogas, inepte! Inde videlicet unde ipse sum recens: e caelo!*" [9]).

848. Similis Chremyli illius est pietas, qui Iovis imperium et fulmina „οὐδὲ τριωβόλου ἄξια" habere iubet Plutum [10]).

849. ὥσπερ ἡμεῖς οἱ βροτοί] in Equitibus fabula eadem verba de *equis* sunt dicta [11]).

---

[1]) Vid. Vesp. 139. — [2]) Aelian. Nat. Anim. II 8. — [3]) Vid. vs. 706 sqq. — [4]) Vid. ad Vesp. 149. — [5]) Vid. ad Lys. 378. — [6]) Cf. Av 1758. — [7]) Vid. ad Thesm. 830 sq. — [8]) Cf vs. 714 sqq. — [9]) Vid. ad Av. 1233 sq. — [10]) Vid. Plut. 124—126. — [11]) Eq. 601.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οὔκ, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖ ζῶσιν ἀπὸ τούτων τινές.
ἄγε νυν ἴωμεν.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

εἰπέ μοι, δῶ καὶ φαγεῖν
ταύτῃ τι;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

μηδέν· οὐ γὰρ ἐθελήσει φαγεῖν
οὔτ' ἄρτον οὔτε μᾶζαν, εἰωθυῖ' ἀεὶ
παρὰ τοῖς θεοῖσιν ἀμβροσίαν λείχειν ἄνω.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

λείχειν ἄρ' αὐτῇ καὶ ἐνθαδὶ σκευαστέον.
(Xanthias Oporam introrsum abducit.)

ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 856—867).

εὐδαιμονικῶς γ' ὁ πρε-
σβύτης, ὅσα γ' ὧδ' ἰδεῖν,
τὰ νῦν τάδε πράττει.

---

850. Del. vHerwerden; vid. ad vs. 831. || τούτων] τούτου Dindorf.
851. Priorem versus partem Trygaeo dedit Boissonade; in V R totus versus Servi est, et sic schol. || καὶ φαγεῖν vHerwerden] καταφαγεῖν V R. Cf. Ach. 78.
852. τι] τί V R.
855. ἐνθαδὶ Bentley] ἐνθάδε V R.

---

850. Negando Trygaeus ipsam rem confiteri videtur perridicule spretaque omni probabilitate, ut assolet in comoedia. „*Minime lenones sunt superi! sed*" — expectamus additurum: „*veras deas, castissimas virgines hasce adduco*". At in alia omnia abiens ait quosdam ibi quoque πορνοβοσκούς — „barbaros" opinor, qualis est „Triballus" ille, quem ex Avibus fabula novimus, — „ἀπὸ τούτων ζῆν", *ex istis quaestum facere*, „istas" dicens τὰς πόρνας. Neque est quod admodum miremur, in caelo cum sint mancipia [1]), etiam meretriculas esse.

854. ἀμβροσίαν λείχειν] sic alibi ἐπίπαστα λείχειν dicuntur opulentiores [2]).

857. ὅσα γ' ὧδ' ἰδεῖν] *si fides est oculis*. Item apud Thucydidem: ὅσα ... δοκεῖν αὐτῷ [3]), apud Sophoclem: ὅσ' ἀπεικάσαι [4]), proxime autem accedit locutio ὅσα γ' ἔμ' εἰδέναι [5]). *Finalis* hic est infinitivus, ut in καλὸς ἰδεῖν [6]), γλυκὺς πιεῖν similibus.

858. τὰ νῦν τάδε] *hoc temporis articulo*. Apud tragicos haud uno loco legitur locutio [7]), in comoedia non redit.

---

[1]) Cf. vs. 255 — [2]) Eq. 103, 1089. — [3]) Thucyd. VI 25 § 2. — [4]) Soph. Oed. Col. 152. — [5]) Vid. ad Nub 1172. — [6]) Vid. ad Nub. 1252. — [7]) Vid. Soph. Ai. 753 Eur. Heracl. 641 Hercul. 246 Iph. Aul. 537.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τί δῆτ᾽, ἐπειδὰν νυμφίον μ᾽ ὁρᾶτε λαμπρὸν ὄντα;

ΧΟΡΟΣ.

ζηλωτὸς ἔσει, γέρων,
αὖθις νέος ὢν πάλιν
μύρῳ κατάλειπτος.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οἴμαι! τί δῆθ᾽, ὅταν ξυνὼν τῶν τιτθίων ἔχωμαι;

ΧΟΡΟΣ.

εὐδαιμονέστερος φανεῖ τῶν Καρκίνου στροβίλων.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οὔκουν δικαίως; ὅστις εἰς
ὄχημα κανθάρου ἐπιβὰς
ἔσωσα τοὺς Ἕλληνας, ὥστ᾽
ἐν τοῖς ἀγροῖς

---

860. *γέρων*] *γέρον* V R.
863. *οἶμαι*] *οἴμοι* Lenting (ut Nub. 773 Thesm. 1185). Cf. Ach. 919.
864. *φανεῖ* V R] *φανεὶς* Ald.

---

859. „*Quid igitur dicetis cum veste nuptiali ornatum me videbitis!*" — cum bene lotus, bene unctus, bene vestitus, *λιπαρὸς καὶ μεμυρισμένος καὶ γαμικὴν χλανίδα ἔχων* [1]) procedam. Ellipticus hic usus locutionis „*τί δῆτα*" statim redit [2]). Idem valet infra „*φήσεις γ᾽ ὅταν*" *κτέ.* [3]). Talis in fabulae exitu revera prodibit Trygaeus, et in exitu Avium fabulae alter sponsus Pisetaerus verbis cothurnatis a nuntio dicitur „*προσιέναι οἷος οὔτε παμφαὴς | ἀστὴρ ἰδεῖν ἔλαμψε . . . οὔθ᾽ ἡλίου . . . σέλας | τοσοῦτον ἐξέλαμψεν*" [4]). Cf. etiam Demus senex pristinis viribus recuperatis et floridus adulescens denuo factus in Equitibus prodiens „*ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρός*" [5]).

861 sq. „*Cum iuvenis denuo fies, unguento rursus unctus*" [6]).

864. „*Beatior videberis Carcini turbinibus*". Carcini illos filios saltatores [7]), quos *coturnices* modo dixit comicus [8]), alibi *regulos* [9]), nunc appellat *turbines* [10]). Ducta est vox a stirpe *στρεβ* (*στρεφ*), ut *στρεβλός, στρεβλοῦν, στροβεῖν* [11]). Proprium servi nomen est Strobilus apud Plautum [12]). Ridicule autem dux chori novum nuptum etiam feliciorem mox fore ait quam . . . *κακοδαιμονέστατ᾽ ἄττα ἀνθρωπάρια.*

865. *ὅστις*] *quippe qui* [13]).

867. „*Iam enim praestiti quae vobis promiseram*" [14]).

---

[1]) Cf. vs. 843, 862 Av. 1693. — [2]) Vs. 863 et 916; vid. ad Nub. 154. — [3]) Vs. 1351. — [4]) Av. 1709—1712. — [5]) Eq. 1331. — [6]) Vid. ad Lys. 938 sq. — [7]) Vid. vs. 781—795. — [8]) Vid. vs. 789. — [9]) Vesp. 1513. — [10]) *Tollen.* — [11]) Vid. ad Ran. 817. — [12]) In Aulularia. — [13]) Vid. ad Nub. 1226. — [14]) Cf. vs. 340—345.

ἅπαντας ὄντας ἀσφαλῶς
βινεῖν τε καὶ καθεύδειν.
(Xanthias redit.)

SCENA DECIMA QUINTA.

Trygaeus, Xanthias, Chorus.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ἡ παῖς λέλουται καὶ τὰ τῆς πυγῆς καλά,
ὁ πλακοῦς πέπεπται, σησαμῆ ξυμπλάττεται,
καὶ τἄλλ' ἁπαξάπαντα· τοῦ πέους δὲ δεῖ.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἴθι νυν ἀποδῶμεν τήνδε τὴν Θεωρίαν
(ἀνύσαντε) τῇ βουλῇ.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

τί; ταυτηνί; τί φῄς;
αὕτη ⟨Θεωρία⟩ ἐστίν, ἣν ἡμεῖς ποτε

---

867. ὄντας R] om. V. || βινεῖν] cf. vs. 341.

869. πέπεπται] πέπεφθ', ὁ Blaydes (dein σησαμοῦς scribens). || σησαμῆ] -μὴ V R; -μοῦς Brunck, quod σησαμῆ (ut -μίς) proba quidem sit forma, sed apud nostrum alibi non obvia.

870. καὶ ... ἁπαξάπαντα] πάρα ... ἁπαξάπαντα vHerwerden (ut Ach. 1091), καὶ ... ἑτοῖμα πάντα Blaydes. Vulgatam sanam duco.

872. ἀνύσαντε (ἀ.) R] -τες V. || τί; ταυτηνί; vHerwerden] τι ταυτηνί; V, ταυτηΐ; (om. τι) R, verba ἀνύσαντε(ς) — ταυτη(ν)ί aperto errore Trygaeo continuantes. Post τι Trygaei verba clausit Bergk, sed ad participium unde seiunctum sit τι vix potuit referri. Dobree τίς αὑτηΐ; (ς superscr.) ταυτηι), verba τίς — φῄς; servo continuans. Equidem conieci *τούτοισιν ἀνύσαντές τι, ut τῇ βουλῇ interpreti tribuatur; sed non satis sic placent pronomina cumulata, et lenius est remedium quod adhibuit vHerwerden.

---

868. Redux minister Trygaeo nuntiat „καλὰ εἶναι" ... expectatur „τὰ τῶν θεῶν" sive „τὰ ἱερά" [1]), sed aliud quid additur.

869. ὁ πλακοῦς ... σησαμῆ] coniunctim etiam in Acharnensibus commemorantur [2]). Alter iam adstat coctus, altera paratur, oportet enim a cena nuptiali σησαμῆν non abesse [3]).

870. ἁπαξάπαντα] mente supplendum: „ἑτοῖμά ἐστι" vel: „καλῶς ἔχει" vel eiusmodi quid.

872. ἀνύσαντε] *quantocius* [4]).

873—876. Verba obscura. *Brauronia* quinto quoque anno publice celebrabantur [5]). Nomen a servo ludicre fictum πρωκτοπεντετηρίς conferri potest cum verbo καταπριακοντουτίσαι item a temporis notione ad res amatorias detorto [6]).

---

1) Av. 1118. — 2) Ach. 1092. — 3) Vid. ad Av. 159—161. — 4) Vid. ad Vesp. 30 Ran. 606. — 5) Vid. ad Lys. 645. — 6) Eq. 1391; ceterum cf. Lys. 1148—1158.

ἐπαίομεν Βραυρῶνάδ' ⟨ὑποπεπωκότες⟩;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

σάφ' ἴσθι, καὶ ἐλήφθη γε μόλις.

(Relicta Theoria aliquantulum procedit Trygaeus. Interim Xanthias puellam admirabundus contrectat.)

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ὦ δέσποτα,
ὅσην ἔχει τὴν πρωκτοπεντετηρίδα.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad spectatores:)

εἶεν, τίς ἐσθ' ὑμῶν δίκαιος, τίς ποτε;
τίς διαφυλάξει τήνδε τῇ βουλῇ λαβών;

(Circumspicit Xanthiam:)

οὗτος, τί περιγράφεις;

ΞΑΝΘΙΑΣ.

τὸ δεῖν' — εἰς Ἴσθμια

---

874. Merae tenebrae. Pro *ἐπαίομεν* Blaydes coniecit *ἐπέμπομεν*, scholion interpretatur *ἠλαύνομεν*. Inter *ἐπαίομεν* et *Βραυρῶνάδε* quaedam intercidisse suspicatur vHerwerden. || *ὑποπεπωκότες* schol.] -*πτω*- V R.

878. *διαφυλάξει*] -*ξαι* vHerwerden, infinitivum adiectivo *δίκαιος* subiungens; praefero vulgatam, in qua adiectivum suam *probi* servat vim (vid. comment.). || *τῇ βουλῇ* R] *τὴν βουλὴν* V.

---

877. „*Quis vestrum probus est*"... cui sine damni metu aliquid possit concredi? Nam „*ἐγγύα· πάρα δ' ἄτη*". Non ita multos Athenis probos et integros esse viros suspicari incipimus [1]), nam tacent omnes. Simillimus iocus est infra [2]). Nunc quoque *οἱ ἐξ ἄστεως τοῖς γεωργοῖς* [3]) a poeta opponuntur.

878. Quemadmodum Hercules Euripideus „*γυναῖκα τήνδε μοι σῶσον λαβών*" [4]) et: „*οὐ γὰρ κλοπαίαν ἀλλὰ σὺν πόνῳ λαβὼν | ἥκω*" [5]) ait ad Admetum, sic Theoriam nunc Trygaeus — quippe suarum rerum satagens *μελλόνυμφος* — servandam alicui vult tradere.

879. „*Heus tu* [6]), *quid manum circumducis?*" Xanthiam increpat Trygaeus puellam contrectantem. Qui primo verba quaerens [7]), quippe in flagranti deprensus, dein „*in ludos proximos sibi* [8]) *locum circumscribere se*" ait, *κύκλον περιγράφειν* [9]), ubi tabernaculum suum collocet. Nempe ludorum laetorum promissa habet Theoria, in magna autem spectantium frequentia theoris tempestive opera erat danda ut tentorio suo locum inve-

---

[1]) Cf. Plut. 97—99 Eccl. 440. — [2]) Vs. 968 sq. — [3]) Cf. vs. 556. — [4]) Eur. Alc. 1020. — [5]) Ibid. vs. 1035 sq. — [6]) Vid. ad Vesp. 1. — [7]) Vid. ad Vesp. 524. — [8]) De pronominis *ἐμαυτοῦ* loco vid. ad Nub. 515. — [9]) Eupol. fr. 250 Herodot. VII 60 VIII 137.

σκηνὴν (ἐμαυτοῦ τῷ πέει) καταλαμβάνω.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad spectatores:)

οὔπω λέγεθ' ὑμεῖς τίς ὁ φυλάξων;

(Postquam aliquantisper expectavit, ad Theoriam:)

δεῦρο σύ·

καταθήσομαι γὰρ αὐτὸς εἰς μέσους ἄγων.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ἐκεινοσὶ νεύει.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τίς;

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ὅστις; Ἀριφράδης,

ἄγειν παρ' αὑτὸν ἀντιβολῶν.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀλλ', ὦ μέλε,

τόν ζωμὸν αὐτῆς (προσπεσὼν) ἐκλάψεται.

(Ad Theoriam:)

ἄγε δὴ σὺ κατάθου πρῶτα τὰ σκεύη χαμαί.

(Facit Theoria quod iussa est.)

---

882. *αὐτὸς* Seidler] *αὐτοὺς* V (*-ουσ* per compendium scriptum) R (*ἐς μέσους αὐτούς*). || *μέσους*] *μέσον σ'* Blaydes; cf. vs. 1118.

886. *τὰ σκεύη*] *τὴν σκευὴν* Meineke, ut *vestimenta exuere* iubeatur Theoria (cf. Nub. 497 Thesm. 1181); quem et alii secuti sunt et Willems, qui revera Trygaeum „avec la jeune femme dans l'état de pure nature" iam ad senatores venire pro certo statuit (Le nu dans la comédie anc. d. Grecs, Bulletins de l'Acad. roy. de Belg., 1901). Rogaverit quispiam: „et elle n'a pas attrapé unde fluxion de poitrine?" — Mihi neque certa neque credibilia haec videntur, Meinekii autem coniecturae neque favet Eq. 155, ubi eadem leguntur verba, neque *χαμαί* adverbium; cf. comment.

---

nirent [1]). *Isthmia* autem quod commemorat, nequitiae subest aliquid [2]). Non enim instant nunc Isthmia, sed sub finem anni proximi habebuntur; quae exeuntibus annis secundo quartoque cuiusque Olympiadis celebrabantur.

882. „*Ipse enim in medios senatores te adducam, ubi traditam relinquam*". Eadem quae „*ἄξω σε καταθησόμενος*" haec valent [3]). Similia verba scripsit noster in fabula cuius nomen ignoratur: *μεσέγγυον τὴν μείρακα* | ◡— *καταθέσθαι* [4]).

883. *Ἀριφράδης*] etiam in Equitibus fabula hic commemoratur [5]).

886. Ludendi occasionem praebet verbum *καταθέσθαι*. „*Depositurus te sum*

---

[1]) Vid. ad Thesm. 624 et cf. e. g. [Andocid.] IV § 30 Isocrat. XVI § 34 vel lex Andaniana Collitz. 4689³⁴—³⁹. — [2]) Vid. ad Thesm. 647. — [3]) Vid. ad Nub. 1212. — [4]) Ar. fr. 650. — [5]) Eq. 1280—1289.

βουλή, πρυτάνεις, ὁρᾶτε τὴν Θεωρίαν.
σκέψασθ' ὅσ' ὑμῖν ἀγαθὰ παραδώσω φέρων,
ὥστ' εὐθέως ἄραντας ὑμᾶς τὼ σκέλει
ταύτης μετεώρω | κᾆτ' ἀγαγεῖν „Ἀνάρρυσιν".
τουτὶ δ' ὁρᾶτ' ὀπτάνιον ὑμῖν.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(secum:)

ὡς καλόν!
διὰ ταῦτα καὶ κεκάπνικ' ἄρ'· ἐνταυθὶ γὰρ ἦν

---

889. *σκέλει*] *σκέλη* V R. Cf. Av. 1254.

890. *μετεώρω* Blaydes] *μετέωρα* V R. || *κᾆτ' ἀγαγεῖν* vHerwerden] *καταγαγεῖν* V R; vid. ad Av. 1456.

891. *ὁρᾶτ' ὀπτάνιον* Bentley] *ὁρᾶτε τοὐπτάνιον* V R, qua servata lectione Blaydes dein delet particulam *ὡς*. Dindorf coniecit *ὅρα τοὐπτάνιον*. In archetypo videtur fuisse *ορατ' οπτανιον* (*τε* supra *ορατ'*). || *ὑμῖν*] *ἡμῖν* V (post *ὡς καλὸν* id collocans) R. || *ὡς καλόν*] Servo dedi; in V R totus versus continuatur Trygaeo.

892 sq. Servo dedit Beer; in V R post *ἄρα* vs. 892 est signum personae mu-

---

equidem, at tu prius depone..." quid? Spectatoribus dubium esse id non potuit; nobis sufficit quod in scholiis est adscriptum: „Theoriam ferre *εἰρήνης καὶ γεωργίας* — vel potius *epularum* et *ludorum* — *τινὰ σύμβολα*". Eadem verba quae nunc ad Theoriam, in Equitibus dicuntur ad isiciarium; qui iussus illic mensulam et botulos deponit humi.

887. Cum Theoria Trygaeus accedit ad senatorum cuneum, *τὸ βουλευτικόν* [1]). In scholiis legitur notabile exemplum errorum quos pepererunt signa numeralia: „*τῆς γὰρ βουλῆς ἐπρυτάνευον δέκα, ἄλλοι δὲ ὀκτώ*". Immo: „*ἄλλοι δὲ* (sc. *aiunt*) *πεντήκοντα*"! In codice V est: „*I, ἄλλοι δὲ H*", debebat: „*ἄλλοι δὲ N.*"

890. *καὶ εἶτα*] ex abundanti collocatae sunt particulae [2]).

— *'Ανάρρυσιν*] *Apaturiorum*, quod sollemne lautis epulis quotannis per triduum in singulis phratriis celebrabatur [3]), *dies secundus* hoc nomen habebat e lingua prisca servatum; primitus fuit *ἀνάϜρυσις*, a stirpe *Ϝ(ε)ρυσ* ductum. *Retro trahendi* illud verbum *ἀναϜερύσαι* ex Homero est notissimum; quod nunc ad res amatorias [4]) deflectitur, quemadmodum nominibus propriis ludicre abuti solet noster [5]).

891—893. In sacrificiis *ἀϜϜέρυσαν μὲν πρῶτα* [6]), mox autem *ὤπτησαν περιφραδέως*. Itaque bene factum quod etiam *culinam* [7]) praebet Theoria, pristini fumi manifesta vestigia etiam servantem. „*Istic nimirum ante bellum senatus ollas suas habebat!*" ridens ait Xanthias: illic olim festis diebus carnes post sacrificia coquendas senatus curabat! — Qui *τῶν λασάνων* in culinis fuerit usus docet versus Dioclis: „*ἀπὸ λασάνων θερμὴν ἀφαιρήσω χύτραν*" [8]). Theoriae autem quae dicatur culina vel foculus si cui videatur dubium, — quod vix credibile, — plane constabit collato simili ioco qui est in Vespis [9]).

---

1) Vid. Av. 794. — 2) Vid. ad Nub. 624. — 3) Vid. ad Ach. 146 Nub. 1198 Thesm. 558. — 4) Cf. Av. 1254. — 5) Vid. ad Vesp. 84. — 6) Hom. *Α* 459 etc. — 7) Cf. Eq. 1033 — 8) Diocl. fr. 8. — 9) Vesp. 1372—1375; vHerwerden confert etiam Apul. Metam. II 7.

προὸ τοῦ πολέμου τὰ λάσανα τῇ βουλῇ ποτε.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἔπειτ' ἀγῶνά γ' εὐθὺς ἐξέσται ποιεῖν
ταύτην ἔχουσιν αὔριον καλὸν πάνυ,
πλαγίαν καταβάλλειν εἰς γόνατα, κῦβδ' ἱστάναι,
καὶ παγκράτιόν γ' (ὑπαλειψαμένοις νεανικῶς)
παίειν, ὀρύττειν, πὺξ ὁμοῦ καὶ τῷ πέει.
τρίτῃ δὲ μετὰ ταῦθ' ἱπποδρομίαν ἄξετε,
ἵνα δὴ κέλης κέλητα παρακελητιεῖ,
ἅρματα δ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀνατετραμμένα
φυσῶντα καὶ πνέοντα προσκινήσεται·
ἕτεροι δὲ κείσονταί γ' (ἀπεψωλημένοι)
περὶ ταῖσι καμπαῖς ἡνίοχοι πεπτωκότες.
ἀλλ', ὦ πρυτάνεις, δέχεσθε τὴν Θεωρίαν.

(Theoria adit spectatores, et a principe senatus postquam comiter est accepta, se proripit.)

895* ἐπὶ γῆς παλαίειν, τετραποδηδὸν ἑστάναι,

tatae, in V etiam ante versum 892. || ἐνταυθὶ γὰρ ἦν | ... ποτε Dindorf] ἐνταῦθα γὰρ | ... ποτ' ἦν V R, qua servata lectione Brunck ad numeros explendos dedit καὶ κεκάπνικεν ἆρ', Blaydes τοι καὶ κεκάπνικ' ἆρ'.

894. γ' V] θ' R.

895* sq. Versum 895* delevit Willems; versum autem 896 om. V, habet R. In scholio metrico trimetri μα h. l. legi dicuntur, sunt autem *quadraginta duo*, nisi unus deleatur. Cf. vs. 831.

896. Post γόνατα virgulam add. Meineke. || ἱστάναι Bothe] ἑστάναι V R. Cf. vs. 1249.

894—904. Redux Theoria non *cenas* modo opiparas denuo praebebit, ut olim, sed et Graecorum illas delicias, avitum ludorum decus: *luctum, pugilatum, certamina equestria.* — Verba palaestrica ad res amatorias nunc transferuntur, et comice vertitur [1]) epica imago, quam praebet epitheton παρθένος ἀδμής, sive πῶλος ἄζυξ, ut loquuntur tragici; quod oppositum est γυνὴ δεδαμασμένη occurrit in lege Gortynia. Aliquanto magis decore quam comicus hac comparatione usus Anacreon „πῶλε Θρηϊκίη" alloquebatur puellam: „ἴσθι τοι, καλῶς μὲν ἄν τοι | τὸν χαλινὸν ἐμβάλοιμι, | ἡνίας δ' ἔχων στρέφοιμί σ' | ἀμφὶ τέρματα δρόμου" [2]).

897. Unguntur athletae, unguntur qui Amoris ineunt palaestram [3]).

898. Verba ambigua sunt παίειν [4]) et ὀρύττειν [5]). In pancratio πὺξ ὁμοῦ καὶ τῷ σκέλει certabatur.

902. προσκινήσεται] ab inexpectato dicitur [6]).

904. Sic in Acharnensibus „περὶ λίθῳ πεσεῖν" dicitur Lamachus [7]).

905 sq. Prytanes, ut in buleuterio et

---

[1]) Cf. Vesp. 501 Lys. 60. — [2]) Anacr. fr. 75. — [3]) Cf. vs. 861 sq. Lys. 938 sq. — [4]) Cf. κρούειν (ad Lys. 1032) et ἐρείδειν (ad Thesm. 488). — [5]) Vid. ad Av. 442. — [6]) Vid. ad Lys. 227 sq. — [7]) Ach. 1180.

θέασ' ὡς προθύμως ὁ πρύτανις παρεδέξατο!
(Ad principem senatus:)
ἀλλ' οὐκ ἄν, εἴ τι προῖκα προσαγαγεῖν σ' ἔδει·
ἀλλ' ηὗρον ἄν σ' ὑπέχοντα τὴν ἐκεχειρίαν.

ΧΟΡΟΣ.

Antistropha (vs. 909—921).

ἦ χρηστὸς ἀνὴρ πολί-
ταις ἐστὶν ἅπασιν, ὅσ-
τις ἐστὶ τοιοῦτος.

---

907. προῖκα] προῖκ' ἂν V R. χ
908. ἐκεχειρίαν R] ἐγκεχ. V (ex ἐκεχειρίαν natum).
909. πολίταις GHermann] -της V R (ut Ran. 1041).

---

in Pnyce [1]), sic in theatro ante ceteros senatores sedisse cum fert ratio, tum ex hoc versu apparet. Quotidie autem unus e prytanibus sorte designabatur, qui per illum diem iis totique senatui praeesset; quod dicebatur ἐπιστατεῖν [2]). Ipse vocabatur ὁ πρύτανις [3]), *princeps* sive *praeses* κατ' ἐξοχήν [4]), neque alius significatur in Thesmophoriazusis, ubi ὁ πρύτανις cum sagittario prodit ad coercendum maleficum [5]). Quarto saeculo alia inita est ratio [6]).

906. θέασαι] etiam alibi apud nostrum est haec synizesis [7]).

907. ἀλλ' οὐκ ἄν] mente repetendum est: παρεδέξατο. Sic Strepsiades [8]): „οἱ δ' οἰκέται ῥέγκουσιν· ἀλλ' οὐκ ἂν πρὸ τοῦ (mente adde: ἔρρεγκον)". — „*Non gratis*" Theoriam ad senatum deducturus dicitur prytanis, sed statim acceptam exosculaturus, aliorum gaudiorum praeludium. — προσαγαγεῖν] *introducere* [9]). — Prytanum erat aditum ad senatum vel populum dare petentibus [10]).

908. Nunc quoque comicus — ut assolet [11]) — novum sensum tribuens vocabulo sermonis quotidiani, „ὑπέχειν τὴν ἐκεχειρίαν" non dicit „*praetendere inducias*" [12]), sed: „*perhibere recipiendi eam sibi non esse facultatem*, τῇ γὰρ ἐκεχειρίᾳ ἔχεσθαι τὰς αὐτοῦ χεῖρας." Simul autem id fere significant verba Trygaei quod: „ἀλλ' ηὗρον ἄν σε ὑπέχοντα [13]) τὴν χεῖρα", i. e.: „ἀλλ' ἐδωροδόκεις ἄν", *munusculum a me flagitares*, „εἶπες ἄν· ἔμβαλε κυλλῇ", ut est in Equitibus, ubi similis ioci occasionem praebet montis nomen *Cyllene* [14]). Apertissime autem et impudentissime idem de eodem dicitur in Thesmophoriazusis: „ὦ πρύτανι, .., τὴν δεξιὰν ... φιλεῖς | κοίλην προτείνειν, ἀργύριον ἤν τις διδῷ" [15]). — Annuae induciae, quae anno 423 sunt initae [16]), dudum praeterierunt, sed nunc, pace instante, novas nuper initas esse inducias, donec perfecta foret et promulgata, cum res ipsa fert tum comici hacc verba luculenter testantur.

---

[1]) Cf. Eccl. 87 Ach. 23—25. — [2]) Passim in exordio psephismatum: ὁ δεῖνα ἐπεστάτει. Cf. Xen. Mem. I 1 § 18 et [Arist.] Rep. Ath. 44 § 1. — [3]) Cf Thucyd. VI 14 § 1. — [4]) Cf. Ran. 1287. — [5]) Thesm. 929—946. — [6]) De qua vid. [Arist.] Rep. Ath. 44 § 2. — [7]) Thesm. 280. — [8]) Nub. 5, ubi vid.; cf. etiam Eccl. 390. — [9]) Cf. Thucyd. V 61 § 1 Demosth. XVIII § 28 etc. — [10]) Cf. Aeschin. II 58 [Arist.] Rep. Ath. 43. — [11]) Vid. ad Vesp. 353. — [12]) Cf. Thucyd. IV 117 § 1 etc. — [13]) Cf. Demosth. XIX § 255. — [14]) Eq. 1083. — [15]) Thesm. 936 sq. — [16]) Thucyd. l. l. (IV 117).

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὅταν τρυγᾶτ', εἴσεσθε πολλῷ μᾶλλον οἷός εἰμι.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ νῦν σύ γε δῆλος εἶ·
σωτὴρ γὰρ ἅπασιν ἀν-
θρώποις γεγένησαι.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τί δῆτ', ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἶνου νέου λεπαστήν!

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

καί, πλήν γε τῶν θεῶν, ἀεί σ' ἡγησόμεσθα πρῶτον.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

πολλοῦ γὰρ ὑμῖν ἄξιος
Τρυγαῖος Ἀθμονεὺς ἐγώ,
δεινῶν ἀπαλλάξας πόνων
τὸν δημότην

---

912. εἴσεσθε V] ἔσεσθε R.

916. τί δῆτ' Athen. 485 *a*] φήσεις V R, φήσεις τί δῆτ' rec.; cf. vs. 859 et 863. Dindorf φήσεις γ', non male (cf. vs. 1351), sed veri similius φήσεις verbum interpreti deberi (τί δῆτα sc. φήσεις) quam particulas τί δῆτα.

918. πολλοῦ Hirschig] πολλῶν V R. Cf. Plut. 877. Aliter se habet res Ach. 633, ubi plurali πολλῶν adiunctum est ἀγαθῶν.

920. Post δημότην in V R est ὅμιλον (interpretamentum vocis λεών, cf. Eq. 668 sq.). Del. Dindorf.

---

912. ὅταν τρυγᾶτε] *cum erit vindemia.* Ipse poeta Trygaei nomen nunc interpretari dici posset, si interpretationem ullam id requireret; sed vel sic erat plane perspicuum. Trygaei ceterorumque Athmonensium, ut Acharnensium, et ceteras arbores meminimus caesas et vites [1]).

914. ἅπασιν ἀνθρώποις] non solis *civibus* suis Athmonensibus, ut modo dicebat [2]). In lucem reducta Pax cunctis mortalibus attulit salutem.

916. τί δῆτα ...;] „*quid autem dicetis ...?*" Eadem ellipsis quae supra [3]).

— λεπαστήν] *poculum* [4]). Vox λεπαστή etiam in Gerytade fabula legebatur [5]) et frequens est in ceterorum comicorum fragmentis [6]).

918. Item in Acharnensibus de ipso poeta: „φησὶν δ' εἶναι πολλῶν ἀγαθῶν ἄξιος ὑμῖν ὁ ποιητής" [7]).

920 sq. „*Quippe qui diris malis libera-* „*verim paganos meos ceterosque agricolas* „*quoslibet et Hyperboli finem fecerim*". — Trygaeus τούς τε Ἀθμονέας καὶ τοὺς ἄλλους τῆς Ἀττικῆς καὶ πάσης τῆς Ἑλλάδος γεωργοὺς servasse se gloriatur [8]), ea usus orationis figura quam novimus e locutione

---

[1]) Vid. ad vs. 190 sq. — [2]) Cf. vs. 910. — [3]) Vid. vs. 859 et ad Nub. 154. — [4]) Athen. 484 *f*—486 *a*. — [5]) Arist. fr. 165. — [6]) Cratin. fr. 423 etc. — [7]) Ach. 633, ubi vid.; praeterea vid. supra vs. 738 et Plut. 877. — [8]) Vid. ad vs. 632—635.

καὶ τὸν γεωργικὸν λεών,
Ὑπέρβολόν τε παύσας.

SCENA DECIMA SEXTA.

Eidem.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ἄγε δή, τί νῷν ἐντευθενὶ ποιητέον;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τί δ' ἄλλο γ' ἢ ταύτην χύτραις ἱδρυτέον;

ΞΑΝΘΙΑΣ.

χύτραισιν, ὥσπερ μεμφόμενον Ἑρμήδιον;

922—938. Recte sic distribuuntur in V R; quae Famuli sunt Choro tribuunt Ald. alii.

„*ὦ Ζεῦ καὶ θεοί*" [1]). „*Hyperboli*" autem „*finem fecisse*" [2]) se ait, quod novus hic Cleon, homo bellicosus et turbulentus [3]), civitati nocere non iam poterit, „*γενομένης γὰρ ἡσυχίας καταφανέστερος ἔσται κακουργῶν καὶ ἀπιστότερος διαβάλλων*", ut de ipso Cleone iniquius iudicans scripsit Thucydides [4]). Arcebitur igitur mox a Trygaei nuptiis [5]).

922. *νῷν*] Trygaeo et Xanthiae. — Duos servos qui fabulam exorsi sunt intellegebat Dobree; sed heri, non mancipiorum est *τὸ ἱδρύσασθαι τὴν θεόν*, alterius autem servi nullum in vicinia est vestigium.

— *ἐντευθενὶ*] *exinde* [6]). Quid fieri iam est consequens? *τί τὸ ἐπὶ τούτοις;* [7]).

923. *τί δ' ἄλλο γ' ἤ*] id quod *δήπου* haec valent, ut supra [8]).

— *ταύτην χύτραις ἱδρυτέον*] i. e.: *χρὴ ταύτην χύτραις ἱδρύσασθαι*, *ollis hanc dedicari oportet.* Dea quoniam in suam sedem est reducta [9]), sollemnis ritus est obeundus, quo deorum signa consecrabantur [10]).

924. „*Ollisne, ut misellum Mercuriolum?*" — unum aliquem e crebris illis Hermis, qui in via publica collocati erant. Passivi nunc forma est *μεμφόμενος*, id quod *μεμπτόν* valens; cf. *πολεῖται* in Avibus [11]). Qui in *perfecto* tempore deponentium multo frequentior est usus, ut in perfecto verbi quod *τῷ μέμφεσθαι* est oppositum: *χαρίζεσθαι*, nam *κεχαρισμένος* est *gratus*, *acceptus* [12]). Sed *contemnendi* verbum *μέμφεσθαι* perfecto caret. — Ceterum collato hoc versu et Strepsiadis cum Mercurio colloquio [13]) est cur suspiceris Trygaei verba supra [14]) lecta: „*Mercurium magis nunc quam antea Athenis coli*" id ipsum dicere quod dicere videantur, revera enim hoc tempore Mercurii cultum Athenis maioris momenti esse factum, et hanc causam sexto anno post movisse Andocidis illos sodales ut in Mercurii signis protervitatis suae exempla ederent [15]). Fortasse non aliena hinc est mysteriorum Samothraciorum mentio [16]), his enim praesertim Mercurius colebatur.

---

[1]) Vid. vs. 162 sq., 307, 565 et ad Nub. 413. — [2]) Vid. ad Eq. 330. — [3]) Cf. vs. 441, 681. — [4]) Thucyd. V 16 § 1. — [5]) Vs. 1319. — [6]) Vid. ad Eq. 543. — [7]) Vid. ad Ran. 1163. — [8]) Vid. vs. 107. — [9]) Vid. ad vs. 520. — [10]) Cf. Plut. 1197 et vid. ad Ach. 284. — [11]) Av. 181. — [12]) Cf. vs. 386. — [13]) Nub. 1478 sqq. — [14]) Vs. 401. — [15]) Cf. Proleg. Av. p. V sq. — [16]) Vid. vs. 277.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.
(ad chorum:)
τί δαὶ δοκεῖ; βούλεσθε λαρινῷ βοΐ;

ΞΑΝΘΙΑΣ.
βοΐ; μηδαμῶς, ἵνα μὴ βοηθεῖν ποι δέῃ.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.
(item:)
ἀλλ' ὑῒ παχείᾳ καὶ μεγάλῃ;

ΞΑΝΘΙΑΣ.
μή, μή!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.
τιή;

ΞΑΝΘΙΑΣ.
ἵνα μὴ γένηται Θεογένους ὑηνία.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.
τῷ δαὶ δοκεῖ σοι δῆτα τῶν λοιπῶν;

ΞΑΝΘΙΑΣ.
οΐ.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.
οΐ;

ΞΑΝΘΙΑΣ.
ναὶ μὰ Δί'.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.
ἀλλὰ τοῦτό γ' ἔστ' Ἰωνικὸν

---

925. *τί*] *τῷ* (ut vs. 929) Blaydes. || *δαὶ . . . βούλεσθε*] *δὲ . . . βούλεσθαι* V R.
926. *δέῃ* Dindorf] *δέοι* V R.
928. *Θεογένους* Dindorf] *-αγ-* V R.
929. *τῷ* R] *τί* V. || *δαὶ* Meineke] *δὴ* V R.

---

925. *λαρινῷ βοΐ*] *bove saginato* [1]).

926—933. Similitudo vocum *βοΐ* — *βοηθεῖν* [2]) et *οΐ ovi* — *οΐ vae* [3]) et vocabula inter se cognata *ὗς* — *ὑηνία* [4]) comico iocos nunc praebent non ita festivos.

928. *Theogenes* demagogus inter magistratus huius anni fuit, fortasse strategus [5]).

930 et 933. *οΐ*] Ionicum hoc est pro Attico *οἷ*, sive dativus „*ovi*" est intelle-

---

[1]) Vid. ad Av. 465. — [2]) Lepide Paley: „*a cow*" — „*no cowards!*" vel: „*a bull*" — „*no bullying!*" — [3]) Nostrum: *o wee!* — [4]) Item hodierni: *zwijn* — *zwijnerij*, *cochon* — *cochonnerie* etc.; vid. ad Nub. 1001. — [5]) Vid. ad Av. 1127.

τὸ ῥῆμ᾽.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ἐπίτηδές γ᾽, ἵν᾽, ὅταν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ
ὡς χρὴ πολεμεῖν λέγῃ τις, οἱ καθήμενοι
ὑπὸ τοῦ δέους λέγωσ᾽ Ἰωνικῶς· „οἴ!"

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

εὖ τοι λέγεις.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

— καὶ τἄλλα γ᾽ ὦσιν ἤπιοι.
ὥστ᾽ ἐσόμεθ᾽ ἀλλήλοισιν ἀμνοὶ τοὺς τρόπους,
καὶ τοῖσι συμμάχοισι πρᾳότεροι πολύ.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἴθι νυν, ἄγ᾽ ὡς τάχιστα τὸ πρόβατον λαβών,
ἐγὼ δὲ ποριῶ βωμὸν ἐφ᾽ ὅτου θύσομεν.

(Aedes intrant ambo.)

931—933. Verba insulsa vitione graviore laborant?
931. ὅταν Meineke] om. V R.
932. λέγη(ι) V] λέγει R.

---

gendus [1]), sive interiectio „*vae*", quae notissima est e voce *οἴμοι vae mihi* et verbo inde ducto *οἰμώζειν* [2]).

931. ἐπίτηδες] *data opera, prudenti consilio* [3]). Mente supplendum est: „id dixi", quod verbum praebet vocabulum ῥῆμα.

932. οἱ καθήμενοι] *qui adsunt, οἱ παρόντες* [4]). Oppositum est: ὁ ἑστώς, *is qui ad verba facienda consurrexit* [5]).

933. ὑπὸ τοῦ δέους] *propter metum suum* [6]).

934. καὶ ... γε] *atque adeo* [7]).

— ἤπιοι] *lenes, benevoli.* Adiectivum poeticum [8]).

935. ἀμνοὶ τοὺς τρόπους] *tam mites et innocui quam sunt agni* [9]).

937—955. Dignam quae cum hoc loco conferatur scenam habet Aves fabula [10]).

937. ἴθι νυν, ἄγε] item in Vespis Bdelycleon ad servum: „ἴθι νυν, ἄγ᾽ αὐτὼ (*canes*) δεῦρο" [11]).

938. ποριῶ] *expediam, undecunque petitum praebebo.* Trygaeo ante aedes suas versanti praesto non est ara, sed quin alicubi reperturus sit nullus dubitat, ἅτε δὴ καὶ ἐξ ἀμηχάνων πόρους εὑρεῖν δεινὸς ὤν [12]).

---

[1]) Cf. vs. 1018. — [2]) Cf. ann. crit. ad Av. 266. — [3]) Vid. ad Vesp. 391. — [4]) Eccl. 165 etc. — [5]) Vid. ad Eccl. 589. — [6]) Vid. ad Nub. 835. — [7]) Vid. ad Ran. 49. — [8]) Apud comicos nonnisi Vesp. 879 (et Timocl. fr. 15²?) redit. — [9]) Cf. Eq. 264 Nub. 1203 fr. com. adesp. 1210²(?). — [10]) Av. 1309—1334. — [11]) Vesp. 843. — [12]) Vid. ad Eq. 759 Lys. 421.

ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 939—955).

ὡς πάνθ' ὅσ' ἂν θεὸς θέλῃ χἠ τύχη κατορθοῖ
χωρεῖ κατὰ νοῦν, ἕτερον δ' ἑτέρῳ
τούτων κατὰ καιρὸν ἀπαντᾷ!

(Redit Trygaeus foculum e culina afferens, qui sit pro ara.)

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὡς ταῦτα δῆλά γ' ἔσθ'· ὁ γὰρ βωμὸς θύρασι καὶ δή.

(Denuo intrat aedes.)

ΧΟΡΟΣ.

ἐπείγετέ νυν, ἐν ὅσῳ
σοβαρὰ θεόθεν κατέχει πολέμου
μετάτροπος αὔρα.
νῦν γὰρ δαίμων φανερῶς

---

939. *θεὸς θέλῃ*] *θεοὶ θέλωσι* Mazon. ‖ *κατορθοῖ*] *κατορθοῦν* Bothe, *κατ' οὖρον* vHerwerden (dein post *νοῦν* inserens *θ'*). Post hoc verbum scholiasta iubet claudi enuntiatum, ita ut *καί* valeat *etiam* et totus versus sit exclamantis.

942. *ὡς ταῦτα δῆλα*] *ὥστ' αὐτὰ δῆλα* Dobree, *ὡς αὐτὰ δῆλα* vel *ὡς αὐτόδηλα* Blaydes. ‖ *ἔσθ'* R] *ἐστιν* V (*τιν* loco quatuor litterarum erasarum).

943. *ἐπείγετε*] *κατεπείγετε* Bothe (ut Eccl. 294), quo similior versus fiat antistropho 1027.

939—941. „*Quam bene cedunt* [1]) *et rite se excipiunt quaecunque numen et fors fieri iubent!*" — *ὅταν καλῶς τὰ τῶν θεῶν καὶ τὰ τῆς τύχης ἔχῃ* [2]). Nam „*πάντα τύχη καὶ μοῖρα*" — ut Archilochus locutus est — „*ἀνδρὶ δίδωσι*" [3]). Disyllabam verbi (*ἐ*)*θέλειν* formam nonnisi antecedente *θεός* (*θεοί*) usurpant Athenienses [4]). Dicitur *ἕτερον ἑτέρῳ ἀπαντᾶν*, ut: *ἕτερον ἐξ ἑτέρου ἅπτεσθαι*, *ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου δοξάζειν*, similia.

942. „*Nunc quam maxime, mihi crede* [5]), *istud apparet; nam ecce* [6]) *ante aedes adstat ara qua utamur*". — Admodum ludicre, ut in comoedia, inter benevolentiae divinae documenta hoc quoque refert Trygaeus, quod praesto statim requirenti sibi sit nova ara, ab ipso videlicet — in culina, ut opinor [7]), — sollerter reperta; quae munere hactenus fungebatur aliquanto humiliore.

943—945. „*Festinate iam, dum obtinet* [8]) *aura divinitus conversa* [9]), *qua arcetur bellum*". Donec Pax in pristina sede consecrata et veluti confirmata fuerit, etiam periculum videtur esse ne proruens denuo Belli deus eam fuget. — E nautarum vita desumta est imago [10]), sed sublimior est dictio. Quamquam *σοβαρός* adiectivum [11]) non est sermonis poetici.

---

[1]) Cf. Eq. 499. — [2]) Eur. Phoen. 1202; cf. etiam Iph. Aul. 1404. — [3]) Archil. fr. 16. — [4]) Cf. vs. 1187 et vid. ad Ran. 533. — [5]) Vid. ad Ach. 333. — [6]) Vid. Eccl. 500 Lys. 65 Av. 268. — [7]) Cf. Ach. 888. — [8]) Nostrum *aanhouden*. Vid. ad Av. 1316. — [9]) Cf. Eur. El. 1147 et vid. ad Thesm. 724 sq. — [10]) Similia vid. Eq. 430—441 Ran. 848, 1099—1103. — [11]) Cf. Nub. 406 etc.

εἰς ἀγαθὰ μεταβιβάζει.

(Redit Trygaeus cum canistro et olla.)

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τὸ κανοῦν πάρεστ' ὀλὰς ἔχον καὶ στέμμα καὶ μάχαιραν,
καὶ πῦρ γε τουτί, κοὐδὲν ἴσχει πλὴν τὸ πρόβατον ἡμᾶς.

(In domum redit.)

ΧΟΡΟΣ.

οὔκουν ἁμιλλήσεσθον; ὡς
ἢν Χαῖρις ὑμᾶς ἴδῃ,
πρόσεισιν αὐλήσων ἄκλη-
τος, κᾆτα τοῦτ' εὖ οἶδ', ὅτι
φυσῶντι καὶ πονουμένῳ
προσδώσετε δήπου.

(Redeunt Trygaeus cum malluvio et Xanthias ovem adducens.)

948—1011. Om. B C Γ; ex horum igitur codicum archetypo evulsum erat folium hos versus continens (cf. Lys. Proleg. p. XIV). Similem ob causam in Γ desiderantur etiam vs. 1127—1190, desinunt autem B Γ in versu 1300.

948 sq. Trygaeo dedit Ald. (cf. vs. 937); in R sunt Servi, V cui tribuat non apparet.

951. ὑμᾶς] ὀλὰς Bergk.

952. αὐλήσων] αὐλῶν Meineke (πρόσεισιν ἄκλητος αὐλῶν Bergk).

953. τοῦτ' εὖ οἶδ'] τοῦθ' εὖδ' (οἱ superscr.) V, τοῦθ' εὖ οἶδ' (deleta post εὖ littera) R, σάφ' οἶδ' Dindorf. Vid. ad vs. 1035 sq.

---

947. εἰς ἀγαθὰ μεταβιβάζει] *in melius rem convertit.*

948—955. Afferuntur quae ad sacrificium peragendum sunt necessaria: *canistrum* [1], in quo sunt *hordei grana* [2] et *coronae* [3] et *culter* [4], *ignis* [5] in *olla* [6], *aqua lustralis* [7], *hostia* denique.

949. οὐδὲν ἴσχει ... ἡμᾶς] *nihil est quod nos retineat* [8], οὐδὲν κωλύει [9].

950. ἁμιλλήσεσθον] apud comicos verbum non redit, nunc autem iocose transfertur, quasi velocitatis aliquod certamen, ἅμιλλαν [10]), endemic inituri sint herus et servus, quo citius peragatur sacrificium inaugurale.

951. *Chaeris* malus tibicen [11]) in Avibus fabula revera a sacrum ferentibus advocatur [12].

954. φυσῶντι καὶ πονουμένῳ] *multo cum labore flanti, misere desudanti.* Est hoc ἓν διὰ δυοῖν [13].

955. „*Gratificabimini ei videlicet*" [14]. — Est προσδοῦναί τινι id quod δοῦναι προσαιτοῦντι [15], *flagitanti dare munusculum* [16].

---

[1]) Vid. ad Ach. 244 Av. 43. — [2]) Vid. ad Eq. 1167 Nub. 254—262. — [3]) Cf. Vesp. 860 sq. Thesm. 36. — [4]) Cf. Eur. Iph. Aul. 1565 sq. — [5]) Cf. ibidem et Ran. 871. — [6]) Cf. Lys. 294—316. — [7]) Cf. Av. 850. — [8]) Vid. ad Ach. 127. — [9]) Cf. Eq. 723. — [10]) Eq. 556. — [11]) Vid. ad Ach. 16. — [12]) Av. 858. — [13]) Vid. ad Av. 1182. — [14]) *Dan zult gij u natuurlijk wat laten afbedelen.* De particula δήπου vid. e. g. Plut. 497. — [15]) Cf. Ach. 429 Vesp. 496 Lys. 1141. Blaydesii haec est observatio. — [16]) Item infra vs. 1111 sq.; cf. etiam vs. 1109 et Herod. Mimiamb. VI 36.

SCENA DECIMA SEPTIMA.

Trygaeus, Xanthias, Chorus.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἄγε δή, τὸ κανοῦν λαβὼν σὺ καὶ τὴν χέρνιβα
περίιθι τὸν βωμὸν ταχέως ἐπιδέξια.

(Quae iussus est Xanthias peragit.)

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ἰδού· λέγοις ἂν ἄλλο· περιελήλυθα.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(dum solitum ritum peragit:)

φέρε δή, τὸ δαλίον τόδ' ἐμβάψω λαβών.

(Ad ovem, dum aquam lustralem in eius caput inicit:)

σείου σὺ ταχέως.

(Ad Xanthiam:)

σὺ δὲ πρότεινε τῶν ὀλῶν.
καὐτός τε χερνίπτου, παραδοὺς ταύτην ἐμοί,

(malluvio sumto aquam infundit manibus Xanthiae:)

959. δαλίον schol. Suid.] δαδίον V, δᾳιδίον R (Δ—Δ). || ἐμβάψω] ἔμβαψον Enger. 961. Post vs. 959 collocat Enger, post 957 vHerwerden, πάραδός τ' αὐτὴν legens. || τε] γε Enger.

Sic isiciarius Demi animum in Paphlagonem incendens: „σοὶ μὲν προσεδίδου σμικρὸν ὧν ἐλάμβανεν, | αὐτὸς δ' ἑαυτῷ παρετίθει τὰ μείζονα" [1].

956—960. In scholiis confertur Euripidis locus [2]): „ἐν κύκλῳ δ' ἤδη κανοῦν | εἵλικτο βωμοῦ, φθέγμα δ' ὅσιον εἴχομεν· | μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν, | εἰς χέρνιβ' ὡς βάψειεν...., *furore subito correptus est Hercules*". Ubi item *titio lustralis* δαλὸς dicitur prisco nomine, quod in sacerdotum lingua permansit.

957. ἐπιδέξια] *dextrorsum* [3]), quod etiam ἐνδέξια dicitur [4]); apud Euripidem idem vocatur ἐνδεξιοῦσθαι βωμόν [5]).

960. σείου σὺ... σὺ δὲ...] ludicre sibi opponuntur *bestia* et *mancipium*, immo hoc postponitur illi, ut in verbis Mercurii ad Carionem: „ἐκκάλει... τὴν κύνα, | ἔπειτα σαυτόν, εἶτα τὴν ὗν" [6]). — Ominis causa iubetur hostia caput quassando significare non invitam se morituram [7]).

— πρότεινε τῶν ὀλῶν] *praebe mihi* [8]) *de mola aliquid.* Genitivi usus idem est tertio abhinc versu [9]).

961. ταύτην] dicit τὴν χέρνιβα [10]).

---

[1]) Eq. 1222; cf. Soph. Phil. 309 etc. — [2]) Eur. Herc. 926 sqq. — [3]) Cf. Hom. φ 141 Plat. Conv. 177*d*; vid. etiam Av. 1567. — [4]) Hom. *Α* 597 etc. — [5]) Eur. Iph. Aul. 1471; cf. vs. 1569. — [6]) Plut. 1103—1106. — [7]) Sic schol.; quem sequendum docuit Willems coll. Plutarch. Mor. 729 *f*, 435*c* et schol. Apoll. Rh. I 425. — [8]) Item Plut. 1019 etc. — [9]) Praeterea vid. Ran. 1263 et ad Vesp. 199. — [10]) Vid. ad Ach. 331.

καὶ τοῖς θεαταῖς ῥῖπτε τῶν κριθῶν.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(Hordeum per caveam spargere se fingit.)

ἰδού.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἔδωκας ἤδη;

ΞΑΝΘΙΑΣ.

νὴ τὸν Ἑρμῆν! ὥστε γε
τούτων, ὅσοιπερ εἰσί, τῶν θεωμένων
οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὅστις οὐ κριθὴν ἔχει.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οὐχ αἱ γυναῖκές γ' ἔλαβον.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ἀλλ' εἰς ἑσπέραν
δώσουσιν αὐταῖς ἄνδρες.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀλλ' εὐχώμεθα.
τίς τῇδε; ποῦ ποτ' εἰσὶ „πολλοὶ κἀγαθοί";

---

962. τοῖς] τοῖσι(ν) V R.
966. γ' R] om. V.
967. Post hunc versum aliquid deesse suspicatur vHerwerden.

962—964. Trygaeus τὰς ὀλὰς nunc vocat κριθάς, ut iocum praebere possit huius vocabuli sensus ambiguus [1]). *Finguntur* autem spectatores mola nunc conspergi, ut mox choreutae aqua lustrali [2]), quo ὁμόσπονδοι fiant Trygaeo [3]). Non enim *revera* hordei granis petuntur spectatores, neque sui dissimilis nunc fit comicus, qui saepius vetuit bellaria in caveam conici [4]).

965—967. „*Quotquot adsunt habent, sed mulieres non acceperunt*" ... neque dedit iis natura. Soli viri in orchestra et in theatro adsunt; soli Graeci adsunt, non Graecae. Debebunt tamen et hae accipere, si velint in Pacis communionem admitti. „*Ad vesperam dabunt viri*" [5]) ridens respondet Xanthias. — Miror viros doctos qui negarunt hoc versu confici id quod etiam aliunde constat [6]), mulieres non spectasse comoedias; magis miror qui contrarium hinc effecerunt.

968. Precandi priusquam faciat initium, „*quis adest?*" more solito Trygaeus rogat. Cui responderi debebat: „*πολλοὶ καὶ ἀγαθοί*", *multi probique adsunt* [7]),

---

[1]) Cf. Av. 565 et vid. ad Av. 506 sq. Ran. 545. — [2]) Vid. vs. 971. — [3]) Cf. Lys. 1129 sq. et infra vs. 1115. — [4]) Vesp. 58 sq. Plut. 798 sq. — [5]) Cf. Plut. 1031. — [6]) Vid. supra vs. 50—53 et Eccl. 1144—1146 et ad Thesm. 835. Recte e. g. Oehmichen Bühnenwesen p. 207; item vHerwerden. — [7]) Nostrum „*goed volk!*" confert vHerwerden.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(chorum indicans:)

τοισδὶ φέρε δῶ· πολλοὶ γάρ εἰσι καὶ ἀγαθοί.

(Aqua eos conspergit.)

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τούτους ἀγαθοὺς ἐνόμισας;

ΞΑΝΘΙΑΣ.

οὐ γάρ, οἵτινες,
ἡμῶν καταχεόντων ὕδωρ τοσουτονί,
εἰς ταὐτὸ τοῦθ' ἑστᾶσ' ἰόντες χωρίον;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀλλ' ὡς τάχιστ' εὐχώμεθ'.

ΧΟΡΟΣ.

εὐχώμεσθα δή.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὦ σεμνοτάτη βασίλεια, θεὰ
πότνι' Εἰρήνη,
δέσποινα χορῶν, δέσποινα γάμων,
δέξαι θυσίαν τὴν ἡμετέραν.

ΧΟΡΟΣ.

δέξαι δῆτ', ὦ πολυτιμήτη.

---

973. Post *εὐχώμεθ'* signum personae mutatae habet V; quod omisit R, sed versui 974 praescriptum habet *τρυ*^V. Choro verba *εὐχώμεσθα δή* tribuit Bergk Famulo Tyrwhitt. Non est servi pro civitatis salute precari.

978—986. Famulo (θε/) dant VR, Choro Brunck; *equidem versum 978 Choro tribui, sequentes Trygaeo.

---

nemo adest eorum quos non licet [1]). Sed nemo respondet — et plenum tamen est theatrum! Patet *puros piosque* Athenis nihilo frequentiores esse homines quam *iustos* [2]).

970—972. Laudat Xanthias candidum choreutarum animum, qui permanserint in orchestra ne tali quidem imbre de statione pulsi. Non minus ludicram causam in Ecclesiazusis profert ancilla, quae postquam beatum praedicavit herum, verborum rationem reddens addit: „ὅστις *unus inter tot milia civium* οὐ δεδείπνηκας μόνος" [3]).

973 et 978. *δή* et *δῆτα*] verba aliena confirmantium hae sunt particulae [4]).

974. *θεά*] item supra [5]).

978. *πολυτιμήτη*] *beata*; quod caelitum est epitheton [6]). In hoc epiphonemate, quo seriae gravesque preces claudun-

---

[1]) Recte schol.; cf. Ran. 354 sqq. — [2]) Vid. vs. 877. — [3]) Eccl. 1129—1133. — [4]) Vid. ad Eq. 726. — [5]) Vs. 817; vid. ad Lys. 341. — [6]) Vid. ad Ran. 337.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

νὴ Δία, καὶ μὴ ποίει γ' ἅπερ αἱ
μοιχευόμεναι δρῶσι γυναῖκες.
καὶ γὰρ ἐκεῖναι (παρακλίνασαι
τῆς αὐλείου) παρακύπτουσιν,
κἤν τις προσέχῃ τὸν νοῦν αὐταῖς,
ἀναχωροῦσιν,
κᾆτ' ἢν ἀπίῃ, παρακύπτουσ' αὖ.
τούτων σὺ ποίει μηδὲν ἔθ' ἡμᾶς
μὰ Δί', ἀλλ' ἀπόφηνον ὅλην σαυτὴν
γενναιοπρεπῶς τοῖσιν ἐρασταῖς,
οἳ σοῦ χωρὶς τρυχόμεθ' ἤδη
τρία καὶ δέκ' ἔτη.

---

982. *αὐλείου* Cobet] *αὐλείας* V R. Cf. fr. 255, Dorvill. Chariton. 31.
983. *κἤν*] *κἄν* V R.
985. *παρακύπτουσ' αὖ* Hirschig] *παρακύπτουσιν* V R.
986. *ἔθ' ἡμᾶς* R] *ἴθ'* (e corr.) *ἡμῖν* V (cf. Vesp. 1350 Plut. 465).
989. **οἳ σοῦ χωρὶς*] *ἡμῖν οἳ σοῦ* V R, quo servato Blaydes *τρυχόμεθ'* mutat in *γλιχόμεσθ'*. Viam mihi indicavit Herwerdeni coniectura *ἡμῖν οἳ σοῦ δίχα καὶ δέκ' ἔτη | τρυχόμεθ' ἤδη*.
990. *τρία καὶ δέκ' ἔτη*] verba multis suspecta, sed vid. comment.

---

tur, — nam in sequentibus regnat denuo dictio iocosa, — adhibetur poetica forma feminini, e prisca dictione in verbis conceptis servata; ipse Trygaeus utitur solito sermonis quotidiani feminino *τῇ πολυτιμήτῳ* [1]).

981—985. Pudicae matronae domi se continent, quapropter apud Menandrum [2]) nescio quis sic allocutus est uxorem: „*τοὺς τῆς γαμετῆς ὅρους ὑπερβαίνεις, γύναι, | διὰ τὴν λαλίαν* [3]). *πέρας γὰρ* „*αὔλειος θύρα | ἐλευθέρᾳ γυναικὶ νενόμιστ'* „*οἰκίας*". Protervarum est muliercularum per fenestram [4]) vel semiapertam ianuam [5]) prospicere [6]).

988. *γενναιοπρεπῶς*] eleganter et ornate novo adverbio nec alibi reperto sic nunc dicitur id quod „*ὡς πρέπει τὴν γενναίαν*" [7]), *οὐκ ἀγεννῶς ἀλλ' ἐλευθερίως*.

— *τοῖσιν ἐρασταῖς*] *pacis appetentibus*. Aptissimum imagini vocabulum, quod non raro transfertur [8]).

989. *σοῦ χωρὶς*] et hoc ornatioris est dictionis [9]).

990. *τρία καὶ δέκ' ἔτη*] „rotundus" hic est numerus [10]), idemque accuratus; nam inde a turbis Corcyraicis et Potidaeaticis, quae belli fuit prolusio, Pax non comparuisse optimo iure nunc dicitur. Minime autem repugnat sibi comicus, qui

---

1) Vs. 1016. — 2) Menandr. fr. 546; cf. Proleg. Eccles. p. I sqq. — 3) *διὰ τὴν αὐλὰν λίαν* cod.; emendavit Nauck. — 4) Cf. Thesm. 790, 797 sq. Eccl. 698 etc. — 5) Cf. supra vs. 30. — 6) Cf. Eccl. 202. — 7) Cf. Ran. 1050 Aesch. Ag. 614. — 8) Vid. ad Eq. 732 Plut. 254. — 9) Cf. Ach. 894 et vid. ad Ran. 1163 sq. — 10) Vid. ad Ran. 50 Plut. 846.

λῦσον δὲ μάχας καὶ κορκορυγάς,
ἵνα Λυσιμάχην σε καλῶμεν.
παῦσον δ' ἡμῶν τὰς ὑπονοίας
τὰς περικόμψους,
αἷς στωμυλλόμεθ' εἰς ἀλλήλους·
μεῖξον δ' ἡμᾶς τοὺς Ἕλληνας
πάλιν ἐξ ἀρχῆς
φιλίας χυλῷ, καὶ ξυγγνώμῃ
τινὶ πρᾳοτέρᾳ κέρασον τὸν νοῦν.
καὶ τὴν ἀγορὰν ἡμῖν ἀγαθῶν

992. σε] δή σε Kock.

Acharnenses fabulam sexto, Equites octavo belli anno actam dixerit alibi [1]), licet crucem nostro versui appinxerint veteres grammatici, utpote „*οὐ συμφωνούντων τοῖς χρόνοις ἃ λέγει*" [2]). Egregie vero errabant qui nostrum locum ad commenticiam illam fabulae editionem „alteram" [3]) rettulerunt, quam datam esse anno 418 (esse enim 431 — 13 = 418), eo scilicet tempore quo Athenienses „*τῇ στήλῃ ὑπέγραψαν ὅτι οὐκ ἐνέμειναν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῖς ὅρκοις*" [4]) et dudum nomen erat pax sine re!

991. *κορκορυγάς*] *turbas* [5]).

992. *Λυσιμάχην*] proprium nomen loco epitheti nunc collocatur, ut saepe apud nostrum [6]). Sic in Lysistrata dicitur: „*οἶμαί ποτε Λυσιμάχας ἡμᾶς* (mulieres) *ἐν τοῖς Ἕλλησι καλεῖσθαι*" [7]). Quam maxime autem cognatum est ipsius *Lysistratae* nomen, cui primas in scena partes tribuit noster anno 411.

994. *τὰς περικόμψους*] i. e. *τὰς λίαν κομψάς*, *nimis* [8]) *acutas* [9]).

995. *στωμυλλόμεθα*] *garrimus* [10]), *λαλοῦμεν*. — „*Sat verborum!*" sic poeta, cives utpote *λόγων θεατὰς* nunc quoque carpens, et veritus ne etiam nunc intercedat aliquid quominus rata fiat pax, quoniam *πολλὰ ἔτι ἐστὶ τὰ ἀμφίλογα* [11]).

— *εἰς ἀλλήλους*] sic, non *πρὸς ἀλλήλους* vel *ἐν ἀλλήλοις* nunc dicit poeta, quod locutio *ὑπόνοια εἴς τινα* eius menti obversatur [12]).

996—998. Moretum ut faceret, in mortario civitates Graecas contusurus erat Belli saevus deus [13]): at tu, alma dea, nulla vi adhibita, sed molliendo leniendo edulcando ita eas commisce, ut una denuo evadat Graecia. *Amicitiae sucum* [14]) dicit Trygaeus, simili usus metaphora atque filius ille, qui ad patrem truculentum „*μέλιτος σμικρὸν*" ait „*τῷ θυμιδίῳ παράμειξον*" [15]). A tela autem ducta comparatione Lysistrata „*ξυνάγειν εἰς καλαθίσκον κοινὴν εὔνοιαν*" cives iubet [16]).

996. *πάλιν ἐξ ἀρχῆς*] nota haec est ubertas [17]).

[1]) Vid. ad Eq. 793. — [2]) Schol.; cf. schol. Thesm. 917 (ad Lys. 1217—1220) et Plut. 179 (Proleg. Plut. p. XXIV—XXVI). — [3]) Vid. Proleg. p. VI sqq. — [4]) Thucyd. V 56 § 3. — [5]) Vid. ad Nub. 387 Thesm. 428 sq. — [6]) Vid. ad Vesp. 84. — [7]) Lys. 554, ubi vid. — [8]) Vid. ad Ach. 850 et ad Plut. 351. — [9]) Vid. ad Ran. 967. — [10]) Vid. ad Ran. 92. — [11]) Vid. supra ad vs. 466, 478—483. — [12]) Herwerdeni haec est observatio. — [13]) Cf. vs. 231 sqq. — [14]) „*Extract*". Vid. ad Ran. 943. — [15]) Vesp. 877. — [16]) Lys. 579, ubi vid. etiam vicina (Lys. 567—585). — [17]) Item vs. 1327; vid. ad Ran. 591 et ad Thesm. 830 sq.

ἐμπλησθῆναι, ἐκ Μεγάρων σκορόδων,
σικύων πρῴων, μήλων, ῥοιῶν,
καὶ ἐκ Βοιωτῶν γε φέροντας ἰδεῖν
χῆνας, νήττας, φάττας, τροχίλους·
καὶ Κωπᾴδων ἐλθεῖν σπυρίδας,
καὶ περὶ ταύτας ἡμᾶς ἀθρόους
ὀψωνοῦντας τυρβάζεσθαι
Μορύχῳ, Τελέᾳ, Γλαυκέτῃ, ἄλλοις
τένθαις πολλοῖς· κᾆτα Μελάνθιον

1002 δούλοισι χλανισκιδίων μικρῶν·

1000. ἐκ Μεγάρων Hamaker] μεγάλων V R; emendationem praebet scholion V: „ὅτι τὰ σκόροδα ἐκ τῆς Μεγαρίδος, ἔφη καὶ ἐν τοῖς προειρημένοις" (vs. 502).

1002. *In calce paginae collocavi, e notula grammatici versum Ach. 519 conferentis natum ratus. Nam a dapum succulentarum hac recensione aliena est mentio χλανισκιδίων, plane autem molesta sunt δούλοισι et μικρῶν, etiam neglecta post arsin secundam caesura fraudem arguit.

1000 sq. Rescindi psephisma Megaricum iubet Trygaeus sive ipse poeta: sic enim fore ut res Megarensium miserrime lapsa restituatur et denuo Athenas confluant quae ex illa regione afferri solebant promercalia [1].

1001. ῥοιῶν] sic in metro anapaestico dicuntur quae in vita communi vocabantur ῥοαί [2].

1003—1005. Quae uni Dicaeopolidi olim afferebantur copiae [3], cunctis iam Atheniensibus eas praesto fore sperat Trygaeus.

1003. καὶ . . ., γε] *atque adeo* [4].

1004. τροχίλους] *scolopaces* [5].

1005. Κωπᾴδων] recordamur Dicaeopolidis anguillas Boeotias effusis laudibus extollentis et tantum non exosculantis [6].

1006—1015. „*Et crebros nos circa has convenire obsonatum*", — frequentari denuo, ut olim, fori illam partem. Haec sufficiebant. Sed quemadmodum epici poetae imaginibus pingendis diutius immorari solent quam ipsa ferebat comparatio, sic Trygaeus dum recordatur macelli, simul recordatur τῶν ἰχθυολυμῶν ἐκείνων [7] optima quaeque praemercari solitorum [8], et sentit perfectum non fore sibi gaudium nisi et ipse „κόρην Κωπαΐδα" domum secum abducere possit et illi nequeant. Sic iocos ex iocis, crimina e criminibus, imprecationes ex imprecationibus serit comicus [9].

1007. τυρβάζεσθαι] *per coenum trepidare* [10]. Iustum pavimentum quoniam non erat, coeni mentionem non miramur, novimus enim macella hodierna.

1008 sq. Etiam aliunde sunt cogniti *heluones* [11] *Morychus* [12], *Teleas* [13], *Glaucetes* [14].

1009—1014 „*Sero* [15]) *autem in forum*

---

[1]) Vid. ad vs. 246—250. — [2]) Cf. Vesp. 1268 et vid. ad Eccl. 676. — [3]) Vid. Ach. 860—880. — [4]) Vid. ad Ran. 49. — [5]) Vid. Ach. 876 et ad Av. 79. — [6]) Ach. 881—896; praeterea vid. Lys. 36 et ad Vesp. 510. — [7]) Cf. vs. 810—814. — [8]) Cf. Ach. 842. — [9]) Cf. Ach. 1150—1173 Av. 1556—1564. — [10]) Cf. Vesp. 257 et vid. ad Eq. 311. — [11]) Cf. vs. 1120 et vid. ad Nub. 1198. — [12]) Cf. Ach. 887 Vesp. 506. — [13]) Cf. Av. 168. — [14]) Cf. Thesm. 1033. — [15]) Cf. e. g. Vesp. 690 Eccl. 381.

ἥκειν ὕστερον εἰς τὴν ἀγοράν,
τὰς δὲ πεπρᾶσθαι, τὸν δ' ὀτοτύζειν,
εἶτα μονῳδεῖν ἐκ Μηδείας·
„ὀλόμαν, ὀλόμαν, ἀποχηρωθεὶς
„τᾶς ἐν τεύτλοισι λοχευομένας!“
τοὺς δ' ἀνθρώπους ἐπιχαίρειν.
ταῦτ', ὦ πολυτίμητ', εὐχομένοις ἡμῖν δίδου.

(Ad Xanthiam:)

λαβὲ τὴν μάχαιραν, εἶθ' ὅπως μαγειρικῶς
σφάξεις τὸν οἶν.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ἀλλ' οὐ θέμις.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τιὴ τί δή;

ΞΑΝΘΙΑΣ.

οὐχ ἥδεται δήπουθεν Εἰρήνη σφαγαῖς,

1012. Del. Damsté, sed. coll. Thesm. 134 optimo ut opinor iure defendit vIJzeren.

1017—1020. *Sic distribui. Servi erant vs. 1017sq.[a] et 1018[c], Trygaei 1018[b] et 1019—1022.

„venire Melanthium et in tragicos erumpere „clamores[1]*), cum anguillam* ἐντετευτλιωμένην[2]) *nullam sibi videat relictam.“* — Utitur Melanthius in dira illa animi perturbatione verbis Iasonis, quem nuper egit in fratris Morsimi dramate Medea[3]), mortuam Creusam lugentis. Quamquam illam „νύμφην“ non „τεῦτλα ἀμπεχομένην“ finxerat poeta tragicus, sed „ἐν στρωμναῖσιν“ ut arbitror „λοχευομένην“. Primas autem fuisse partes Iasonis in tragoedia cui Medea esset nomen nihilo magis est mirandum quam esse Creontis in Sophoclis Antigona.

1015. τοὺς... ἀνθρώπους] id quod τοὺς παρόντας[4]).

1016. ὦ πολυτίμητε] solitum deorum epitheton; item supra[5]).

1017. ὅπως] *cura ut...*[6]).

— μαγειρικῶς] *ita ut decet lanionem, secundum legem artis*[7]).

1018. τιὴ τί δή;] *cur tandem?*[8])

1019. Paci aram Athenis dedicavit Cimon[9]); quam sanguine non fuisse conspersam non est quominus credamus comico. Sequenti vero saeculo Timotheus Pacis cultum instituit et multas ei hostias exinde esse mactatas testatur lapis, in quo legimus *„pretium pellium* τῆς θυσίας τῇ Εἰρήνῃ παρὰ στρατηγῶν *anno 334 drachmas fuisse 869“*[10]).

— δήπουθεν] *videlicet*; quod est leniter

---

[1]) Vid. ad Av. 1043. — [2]) Ach. 894. — [3]) Vid. ad vs. 807 sq. — [4]) *Les gens* (Mazon). — [5]) Vid. vs. 978 et ad Ran. 337. — [6]) Vid. ad Nub. 489. — [7]) Vid. ad Eq. 216. — [8]) Vid. ad Nub. 755. — [9]) Plut. Cim. 13. — [10]) Dittenb. Syll. 374^{30-32}; cf. Stengel Kultusaltert. p. 152,5.

οὐδ' αἱματοῦται βωμός.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀλλ' (εἴσω φέρων)

θύσας | τὰ μηρί' ἐξελὼν δεῦρ' ἔκφερε.

(Ad spectatores:)

χοὔτω τὸ πρόβατον τῷ χορηγῷ σῴζεται.

(Xanthias cum ove in aedes redit.)

ΧΟΡΟΣ.

Antistropha (vs. 1023—1038).

σὲ δὴ θύρασιν <ἐνθαδὶ> χρὴ μένοντα τοίνυν |
σχίζας δευρὶ τιθέναι ταχέως |
τά τε πρόσφορα πάντ' ἐπὶ τούτοις.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(dum cremia in ara ponit:)

οὔκουν δοκῶ σοι μαντικῶς τὸ φρύγανον τίθεσθαι;

ΧΟΡΟΣ.

πῶς δ' οὐχί; τί γάρ σε πέφευγ',

1023. δὴ l. a. in V] τοι V R. || θύρασι(ν) Dindorf] θύραισι V R. || Lacunam explevi addito *ἐνθαδί. Blaydes ὦ γέρον.

1025. πρόσφορα πάντ' R] πρόσφορ' ἅπαντ' V.

1026. τὸ φρύγανον τίθεσθαι] τὰ φρύγαν' ὑποτίθεσθαι Blaydes.

ridentis [1]), inest enim prisca illudentium particula θην [2]).

1020—1022. Idem eodem consilio fit in Avibus comoedia, ubi „ἀπίωμεν .... θύσοντες εἴσω τοῖς θεοῖσι τὸν τράγον" ait Pisetaerus [3]). Nostro loco „εἴσω φέρων θύσας ... ἔκφερε" id valent quod: „εἴσω φέρε ... ἐξοίσων θύσας" vel: „εἴσω φέρε, ἵνα ... ἐκφέρῃς θύσας." Qui frequens apud nostrum est participii praesentis usus [4]), noster autem locus in paucis est utilis ad demonstrandum discrimen quod eiusmodi locis est inter participium praesentis (φέρων) et aoristi (θύσας, ἐξελών). — Non *revera* mactatum iri ovem, etiamsi non diceret Trygaeus iocans, quivis intellegeret, neque *verae* mox [5]) proferentur carnes. Ceterum non ita magnum fuit pretium victimae cui nunc parcitur; nam emebatur „πρόβατον ἀγαπητὸν δραχμῶν δέκα" [6]), et pretio fraudulenter aucto quidam „εἰς Διονύσια ἑκκαίδεκα δραχμῶν ἐωνῆσθαι ἀρνίον" se scripsit in rationibus expensi [7]).

1026. „*Nonne arte vere sacerdotali lignum collocare tibi videor?*" — ita ut flamma mox laeta liberaque inde sit emicatura. Nam mali erat ominis si ἐκ θυμάτων Ἥφαιστος οὐκ ἔλαμπεν [8]). — Vocabulum τὸ φρύγανον dubito utrum „*hoc quod manu teneo lignum*" nunc interpreter an collective dictum censeam, ut mox σχίζα [9]) et alibi δᾴς [10]).

1027—1029. Structura paulo laxior;

[1]) *Toch immers natuurlijk ...!* Item Vesp. 295 Av. 187 Plut. 140. — [2]) Vid. Enchir. dict. ep. § 328⁴. — [3]) Av. 1057 sq.; praeterea vid. ad Nub. 338. — [4]) Vid. ad Nub. 1212. — [5]) Vs. 1039. — [6]) Menandr. fr. 319³. — [7]) Lys. XXXII § 21. — [8]) Soph. Ant. 1006 sq.; cf. Aesch. Prom. 498. — [9]) Vs. 1032. — [10]) Vid. Nub. 612.

ὅσα χρὴ σοφὸν ἄνδρα; τί δ' οὐ σὺ φρονεῖς,
ὁπόσα χρεών ἐσ-
τιν τόν γε σοφῇ δόκιμον
φρενὶ ποριμῳ τε τόλμῃ;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(postquam ligna composuit et incendit:)

ἡ σχίζα γοῦν ἐνημμένη τὸν Στιλβίδην πιέζει.
καὶ τὴν τράπεζαν οἴσομαι, καὶ παιδὸς οὐ δεήσει.

(Abit.)

ΧΟΡΟΣ.

τίς οὖν ἂν οὐκ ἐπαινέσει-

1029. *ὁπόσα* recc.] *ὁπόσ' ἂν* V R.
1030. *γε*] om. V R, *χρεὼν τὸν* | *σοφῇ* < — — > *δόκιμον* Dindorf, quam lacunam ut expleret Meineke coniecit *ἐν πᾶσιν*.
1032. *ἐνημμένη* V (-*η*- in ras.)] *ἐννημμένη* R.
1034. *οὖν ἂν* Dindorf] *ἂν οὖν* V R.

---

aut enim *πάντων* ante *ὅσα* et *ὁπόσα* mente supplendum est aut *τί σε πέφευγε* et *τί οὐ φρονεῖς* eo sensu quo *πάντα οἶσθα καὶ φρονεῖς* sunt accipienda.

1029. *χρεών*] idem valet quod *χρή*, ut supra [1]).

1030. *δόκιμον* et *ποριμῳ*] poeticae dictionis sunt haec adiectiva [2]).

1031. „*Lignum certe incensum premit Stilbidem!*" superbiens exclamat Trygaeus; clara enim iam effulsit flamma. „*Ipsum Stilbidem arte supero!*" — In primo spectantium ordine *Stilbides*, qui clarus hoc tempore erat sacerdos [3]), sedet loco honoratissimo. *Premendi* verbum *πιέζειν* nunc *vexandi* sensu usurpatur [4]), ut *ἰποῦν* [5]); recte schol. interpretatur: „*λυπεῖ, ὡς λοιπὸν ἐκείνου ὑπερσφθησομένου* [6]) *διὰ τὸ τοῦτον εὐδοκιμῆσαι.*" Ad *mentem* igitur transfertur *laedendi* notio; egregie autem errant qui „incensi ignis *fumo* haruspicem laedi" Trygaeum dicere faciunt [7]). Nam fumus tam acer si prodiret ut vel spectatoribus molestus fieret, — cur autem potissimum Stilbidi? — non sollertiam suam sed nimiam imperitiam proderet Trygaeus et ominosum id foret, ab ipso igitur fabulae argumento et consilio quam maxime alienum.

1032. „*Iamque mensam mihi petam neque opus erit ministro.*" Solebant *φέρε, ἔνεγκε, οἶσε* iubere servos; insolitum est quod ipse mensam allaturus est herus, ipsaque futuri forma media est insolita [8]). Mensam dicit Trygaeus in qua ponantur mox viscera, *τὸ κρεῖον* quod vocatur apud Homerum [9]).

1033—1038. „*Talem qualis tu es virum quis non admiretur! Itaque non est verendum* [10]) *ne unquam non beatus videaris cuiquam!*"

---

[1]) Vs. 765; vid. ad Eq. 138. — [2]) Cf. Thesm. 125 et Ran. 1429. Praeterea vid. supra vs. 938. — [3]) Vid. fr. ex Eupolidis Urbibus allatum in schol. (Eupol. fr. 211) et Plut. Nic. 23. — [4]) Nostrum *plagen*; cf. e. g. Nub. 1120. — [5]) Vid. ad Eq. 924. — [6]) Dubitanter sic scripsi; in V R est *ἀπορουμένου*, quod sensum nullum praebet. — [7]) Quod scripsit Brunck coll. Lys. 311. — [8]) In dictione Attica alibi non redire futurum med. *οἴσομαι* observat vHerwerden. — [9]) Hom. *I* 206. — [10]) Vid. Lys. 704 et ad Vesp. 394.

ἐν ἄνδρα τοιοῦτον, ὅσ-
τις πολλὰ <δὴ μογέρ'> ἀνατλὰς
ἔσωσε τὴν ἱερὰν πόλιν;
ὥστ' οὐχὶ μὴ παύσῃ ποτ' ὢν
ζηλωτὸς ἅπασιν.

(Redeunt Trygaeus mensam ferens et Xanthias cum femoribus victimae.)

SCENA DECIMA OCTAVA.

Trygaeus, Xanthias, Chorus.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ταυτὶ δέδραται. τίθεσο τὼ μηρὼ λαβών·
ἐγὼ δ' ἐπὶ σπλάγχν' εἶμι καὶ θυλήματα.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(postquam femora in ara posuit:)

ἐμοὶ μελήσει ταῦτά γ'.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀλλ' ἥκειν ἐχρῆν!

(Abit Xanthias, statim autem redit cum extis et placentis.)

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ἰδού, πάρειμι. μῶν ἐπισχεῖν σοι δοκῶ;

(In mensa collocat quae attulit.)

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὄπτα καλῶς νυν αὐτά· καὶ γὰρ οὑτοσὶ

1035. πολλὰ δὴ μογέρ' Mazon] πόλλ' V R. Coniectura incerta sed probabilis; cf. vs. 952 sq.

1037. παύσῃ] -σει V R.

1039—1041. *Sic distribui; in V R vs. 1039 sq. sunt Ministri, 1041 Trygaei.

1041. ἐχρῆν] σ' ἐχρῆν Blaydes (cf. Plut. 432).

1043—1051. Aliter distribuunt alii, *ego ita ut vides. In V R personae mutatae signa sunt ante vs. 1045 et 1048, in V praeterea ante vs. 1043, 1046, 1050 et ante εὖ vs. 1051, in R ante vs. 1051 et in medio 1046: alia nulla.

1040. „*Ego autem eo ad exta et placentas* [1]) *petenda*" [2]).

1041. ἐμοὶ — γε] item supra Trygaeus [3]).

1143 sq. Xanthiam exta, quae verui affixa attulit, ut secundum artis leges torreantur operam dare iubet herus, *coronatum* enim [4]) appropinquare ali-

[1]) Vid. ad Plut. 660 sq. — [2]) Vid. ad Ran. 69. — [3]) Vs. 149. — [4]) Vid. ad Av. 893.

προσέρχεται δάφνῃ τις ἐστεφανωμένος.

(A parte dextra prodit Hierocles sacerdos coronatus; quem sequitur minister.)

ΞΑΝΘΙΑΣ.

1045 *τίς ἄρα ποτ' ἔστιν;*

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὡς ἀλαζὼν φαίνεται!

ΞΑΝΘΙΑΣ.

μάντις τίς ἐστιν;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οὐ μὰ Δί', ἀλλ' Ἱεροκλέης
οὗτός γέ πού 'σθ', ὁ χρησμολόγος οὑξ Ὠρεοῦ.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

τί ποτ' ἄρα λέξει;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

δῆλός ἐσθ' οὗτός γ' ὅτι
ἐναντιώσεταί τι ταῖς διαλλαγαῖς.

1047. *οὗτός* V[1] R] *αὐτός* V[2], fortasse recte. || *πού*] *τοί* (*τοὔσθ'*) Bergk.

---

quem hominem, qui harum igitur rerum peritus esse videatur. Simile infra est enuntiatum [1]), de pronominibus autem *οὗτος* et *τις* sic iunctis vid. supra [2]).

1045—1050. Etiam in Avibus fabula sacrificantibus supervenit sortilegus vaticinia cantans [3]). Ex Equitibus autem etiam melius novimus illud hominum genus, quorum magna illo tempore apud multos cives fuit auctoritas [4]).

1045. *ἀλαζών*] *vanus iactator* [5]).

1046 sq. Id quod dictum est per speciem negandi etiam auget locutio *οὐ μὰ Δί' ἀλλά* [6]). Non „vates aliqui", ut loquitur Xanthias, est iste, sed *Hierocles*, quem Eupolis nuper in Urbibus „*χρησμῳδῶν ἄνακτα*" ludicre dixit [7]), fatidicus longe clarissimus. Ex *Oreo* Atheniensium colonia in Hestiaea Euboeae regione [8]) huc venisse nunc dicitur [9]); ibi igitur habitabat, et probabilis est coniectura Koehleri, eum anno 446, post domitam Euboeam, fundum illic ab Atheniensibus accepisse mercedem propter felicem vaticinationis eventum; nam in decreto, quod de Chalcidensibus tunc est factum, „*τὰ ἱερὰ τὰ ἐκ τῶν χρησμῶν ὑπὲρ Εὐβοίας θῦσαι ὡς τάχιστα μετὰ Ἱεροκλέους τρεῖς ἄνδρας*" iussit populus [10]). Fuit igitur tunc unus *τῶν τριῶν ἐξηγητῶν πυθοχρήστων*, ut Lampon [11]).

1048 sq. *ὅτι* | *ἐναντιώσεται*] neglegentius dictum; expectabatur enim: *ἐναντιωσόμενος*. Item in Pluto: *δῆλός ἐστιν ὅτι ... ἠκήκοεν* [12]).

---

1) Vs. 1207—1209. — 2) Vs. 839 sq.; vid. ad Eq. 1196. — 3) Av. 959 sqq. — 4) Vid. ad Eq. 61 et 123. — 5) Vid. ad Ran. 909 et 280. — 6) Vid. vs. 6 et ad Plut. 22 Ran. 58. — 7) Eupol. in schol. (fr. 212); cf. supra vs. 751 et Proleg. Vesp. p. XXXVI—XL. — 8) Vid. Thucyd. I 114 § 3 et VIII 95 § 7. — 9) Cf. vs. 1125. — 10) CIA. IV 27*a*, Dittenb. Syll. 10[66]; vid. ad Nub. 211—213. — 11) Eupol. fr. 297; vid. ad Nub. 332 et infra vs. 1084. — 12) Plut. 333 sq.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

οὔκ, ἀλλὰ κατὰ τὴν κνῖσαν εἰσελήλυθεν.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

μή νυν ὁρᾶν δοκῶμεν αὐτόν.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

εὖ λέγεις.

SCENA UNDEVIGESIMA.

Trygaeus, Xanthias, Hierocles, Chorus.

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

τίς ἡ θυσία ποθ' αὑτηὶ καὶ τῷ θεῶν;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad Xanthiam:)

ὄπτα σὺ σιγῇ, καὶ ἄπαγ' ἀπὸ τῆς ὀσφύος.

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

ὅτῳ δὲ θύετ' οὐ φράσεθ';

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad Xanthiam:)

ἡ κέρκος ποιεῖ

1053. ἄπαγ'] ἄπεχ' Blaydes.

1054 sq. Sic distribuit R, in V 1054 sq.[a] sunt Hieroclis, 1055[b] est Famuli; Beer Famulo dat verba ἡ κέρκος ποιεῖ καλῶς, sequentia Trygaeo.

1050. „*Immo nidore allectus*[1]) *huc in scenam prodiit*" — egregio cum contemtu servus ait. Non belli fulmen deumve interpres est iste, sed nebulo famelicus: „ἦλθε κνισοκόλαξ ... | ἄκλητος, ζωμοῦ κεχρημένος" [2]).

1051. μή νυν ὁρᾶν δοκῶμεν αὐτόν] *simulemus*[3]) *igitur nos eum non videre.*

1052—1059. Similis in Avibus est locus, ubi Herculem item odore carnium tostarum allectum non videre se simulans Pisetaerus ministros hortatur[4]).

1053. καὶ ἄπαγε ἀπὸ τῆς ὀσφύος] intransitive verbum ἀπάγειν usurpatur[5]): *procul te habe, abstine a cauda,* nisi quis mavult — quod eodem redit — cum altero scholiasta supplere: „τὸν ὀβελίσκον." Nam hoc est quod ait Trygaeus: „veru, in quo exta assas, dum arae igni admoves, cave ne imprudens contingas os sacrum victimae[6]), cum cauda et femoribus posticis[7]) in ara collocatum"[8]). Nempe ex illo osse et e cauda igni impositis omina capiebantur[9]): abstinendum erat igitur.

1054 sq. Inspecta ara „*optime habet*

---

[1]) Vid. Plut. 895 et ad Av. 1178. — [2]) Asius apud Athen. 125*d* a Berglero collatus. — [3]) Cf. Eq. 1146 et vid. ad Ran. 564. — [4]) Av. 1579—1586. — [5]) Vid. ad Eq. 1051. — [6]) Cf. Vesp. 225. — [7]) Cf. vs. 1039. — [8]) Vid. Pherecrat. fr. 23 Eubul. 130 Menandr. 129 (fr. com. adesp. 1205). — [9]) Vid. Aesch. Prom. 496 sq.

καλῶς.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

καλῶς δῆτ', ὦ πότνι' Εἰρήνη φίλη.

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

ἄγε νυν ἀπάρχου, κᾆτα δὸς τἀπάργματα.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad Xanthiam:)

ὀπτᾶν ἄμεινον πρῶτον.

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

ἀλλὰ ταυταγὶ
ἤδη 'στὶν ὀπτά.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

πολλὰ πράττεις, ὅστις εἶ.

(Ad Xanthiam:)

κατάτεμνε. ποῦ τράπεζα; τὴν σπονδὴν φέρε.

(Iussa facit Xanthias.)

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

μεμνήμεθα.

1056. Famulo continuat Dobree.

---

cauda!" exclamat Trygaeus; καλά ἐστι τὰ ἱερά sive: καλλιερούμεθα [1]. Et laetus eius verba repetens Xanthias: „*optime sane!*" [2]. Verbi ποιεῖν hic usus [3]) etiam in linguis hodiernis obtinet [4]. E lapidibus allata esto locutio: „ὅπως ἂν (οἱ πόλοι) τὸ αὐτὸ ποιῶσιν περιαγόμενοι" [5]. Similis infra est vis verbi δρᾶν [6].

1056. Extorum, quae Xanthias torret, primitias [7] praeberi [8] sacrificantibus, sibi autem praesertim, iubet Hierocles.

1057 sq. „*At iam tosta* [9] *sunt ista!*" ait vates. Cui Trygaeus: „*quisquis es* [10], *negotia nobis facessis*". *Nomen nescio: molestum esse video*; πολυπράγμων τις εἶ, πολυπραγμονεῖς [11]. Item praeco Argivus ad Theseum: „πράσσειν σὺ πόλλ' εἴωθας ἥ τε σὴ πόλις" [12].

1059. κατάτεμνε] exta tosta Xanthiam concidere [13] iubet Trygaeus, ut iis frui — σπλαγχνεύειν [14] — possint.

— τὴν σπονδὴν φέρε] *cedo* [15] *pateram, qua libem.*

1060. *Linguam victimarum seponi exci-*

---

[1]) Plut. 1181. — [2]) Vid. ad Eq. 726. — [3]) Vid. ad Eccl. 624. — [4]) Item nos: *hij doet het mooi*, angl.: *is doing nicely* (Merry). — [5]) Nos: *dat de bronzen middenstaven (van de zuilen) gelijkmatig werken.* Dittenb. Syll.² 539²⁵. — [6]) Vid. vs. 1143. — [7]) Cf. Ach. 244. — [8]) Cf. Herodot. IV 61. — [9]) Vid. ad Eq. 1106. — [10]) Vid. ad Av. 1576. — [11]) Vid. ad Ran. 228. — [12]) Eur. Suppl. 576. — [13]) Item gall. *découper.* — [14]) Cf. vs. 1110—1115 et Av. 984. — [15]) Vid. ad Ran. 498.

ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον;

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

ἢν φράσῃς.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

μὴ διαλέγου
νῷν μηδέν, Εἰρήνῃ γὰρ ἱερὰ θύομεν.

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

(alta lugubrique voce declamitans:)

ὦ μέλεοι θνητοὶ καὶ νήπιοι!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

εἰς κεφαλὴν σοί!

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

οἵτινες ἀφραδίῃσι, θεῶν νόον οὐκ ἀΐοντες,
συνθήκας πεποίησθ' ἄνδρες χαροποῖσι πιθήκοις —

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(in cachinnos erumpens:)

αἰβοιβοῖ!

1061. Verba *ἀλλ'* — *δρᾶσον* Trygaeo continuat R; in V versui perperam praemissa est paragraphus.

1063. *σοί* Dindorf] *σοι* V R.

1066. Sic distribuit Dindorf; V R initium et exitum versus Famulo tribuunt, Trygaeo medium.

---

sam, sacerdoti destinatam [1]), observat vates, — sibi nimirum ut ea cedat fore sperans.

1061 sq. „*Sed scin tu quid facias?*" — „*Sciam si dixeris*". — [2]) „*Ne quid nobiscum colloquere: Paci sacra ferimus.*" Lingua igitur favendum; *χρὴ εὐφημεῖν* [3]).

1063. *Pacis* audito nomine vates mortalium stultitiam indignatus *χρησμολογεῖν* incipit [4]).

— *εἰς κεφαλὴν σοί!*] „*istic capiti dicito!*" [5]).

1061—1068. Multi etiamnunc Athenis diffidebant Laconibus, quibus „*οὔτε βωμὸν οὔτε πίστιν οὔθ' ὅρκον μένειν*" arbitrabantur [6]).

1065. Hierocles Lacedaemonios vocat *χαροποὺς πιθήκους*, *simios* [7]) *ravis oculis*. Apud Xenophontem [8]) inter canum venaticarum vitia recensentur *τὸ χαροπὸν καὶ τὸ μυωπόν*, *oculi coloris ravidi et oculi conniventes*. *Leones* dicuntur *χαροποί* in carminibus epicis [9]), et *canes* in hymno Mercurii [10]).

1066. „*Risum mihi moverunt simii ravi.*" Gaudio me affecere tua verba [11]).

---

[1]) Cf. vs. 1109 et vid. ad Av. 1702—1705 Plut. 1110. — [2]) Item Eq. 1158, ubi vid. — [3]) Vid. ad Ran. 354. — [4]) Vid. ad Av. 960 sqq. — [5]) Item Plut. 526; praeterea vid. ad Nub. 40 Thesm. 714. — [6]) Ach. 308, ubi vid.; cf. etiam supra vs. 623. — [7]) Vid. ad Ran. 708. — [8]) Xen. Venat. 3 § 2. — [9]) Hom. λ 611 h. Merc. 569 Ven. 70 Hes. Theog. 321 Scut. 177; item Soph. Phil. 1146, Hor. *ravi leones*. — [10]) Hom. h. Merc. 194. — [11]) Vid. ad Nub. 174.

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

τί γελᾷς;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἥσθην χαροποῖσι πιθήκοις.

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

— καὶ κέπφοι τρήρωνες ἀλωπεκιδεῦσι πέπεισθε,
ὧν δόλιαι ψυχαί, δόλιαι φρένες.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(exta fumantia indicans, secum:)

εἴθε σοῦ εἶναι
ὤφελεν, ὦ ἀλαζών, οὑτωσὶ θερμὸς ὁ πλεύμων.

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

εἰ γὰρ μὴ Νύμφαι γε θεαὶ Βάκιν ἐξαπάτασκον,
μηδὲ Βάκις θνητούς, μηδ᾽ αὖ Νύμφαι Βάκιν αὐτόν —

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἐξώλης ἀπόλοι᾽, εἰ μὴ παύσαιο „βακίζων."

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

οὔπω θέσφατον ἦν Εἰρήνης δέσμ᾽ ἀναλῦσαι,
ἀλλὰ τόδε πρότερον —

1071. Νύμφαι] θνητοὶ Naber, Φοῖβος vHerwerden, ne bis idem dicatur; sed minus displicent bis eadem dicta quam inter se pugnantia.

1074. τόδε] τότε (δὲ) V, τόγε R.

1067. „*Mergi* [1]) *fidem habetis vulpeculis* [2])." — Ut modo leonum epitheto designabantur simii, sic mergi aves stolidae columbarum nunc cognomine epico τρήρωνι [3]) — quicquid id est — ornantur.

1069. οὑτωσὶ] mente addendum: „ὡς τουδὲ τοῦ προβάτου." Valent autem haec id quod: „κάκιστ᾽ ἀπόλοιο." Nam iis quorum pulmones occupavit inflammatio [4]) instat mors.

1070—1072. „*Nam nisi Nymphae Bacidem* [5]) *fefellissent neque Bacis mortales, neque Nymphae — iterum id dico* [6]) — *ipsum Bacidem*" ... haesitantem sic Hieroclem et bis eadem dicendo tempus terentem donec plura suppetant, Trygaeus excipit, epicis item numeris pessima quaevis ei imprecatus, nisi de Bacide suo taceat. Locutio „ἐξώλης ἀπόλοιο" [7]) debetur reduplicandi illi studio [8]), temporum autem consecutio eadem est in Paphlagonis minis: „εἰ μή σ᾽ ἀπολέσαιμι,... διαπέσοιμι πανταχῇ" [9]), verbum βακίζειν denique valet *de Bacide perpetuo loqui* [10]).

1074. „*Sed hoc prius*" ... id quid esset

---

[1]) Vid. ad Plut. 912. — [2]) Vid. Lys. 1270 et ad Ach. 866. — [3]) Hom. *E* 778 etc. — [4]) Vid. ad Lys. 1079. — [5]) Vid. ad Eq. 123. — [6]) Sic Mazon. — [7]) Item Menandr. fr. 154[1] etc.; cf. Eurip. Med. 277. — [8]) Vid. ad Ach. 177. — [9]) Eq. 694 sq. — [10]) Vid. ad Vesp. 609.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(salem praebens Xanthiae:)

τοῖσδ' ἁλσί γε παστέα ταυτί.

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

οὐ γάρ πω τοῦτ' ἐστὶ φίλον μακάρεσσι θεοῖσι,
φυλόπιδος λῆξαι πρίν κεν λύκος οἶν ὑμεναιοῖ.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

καὶ πῶς, ὦ κατάρατε, λύκος ποτ' ἂν οἶν ὑμεναιοῖ;

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

ὡς ἡ σφονδύλη φεύγουσα πονηρότατον βδεῖ,

1076. *κεν* V^2] *καὶ* V^1 R.

1076*. Habent V R, in ceteris propter *τὸ ὁμοιοτέλευτον* intercidit. In editionibus typographis desiderabatur inde ab Aldina; restituit Bekker.

1077. *φεύγουσα*] **σπεύδουσα*?? Ceterum notetur caesura vitiosa post quartum trochaeum.

---

additurum [1]) interrumpit iterum Trygaeus: „*en accipe* [2]) *salem, quo ista* (*exta*) *conspergas.*" Cf. Iliadis locus, ubi Patroclus *ἀνθρακιὴν στορέσας ὀβελοὺς ἐφύπερθ' ἐτάνυσσε, 'πάσσε δ' ἁλὸς θείοιο* [3]). Insulsa esse Hieroclis vaticinia haud obscure Trygaeus significat [4]).

1075 sq. „*Nam diis non placet belli finem prius fieri quam iungantur capreae lupis*" [5]). — Lupos praedae inhiantes Lacedaemonios vocabant qui Spartae infesti erant [6]), et „*ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά, | οὐδὲ λύκοι καὶ Ϝάρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσι, | ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισι, | ὣς . . . οὐδέ τι νῶιν | ὅρκια ἔσσονται!*" cum Achille [7]) clamabant. — Verba „*πρίν κεν . . . ὑμεναιοῖ*" [8]) in sermonem quotidianum cum convertuntur, fiunt: „*πρὶν ἂν γαμῇ.*" Simili autem hyperbola in Avibus fabula sortilegus ille qui Nubilocuculiam visit [9]) usus: „*ἀλλ' ὅταν οἰκήσωσι λύκοι πολιαί τε κορῶναι | ἐν ταὐτῷ τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος*" ait, eam dicens rem quae fieri nequeat et eum locum qui nusquam sit.

1077—1079. „*Quemadmodum blatta* „*fugiens teterrimum emittit odorem et* „*carduelis tinnula propter festinationem* „*caecam prolem parit, sic pax nondum* „*debuerat isto tempore fieri*". — Ultimus clarus est versus, in quo unum *τουτάκις* = *τότε* [10]) dictionis est poeticae; *blattae* [11]) vero quomodo hostem arceant, id minus ad rem, et de *carduele* — vel quaecunque avium species *ἀκαλανθίς* nomen habebat [12]) — plane obscura dicuntur. Nam ut mittamus vocabulum *κώδωνα* sive *tintinnabulum* [13]) adiectivi loco nunc usurpatum, quid significant ista: „*ἐπειγομένην· τυφλὰ τίκτειν*"? In scholiis confertur „*ἡ παροιμία· ἡ κύων*

---

[1]) Cf. vs. 1107. — [2]) Vid. ad Nub. 60. — [3]) Hom. *I* 213 sq. — [4]) Cf. Nub. 1237. — [5]) Hor. Carm. I 32,8; cf. Epod. 4,1 sq. et Iesai. 65 § 25. — [6]) Lys. 628. — [7]) Hom. *X* 262 sqq. — [8]) Cf. Aesch. Prom. 557. — [9]) Av. 967 sq. — [10]) Theogn. 844 Pind. Pyth. IV 49, 453; cf. *τηνάκις* Epigr. Kaibel 768*a*. — [11]) Nostrum *kakkerlak*: Aristot. Hist. An. IX 34 § 1 Theophr. Hist. Plant. IX 14 § 3 etc. — [12]) Cf. Av. 871. — [13]) Cf. Ran. 963.

χὴ κώδων ἀκαλανθὶς (ἐπειγομένη) τυφλὰ τίκτει,
τουτάκις οὔπω χρῆν τὴν εἰρήνην πεποιῆσθαι.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀλλὰ τί χρῆν ἡμᾶς; οὐ παύσασθαι πολεμοῦντας;
ἢ διακαυνιάσαι πότεροι κλαυσούμεθα μεῖζον,
ἐξὸν ⟨σπεισαμένοις⟩ κοινῇ τῆς Ἑλλάδος ἄρχειν;

1078. χὴ κώδων] ἥ τ' ὠδῖν' vLennep, κὠδίνουσ' Blaydes, coll. scholii verbis: „σπεύδουσα τὰς ὠδῖνας", quod tamen scholion minime probat interpretem verbum ὠδίνειν in textu legisse.

1081. ἢ] καὶ Elmsley.

σπεύδουσα τυφλὰ τίκτει", quod si revera extitit proverbium, sic — iocose fortasse — responsum est rogantibus cur canum catuli caeci nascantur: prae nimia nimirum festinatione matres, bestias mobiles et inquietas, prolem ad maturitatem non perducere priusquam in lucem edant. Sed minime inde sequitur, quod item in scholiis perhibetur, *canis* nomen nunc esse τὴν ἀκαλανθίδα. Optime sane haberet versus, si liceret sic eum vertere: „*ut cuculi proles infitiatur parentem, quod mater proprio nido faciendo tempus non insumserit*", et τυφλός adiectivum sic foret apte dictum; sed cuculum aliquando et alicubi dictum esse ἀκαλανθίδα nimis incerta est suspicio. Itaque assentiendum fortasse interpreti annotanti: „il ne faut pas trop presser ce magnifique galimatias" [1]), consulto enim comicum fecisse sortilegum verba inepta fundentem, μιμούμενον τῶν χρησμῶν τὸ λοξόν [2]). Vel sic autem „methodus" quaedam in hac insania deprehenditur. Nempe „sat cito fieri pacem si sat bene fiat" docet vates, foeda vero et immatura esse quae pariat festinatio. „*In caecam iam rui pacem et vix vitalem*" ait. Quod minime absurdum! Revera autem et ab ipso Hierocle et ab iis qui cum eo faciebant talia dicta esse hoc tempore, cum hinc tum aliunde [5]) efficitur.

1080—1082. „*Quid autem fieri oportebat?* [4]) *Satiusne erat non finiri bellum? An sortito erat efficiendum utri gravius deberent plecti, cum liceret foedere inito coniunctim Graeciae principatum obtinere?*" — Comicus nunc quoque cogitat solos Athenienses et Lacedaemonios; fuit autem in condicionibus pacis „εὔορκον εἶναι προσθεῖναι καὶ ἀφελεῖν ὅ τι ἂν ἀμφοῖν τοῖν πολέοιν δοκῇ", quapropter Argivos ceterosque Peloponnesios mox subiit metus „μὴ μετ' Ἀθηναίων σφᾶς βούλωνται Λακεδαιμόνιοι δουλώσασθαι" [5]), felici autem imagine poeta indicat non magis impium quam absurdum fuisse bellum; nam διακαυνιάσαι verbum e puerorum lingua desumtum id fere quod ἀρτιάζειν [6]) sive *ludere par impar* significat, quoniam καῦνος — ut χοιρίνη [7]) — ψῆφον vel κλῆρον valet [8]). Simili comparatione Plato comicus [9]) contentiones partium civilium in ridiculum detorquens „εἴξασιν" ait „τοῖς παιδαρίοις, *qui linea transversa ducta per viam bipartiti consistunt, dein testae in medium coniectae si pars alba superior fuerit, hos fugere illos persequi oportet, si nigra, illos et hos*", — caecam sortem ibi quoque, ut ἐν τῷ καινῷ τοῦ πολέμου [10]) regnare significans.

[1]) Mazon. — [2]) Sic schol. ad vs. 1077. — [3]) Cf. e. g. vs. 993—995. — [4]) Cf. Ach. 540 Eccl. 404. — [5]) Thuc. V 18 § 11 et 29 § 2 sq. — [6]) Vid. Plut. 816. — [7]) Vid. Vesp. 333. — [8]) Cf. schol. (Ar. fr. 660 Cratin. 194). — [9]) Plat. fr. 153 (cf. Plat. Phaedr. 241 *b*). — [10]) Thuc. III 30 § 4.

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

οὔποτε ποιήσεις τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οὔποτε δειπνήσεις ἔτι τοῦ λοιποῦ ἐν Πρυτανείῳ,
οὐδ' ἐπὶ τῷ πραχθέντι ποιήσεις ὕστερον οὐδέν.

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

οὐδέποτ' ἂν θείης λεῖον τὸν τρηχὺν ἐχῖνον.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἆρα φενακίζων ποτ' Ἀθηναίους ἔτι παύσει;

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

ποῖον γὰρ κατὰ χρησμὸν ἐκαύσατε μῆρα θεοῖσιν;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὅνπερ κάλλιστον δήπου πεποίηκεν Ὅμηρος·
„ὣς οἱ μὲν ⟨νέφος ἐχθρὸν ἀπωσάμενοι πολέμοιο⟩
„Εἰρήνην εἵλοντο καὶ ἱδρύσανθ' ἱερείῳ.
„αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο,

1086. τρηχὺν] sic V R; cf. vs. 1114.
1087. Ἀθηναίους R] -οις V.
1088. μῆρα R] om. V.

1083—1085. „*Nunquam cancrum recta incedere facies*": dolosi etiam in posterum erunt Lacones. In Hieroclis his verbis ὀρθά est obiectum internum [1]). „*At tu*" Trygaeus inquit „*nihil omnino* „*posthac facies. Nulla etiam* [2]) *nobis mala* „*facesses neque mercedem laudemve iis* „*publice feres*". Bellum conflasti: nunc nihil vales, nam pax est; ἐπὶ τῷ πραχθέντι [3]) sive ἐπὶ τοῖς πράγμασιν ἃ παρέσχες ἡμῖν οὐκέθ' ἕτερα παρέξεις. — Hieroclem vaticiniorum interpretem [4]) in cenam a senatu esse invitatum, quoties deorum aliquem nuntium ad eum populumque pertulisset, fert ratio; in perpetuum vero ei, ut Lamponi [5]), τὴν ἐν τῷ πρυτανείῳ σίτησιν esse decretam e comici verbis non efficitur, neque veri est simile, quoniam non habitabat Athenis.

1087. φενακίζων] *ludificans* [6]).

1089—1095. Suo gladio hominem iugulans Trygaeus [7]), ut Pisetaerus ille [8]), felicissimum vaticinium ex Homero profert memoriter, audacissime inter se colligans diversissima [9]) et de suo subiungens versum ultimum [10]). Nec mirum Hieroclem a sua arte [11]) alienum ducere illud carmen.

---

[1]) Vid. ad Lys. 1282 (1304). — [2]) Cf. Ach. 233. — [3]) Cf. Vesp. 695 Thuc. I 22 § 2. — [4]) Vid. ad vs. 1046 sq. — [5]) Vid. ad Nub. 332. — [6]) Vid. ad Ran. 909. — [7]) Item mox vs. 1106 sq., 1112, 1114. — [8]) Av. 982 sqq.; vid. etiam ad Plut. 929. — [9]) Cf. (vs. 1090:) *Π* 251, 301 *Μ* 276 *Ρ* 243, (vs. 1092:) *Δ* 464 etc., (vs. 1093:) η 137 ζ 261 ω 225. — [10]) Vid. ad Eq. 600. — [11]) Vid. ad Eq. 61.

„ἔσπενδον δεπάεσσιν, ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμόνευον·
„χρησμολόγῳ δ' οὐδεὶς ἐδίδου κώθωνα φαεινόν."

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

οὐ μετέχω τούτων· οὐ γὰρ ταῦτ' εἶπε Σίβυλλα.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀλλ' ὁ σοφός τοι νὴ Δί' Ὅμηρος δεξιὸν εἶπεν·
„ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος,
„ὃς πολέμοι' ἔραται ἐπιδημίοο κρυόεντος."

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

φράζεο δή, μή πώς σε ⟨δόλῳ φρένας ἐξαπατήσας⟩
ἰκτῖνος μάρψῃ —

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad Xanthiam:)

τουτὶ μέντοι σὺ φυλάττου,
ὡς οὗτος φοβερὸς τοῖς σπλάγχνοις ἐστὶν ὁ χρησμός. —
ἔγχει δὴ σπονδὴν καὶ τῶν σπλάγχνων φέρε δευρί.

(Poculum heri implet minister et extarum partem ei praebet.)

1096. *τοι*] *τόδε* Blaydes.

1098. *πολέμοι'* et *ἐπιδημίοο κρυόεντος*] *πολέμου* et *ἐπιδημίου ὀκρυόεντος* V R, ut in ipsa Iliade (*I* 64) est traditum; sed nihil nos cogit ut statuamus ipsum quoque Aristophanem in suo Homero non *πολέμοιο* habuisse sed *-μου*, vel potius *-ΜΟ*, quoniam prisca litteratura exaratum erat exemplar, unde puer ille Homerum edidicit. Neque est cur arbitremur litteras *ΕΠΙΔΗΜΙΟΟΚΡΥΟΕΝΤΟΣ* iam eius aetate vitiose diremtas peperisse adiectivum inauditum *ὀκρυόεντος*.

1099. *δή* recc.] *δὴ νῦν* V R, *νυν* Boissonade. In archetypo fuit *φραζεο* $\overset{\nu\upsilon\nu}{\delta\eta}$. Cf. Eq. 8 Nub. 340 Lys 941 Plut. 975.

1100. *φυλάττου*] *-σσου* sunt qui scribant invitis V R, item infra *θᾶσσον* et *γλῶσσαν* (vs. 1109 sq.), male, ut arbitror; nam Trygaeus dictionem epicam non fideliter hoc loco sequitur, sed ibi demum ubi sortilegum ridet verbis utitur Homericis.

1097 sq. Nunc ipsa Homeri verba [1]) affert Trygaeus.

1099—1101. „*Cave ne fraudulenter decepto* [2]) *tibi milvus corripiat*" [3]) ... clamat Hierocles, aliti rapaci iam hostem assimulans. Sed perficere sententiam nequit; nam *milvi* audito nomine Trygaeus ministrum „*nunc quidem ut strenue caveat*" alta voce cohortatur [4]), periculum enim divinitus immissum ... non paci quidem vel civitati instare videri, sed suis ipsius carnibus [5]).

1102. *Vinum iam in pateram sibi infundere* Xanthiam iubet Trygaeus *et extorum*

---

[1]) Hom. *I* 63 sq. — [2]) Cf. Eq. 1067 sq. — [3]) Cf. Eq. 197. — [4]) Nos fere: *nu wordt het toch gevaarlijk.* — [5]) Cf. Av. 499, 892, 1624.

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

(secum:)

ἀλλ', εἰ ταῦτα δοκεῖ, καὶ ἐγὼ ἐμαυτῷ βαλανεύσω.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(libans:)

σπονδή! — σπονδή!

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

ἔγχει δὴ καὶ ἐμοί, καὶ σπλάγχνων μοῖραν ὄρεξον.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀλλ' οὔπω τοῦτ' ἐστὶ φίλον μακάρεσσι θεοῖσι,
ἀλλὰ τόδε πρότερον, σπένδειν ἡμᾶς, σὲ δ' ἀπελθεῖν. —
ὦ πότνι' Εἰρήνη, παράμεινον τὸν βίον ἡμῖν.

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

πρόσφερε τὴν γλῶτταν.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

σὺ δὲ τὴν σαυτοῦ γ' ἀπένεγκε.

1103 sq. post 1107 collocat Hamaker, sed traditus versuum ordo optime habet si versum 1103 pressa voce dici statuimus. Et sic Mazon.

1109 sq. Ordine inverso scribit Hamaker.

1109. *ἀπένεγκε* V] *-κον* R.

---

aliquid [1]) *sibi praebere* [2]). Similis apud Menandrum fuit locus: „*σπονδή! δίδου σὺ σπλάγχν' ἀκολουθῶν. ποῖ βλέπεις; | σπονδή! φέρ', ὦ παῖ Σωσία. σπονδή! καλῶς· | ἔγχει. κτέ.*" [3]).

1103. „*Sicine vero?*" ait sortilegus indignatus quod neque aurem neque epularum partem sibi praebeat Trygaeus: „*et ego igitur mihimet ipse ministrabo*". Urbanum illud „*εἰ δοκεῖ*" [4]) irae nunc plenum est, ut in ore Strepsiadis: „*ἀλλ', εἰ δοκεῖ, ῥέγκωμεν*" secum mussitantis [5]). Proverbialem autem fuisse locutionem „*αὐτὸν ἑαυτῷ βαλανεῦσαι*" apparet, quae verba proprie significant: *aquam ipsum sibi infundere in balneum* [6]), nunc autem in universum valent *διακονῆσαι*.

1104. *σπονδή!*] item supra [7]).

1105. Sic in scoliis canebatur: „*ἔγχει καὶ Κήδωνι, διάκονε, μηδ' ἐπιλήθου, | εἰ χρὴ τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν οἰνοχοεῖν*" [8]). In Avibus autem alter ille sortilegus e libro recitat vaticinium, quo numinis interpreti „*καὶ φιάλην δοῦναι καὶ σπλάγχνων χεῖρ' ἐνιπλῆσαι*" iubetur Pisetaerus [9]).

1106—1114. Perridicule ipsius fatidici verbis [10]) Trygaeus nunc utitur.

1108. *τὸν βίον*] *per totam vitam.*

1109. „*Largire mihi linguam*" flagitat sacerdos, iustam hanc sibi deberi vic-

---

1) Vid. ad Ran. 1263 et Vesp. 199. — 2) Vid. ad Ran. 498. — 3) Menandr. fr. 292. — 4) *Avec votre permission* (Mazon). — 5) Nub. 11. — 6) Cf. Lys. 337 Pherecrat. fr. 130^{6}. — 7) Vid. vs. 433. — 8) Vid. [Arist.] Rep. Ath. 20 § 5; praeterea cf. Eq. 106 (ubi deleantur velim quae ad *σπονδήν* in ann. crit. observavi; ab errore me revocavit Zacher). — 9) Pac. 975. — 10) Vs. 1074—1076, 1086; praeterea cf. supra vs. 1089—1094.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(item libans:)

σπονδή!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad Xanthiam:)

καὶ ταυτὶ μετὰ τῆς σπονδῆς λαβὲ θᾶττον.

(Xanthiae viscera praebet. — Epulantur ambo.)

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

οὐδεὶς προσδώσει τῶν σπλάγχνων;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οὐ γὰρ οἷόν τε
ἡμῖν προσδιδόναι πρίν κεν „λύκος οἶν ὑμεναιοῖ."

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

(flebili voce et supplex manus tendens:)

ναὶ πρὸς τῶν γονάτων!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἄλλως, ὦ τᾶν, ἱκετεύεις,
οὐ γὰρ ποιήσεις λεῖον τὸν τρηχὺν ἐχῖνον.

(Ad spectatores:)

ἄγε δή, θεαταί, δεῦρο συσπλαγχνεύετε

1110. Ministro vocem *σπονδή* tribuendo egregie huic loco profuit Willems; solebat ea dari Hierocli. In V et R versui praemissa est paragraphus, in V etiam post *σπονδή* est signum personae mutatae.

1111. *προσδώσει* Bekker] *προ(σ)δώσει μοι* V R, *δώσει μοι* recc. (quae manifesta est paradiorthosis).

1112. *προ(σ)διδόναι* V R] *πρὶν διδόναι* recc. (Blaydes confert oraculum Pausan. X 37 § 6). || *κε(ν)* V^2] *καί* V^1 R (cf. vs. 1076).

1114. *τρηχὺν*] *τραχὺν* V R; cf. vs. 1086.

---

timae partem ratus [1]); eadem autem ratio obtinet inter *φέρε*, quod *iubentium* est [2]), et *πρόσφερε*, quod *petentium*, quae intercedit inter verba *δοῦναι* — *προσδοῦναι* et *αἰτεῖν* — *προσαιτεῖν* [3]). Trygaeus respondet: *„Immo tuam tu linguam hinc aufer!"*

1110. *ταυτί*] dicit *τὰ σπλάγχνα* [4]).

1111. *„Nemone viscerum partem mihi largiturus est?"* Indignationem futurum tempus, ut assolet, indicat [5]); genitivi idem usus est supra [6]).

1115. Cunctos spectatores, quippe quos in sacri communionem receperit [7]), ad exta iam secum gustanda [8]) invitat Trygaeus.

---

[1]) Cf. vs. 1060. — [2]) Vid. ad Ran. 498. — [3]) Vid. vs. 1111 sq. et ad vs. 955. — [4]) Recte Willems. Item vs. 1117. — [5]) Vid. ad Av. 369. — [6]) Vs. 1102. — [7]) Cf. vs. 962—965. — [8]) Cf. Av. 984.

μετὰ νῷν.

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

(iratus:)

τί δὴ ἐγώ;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τὴν Σίβυλλαν ἔσθιε.

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

οὔ τοι, μὰ τὴν Γῆν, ταῦτα κατέδεσθον μόνω,
ἀλλ' ἁρπάσομαι σφῷν αὐτά. κεῖται δ' ἐν μέσῳ.

(Viscerum partem rapere conantem repellit Trygaeus. Interim minister Hieroclis surripit Trygaei Xanthiaeque stragulas.)

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad Xanthiam:)

ὦ παῖε, παῖε τὸν Βάκιν.

(Vapulat Hierocles.)

ΙΕΡΟΚΛΗΣ.

(ad suum ministrum:)

μαρτύρομαι!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

καὶ ἔγωγ', ὅτι τένθης εἶ σὺ καὶ ἀλαζὼν ἀνήρ. —
παῖ' αὐτὸν ἐπέχων τῷ ξύλῳ, τὸν ἀλαζόνα.

1116. δὴ ἐγώ V R] δ' ἔγωγε recc.; Meineke δ' ἐγώ; *ΤΡ.* σύ.

1116. τὴν Σίβυλλαν ἔσθιε] item Strepsiades ad filium prodigum: „ἔσθι' ἐλθὼν τοὺς Μεγακλέους κίονας [1]).

1118. „*Eripiam ista vobis* [2]), *sunt enim in medio proposita*". Dici solent τὰ ἆθλα ἐν μέσῳ κεῖσθαι vel τίθεσθαι [3]), et exta illa Hierocles proposita nunc sibi videt veluti virtutis praemium.

1119. Vis non melius cedit Bacidis Sibyllaeque alumno quam preces aut ipsi aut alteri illi fatidico, cui Pisetaerus hoc vaticinium recitat: „αὐτὰρ ἐπὴν „ἄκλητος ἰὼν ἄνθρωπος ἀλαζὼν | λυπῇ θύ„οντας καὶ σπλαγχνεύειν ἐπιθυμῇ, | δὴ τότε „χρὴ τύπτειν αὐτὸν πλευρῶν τὸ μεταξύ" — et iussa deorum statim peragit [4]). Noster quoque „Bacis" vapulat, quapropter antestatur ministrum suum [5]).

1120. τένθης] *gulosus* [6]).

1121. παῖ' αὐτὸν ἐπέχων] *feri eum intento animo intentisque viribus nihil intermittens* [7]).

[1]) Nub. 815; cf. etiam Ach. 967 Eq. 534. — [2]) De genitivo σφῷν vid. ad Eq. 436 et supra vs. 561. — [3]) Vid. Xen. Anab. III 1 § 21 etc. — [4]) Av. 983 sqq. — [5]) Cf. Plut. 932 et vid. ad Ran. 528. — [6]) Cf. vs. 1009 et vid. ad Nub. 1198. — [7]) Angl.: *With a will.* Cf. vs. 1167 et vid. ad Lys. 490 sq. Eccl. 317.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(detecto furto:)

σὺ μὲν οὖν, ἐγὼ δὲ τουτονὶ τῶν κῳδίων,
ἃ ἐλάμβαν' αὐτὸς ἐξαπατῶν, ἐκβολβιῶ.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οὐ καταβαλεῖς τὰ κῴδι', ὦ θυηπόλε;
1125 ἤκουσας;

(Proicit stragulas minister.)

ὁ κόραξ οἷος ἦλθ' ἐξ Ὠρεοῦ!
οὐκ ἀποπετήσει θᾶττον εἰς Ἐλύμνιον;

(Aufugiunt Hierocles et minister. Trygaeus et Xanthias aedes intrant.)

ΧΟΡΟΣ.

Oda sive stropha (vs. 1127—1139).

ἥδομαί γ', ἥδομαι

1123. αὐτὸς] ἄλλους vel οὕτως Blaydes; vid. comment.
1124—1126. In V R continuantur Famulo, *Trygaeo dedi equidem, secutus Dobraeum, qui vs. 1125ᵇ sq., et Meinekium, qui vs. 1125 sq. totos ei dedit.

1122—1124. „*Immo tu ferire eum perge,* „*ego interim istum evolvam e stragulis* „*nostris, quas ipse fraudulenter ablaturus* „*erat.*" Dicit Xanthias τὰ κῴδια, in quibus modo ipse et herus accubuerunt [1]) dum exta comedebant. Ludicre autem, ut alibi ἐκκοκκίσαι [2]), verbum ἐκβολβίσαι [3]) nunc adhibetur; quocum haud inepte contuleris locum Homeri, ubi vestis Ulixis assimulatur bulbi membranae [4]). Irridentis item est nunc vox θυηπόλος [5]) e lingua sacerdotali desumta, quam ποιητικωτέραν iure vocat Pollux [6]). Sic in Avibus cantorem famelicum Pisetaerus „ὦ ποιητά!" ficta cum admiratione identidem affatur. Quamquam non ipsum Hieroclem nunc increpat Trygaeus, sed eius famulum; quem adesse cum fugisset interpretes, neglecta vi pronominum τουτονὶ et αὐτὸς neque ratione habita imperfecti ἐλάμβανε sumserunt „Hieroclem prodiisse pellibus aliquot involutum, ex aliis sacris quibus hodie praefuisset ablatis" [7]). Quae explicatio quam sit infelix fusius demonstrari iam non videtur opus.

1124. Cf. Dicaeopolis latrones furaces „οὐ καταβαλεῖτε τὰ σκόροδα;" increpans [8]).

1125 sq. *Oreo* venisse Hieroclem iam audivimus [9]). Cui urbi proximum fuisse montem *Elymnium*, ut Taygetum Spartae, Parnethem Athenis, Cithaeronem Thebis, Neriton Ithacae, noster locus docet; nec dubium quin illius montis nomen Atheniensibus tam notum fuerit quam Orei, ipsorum cleruchiae, quacum frequens iis erat commercium. *Rupium Elymniarum* et *delubri* illic conditi apud Sophoclem fiebat mentio, teste scholiasta.

1127—1129. „*Laetor, laetor, quod nihil*

[1]) Vid. Eq. 400. — [2]) Vid. ad Ach. 1179. — [3]) Nostrum: *uitpellen.* — [4]) Hom. τ 233; cf. Nub. 188 fr. com. adesp. 992. — [5]) Nomen alibi non reperio, verbum θυηπολεῖν extat Plat. Rep. 364*e* et hic illic apud tragicos. — [6]) Poll. I 14. — [7]) Sic Brunck coll. Thesm. 759. — [8]) Pac. 165. — [9]) Cf. vs. 1047.

κράνους ἀπηλλαγμένος,
τυροῦ τε καὶ κρομμύων.
οὐ γὰρ φιληδῶ μάχαις,
ἀλλὰ πρὸς πῦρ διέλ-
κων μετ' ἀνδρῶν ἑταί-
ρων φίλων, ἐκκέας
τῶν ξύλων ἅττ' ἂν ᾖ
δανότατα τοῦ θέρους
ἐκπεπρεμνισμένα,
καὶ ἀνθρακίζων τοῦ ἐρεβίνθου,
τήν τε φηγὸν ἐμπυρεύων,

1128. κράνους] κράνους τ'?
1135. ἐκπεπρεμνισμένα] ἐκπεπρισμένα V R; emendavit Bothe (ἐκπεπρεμνισμένων scribens, dein -να dedit Bergk, Blaydes autem τῶν θέρους -νων mavult). Egregia correctio.

iam mihi cum galea neque cum caseo alliisve". Galea nunc, ut alibi clipeus [1]), pro tota armatura dicitur, caseus et allia pro „victu" illo „trium dierum" [2]).

1130. οὐ ... φιληδῶ] *non libenter vescor* [3]), idem quod: οὐχ ἥδομαι vel: οὐ χαίρω [4]).

1131. πρὸς πῦρ διέλκων] id quod διαπίνων [5]), *otiosus ad ignem* [6]) *pocula trahens* [7]).

1133. ἐκκέας] prisca aoristi forma [8]), quae in poesi epica est -κήας, ut pro solita -καύσας [9]) nunc adhiberetur, fecit metrum creticum.

1134. δανότατα] *aptissima ad comburendum, bene sicca* [10]). A stirpe δα (δαίω) ductum est adiectivum, quocum cf. epicum κάγκανος [11]).

1135. ἐκπεπρεμνισμένα] *arborum stirpes mortuae, quae per aestatem, cum arebant omnia, sunt eradicatae.* Dicit chorus „πρέμνων ἀνθρακιήν", quam vocat priscus poeta [12]), tempus autem cogitat auctumnale, ut mox etiam clarius apparebit [13]). Verbum ἐκπρεμνίζειν [14]) peperit vox πρέμνον [15]), ut ἐκθαμνίζειν [16]) vox θάμνος. Item in lapide Cretico [17]): ἐσπρεμμίττεν (= ἐκπρεμνίζειν).

1136 sq. „*Et cicerum aliquid torrens* [18]) *adurensque glandes dulces*" [19]). Erant haec τραγήματα [20]), item mox *phaseli* et *frumenti grana* [21]). Genitivi partitivi frequens hic est usus [22]), articulus autem rem solitam indicat [23]). Verbum ἐμπυρεύειν id fere quod ἀνθρακίζειν vel σποδίζειν [24]) valet [25]).

1) Vid. vs. 438 etc. — 2) Cf. vs. 312. — 3) Cf. Plut. 307. — 4) Cf. Vesp. 510 fr. adesp. com. 425. — 5) Vid. ad Ach. 751. — 6) Vid. ad Nub. 198. — 7) Vid. ad Eq. 107. — 8) Cf. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.² 146. — 9) Ut vs. 1088 etc. — 10) Cf. Hom. ο 322 (et Soph. fr. 338?). — 11) Hom. Φ 364. — 12) H. Merc. 238. — 13) Vs. 1140 sq. — 14) Occurrit etiam Demosth. XLIII § 69. — 15) Cf. Av. 321 Ran. 902. — 16) Aesch. Sept. 72. — 17) Collitz. 5027. — 18) Cf. Av. 1546 Ran. 506. — 19) Vid. Theophr. Hist. Plant. III 8 § 2. — 20) Vid. Ach. 801 Eccl. 606 Plat. Rep. 372 *c* etc. — 21) Vid. vs. 1144 sq. — 22) Vid. ad Ran. 1263 et ad Vesp. 599. — 23) Apte Mazon confert hodiernum: *prendre „le" café.* — 24) Sic Plato l. l. (Rep. 372 *c*). — 25) Redit Lys. 372.

καὶ ἅμα τὴν Θρᾷτταν κυνῶν,
τῆς γυναικὸς λουμένης.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

Epirrhema.

οὐ γὰρ ἔσθ' ἥδιον ἢ τυχεῖν μὲν ἤδη ἐσπαρμένα,
τὸν θεὸν δ' ἐπιψακάζειν, καί τιν' εἰπεῖν γείτονα·
„εἰπέ μοι, τί τήμερον δὴ δρῶμεν, ὦ Κωμαρχίδη;“
— „ἐμπιεῖν ἔμοιγ' ἀρέσκει, τοῦ θεοῦ δρῶντος καλῶς.
„ἀλλὰ φῷζε τῶν φασήλων, ὦ γύναι, τρεῖς χοίνικας,

1141. *γείτονα*] *γείτονι* Blaydes (ut Ran. 1158).

1142—1158. Post vs. 1148 alium induci patet; praeterea versus 1142 sq. inter duos distribuit Hamaker (post vs. 1142 collocans 1147 sq.). Alterius agricolae verba non post vs. 1142 sed post 1143 incipere censet Mazon.

1142. *τήμερον δὴ* Blaydes] *τηνικάδε* (-*νῖκαδε* R) V R numeris invitis. Apud nostrum *τηνικάδε* non redit; Bentley *τηνικαῦτα*, cui adverbio (= *τότε*, cf. vs. 338, 1171, 1176 Av. 1488 Eccl. 789) non est locus.

1143. *δρῶντος*] *δόντος* Nauck coll. locutione *εὖ δοῦναι* (Xen. Cyr. III 1 § 34 Soph. Oed. R. 1081 Eur. Alc. 1004 Andr. 750 etc.), quae tamen est dissimilis.

1144. *ἀλλὰ φῷζε* Blaydes] *ἀλλ' ἄφευε* R, item in V lemma scholii et *γρ. ἄφευε* in margine, *ἀλλ' ἄφαυε* V^2; quid V^1 habuerit incertum, *ἄφαυσε* (*ἄφαυσον*??) *ἀντὶ τοῦ ζέσον* quidam in schol. V. Neque *ἀφαύειν* (*exsiccare*, Eq. 394) aptum est huic loco, neque *ἀφεύειν* sive *pilos adurere* (Thesm. 216, 236, 590 Eccl. 13, cf. Eq. 1236), quod etiam in Simonidis versu (Athen. 659 *f*) sic interpretandum est: *χὼς ἀφηῦσα χὼς ἐμίστυλα κρέα, et cum porci iugulati setas adussi et cum dissecui viscera.* Veram

1138 sq. Non continentiores hi sunt homines quam Dicaeopolis ille [1].

1140—1158. „Exeunte auctumno agricolae caelum intuentur pluviam expectantes, mox arva humectata consituri". Ischomachi apud Xenophontem [2] haec sunt verba. Pluvia postquam venit et sementis est facta, dulce rusticis fit otium. Nam agri recens consiti dum pluvia rigantur [3], — Comarchides ait, qui nostro loco loquitur, — dicit mihi vicinus aliqui: „heus tu, quid iam agamus?" [4]). Hunc cenare apud me iubeo, uxor parat cibum, ille leporinas et aviculas et colostrum e sua villa afferri iubet, petuntur etiam rami myrtei, tertius amicus advocatur, laeto dein convivio transigitur vespera.

1140. Exordium simillimum habet Avium antepirrhema: „*οὐδέν ἐστ' ἄμεινον οὐδ' ἥδιον ἢ φῦσαι πτερά*" [5]), nisi quod ibi more solito *οὐδέν* dicitur quod nostro loco est *οὐ* [6]).

1143. *τοῦ θεοῦ δρῶντος καλῶς*] eodem sensu supra dictum est *καλῶς ποιεῖν*, *recte habere* [7]), *ὁ θεός* autem nunc *tempestatem* vel *caelum* significat potius quam *numen*.

1144. *Tres choenices phaselorum* [8]) effecturi sunt *τραγημάτων* acervum ingen-

[1]) Ach. 271—275; cf. supra vs. 536 sq. — [2]) Xen. Oecon. 17 § 2. Cf. Hes. Oper. 448 sqq. Av. 710. — [3]) Vid. ad Nub. 580. — [4]) Subiunctivus est *δρῶμεν*. — [5]) Av. 785; cf. etiam Ach. 271—275. — [6]) Item Av. 463. — [7]) Vs. 1054 sq. — [8]) Cf. Verg. Georg. I 227.

„τῶν τε πυρῶν μεῖξον αὐτοῖς, τῶν τε σύκων ἔξελε.
„τὸν δὲ Μανῆν ἡ Σύρα βωστρησάτω ἐκ τοῦ χωρίου·
„οὐ γὰρ οἷόν τ' ἐστὶ πάντως οἰναρίζειν τήμερον
„οὐδὲ τυντλάζειν, ἐπειδὴ παρδακὸν τὸ χωρίον."
— „καὶ ἐξ ἐμοῦ δ' ἐνεγκάτω τις τὴν κίχλην καὶ τὼ σπίνω,

---

lectionem praebet versus, qui in annotatione est allatus, emendandi autem viam indicavit Dobree ἀλλὰ φαῦε coniciendo; φαῦζε Paley, Blaydes etiam φρῦγε (cf. Eccl. 844).

1146. δὲ Blaydes] τε V R.

1147 sq. Post vs. 1142 collocat Hamaker, ubi aptissimi sunt; sed post versum 1146 impune omitti nequeunt, nam causam Manem vocandi satius est addi quam illo versu orationem claudi.

1147. οἰναρίζειν] l. a. (immo glossema) in scholio: ἀμπελουργεῖν (ut Aeschin. III § 166).

---

tem [1]), si praesertim etiam *frumenti grana* fuerint admixta; at cibi appetens stomachus rusticorum. Similis apud Epicharmum fuit versus: „<καὶ> φασήλος φῶγε θᾶσσον, αἴ χ' ὁ Διόνυσος φιλῇ" [2]). *Torrendi* verbum φώζειν, dor. φώγειν [3]), unde ducta est vox φῷδες [4]), apud comicos hic illic redit [5]).

1145. ἔξελε] *prome* e penuario, cui praeest mater familias. Etiam προελεῖν id dicebatur [6]).

1146. „*Et Manem Syra ab agro* [7]) *vocet* [8]) *domum*". Illud servorum frequens nomen [9]).

1147 sq. „*Nam plane* [10]) *fieri nequit ut pampinemus hodie aut solum frangamus, nimis enim est humidum*". — Arata et consita quae sunt arva, quiescere iam debent, itaque fert ratio ut ad vineas agricolae nunc se convertant; sed hodie per imbrem nihil ibi potest agi, neque enim pampinos superfluos — τὰ οἴναρα [11]) — resecandi occasio est, quoniam inter vitium folia humida versari nimis molestum, neque interordinia purgandi et aperiendi [12]), quoniam solum in liquidum caenum conversum etiam magis quam antea sic clauderetur. Verbum τυντλάζειν scholiasta interpretatur βωλοκοπεῖν, fortasse recte; translatum id quod προπηλακίζειν sive *ludibrio habere* valet [13]). Adiectivum παρδακόν significat *humidum*; quo Archilochum et Simonidem Amorginum usos testatur scholion V: „Ἀρχιλόχου. παρδοκὸν δίυγρον· οἷον [14]) καὶ παρὰ Σιμωνίδῃ τῷ Ἀμοργίνῳ· σὺν παρδακῇσιν ἰλλάσιν [15]) σεσαγμένοις".

1149. „*Et e mea domo*" alter ait „*afferat aliquis* [16]) *turdum et fringillas ambas*". Similis in Equitibus fit transitus [17]); valet autem „ἐξ ἐμοῦ" id quod „ἐκ τῆς οἰκίας ἐμοῦ" [18]). *Turdorum* iam facta est mentio [19]), *fringillae* coniunctim cum iis etiam in Avibus commemorantur [20]). — Aviculae et quae sequuntur coniunctim cum τραγήμασι apponentur ἐπιφορήματα [21]).

---

[1]) Vid. Eccl. 424 et ad Vesp. 440. — [2]) Epicharmus apud Athen. 56*a*. — [3]) Cf. vHerwerden Lex. Supplet. — [4]) Vid. Plut. 535. — [5]) Vid. Pherecrat. fr. 68^1 Stratt. 65. — [6]) Cf. Thesm. 419. — [7]) *Van de plaats, van het land*; cf. vs. 562. — [8]) Vid. ad Ach. 959. — [9]) Vid. Lys. 1212 et ad Ran. 965. — [10]) Vid. ad Ran. 263. — [11]) Cf. Xen. Oecon. 19 § 18 et vid. ad Ran. 92 Eq. 166. — [12]) Vid. ad vs. 566—568. — [13]) Vid. Sosipatr. fr. 1^{35}. — [14]) Sic distinguendae et corrigendae videntur litterae quas praebet codex: δι' ἐπιοῖον. — [15]) Sic Cobet, παρδακῆσιν ἱμᾶσιν cod. — [16]) Item vs. 1155; vid. ad Ach. 805. — [17]) Vid. Eq. 1309, cf. etiam Lys. 524. — [18]) Vid. ad Eq. 464. — [19]) Cf. vs. 531. — [20]) Av. 1079 sq. — [21]) Vid. ad vs. 1195 sq.

„ἦν δὲ καὶ πυός τις ἔνδον καὶ λαγῷα τέτταρα,
„εἴ τι μὴ 'ξήνεγκεν αὐτῶν ἡ γαλῆ τῆς ἑσπέρας·
„ἐψόφει γοῦν ἔνδον οὐκ οἶδ' ἅττα καὶ ἐκυδοιδόπα.
„ὧν ἔνεγκ', ὦ παῖ, τρί' ἡμῖν, ἓν δὲ δοῦναι τῷ πατρί·
„μυρρίνας τ' αἴτησον ἓξ παρ' Αἰσχίνου, τῶν καρπίμων.
„καὶ ἅμα τῆς αὐτῆς ὁδοῦ Χαρινάδην τις βωσάτω,
„ὡς ἂν ἐμπίῃ μεθ' ἡμῶν,
„εὖ ποιοῦντος κὠφελοῦντος
„τοῦ θεοῦ τἀρώματα."

1150. πυός τις V] ποῖός τις R (cf. Thesm. 392).
1151. ἐξήνεγκεν] ἐξέκλεψεν Blaydes.
1154. *ἓξ παρ' Αἰσχίνου] ἐξ Αἰσχινάδου V R metro invito (-ῐ-), aegre autem desideratur παρά praepositio. Litteras -αδ- e versu proximo irrepsisse arbitror; simile mendum est supra vs. 215. Meineke Ἀρχινάδου vel Αἰσχυνάδου (coll. Et. Gud. 22, 55: „παρ' αἰσχύνης αἰσχυνώδης"), Dindorf Ἐχινάδου, alii aliter.

1150. πυός] *colostrum* [1]).

— λαγῷα τέτταρα] *quatuor cruscula* (σκελύδρια) *leporina*, — id nimirum quod restat de lepore, postquam herus, ut Dicaeopolis ille [2]), domi τὴν μίμαρκυν comedit.

1151 sq. „*Modo pepercerit iis mustela!* [3]) *Nam strepebat illic aliquid et turbam faciebat*" [4]).

1153. „*Nobis tria sufficient, puer: quartum autem perfer ad patrem meum.*" Cenae igitur hic non aderit, senex opinor grandaevus.

1154. „*Et ab Aeschine* [5]) *pete sex myrti ramos baccatos*" [6]). Vicino igitur cuidam est myrtus fructifera. Comedent convivae baccas [7]), dein tres rami coronis nectendis inservient, tres manu tenebunt, cum canent scholia [8]). In pago nunc versamur: procul sunt forum urbanum et αἱ στεφανοπώλιδες [9]), itaque ab amico petuntur quae sunt opus. Qualia denegare μικρολόγου erat [10]).

1155. „*Et simul in transitu vocetur Charinades*" [11]). Ubertim loquentis [12]) est: „ἅμα τῆς αὐτῆς ὁδοῦ," ut apud Antiphontem: „ἐδόκει αὐτῷ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ ἅμα μὲν . . . ἅμα δὲ κτέ." [13]). *Temporis* hic est genitivus [14]); idem valet dativus μιᾷ ὁδῷ [15]). — Comarchidae et amico eius anonymo tertius adesse iubetur conviva Charinades [16]); singulis igitur choenix phaselorum, avicula, crusculum leporinum, rami duo praesto erunt. Quartum quod superabat crusculum . . . non matri familias relinquitur, cuius nulla ratio habetur more solito [17]), sed datur seni.

1157 sq. Verba sic iungenda: τοῦ θεοῦ εὖ ποιοῦντος (ἡμᾶς) καὶ τὰ ἀρώματα — sive τὰ ἐσπαρμένα — ὠφελοῦντος. Quae ἓν διὰ δυοῖν [18]) efficiunt.

[1]) Cf. Vesp. 710. — [2]) Vid. Ach. 1112. — [3]) Vid. ad vs. 793—796. — [4]) Vid. ad Nub. 616. — [5]) Cf. Vesp. 680 Dioxipp. fr. 5. — [6]) Cf. Ran. 328. — [7]) Cf. vs. 575 Av. 160. — [8]) Cf. Nub. 1364. — [9]) Thesm. 448 Eccl. 841. — [10]) Theophr. Charact. 19. — [11]) Cf. Hom. *K* 463 etc. et βωστρεῖν supra vs. 1146. — [12]) Vid. ad Thesm. 830 sq. — [13]) Antiphont. I § 16. — [14]) Item Nicostrat. fr. 21 Soph. Oed. R. 1478 Oed. Col. 1165. — [15]) Eur. Hel. 765 Herod. Mimiamb. V 66. — [16]) Nomina similia Vesp. 230—232 (*Comias* et *Charinades*). — [17]) Cf. Proleg. Eccl. p. IV et VII. — [18]) Vid. ad Av. 1182.

ΧΟΡΟΣ.

Antoda sive antistropha (vs. 1159—1171).

ἡνίκ' ἂν δ' ἀχέτας
ᾄδῃ τὸν ἡδὺν νόμον,
διασκοπῶν ἥδομαι
τὰς Λημνίας ἀμπέλους,
εἰ πεπαίνουσιν ἤ-
δη, — τὸ γὰρ φίτυ | πρῷ-
ον φύσει, — τόν τε φή-

1159. ἡνίκ' ἂν δ' GHermann] ἡνίκα δ' ἂν V R. Cf. vs. 1179.

1159—1172. Altera otia rusticis facit plena aestas, cum messis finita est necdum venit tempus vindemiae. Calor tunc regnat canicularis, cuius arguti praecones passim rumpunt arbusta cicadae [1]; „τότ' ἤδη | εἴη ... αἴθοπα πινέμεν' οἶνον, | ἐν σκιῇ ἑζόμενον, κεκορημένον ἦτορ ἐδωδῆς" [2]).

1159. Ad nomen ἀχέτας in scholiis V haec sunt adscripta: ὁ τέττιξ διηχεῖ [3]) παρὰ τὸ Ἡσιόδειον „ἦμος δὲ σκολυμός τ' ἀνθεῖ καὶ ἠχέτα τέττιξ." ὁ δὲ Ἀρίσταρχος οὔ φησι τοὺς ᾄδοντας ἄρσενας λέγεσθαι, τὰς δὲ θηλείας οὕτως. Sed Aristarchus, cui cicadae melius aliquanto erant cognitae quam nostrarum regionum incolis, qui cum *gryllis* vel etiam cum *locustis* nimis saepe eas confundunt, — non minus ludicre quam si quis canem pro ove haberet vel graculum pro gallina, — Aristarchus igitur ne nugari videatur oblitusque esse ioci, qui erat de beata cicadarum gente, quorum uxores voce careant, sic corrigenda sunt verba scholii: „ἀχέτας] ὁ τέττιξ, διʼ ἠ χ ή ν, παρὰ τὸ Ἡσιόδειον κτὲ... ἠχέτα τέττιξ. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ο ὕ τ ω φησὶ τοὺς ᾄδοντας ἄρσενας λέγεσθαι, τὰς δὲ θηλείας ο ὔ". Permutata erant οὕτως (οὔ˜) et οὔ, ut saepissime.

1163 sq. „*Iamne maturent* (*suos fructus*)*; nam praecox est illa species.*" — Vox φῖτυ poeticae est dictionis, ut verbum φιτύειν [4]) et nomen inde ductum φίτυμα [5]). Nostro loco videtur deberi metro cretico, et παρατραγῳδοῦντος fuisse suspicor versum, qui ex Eupolide affertur: „ἀτὰρ ἤγαγες καινόν <τι> φῖτυ τῶν βοῶν" [6]), vere autem tragicus est sonus trimetri (Sophoclei?): „πόθεν τὸ φῖτυ; τί τὸ γένος; τίς ἡ σπορά;" [7]).

1165. τὸν ... φήληκα] *fallacem* [8]). Speciem aliquam fructuum — ficuum? [9]) — inter rusticos nomen hoc habuisse videmus, sive quod maturi viderentur prius quam essent, quae in scholiis profertur opinio, sive aliam ob causam; nam aliunde vox non est cognita. Ducta est, addita sermonis vulgaris terminatione -ξ [10]), a prisca stirpe, cui debetur nomen φηλήτης *impostor*. Notum id est ex hymno Mercurii [11]), notius fortasse e veteris μισογύνους versiculo: „ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅ γε φηλήτῃσι" [12]). Quod in codice V hoc loco legitur scholion postmodo insertum: „καὶ ἐν Ταγηνισταῖς δὲ τῇ λέξει κέχρηται" quo pertineat incertum. Ad φήληκα? an ad οἰδάνειν? an ad φῖτυ? an ad ἀχέτας?

---

[1]) Vid. ad Av. 1095 sq. — [2]) Hes. Oper. 582—593. — [3]) εῖ est a manu altera, erasum est quod dederat prior: eratne -ειν (∧)? — [4]) Aesch. Prom. 233 Soph. Ant. 645 Eur. Alc. 294 etc. — [5]) Aesch. Ag. 1281. — [6]) Eupol. fr. 49. — [7]) Vid. Prolegom p. VIII sq. — [8]) *De bedrieger*, *the cheat* (Merry). — [9]) Id perhibent schol.; item Bekk. Anecd. p. 71 et 315. — [10]) Vid. ad Eq. 361. — [11]) H. Merc. 67, 175, 214, 292, 446, φηλητεύειν ibid. vs. 159. — [12]) Hes. Oper. 375. Cf. etiam Archil. fr. apud Eustath. 1889, 1.

λῃχ' ὁρῶν οἰδάνοντ'·
εἶθ' ὁπόταν ᾖ πέπων,
ἐσθίω καὶ ἐπέχω,
καὶ ἅμα φήμ'· „ὧραι φίλαι!" καὶ
τοῦ θύμου τρίβων κυκῶμαι·
κᾆτα γίγνομαι παχὺς
τηνικαῦτα τοῦ θέρους —

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

Antepirrhema.

μᾶλλον ἢ θεοῖσιν ἐχθρὸν ταξίαρχον προσβλέπων,
τρεῖς λόφους ἔχοντα καὶ φοινικίδ' ὀξεῖαν πάνυ,
ἣν ἐκεῖνός φησιν εἶναι βάμμα Σαρδιανικόν·
ἢν δέ που δέῃ μάχεσθαι ἔχοντα τὴν φοινικίδα,
τηνικαῦτ' αὐτὸς βέβαπται βάμμα Κυζικηνικόν·

1166. *οἰδάνοντ'* Bentley] *οἰδαίνοντ'* V R.
1175 sq. Suo loco habet R, in margine additos V.
1175. *δέ που δέῃ* R] *δέῃ δέ που* V.
1176. *Κυζικηνικόν* V] *-κηνόν* R. Markland *χεζικηνικόν*, sed vid. comment.

1167. *ἐσθίω καὶ ἐπέχω*] id quod *ἐσθίω ἐπέχων* vel etiam *ἐπέχω ἐσθίων* [1]). Insulsissima profecto forent haec verba, si id significarent quod laudato versu Homeri [2]) perhibet scholiasta: *edo et ori admoveo.*

1168. *ὧραι φίλαι*] *grata tempestas* [3]).

1169. „*Paro mihi κυκεῶνα θυμίτην*" [4]).

1172—1178. „*Ista media aestate magis mihi conducunt quam nequam* [5]) *aliquem taxiarchum intueri*" [6]). — Ridetur nunc quoque Cleonymus *ὁ ῥίψασπις* [7]): hunc insignia militaria [8]) cristam triplicem et sagum purpureum acutissimi coloris [9]) ostentare. „*At si forte sit pugnandum*" ... et vide quam acerbe dictum sit illud „forte", quasi plane inexpectatum hoc accidat isti de plebe longurioni, si videat non tantum splendide armandi se et clara voce nobilium filiis imperitandi occasionem praebere munus taxiarchi, quod tantopere aliquando exoptavit, sed etiam fieri posse ut cum hoste sit confligendum, — pugna igitur si fiat, alio mox colore de suo [10]) tinctus ille adspicitur, *οὐκέτι σαρδιανικὸν βάμμα* [11]) *βεβαμμένος ἀλλὰ ... κυζικηνικόν.* Voluit intellegi *χεζικηνικόν* comicus, nomine gentili more suo ludicre abusus [12]). „*Tum* „*veluti fabulosus aliqui equigallus cristam* „*multiplicem quassans* [13]) *praecellit omnes,* „non tamen in victoriam nos ducens, „sed ... in fugam, ipsumque eius sagum „ob tantam ignaviam *πυρριᾷ*" [14]).

[1]) Cf. vs. 1121 et Eccl. 317. — [2]) Hom. *I* 485; sic Nub. 1382. — [3]) *Lekker weer.* — [4]) Cf. vs. 712 et Ach. 772. — [5]) Vid. ad Vesp. 418. — [6]) Nos: *naar de oogen zien.* Cf. Ach. 266—271. — [7]) Vs. 1186; cf. vs. 303 sq., 444—446, 673—678 et vid. ad Nub. 353. — [8]) Vid. ad Ach. 566—571. — [9]) Item nos: *erg schel rood.* — [10]) Haec est pronominis *αὐτός* vis. — [11]) Ach. 112. — [12]) Vid. ad Vesp. 84. — [13]) Vid. ad Ran. 932. — [14]) Cf. Ran. 308.

κἆτα φεύγει πρῶτος, ὥσπερ ξουθὸς ἱππαλεκτρυὼν
τοὺς λόφους σείων· ἐγὼ δ' ἕστηκα † λινοπτώμενος. †
ἡνίκ' ἂν δ' οἴκοι γένωνται, δρῶσιν οὐκ ἀνασχετά,
τοὺς μὲν ἐγγράφοντες ἡμῶν, τοὺς δ' ἄνω τε καὶ κάτω
ἐξαλείφοντες δὶς ἢ τρίς· „αὔριον δ' ἔσθ' ἡ ἔξοδος“.
τῷ δὲ σιτί' οὐκ ἐώνητ'· οὐ γὰρ ᾔδειν ἐξιών,
εἶτα προσστὰς πρὸς τὸν ἀνδριάντα τὸν Πανδίονος
εἶδεν αὑτὸν καὶ ἀπορῶν θεῖ, τῷ κακῷ βλέπων ὀπόν.
ταῦτα δ' ἡμᾶς τοὺς ἀγροίκους δρῶσι, τοὺς δ' ἐξ ἄστεως

1178. *λινοπτώμενος*] corruptum; neque enim *λῐ-* pro longa syllaba potuit haberi, neque *-ώμενος* aptum est. Naber *ἕστηκ' ἀνεπτερωμένος*, vHerwerden *δὴ πνέων μένος*, sed rarius videtur *λινόπτης* vocabulum quam quod e librariorum errore nasci potuerit; quapropter ipse (sed dubitanter) propono **ἐγὼ δὲ δὴ λινοπτάζω μένων.*

1183. *προσστὰς* Lenting] *προστὰς* V R (cf. Ach. 683 et vid. ad Plut. 1131).

1184. *αὑτὸν* Ald.] *αὐτὸν* V R. || *θεῖ τῷ κακῷ*] *ἐθελοκακεῖ* Bentley, quod quominus recipiatur obstant participia *ἀπορῶν* et *βλέπων ὀπόν.*

1185. *ταῦτα δ'* V R[2]] *ταῦτασ* R[1], *ταῦτ' ἄρ'* Meineke. || *ἄστεως* R] *-ος* V.

1178. *λινοπτώμενος*] verbum corruptum [1]). E scholio: „*λινόπτας γάρ φησιν* „*Ἀριστοφάνης* [2]) *τοὺς τὰ θηρευτικὰ λίνα* „*φυλάττοντας, ὡς καὶ οἰνόπτας* [3]) *τοὺς* „*οἰνοφύλακας*" efficitur *λῐνόπταις* [4]) sive *ἀρκυωροῖς* [5]) *τισι*, i. e. calonibus quos venatores ad retia custodienda collocant, assimulari nunc legionarios inopes consilii et hostium telis inutiliter expositos dum adstant in acie.

1179—1184. Tales igitur isti se praestant in bello. Nihilo autem melius taxiarchorum officiis funguntur domi; nam delectus cum est habendus, improbe et pro libidine turbant [6]) ordinem, quo civium nomina in albo armatorum sunt conscripta [7]). Iamque instat expeditio [8]), at *ὁ δεῖνα οὐκ ἐώνηται τὰ σιτί' ἡμερῶν τριῶν* [9]). Quid enim? Nesciebat exiturum se: edictum, quod his diebus promulgatum est, ad se non pertinere putabat; neque pertinuisset, nisi fraudulenter eius nomen loco motum fuisset. Cum vero adiit forum ibique inspexit album tribus suae Pandionidis, ut sciret quinam e sodalibus cras in bellum essent profecturi, etiam suum ipsius nomen illic legit: *αὑτὸν* (i. e. *τὸ αὑτοῦ ὄνομα*) *ὁρᾷ γεγραμμένον ἐν τῷ λευκώματι, ἐν τῇ σανίδι τῶν φυλετῶν.* Inops igitur consilii — nam unde iam sumat quae afferre debebit? — et rem iniquam indignatus tristi vultu se proripit.

1184. Valet *τῷ κακῷ* id quod *διὰ τὸ κακόν* [10]), et *ὀπός* nunc *δριμύτατον* sive acerbissimum quidvis significat, ut alibi *νᾶπυ* vel *ὄμφακες* [11]).

1185 sq. „*Sic scilicet rusticos nos ludi-* „*brio habent ignavi isti nebulones, cives* „*vero urbanos non item!*" — Faeci ur-

[1]) Vid. ann. crit. — [2]) Cod. V *ἀριστο*, in R scholiis caret dramatis pars postrema (vs. 1039 sqq.). — [3]) Eupol. fr. 205 apud Athen. 425 *a, b.* — [4]) Produci potuisse syllabam *λι-* non recte ait Hehn Culturpfl.[4] p. 482. — [5]) Xen. Ven. 2 § 3; cf. Cyrop. II 4 § 25. — [6]) Vid. ad Nub. 616. — [7]) Vid. ad Eq. 1369 sq. — [8]) Cf. Nub. 579. — [9]) Vid. vs. 312 et ad Ach. 197. — [10]) Vid. vs. 610 et ad Eccl. 605. — [11]) Vid. ad Ran. 562.

ἧττον, οἱ θεοῖσιν οὗτοι κἀνδράσι ῥιψάσπιδες.
ὧν ἔτ' εὐθύνας ἐμοὶ δώσουσιν, ἢν θεὸς θέλῃ.
πολλὰ γάρ δή μ' ἠδίκησαν,
ὄντες οἴκοι μὲν λέοντες,
ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες.)

SCENA VIGESIMA.

(Ex aedibus procedit Trygaeus ornatu nuptiali, chlamydem manu tenens. Sequitur Xanthias.)

Trygaeus.

(ad Xanthiam:)

ἰού, ἰού!

ὅσον τὸ χρῆμ' ἐπὶ δεῖπνον ἦλθ' εἰς τοὺς γάμους!

1186. *οὗτοι*] **ἐχθροὶ* (i. e.: *οἱ ῥιψάσπιδες οἱ θεοῖς καὶ ἀνδράσιν ἐχθροί*)? cf. vs. 1172.
1187. *ἔτ' εὐθύνας* V] *ἐντεῦθεν εὐθύνας* R (manifestum dittographema).

banae [1]) suppalpantur illi: in agricolas bello oppressos urbisque moenibus iamdudum inclusos quidvis sibi licitum putant. — Verba *οἱ θεοῖσιν οὗτοι καὶ ἀνδράσι ῥιψάσπιδες* si sana sunt [2]), recte interpretatus est scholiasta, qui observavit praeter expectatum dici nunc vocem *ῥιψάσπιδες*, expectari enim: *οὗτοι οἱ θεοῖς καὶ ἀνδράσιν ἐχθροί.*

1187. „*Sed erit cum poenas istarum fraudum mihi reddant*". Munus illi cum deposuerint, *εὐθύνας* sive *rationes*, ut omnes magistratus, reddere debebunt. — Minantis est *ἔτι* [3]), disyllabum *θέλειν* etiam supra est adhibitum [4]).

1189 sq. Neque exemplum haec requirunt, nam *domi militiaeque* et *leones vulpesque* a quovis sibi potuerunt opponi, neque interpretem, est enim *τὸ ἀλωπεκίζειν* eorum *ὧν δόλιαι ψυχαί, δόλιαι φρένες* [5]). Sed conferri potest versus proverbialis quem habet Plutarchus: „*οἴκοι λέοντες, ἐν ὑπαίθρῳ δ' ἀλώπεκες*" [6]). In scholiis V annotatum est: „*παροιμία παρὰ τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ Λάκωνας ἀτυχήσαντας· οἴκοι λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ δὲ Λάκωνες*", ubi nomen *Λάκωνες* librarii errori deberi, *ἀλώπεκες* enim dedisse comicum cuius is sit versus, dudum est intellectum [7]); inepta autem est *παρά* praepositio, itaque sic videtur scribendum: „*παροιμία. — καὶ* „*περὶ τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ Λακώνων ἀτυχη-* „*σάντων· οἴκοι λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ δ' ἀλώπεκες*". Qui versus cuius fuerit quorsumve spectaverit iam nescimus.

1191 sq. A simillimis Strepsiadis clamoribus incipit Nubes fabula: „*ἰού, ἰού! . . . τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον!*" Nostro loco abest genitivus, quem vox *τὸ χρῆμα* adiunctum solet habere, e. g.: „*ὅσον τὸ χρῆμα ὄχλου*" [8]) vel: „*ὅσον τὸ χρῆμα παρνόπων εἰσέρχεται!*" [9]).

1) Cf. Eccl. 300. — 2) Vid. ann. crit. — 3) Vid. ad Plut. 608. Nos: *maar ik heb nog niet met hem afgerekend.* — 4) Vid. vs. 939 et ad Ran. 533. — 5) Cf. vs. 1067 sq. et Lys. 1270. — 6) Plut. Comp. Lys. et Sull. 3. — 7) Cf. Aelian. Var. Hist. XIII 9. — 8) Ut Eccl. 394. — 9) Ach. 150. Vid. ad Vesp. 266.

ἔχ', ἀποκάθαιρε τὰς τραπέζας ταυτηΐ·
πάντως γὰρ οὐδὲν ὄφελός ἐστ' αὐτῆς ἔτι.
ἔπειτ' ἐπιφόρει τοὺς ἀμύλους καὶ τὰς κίχλας
καὶ τῶν λαγῴων πολλὰ καὶ τοὺς κολλάβους.

(Xanthias chlamyde accepta abit. Prodeunt duo institores, falces alter tenens, alter cados, quos sequitur famulus cistam ferens placentis repletam.)

1195. ἐπιφόρει Dobree] ἐπ(ε)ισφόρει V R.

1193 sq. „*En accipe* [1]) *sagum meum, quo mensas repurges; prorsus enim nulla* [2]) *iam eius est utilitas*" [3]). — Pronomine ταυτηΐ quid significaretur spectatoribus incertum esse non potuit [4]), lectoribus e contextu est efficiendum. Scholiasta intellegit τὴν περικεφαλαίαν, non absurde, si interpretamur fasciam, qua caput cingebant milites galeam sumturi [5]); sequi tamen malo Herwerdenum, qui *vestem militarem* interpretatus est. Ea quae Pacem decet veste indutus — χλανίδα γαμικὴν ἔχων [6]) — Trygaeus prodiit: sagum iam inservire poterit mensis detergendis, ἡ δ' ἀσπὶς ἐν τῷ φρεάτῳ κρεμήσεται [7]).

1195 sq. Convivae, qui ad Trygaei nuptias celebrandas confluxerunt, intus [8]) lautissimâ iam excepti sunt cenâ. Cenandi autem cum fit initium, εἰσφέρονται αἱ τράπεζαι cum cibis [9]); nunc igitur post cenam purgandae sunt mensae, ut imponi iis possint τὰ ἐπιφορήματα sive *bellaria* [10]), quae ab ipsis dapibus — polenta vel pane et carnibus — accurate solent distingui, ut in verbis Herodoti: „*Persae* σίτοισι ὀλίγοισι χρέονται, ἐπιφορήμασι δὲ πολλοῖσι" [11]), vel in ludicris Mnesimachi versibus, ubi Pyrgopolinices aliqui: „ἆρ' οἶσθ' ὁτιὴ πρὸς ἄν„δρας ἐστί σοι μάχη [12]) | οἵπερ [13]) ξίφη δει„πνοῦμεν ἠκονημένα, | ὄψον δὲ δᾷδας ἡμμένας „καταπίνομεν; | ἐντεῦθεν εὐθὺς ἐπιφέρει „τραγήματα | ἡμῖν ὁ παῖς μετὰ δεῖπνον „ἀκίδας Κρητικάς, | ὥσπερ ἐρεβίνθους, δορα„τίων τε λείψανα | κατεαγότα κτέ." [14]) His igitur hominibus polentae loco sunt enses, opsonii faces, dein bellaria afferuntur spicula et lanceae comminutae. Trygaeus convivis aliquanto minus quam illi erant bellicosis ἐπιφορήματα praeberi iubet ἀμύλους καὶ κολλάβους, quae *placentarum* vel paniculorum erant species [15]), simulque [16]) *aviculas* et *carnes leporinas* [17]), quae etiam torrentur nunc [18]), ut mox ab igne recentes, bene calidae, bene iurulentae, convivis possint offerri. Haec ut curaret Trygaeus [19]) aliquantisper reliquit convivas, mox ad eos rediturus. Addi poterant insuper τεμάχη *piscium* [20]), sed horum non fit nunc mentio, credo quod *ruris* potissimum celebrantur laudes. Omnium ἐπιφορημάτων longe maximum est illud quod in fine Ecclesiazusarum dicitur „ἐπιέναι" [21]) sive ἐπιφέρεσθαι.

[1]) Cf. Eq. 51. — [2]) Vid. ad Ran. 263. — [3]) Vid. ad Plut. 1152. — [4]) Vid. ad Ach. 331. — [5]) „Eine starke wulstartige Binde" ABauer (Griech. Kriegsaltert., Handb. d. Altert. wiss. IV p. 271 et Fig. 27 sq.). — [6]) Cf. Av. 1693. — [7]) Ach. 279. — [8]) Cf. vs. 1207, 1265, 1302. — [9]) Cf. Vesp. 1216 Ran. 518. — [10]) *Het dessert.* — [11]) Herodot. I § 133. — [12]) Sic scripsi; edi solet ἆρ' οἶσθά<γε> | ὁτιὴ ...μαχητέον. — [13]) Sic vHerwerden pro οἳ τὰ. — [14]) Mnesimach. fr. 7[5]; cf. etiam Archipp. fr. 9 Philyll. 19. — [15]) Vid. ad Ach. 1092 et ad Ran. 507. — [16]) Item Ran. 510 sq.; cf. etiam Eq. 1190—1193 Teleclid. fr. 32 Athen. 641*e*. — [17]) De his vid. ad Vesp. 709 et de genetivo ad Vesp. 199. — [18]) Item Ran. ll., ubi vid. — [19]) Vid. vs. 1197: „ἀναβράττω". — [20]) Vid. Eccl. 838—842. — [21]) Eccl. 1169.

SCENA VIGESIMA PRIMA.

Trygaeus, Falcium faber.

ΔΡΕΠΑΝΟΥΡΓΟΣ.

ποῦ, ποῦ Τρυγαῖός ἐστιν;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἀναβράττω κίχλας.

ΔΡΕΠΑΝΟΥΡΓΟΣ.

ὦ φίλτατ', ὦ Τρυγαῖ', ὅσ' ἡμᾶς τἀγαθὰ
δέδρακας εἰρήνην ποιήσας! ὡς πρὸ τοῦ
οὐδεὶς ἐπρίατ' ἂν δρέπανον οὐδὲ κολλύβου!
νυνὶ δ' ἐγὼ μὲν πεντέδραχμα πάντ' ἐμπολῶ,
ὁδὶ δὲ τριδράχμους τοὺς κάδους εἰς τοὺς ἀγρούς.
ἀλλ', ὦ Τρυγαῖε, τῶν δρεπάνων τε λάμβανε
καὶ τῶνδ' ὅ τι βούλει προῖκα, καὶ ταυτὶ δέχου·

1201. In V R est: *νυνὶ δὲ πεντήκοντα δραχμῶν ἐμπολῶ*, superscriptum autem est in V: „*γρ. δραχμῆς κερδαίνω*". Fuerunt igitur qui *δραχμῆς* pro *δραχμῶν* legerent, quinquaginta igitur falces vendidisse institorem et pro singulis drachmam accepisse sumentes; *ἐμπολῶ* autem in hac notula (male) redditur verbo *κερδαίνω*. Secutus sum Elmsleium, nisi quod ille *ταῦτ'*, non **πάντ'* scribebat. Elmslei emendatione cum metro succurritur (cf. versus sequens; quamquam non nimis firmum hoc esse argumentum apparet coll. Plut. 1019 etc.), tum apta nascitur oppositio inter hunc versum et sequentem; absurdum autem foret si quinquaginta drachmis singulae falces aestimarentur.

1202. *ὁδὶ* V^2] *οἰδὶ* V^1 R.

1204. *καὶ τῶνδ'*] *κάδων θ'* Fl. Christianus, sed sine vitio omitti non potuit articulus, nomen autem quidni gestu manus suppleatur? || *ταυτὶ*] *ταῦτα* V R.

1197—1264. Conveniunt nunc Pisetaerum fabri, laeti alii, qui pacis venditant arma, moesti vero qui bellica [1]).

1198. *ὦ φίλτατ', ὦ Τρυγαῖε*] ipsi epitheto non raro, ut hic, praemittitur *ὦ*, e. g.: „*ὦ Καρκίν', ὦ μακάριε*" [2]) vel: „*Εὐριπίδη, ὦ φίλτατε*" [3]).

1199. *εἰρήνην ποιήσας*] *pacem Graecis conciliando* [4]).

1200 sq. „*Antehac nullam falcem vendere poteram, ne uno quidem asse* [5]); *iam vero quinis drachmis vendo omnes.*" Perexiguus nummus erat *κόλλυβος* [6]), aereus, opinor; sed quantum fuerit eius pretium nescimus.

1202. *τοὺς κάδους*] *cados suos*; quibus novas copias mox condituri sunt agricolae [7]).

1204—1206. Utrumque pronomen demonstrativum spectantibus fuit intel-

[1]) Cf. vs. 543—549. — [2]) Vesp. 1512. — [3]) Thesm. 210; vid. ad Eq. 726. — [4]) Vid. ad vs. 211 sq. et ad Ach. 52. — [5]) *Geen duit.* — [6]) Cf. Arist. fr. 3 Eupol. 233^3 Menandr. 1023; cf. Poll. VII 170 IX 72. — [7]) Vid. ad Av. 1032.

ἀφ' ὧν γὰρ ἀπεδόμεσθα καὶ ἐκερδάναμεν
τὰ δῶρα ταυτί σοι φέρομεν εἰς τοὺς γάμους.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἴθι νυν, ⟨καταθέμενοι παρ' ἐμοὶ ταῦτ'⟩ εἴσιτε
ἐπὶ δεῖπνον ὡς τάχιστα· καὶ γὰρ οὑτοσὶ
ὅπλων κάπηλος ἀχθόμενος προσέρχεται.

(Falcium et cadorum venditores postquam dona sua deposuerunt, aedes intrant. Prodeunt armorum venditor et fabricator tubarum mercibus suis onusti.)

SCENA VIGESIMA SECUNDA.

Trygaeus, Armorum venditor.

ΟΠΛΩΝ ΚΑΠΗΛΟΣ.

(duplicem cristam ostentans:)

οἴμ', ὡς προθέλυμνόν μ', ὦ Τρυγαῖ', ἀπώλεσας!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τί δ' ἔστιν, ὦ κακόδαιμον; οὔ τί που λοφᾷς;

1210—1264. In V R (a manu prima) λοφοπ(ώλῃ vel -ποιῷ) tribuuntur vs. 1210 sqq., θωρακ(οπώλῃ) vs. 1224 sqq., σαλπιγγοπ(ώλῃ) vs. 1240 sqq. et 1255 sqq., κρανοπ(οιῷ) vs. 1250 sqq. et 1260[a], δορυξ(ῷ) vs. 1264. Unum vero institorem, quem ipse comicus voce ὅπλων καπήλῳ (vs. 1209) indicarit, per totum hunc locum verba facere statuit Beer. Quem de versibus 1210—1245 recte iudicasse cum aliis arbitror, sed versum 1250 non esse eius qui hactenus locutus est, cum verborum compositio testatur, tum vero docet versus 1255. Quem versum Hastarum venditori — recte, ut opinor, — tribuunt recc.

1211. δ'] del. vHerwerden (vid. ad Ach. 4).

lectu facilius quam nunc est legentibus[1]). „Τούσδε" falcium venditor dicit τοὺς κάδους, institores enim de mercibus quas manibus tenent gratis offerunt Trygaeo quantum ipsi libeat. Praeterea „ταυτί" *istaec* ei praebet, dona dicens nuptialia a famulo allata. *Cistam placentis repletam* intellegendam esse — aut si quis mavult, complures cistas — docet contextus. Nunc enim „*iuxta se* (*extra aedes*) *deponere*" quae attulerunt Trygaeus eos iubet, mox autem, cum domum abit, „φλᾶν ταῦτα" iubet choreutas[2]), quorum dux „πλακοῦντας πλανωμένους ἐρήμους"[3]) iocose vocat placentas illas sub dio derelictas.

1207—1209. νυν... (imperativus)... καὶ γὰρ οὑτοσὶ | ... προσέρχεται] item supra[4]).

1210. προθέλυμνον] *funditus*[5]).

1211. οὔ τί που λοφᾷς] „*numquid*[6]) *cristarum morbo*[7]) *laboras?*" Cristae istae earumque venditor an aegrotent ridens rogat Trygaeus, verbo usus ex aviariorum lingua desumto.

[1]) Vid. ad Ach. 331. — [2]) Vs. 1305 sq. — [3]) *Onbeheerd rondzwervende pasteien*, vs. 1314. — [4]) Vs. 1043 sq. — [5]) Vid. ad Ran. 587. — [6]) Vid. ad Ran. 522. — [7]) Vid. ad Nub. 183 Vesp. 8.

ΟΠΛΩΝ ΚΑΠΗΛΟΣ.

ἀπώλεσάς μου τὴν τέχνην καὶ τὸν βίον,
καὶ τουτονί, καὶ τοῦ δορύξου ἐκεινουί.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

τί δῆτα τουτοινὶ καταθῶ σοι τοῖν λόφοιν;

ΟΠΛΩΝ ΚΑΠΗΛΟΣ.

αὐτὸς σὺ τί δίδως;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὅ τι δίδωμ'; αἰσχύνομαι·
ὅμως δ', ὅτι τὸ σφήκωμ' ἔχει πόνον πολύν,
δοίην ἂν αὐτῶν ἰσχάδων τρεῖς χοίνικας,
ἵν' ἀποκαθαίρω τὴν τράπεζαν τουτῳί.

ΟΠΛΩΝ ΚΑΠΗΛΟΣ.

(cristam ei tradens:)

ἔνεγκε τοίνυν εἰσιὼν τὰς ἰσχάδας·

1216. σφήκωμ' — πολύν] numerosius Brunck σφήκωμα πολὺν ἔχει πόνον (πόνον ἔχει πολύν Blaydes coll. Ran. 157).

1217. αὐτῶν V R] αὐτοῖν recc.

1218. Del. Hamaker coll. vs. 1193, molestum ratus singulare τουτῳί. Sed neque impune omitti potest hic versus, fert enim totius loci ratio ut hoc quoque ornamentum bellicum, perinde atque cetera arma, Trygaeus in ridiculum aliquem usum adhibiturum se fingat, neque iustam suspicionis causam habet illud τουτῳί. Vid. comment.

1213. Dicit τοῦτον comitem, tubarum fabricatorem. Tertius quem dicit δορυξός [1]) nondum in conspectum venit.

1214. „*Quin igitur dicis quid pro isto pari cristarum tibi solvam?*" [2]) Trygaeo is est vocis sonus, quo spes fiat mercatori eum generosum, utpote felicem, se praestiturum esse emtorem. *Cristam duplicem* mercator tenet, — solitumne hoplitarum ornamentum? an forte lochagorum? *Triplici* crista *taxiarchorum* ornata erat cassis [3]).

1216. „*Sed quoniam multi laboris*" [4]) — sive affabre factus — „*est cristae conus.*" Dicit τὸ σφήκωμα inferiorem cristae partem, quae artissime constricta et tubulo aeneo inserta est, quo cassidi infigatur [5]). Capillos ἐσφηκωμένους ex Homero [6]) novimus, et apud Sophoclem „κρᾶτα φρίξας ἐυλόφῳ σφηκώματι" prodibat miles [7]). — Separatim veneunt nunc cristae, separatim asservabantur ἐν λοφείῳ [8]).

1218. τουτῳί] *hoc instrumento*. Cristis veluti spongiâ vel alâ detersurus est mensam.

1219. ἔνεγκε τοίνυν εἰσιών] *i igitur petitum*, εἴσιθι τοίνυν οἴσων [9]).

---

[1]) Cf. vs. 447. — [2]) Vid. ad Nub. 246. — [3]) Vid. vs. 1173 Ach. 965, 1109 et ad Ach. 566—571. — [4]) *Er is veel werk aan, il y a beaucoup de travail* (Mazon). — [5]) Cf. Ran. 1038. — [6]) Hom. *P* 52. — [7]) Soph. fr. 314a. — [8]) Ach. 1109. — [9]) Vid. ad Nub. 1312.

κρεῖττον γάρ, ὦ τᾶν, ἐστιν ἢ μηδὲν λαβεῖν.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(oblatam sibi cristam postquam inspexit mercatori reddens:)

ἀπόφερ᾽, ἀπόφερ᾽ εἰς κόρακας ἀπὸ τῆς οἰκίας!
τριχορρυεῖτον· οὐδέν ἐστον τὼ λόφω.
οὐκ ἂν πριαίμην οὐδ᾽ ἂν ἰσχάδος μιᾶς. — —

ΟΠΛΩΝ ΚΑΠΗΛΟΣ.

— — τί δαὶ δεκάμνῳ τῷδε θώρακος κύτει
ἐνημμένῳ κάλλιστα χρήσομαι τάλας;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

οὗτος μὲν οὐ μή σοι ποιήσῃ ζημίαν,
ἀλλ᾽ αἶρέ μοι τοῦτόν γε τῆς ἰσωνίας.

(E mercatoris manibus lorīcam accipit.)

1220. μηδὲν V] μηδένα R.
1221. ἀπὸ V R] ἐκ recc., ut Nub. 123; cf. Nub. 1296.
1224. θώρακος V^2] -ρηκος V^1 R.
1225. ἐνημμένω(ι) V] -νως R, συνημμένῳ Meineke (coll. schol.: „συντεθειμένῳ, ἐρραμμένῳ"), ἐληλαμένῳ vHerwerden.
1226. πο(ι)ήση(ι) V] ποήσω R.

1221 sq. Ficto terrore cristam istam, quam tinearum plenam esse perhibet [1]), mercatorem in malam rem [2]) auferre iubet Trygaeus. Cum versus prioris initio cf. verba Dicaeopolidis: „ἀπόφερ᾽, ἀπόφερε τὰ κρέα" [3]). Verbum τριχορρυεῖν [4]) ita ut πτερορρυεῖν et φυλλορρυεῖν [5]) est formatum, valent autem haec: ἀποβάλλειν τὰς τρίχας, τὰ πτερά, τὰ φύλλα.

1223. „*Ne una quidem ficu*" — nedum tribus choenicibus! — „*emerim*" [6]).

1224. θώρακος κύτει] tragicus horum verborum est color; et omnino querelarum, quas moesti hi mercatores fundunt, cum dictio tum numeri severi affines sunt tragoediae.

1225. ἐνημμένῳ] artis hoc videtur fuisse verbum [7]). Bergler annotavit: „videtur superinductum aut intus subductum fuisse corium". *Corium* tamen quantumvis perite super- vel subductum efficere non potuit ut tam pretiosa evaderet lorīca. Manifeste igitur significantur *externa* aliqua ornamenta, quae corio, unde fieri solebant Atheniensium loricae, sunt superinducta. Equidem interpretor aereas squamas vel laminas pectus protegentes.

1226. „*Ista certe ne damno te afficiat* [8]) *non est quod metuas* [9])".

1227. αἶρε] *cedo modo* [10]). — Nunc quoque mire quam benignum et largum se praestare videtur Trygaeus... donec sit solvendum.

— τῆς ἰσωνίας] *tanti quanti ipse emisti* [11]). Vocabulum alibi non obvium.

[1]) Cf. Ach. 1111. — [2]) Vid. ad Ran. 607. — [3]) Ach. 1054. — [4]) *Uitvallen.* — [5]) Vid. Av. 106 et 1481. — [6]) Vid. ad Nub. 1395 sq. — [7]) Nos: *bekleed.* — [8]) Vid. Plut. 1124 et ad Ach. 737. — [9]) Vid. ad Vesp. 394. — [10]) Item supra vs. 1; praeterea vid. ad Av. 850. — [11]) *Voor den inkoopsprijs.*

ἐναποπατεῖν γάρ ἐστ' ἐπιτήδειος πάνυ.

ΟΠΛΩΝ ΚΑΠΗΛΟΣ.

παῦσαι ἐνυβρίζων τοῖς ἐμοῖσι χρήμασιν!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(in lorica humi posita considens:)

ὡδί, παραθέντι τρεῖς λίθους. οὐ δεξιῶς;

ΟΠΛΩΝ ΚΑΠΗΛΟΣ.

ποίᾳ δ' ἀποψήσει ποτ', ὦ ἀμαθέστατε;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(brachiorum foramina indicans:)

τηδί, διεὶς τὴν χεῖρα διὰ τῆς θαλαμίας,
καὶ τῇδ'.

ΟΠΛΩΝ ΚΑΠΗΛΟΣ.

ἅμ' ἀμφοῖν δῆτ';

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἔγωγε, νὴ Δία,
ἵνα μή γ' ἁλῶ τρύπημα κλέπτων τῆς νεώς.

1229. (ε)'νυβρίζων Elmsley] μ' ὑβρίζων V R, 'φυβρίζων Meineke, quo composito Ar. non utitur. Vid. comment. || χρήμασιν] πράγμασι in V superscriptum.

1233. Sic distinxit Brunck; post, non ante ἅμ' signum personae mutatae habent V R.

Non *fecit* hic homo arma quae venditat, sed ipse *emit* [1]) ab opificibus; ὅπλων κάπηλος vel παλιγκάπηλος est, non χαλκεὺς αὐτοπώλης [2]).

1228. Non minus aperte et impudenter Dicaeopolis ille ostendebat Lamacho, βδελύττεσθαι se bellum et bellatores [3]). In verbo ἐναποπατεῖν [4]) vis praepositionis ἐν- eadem est quae in verbis ἐναποτεῖσαι, ἐμμάχεσθαι, aliis [5]).

1229. Cothurnatae dictionis est verbum ἐνυβρίζειν [6]). Vera autem si nunc ageretur tragoedia, non „χρήμασιν" sed „πήμασιν" diceret misellus homo.

1230. τρεῖς λίθους] nempe πρὸς τὸ ἀποψῆσθαι [7]). — οὐ δεξιῶς] „*nonne scite?*" [8]).

1231. „*Immo stultissime! Nam qua tandem via illuc perventurus es?*" — Futurum indignationis est indicium; item mox [9]).

1232. διὰ τῆς θαλαμίας] διὰ τοῦ τρυπήματος, *per (brachii) foramen.* Proprie θαλαμίαι dicebantur *navium* foramina per quae exeruntur remi [10]).

1233. ἀμφοῖν] mente repetendum: ἀποψήσει.

1234. „*Ne quo navis meae foramine per fraudem non uti videar.*" — Ducenti singulis navibus longis vehuntur, quorum centum et septuaginta sunt remiges. Mercedem his solvendam ex aerario pu-

---

[1]) Cf. vs. 1241. — [2]) Vid. ad Plut. 1156. — [3]) Vid. ad Ach. 587. — [4]) Vid ad Ach. 81. — [5]) Vid. ad Av. 38. — [6]) Vid. ad Thesm. 720. — [7]) Cf. Plut. 817. — [8]) Vid. ad Eq. 34. — [9]) Vs. 1235 et 1240; vid. ad Av. 369. — [10]) Cf. Ach. 553 Herodot. V 33.

ΟΠΛΩΝ ΚΑΠΗΛΟΣ.

ἔπειτ' ἐπὶ δεκάμνῳ χεσεῖ καθήμενος;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἔγωγε, νὴ Δί', ὦ 'πίτριπτ'. οἴει γὰρ ἂν
τὸν πρωκτὸν ἀποδόσθαι με χιλίων δραχμῶν;

ΟΠΛΩΝ ΚΑΠΗΛΟΣ.

ἴθι δή, 'ξένεγκε τἀργύριον.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(surgens:)

ἀλλ', ὦ 'γαθέ,
θλίβει τὸν ὄρρον. ἀπόφερ', οὐκ ὠνήσομαι. — —

ΟΠΛΩΝ ΚΑΠΗΛΟΣ.

— — *τί δ' ἆρα τῇ σάλπιγγι τῇδε χρήσομαι,*
ἣν ἐπριάμην δραχμῶν ποθ' ἑξήκοντ' ἐγώ;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

μόλυβδον εἰς τουτὶ τὸ κοῖλον ἐγχέας,
ἔπειτ' ἄνωθεν ῥάβδον ἐνθεὶς ὑπόμακρον

1237. *χιλίων*] *χιλιῶν* V R (quem verum esse accentum aiunt Suid. et schol. Eq. 660).

1240. *δ'*] del. Elmsley, recte, si alius institoris haec sunt verba; sed vid. ad vs. 1210—1264. || *ἆρα* V^1 R] *ἄρα* V^2.

1243 sq. Textus traditus manifesto vitio laborat. Deesse aliquid cum nomina-

---

blico accipit trierarcha; qui si foraminibus aliquot occlusis legitimo remigum numero navem non ornat, fraudulenter agit, „*μισθοφορῶν κεναῖς χωραῖς*", ut loquitur Aeschines [1]). Satis frequentem fuisse ea aetate inter trierarchas eam fraudem, Bergler aliique e nostro loco effecerunt; non tamen id ait comicus.

1235. *ἔπειτα*] *siccine vero?* [2]).

1236. *ὦ 'πίτριπτε*] id fere quod: *ὦ κακόδαιμον* [3]).

1237. „*Etiam pluris podicem facio!*"

1239. Accuratius exploratam loricam non satis convenire sibi sentit Trygaeus, premi enim... humerum? [4]) Immo imam dorsi partem [5]), non summam.

1240. *τί... χρήσομαι;*] *quid... faciam?* [6]).

1241. „*Quae ipsi mihi sexaginta drachmis constitit.*" Emit tubam, ut loricam [7]).

1242. Habet *σάλπιγξ κώδωνα* [8]), per quem emittitur sonus: *κοῖλον πρὸς στενῷ προσκείμενον* [9]). Infuso igitur plumbo firmiter stabit. Magis etiam absurde — non magis festive! — vetulae pedes „*μολυβδοχοηθῆναι κύκλῳ περὶ τὼ σφυρώ*" iubet iuvenis iratus in Ecclesiazusis [10]).

1243. *Dein inserta* [11]) *virga satis longa.* —

---

1) Aeschin. II § 146. Cf. etiam Cic. Verr. V § 61 sq. — 2) Vid. ad Nub. 226. — 3) Vid. ad Nub. 1004. — 4) Cf. schol. — 5) Cf. Ran. 222. — 6) *Wat moet ik... aanvangen?* Vid. ad Eq. 1183 Av. 369. — 7) Cf. vs. 1227. — 8) Cf. Soph. Ai. 17 Poll. VI 110. — 9) Cf. Nub. 163—165. — 10) Eccl. 1109 sq. — 11) Cf. Ach. 920.

<ὀρθὸν καθίστη, κᾆτα κάλλιστος σταθμὸς>
γενήσεταί σοι τῶν κατακτῶν κοττάβων.


ΟΠΛΩΝ ΚΑΠΗΛΟΣ.

οἴμοι, καταγελᾷς.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(abeuntem revocans:)

ἀλλ' ἕτερον παραινέσω.
τὸν μὲν μόλυβδον, ὥσπερ εἶπον, ἔγχεον·



tivus „absolutus" participii testari mihi videtur, tum vero genitivus nihilo minus „absolutus" — i. e. e nubibus suspensus — τῶν . . . κοττάβων (Dobree: κότταβος). Posterius nisi esset incommodum, in vs. 1243 fortasse speciem haberet haec coniectura: ἐὰν ἄνωθεν ῥάβδον ἐνθῇς ὑ., nunc versum deesse arbitror, quem supplevi ut poteram.


Adiectivum ὑπόμακρον a prisco interprete [1]) recte explicatur ὑπόμηκες, adscripto Ἄλεξις. Quod nomen quin fuerit olim Ἀριστ(οφάνης), certe esse debuerit, dubium non videtur.

1244. „*Optimum sic erit cottabi statumen*". — Nunc, postquam rediit Pax, denuo licebit κοτταβίζειν [2]). Belli vero tempore, cum θώρακα ἅπας ἐμπερονᾶται, videre est „ῥάβδον τὴν κοτταβικὴν | ἐν „τοῖς ἀχύροισι κυλινδομένην, | μάνης δ' οὐδὲν „λατάγων ἀΐει, | τὴν δὲ τάλαιναν πλάστιγγ' „ἂν ἴδοις | παρὰ τὸν στροφέα τῆς κηπαίας | ἐν τοῖσι κορήμασιν [3]) οὖσαν," — ut circa belli initium scripsit Hermippus [4]). Quo loco collato Athenaeus [5]) multa scripsit de cottabo convivantium ludo [6]), brevius scholia ad nostrum locum. Vinum e poculo ita erat coniciendum ut totum et claro cum sono perveniret in lancem, quae in medio esset proposita. Artificiosius autem quoddam huius ludi genus fuisse referunt grammatici, quo e librae iugo suspendebatur lanx (πλάστιγξ), ita ut vino in eam coniecto descenderet in caput pupulae μάνου dictae [7]); haec icuncula et in Hermippi versibus modo excriptis commemoratur et alibi. Cuiusmodi cottabis nomen fuisse κατάκτοις aiunt veteres, noster autem quoniam de eodem ludi genere atque aequalis eius Hermippus loquitur manifeste, non videtur sequendus Mazon interpretans „un de ces cottabes qu'on peut élever et abaisser (ἀνάγειν καὶ κατάγειν) au gré des joueurs".

1245. οἴμοι] irati haec est vox, ut saepe [8]).

1246—1249. *Trutinam* sive stateram *pensilem* [9]) fieri iam iubet Trygaeus. Tuba scapum praebebit. Latior huius pars, plumbo ut ante gravata, pro aequipondio erit [10]), „*dein istinc*" — ab angustiore parte — „*funiculis* [11]) *adaptanda* [12]) *est lanx* [13])". Pluribus — tribus quatuorve — funiculis lancem suspendi non est quod miremur [14]), ipsa enim ratio fert ut ita fiat, neque aliter hodie sus-

[1]) Bekk. Anecd. 115. — [2]) Vs. 343. — [3]) *Voor oud vuil weggeworpen bij de achterdeur.* — [4]) Hermipp. fr. 47 (= 56). — [5]) Vid. Athen. 487 *d, e* et 665 *e*—668 *f* (Cratin. fr. 116 Arist. 209 Eupol. 86 Plat. 46 sq.). Praeterea cf. schol. Lucian. Lexiphan. § 3. — [6]) Cf. Nub. 1073. — [7]) Vid. ad Ran. 965 Lys. 1212. — [8]) Vid. ad Nub. 1238 Ach. 1011 Av. 1260. — [9]) Cf. Vesp. 39—41. — [10]) Vid. Vitruv. X 3 § 4. — [11]) Vid. ad Av. 816. — [12]) Vid. ad Eccl. 2. — [13]) Cf. Ran. 1378. — [14]) Hoc observo propter coniecturas quasdam, quae sunt propositae.



ἐντευθενὶ δὲ σπαρτίοις ἠρτημένην
πλάστιγγα πρόσθες, καὐτό σοι γενήσεται
τὰ σῦκ' ἐν ἀγρῷ τοῖς οἰκέταισιν ἱστάναι.

(Abeunt tubarum mercator eiusque comes, prodeunt alii mercatores duo, alter galeas tenens aliquot, alter hastas.)

SCENA VIGESIMA TERTIA.

Trygaeus, Galearum et hastarum venditores.

ΚΡΑΝΟΠΟΙΟΣ.

ὦ δυσκάθαρτε δαῖμον, ὥς μ' ἀπώλεσας,
ὅτ' ἀντέδωκά γ' ἀντὶ τῶνδε | μνᾶν ποτε!
καὶ νῦν τί δράσω; τίς γὰρ αὔτ' ὠνήσεται;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

πώλει βαδίζων αὐτὰ τοῖς Αἰγυπτίοις·
ἔστιν γὰρ ἐπιτήδεια συρμαίαν μετρεῖν.

1248. *καὐτό σοι*] *κᾆτά σοι* Fl. Christianus, *καὶ σταθμὸς* Blaydes. Vid. comment.

1249. *ἱστάναι*] *ἑστάναι* R, *ἑστάναι* V. Cf. 897 et Eq. 268.

1251. *ἀντέδωκά γ'* recc.] *ἀντέδωκ'* V R. || *τῶνδε* R] *τοῖνδε* vHerwerden coll. scholio: „*οὗτος κράνη κομίζει δύο*".

penduntur librarum lanculae. Ipsam autem tubam (id est staterae scapum) mediam fere suspendendam fore e funiculo vel catena, quae manu teneatur aut unco alligato alicubi affigatur, non dicit Trygaeus, quoniam per se intellegitur. Certum aliquod pondus, idem semper, effici sic poterit, itaque „*aptissima erit ad dependendas* [1]) *ficus quae mancipiis praebentur*". Ergo haec quoque iis demetiebantur, ut *τὰ ἄλφιτα* quotidiana. Sic irata quaedam hera ad ancillam: „*μᾶ, λίθος τις, οὐ δούλη, | ἐν τῇ οἰκίῃ κεῖσ'· ἀλλὰ τἄλφιτ' ἢν μετρέω, | τὰ κρίμν' ἀμιθρεῖς*" [2]). Dignus hic demum erit usus *τῆς χαλκοστόμου Τυρσηνικῆς κώδωνος!* — Pronomen *αὐτό* valet: *ipsum, nullâ virgâ insertâ*. Neutrum autem significat: *id quod sic fiet instrumentum* [3]). Infinitivus denique finalis (*ἱστάναι*) a verbo *γίγνεσθαι* nunc est suspensus, ut a verbo *εἶναι* in Ecclesiazusarum versu: „*τὸ βῆμα . . . ῥαψῳδεῖν ἔσται τοῖς παιδαρίοισι*" [4]).

1250. Plane tragicis clamoribus hic homo queritur inexpiabilem [5]) aliquem *ἀλάστορα* in se, ut in Labdacidas Atridasve, saevire. Cf. Amynias iuvenis „*ὦ σκληρὲ δαῖμον!*" lugubri voce clamans ob currum fractum [6]).

1251. „*Quippe qui* [7]) *pro hisce galeis minam olim solverim*".

1253. „*Aegyptum pete, ubi vendas*", „*βάδιζε πωλήσων κτέ*". — Notus est hic usus participii praesentis [8]). Aegyptum petendi cui datur consilium, is *εἰς κόρακας ἀπιέναι* iubetur [9]).

1254. „*Aptae enim sunt istae galeae ad demetiendam syrmaeam*". Similis atque

[1]) Vid. Vesp. 40 fr. 488². — [2]) Herod. Mimiamb. VI 4 sqq. — [3]) Vid. ad Av. 181 sq. — [4]) Eccl. 678. — [5]) Cf. Soph. Ant. 1284. — [6]) Nub. 1264. — [7]) Cf. Nub. 1217 Lys. 421. — [8]) Vid. ad Nub. 1212. — [9]) Vid. ad Nub. 1130.

ΔΟΡΥΞΟΟΣ.

οἴμ', ὦ κρανοποί', ὡς ἀθλίως πεπράγαμεν.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad hastarum venditorem:)

οὗτος μὲν οὐ πέπονθεν οὐδέν.

ΔΟΡΥΞΟΟΣ.

ἀλλὰ τί

ἔτ' ἐστὶ τοῖσι κράνεσιν ὅ τι τις χρήσεται;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(cados quos dono accepit indicans:)

ἐὰν τοιαυτασὶ μάθῃ λαβὰς ποιεῖν,
ἄμεινον ἢ νῦν αὔτ' ἀποδώσεται πολύ.

ΚΡΑΝΟΠΟΙΟΣ.

ἀπίωμεν, ὦ δορυξέ.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

μηδαμῶς γ'· ἐπεὶ

1256b—1259. In V personae mutatae signa sunt ante *ἀλλὰ* vs. 1256 et ante versum 1257, versus 1257—1259 uni (Trygaeo igitur) dantur; in R nonnisi ante *ἀλλὰ* vs. 1256 indicata est persona mutata.

1256. In fine signum interrogandi scribit Bergk.

1257. *ἔτ' ἐστὶ* l. a. in V] *ἐνέστιν* V, *ἔνεστι* R, ante hoc verbum sententiam claudentes (V etiam signum personae mutatae scribens).

1258. *μάθῃ* recc.] *μάθη(ι)σ* V R.

---

tubae hic erit usus. Nam *συρμαία* — *raphanum edulem* intellegunt interpretes — coniunctim cum cepis et alliis erat in cibo solito operarum Aegyptiorum [1]).

1256—1259. „*Hic quidem damnum nul-* „*lum fecit.*" — „*Quid tandem etiam galeis* „*utatur* [2]) *quispiam?*" — „*Istiusmodi ansas* „*si facere didicerit, etiam melius quam* „*antea vendet.*" Cados diotas Trygaeus indicat, quos modo ei dono dedit mercator prosper [3]). Nam sic hunc locum interpretor, qui est ex iis ubi nonnisi coniectura potest effici quid significet pronomen demonstrativum [4]). In scholiis V haec leguntur: „*ὠτάρια τοῖς κράνεσιν,* „*ἵνα γένωνται κάδοι. δείκνυσι δὲ τὰ ὦτα* „*ἑαυτοῦ καί ἐστι παρεπιγραφή*", Musurus autem in Aldina pro *ἑαυτοῦ* dedit *αὐτοῦ*, quem secutus Bergler arbitratur Trygaeum institoris alterius aurem prehendere.

1260. *μηδαμῶς γ'· ἐπεὶ . . .*] *manedum obsecro! nam . . .* [5]).

---

[1]) Vid. Herodot. II 125 ibique Wiedemann, et cf. Thesm. 857 fr. 265. — [2]) Cf. Plut. 941 et vid. ad Eq. 1183 Av. 369. — [3]) Cf. vs. 1204—1206. — [4]) Vid. ad Ach. 331. — [5]) Vid. ad Nub. 688.

τούτῳ γ' ἐγὼ τὰ δόρατα ταῦτ' ὠνήσομαι.

ΔΟΡΥΞΟΟΣ.

πόσον δίδως δῆτ';

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

εἰ διαπρισθείη δίχα,
λάβοιμ' ἂν αὔτ' εἰς χάρακας, ἑκατὸν τῆς δραχμῆς.

ΔΟΡΥΞΟΟΣ.

ὑβριζόμεθα. χωρῶμεν, ὦ τᾶν, ἐκποδών.

(Irati abeunt ambo. Ex aedibus prodeunt aliquot pueri.)

SCENA VIGESIMA QUARTA.

Trygaeus, Pueri I et II.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

νὴ τὸν Δί', ὡς τὰ παιδί' ἤδη ἐξέρχεται,
οὐρησόμενα <δήπουθεν· ἐπίτηδες δ',> ἵνα

1261. γ' V] om. R.

1262. διαπρισθείη Dindorf] διαπρισθεῖεν V R, διαπρίσειεν Meineke.

1263. λάβοιμ' ἂν V] λάβοιμεν R^1, λάβοιμ' (expunctis litteris εν) R^2. || τῆς δραχμῆς V] τρεῖς δραχμάς R (cf. vs. 1201).

1266. In V R est: οὐρησόμενα τὰ τῶν ἐπικλήτων δεῦρ' ἵνα, sed insolite dictum est ἐπικλήτων pro κεκλημένων, et durius iunguntur οὐρησόμενα ἵνα... προαναβάληται. Quapropter verba „τὰ τῶν ἐπικλήτων δεῦρο" interpretantis esse ratus (vid. schol. et Argum. II) lacunam indicavi et iis quae desiderari videbantur explevi.

1261. τούτῳ ... ὠνήσομαι] *ab hoc ... emam* [1]).

1263. εἰς χάρακας] *ut sint pro ridicis* [2]).

1265. „*Ite modo, nam ecce iam foris* „*prodeunt convivarum filii, ficta opinor* „*causa interposita, nam revera* [3]) *quae* „*statim in convivio cantaturi sunt etiam* „*meditari et secum recitare velle eos suspi*-„*cor.*" In eo est ut convivii fiat initium, ad convivas igitur quantocius redeundum est Trygaeo. Pueri, quos convivae secum adduxerunt [4]), more solito in convivio carmina prisca sunt recitaturi [5]), μέλλουσι ῥαψῳδήσειν [6]). Sunt hi παίδων ὄαροι, quos dicit Pindarus [7]). Horum igitur carminum periculum iam sunt facturi, caventes ne Homerum non satis callere mox videantur. Simili consilio ante aedes προμελετᾶν fingitur saltatrix in Thesmophoriazusis [8]). Nostro autem loco προαναβάλλεσθαι velle dicuntur pueri, quoniam qui cantandi initium faciunt ἀναβάλλονται sive ἀναβολὴν ποιοῦνται [9]).

1) Vid. ad Ran. 1229. — 2) Vid. ad Vesp. 1201. Nostrates dixerint: *voor boonestaken.* — 3) Vid. vs. 142, 744, 931 et ad Vesp. 391. — 4) Cf. Av. 131 Lys. 1067. — 5) Vid. ad Eccl. 678; cf. etiam Nub. 1355 sqq. — 6) Vid. ad Eq. 1107. — 7) Pind. Pyth. I 190. — 8) Cf. Thesm. 1177 sq. — 9) Cf. vs. 830 et vid. ad Av. 1384 sq.

ἄττ' ᾄσεται προαναβάλητ', ἐμοὶ δοκεῖν.

(Ad unum e pueris:)

ἀλλ' ὅ τι περ ᾄδειν ἐπινοεῖς, ὦ παιδίον,
αὐτοῦ παρ' ἐμὲ στὰν | πρότερον ἀναβαλοῦ ἐνθαδί.

ΠΑΙΔΙΟΝ Α.

„νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα" —

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

παῦσαι
ὁπλοτέρους ᾄδων, καὶ ταῦτ', ὦ τρισκακόδαιμον,
εἰρήνης οὔσης! ἀμαθές γ' εἶ καὶ κατάρατον.

ΠΑΙΔΙΟΝ Α.

„οἳ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες,

1267. -τ', ἐμοὶ] -ταί μοι V R; cf. Av. 1225. || δοκεῖν Bergk] δοκεῖ V R.
1270. Praescriptum in V R est παιδ.; Brunck edidit *Παῖς Λαμάχου* et mox *Παῖς Κλεωνύμου*, sed *Lamachi* nomen ante versum 1290 sciri noluit poeta. Minus autem recte alii *Παῖς Α* et *Παῖς Β*, quoniam vox *παῖς* (Herwerdeni sunt verba) non *puerum* sed *servum* aut *filium* significat. || αὖθ' R] αυ V.
1271. ὁπλοτέρους] ὅπλ' ἡμῖν Dobree. || ἄ(ι)δων $V^1 R^1$] ἄ(ι)δον $V^2 R^2$, item vs. 1278 ἄιδον V^2 (ἄιδων V^1 R), vs. 1294 ἴον R (ἰών V). Tribus hisce locis recepto -ον Dindorf praeterea de suo vs. 1275 dedit μεμνημένον, parum probabiliter.

1270—1304. „οὐδὲν ἀστειότερον τῆς εὑρέσεως", optimo iure annotavit priscus interpres. Egregie autem hi quidem pueri τὸν Ὅμηρον πεπατήκασιν. Carmina epica memoriter complectuntur. Initium facit alter a primo versu Epigonorum „Homeri" [1]): „νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα, Μοῦσαι" [2]). Nempe veri „*epigoni*" nunc prodeunt, filii bellatorum quos vidit aetas quae iam cum ipso bello praeteriit: hos πατέρων ἔμεν' οὔ τι χέρηας [3]) mox patebit.

1271. Perridicule Trygaeus ὁπλότερον priscum incertaeque originis adiectivum interpretatur ὁπλίτην, — favente vocis sono, quoniam ὁπλό-τερος collatis ἀγροτέρῳ et ὀρεσ-τέρῳ adiectivis videri potest is qui ἐν ὅπλοις versatur vel qui ὅπλον ἔχει, invito tamen usu poetarum, apud quos *iuniorem* significare ὁπλότερον [4]) optime novit comicus, optime norunt spectatores. Sed luditur nunc, ut Nubium loco, ubi „λιγὺς Πυλίων ἀγορητής" non ὁμηρικῶς intellegitur *orator*, sed ... *ardelio forensis*, ἀγοραῖός τις ἄνθρωπος [5]). Cf. etiam Vesparum versus, ubi ὀπίαν non ὀπός vox sed ὀπή peperisse iocose fingitur [6]).

1273 sq. et 1276. Ex Iliade sunt ducti. Ubi haec leguntur [7]): „οἳ δ' ὅτε δή ῥ' „εἰς χῶρον ἕνα ξυνιόντες ἵκοντο", — quae verba imprudens opinor mutavit nunc comicus similium locorum memor [8]), — „σύν ῥ' ἔβαλον ῥινούς, σὺν δ' ἔγχεα καὶ „μένε' ἀνδρῶν | χαλκεοθωρήκων, ἀτὰρ ἀσπί„δες ὀμφαλόεσσαι | ἔπληντ' ἀλλήλῃσι, πολὺς „δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει. | ἔνθα δ' ἄρ' οἰμωγή

---

[1]) Vid. Herodot. IV 32. — [2]) Vid Certam. Hom. et Hes. vs. 249 Rzach. — [3]) Cf. Hom. Δ 399—410. — [4]) Item Hom. Γ 108 γ 465 etc. — [5]) Nub. 1057, ubi vid. — [6]) Vesp. 353, ubi vid. — [7]) Hom. Δ 446—449 (= Θ 60 sqq. — [8]) Γ 15 etc.

„σύν ῥ' ἔβαλον ῥινούς τε καὶ ἀσπίδας ὀμφαλοέσσας.“

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

„ἀσπίδας“; οὐ παύσει μεμνημένος ἀσπίδος ἡμῖν;

ΠΑΙΔΙΟΝ Α.

„ἔνθα δ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν.“

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

„ἀνδρῶν οἰμωγή“; κλαύσει, νὴ τὸν Διόνυσον,
„οἰμωγὰς“ ᾄδων, καὶ ταύτας „ὀμφαλοέσσας.“

ΠΑΙΔΙΟΝ Α.

ἀλλὰ τί δῆτ' ᾄδω; σὺ γάρ εἰπέ μοι οἷστισι χαίρεις.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

„ὣς οἳ μὲν δαίνυντο βοῶν κρέα“, καὶ τὰ τοιαυτί·
„ἄριστον προτίθεντο καὶ ἅσσ' ἥδιστα πάσασθαι.“

1274. ἀσπίδας R] -δος V.

1275. ἀσπίδος R] ἀσπί V (δ superscr.), ἀσπίδας B.

1278. Nisi in ludicro poeta versaremur, conici posset: ᾄδων οἰμωγάς τε καὶ ἀσπίδας ὀμφαλοέσσας, sed ipse comicus quin absurda dicentem Trygaeum fecerit non dubito.

1279. ᾄδω] ᾄσω Blaydes.

1280 sq. Habet R, om. V simili initio versus 1282 deceptus; in margine addidit corrector.

1281. ἅσσ' vHerwerden] ἅτθ' V R, ὅσσ' Blaydes. || πάσασθαι R] μασᾶσθαι V.

„τε καὶ εὐχωλὴ 'πέλεν [1]) ἀνδρῶν | ὀλλύντων „τε καὶ ὀλλυμένων κτέ." — Versuum 2—4 ea tantum verba attulit comicus, quibus *clipeorum* fit mentio.

1278. Sciens cuncta turbat Trygaeus, ut rem in ridiculum convertat.

1280—1283. In certamine Homeri et Hesiodi [2]) afferuntur hi versus: „δεῖπνον „ἔπειθ' εἵλοντο βοῶν κρέα καὐχένας ἵππων | „ἔκλυον ἱδρώοντας, ἐπεὶ πολέμου ἐκόρεσθεν." Ubi priscae artis non sunt καὶ et αὐχένας in unum conflata, licet huiuscemodi crasis in carminibus epicis non sit inaudita [3]). Nostro autem loco collato veri videtur simile in carmine aliquo hodie deperdito — *Epigonis* fortasse — revera extitisse versus: „ὣς οἳ μὲν 'δαίνυντο βοῶν κρέα καὐχένας ἵππων | ἔκλυον ἱδρώοντας, ἐπεὶ πολέμοι' ἐκόρεσθεν." Nisi liberius nunc quoque comicus refinxit priscum carmen. — Subsimilia haec sunt: „ὣς οἳ „μὲν 'δαίνυντο καθ' ὑψερεφὲς μέγα δῶμα κτέ." [4]), „ἔσθοντες κρέα πολλὰ βοῶν" [5]), „ἐντύνοντ' ἄριστον" [6]), „τραπέζας | 'νίζον καὶ προτίθεντο ἰδὲ κρέα πόλλ' ἐδατεῦντο" [7]), ubi verum fortasse est id quod dedit Aristarchus: „πρότιθεν, τοὶ δὲ κτέ.", sed comicum ita recitasse illum versum ut etiamnunc in codicibus circumfertur, documento est noster locus. Denique hic afferendus est versus: „οἳ δ' ἵππους μὲν ἔλυσαν ὑπὸ ζυγοῦ ἱδρώοντας" [8]).

---

[1]) Verum duco 'πέλετ'(ο) — [2]) Vs. 101 sq. Rzach. — [3]) Cf. καὐτός -τή Ζ 260 ζ 282 aliaque eiusmodi, Enchir. dict. ep. § 9. — [4]) δ 15. — [5]) Θ 231. — [6]) Ω 124 π 2. — [7]) α 112. — [8]) Θ 543, ubi cf. sqq.

ΠΑΙΔΙΟΝ Α.

„ὣς οἳ μὲν δαίνυντο βοῶν κρέα, καὐχένας ἵππων
„ἔκλυον ἱδρώοντας, ἐπεὶ πολέμου ἐκόρεσθεν.“

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

εἶεν· ἐκόρεσθεν τοῦ πολέμου, κᾆτ' ἤσθιον.
ταῦτ' ᾆδε, ταῦθ', ὡς ἤσθιον κεκορημένοι.

ΠΑΙΔΙΟΝ Α.

„θωρήσσοντ' ἄρ' ἔπειτα | πεπαυμένοι.“

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἄσμενοι, οἶμαι.

ΠΑΙΔΙΟΝ Α.

„πύργων δ' ἐξεχέοντο, βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει.“

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

κάκιστ' ἀπόλοιο, παιδάριον, αὐταῖς μάχαις·
οὐδὲν γὰρ ᾄδεις πλὴν πολέμους. τοῦ καί ποτ' εἶ;

ΠΑΙΔΙΟΝ Α.

ἐγώ;

1286. *πεπαυμένοι*] *πεπασμένοι* Fl. Christianus et Dawesius lepide (cf. vs. 1281), vereor tamen ut recte, non quod *πεπασμένος* participium pf. non extat hodie apud poetas epicos, nam potuit olim extare (et plusquamperfectum certe extat *Ω* 642), sed quod *eos qui gustarunt*, non *satiatos* significare debuit (Athen. 23 *f*—24 *b*, Lehrs Arist. p. 131).

1285. Risum ut moveat Trygaeus iungit verba *ἤσθιον κεκορημένοι*, quasi artius haec inter se cohaereant.

1286. „*Prandii autem*" — vel potius *cenae*, nam post pugnam, non ante meridiem igitur, haec fiunt, — „*cum fecissent finem, arma induerunt.*" — Haec vult puer, qui nihil nisi arma et aspera bella cogitat. Sed aliter eius verba interpretatus Trygaeus „*θώρακα*" Bacchicum, non Martium intellegit, qui convivantibus haudquaquam gravis aut molestus est. Quem etiam Philocleon cogitans filii verbis non satis intellectis „*πῶς ἂν μαχέσαιτό τις θώρακ' ἔχων;*" rogabat [1]). — Verba „*'θωρήσσοντο—πεπαυμένοι*" in carminibus epicis non iam extant, sed cf. Iliadis versus: *οἳ δ' ἄρα δεῖπνον ἕλοντο κάρη κομάοντες Ἀχαιοὶ | ῥίμφα κατὰ κλισίας, ἀπὸ δ' αὐτοῦ 'θωρήσσοντο* [2]).

1287. Neque hic versus in vetusta poesi indicari nunc potest. Similia sunt Iliadis verba: „*σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες* | „*'ρώοντ'· ἄσβεστος δὲ βοὴ 'γένετ' ἠῶθι* „*πρό*" [3]) et: „*ἐκ νηῶν ἐχέοντο, βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει*" [4]).

1288. *αὐταῖς μάχαις*] „*cum ipsis istis proeliis*" [5]).

1289. *καί*] impatienter rogantis particula [6]).

---

[1]) Vesp. 1195; cf. etiam Ach. 1135. — [2]) *Θ* 53 sq. — [3]) Hom. *Λ* 49 sq. — [4]) *Π* 267; cf. ibid. vs. 257—259. — [5]) Vid. ad Vesp. 119. — [6]) Vid. ad Eq. 342 Nub. 840.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

σὺ μέντοι, νὴ Δί'.

ΠΑΙΔΙΟΝ Α.

υἱὸς Λαμάχου.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ridens:)

αἰβοῖ!
ἦ γὰρ ἐγὼ θαύμαζον ἀκούων, εἰ σὺ μὴ εἴης
ἀνδρὸς βουλομάχου καὶ κλαυσιμάχου τινὸς υἱός.
ἄπερρε, καὶ τοῖς λογχοφόροισιν ᾆδ' ἰών.

(Abit puer.)

ποῦ μοι τὸ τοῦ Κλεωνύμου ἐστὶ παιδίον;

(Prodit alius puer.)

ᾆσον πρὶν εἰσιέναι τι· σὺ γάρ, εὖ οἶδ' ὅτι,
οὐ πράγματ' ᾄσει· σώφρονος γὰρ εἶ πατρός.

ΠΑΙΔΙΟΝ Β.

„ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ

1292. ἦ] *καί? Cf. Av. 1670. || εἴης V in ras.] εισ R.
1297. ᾄσει Dawes] ἄ(ι)σεις V R. || γὰρ εἶ] εἶ γὰρ V R.
1298. Σαΐων] Σαμίων Reiske, Σακέων Blaydes.

1290. *σὺ μέντοι νὴ Δία*] *tu vero hercle! te sane volo!* [1]. Vehementer affirmantis nunc est *μέντοι* [2].

1293 sq. Lamachus quoniam fuit inter subscriptores pacis et mox foederis cum Lacedaemoniis initi [3], non est quod miremur eum eiusque filium quantumvis belli appetentes [4] inter Trygaei convivas commemorari. Ceterum contemtim pellitur nunc eius filius et patris satellitibus hastatis ista cantare iubetur, ipse autem Lamachus vocatur *κλαυσίμαχος* sive *κλάειν κελεύεται* [5].

1294. *ἄπερρε*] *proripe te* [6].
— *ᾆδ' ἰών*] id quod *ἴθι ᾀσόμενος* [7].

1297. „*Tu non canes negotia aerumnosa* [8], *nam e patre modesto natus es.*" Laus vere feminea in Cleonymum *τὸν ῥίψασπιν* [9] sic confertur [10].

1298—1301. Elegiam edidicit hic puer. Archilochus cum Enyalii tum Musarum ministrum se vocabat [11] — Koernerus alter [12], sed aliquanto minus quam ille animae prodigus, — et vitam militarem his versibus celebravit: „*ἐν δορὶ μέν μοι* „*μᾶζα μεμαγμένη, ἐν δορὶ δ' οἶνος | Ἰσμαρι*„*κός, πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος*" [13], in bello autem contra Saïos gentem Thraciam gesto clipeum amisit. Quam rem leniter subridens sic enarravit: „*ἀσπίδι* „*μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ |* „*ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων. | ψυ-*

[1]) Vid. ad Eq. 168. — [2]) Vid. vs. 473 sq. et 561. — [3]) Thucyd. V 19 et 24. — [4]) Vid. ad Ran. 171. — [5]) Plut. 58, 62 etc. — [6]) Cf. Eq. 4 Lys. 336 Ran. 1192 etc. — [7]) Vid. ad Nub. 1212. — [8]) Cf. vs. 1345 et vid. ad Vesp. 1392. — [9]) Vid. vs. 444—446 et ad Nub. 353. — [10]) Vid. ad Lys. 473 sq. Plut. 1119. — [11]) Vid. Athen. 627*c*. — [12] „Leyer und Schwert". — [13]) Vid. Athen. 30*f*.

„ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.“

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

εἰπέ μοι, ὦ πόσθων, εἰς τὸν σαυτοῦ πατέρ' ᾄδεις;

ΠΑΙΔΙΟΝ Β.

„ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα“ —

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

κατῄσχυνας δὲ τοκῆας.

ἀλλ' εἰσίωμεν. εὖ γὰρ οἶδ' ἐγὼ σαφῶς,
ὅτι ταῦθ', ὅσ' ᾖσας ἄρτι περὶ τῆς ἀσπίδος,
οὐ μὴ ἐπιλάθῃ ποτ', ὢν ἐκείνου τοῦ πατρός.

(Aedes intrat puer. — Ad chorum:)

ὑμῶν τὸ λοιπὸν ἔργον ἤδη ἐνταῦθα τῶν μενόντων

1301. *κατῄσχυνας δὲ τοκῆας* (*κατήσχυνάσδετοκῆας*) R] *κατήισχυνετοκῆρας* V[1], *κατησχυνάσγετοκῆας* V[2], *καταισχύνας γε τ.* Lenting probabiliter.

1305—1328. Haec quomodo sint distribuenda duo certiores nos faciunt indicia. Quorum alterum inest verbo „*εἰσίωμεν*" vs. 1302: scenam igitur relicturus est Trygaeus; alterum praebet vs. 1316 vox „*τις*" heri famulos iubentis: Trygaeus igitur redux iam loquitur. Quas observationes confirmat collatus Equitum fabulae exodus, ubi item laeto ornatu ex aedibus prodit qui primarum est partium, dein (Eq. 1316) a voce *εὐφημεῖν χρή*, ut Trygaeus h. l., loquendi facit initium. Ergo versus 1312—1315 non sunt Trygaei, sed Coryphaei, et post versum 1310 vel 1311 Trygaeum aedes intrare patet. In V R et in scholio metrico ad vs. 1316 Trygaeo tribuuntur vs. 1305—1310 (cum praegressis) et 1312—1315, Choro 1311 et 1316—1328. Trygaeo versus 1316—1328 dat Ald., Beer versus 1305—1328 continuat Choro (testibus *ὑμῶν* et *ἐνταῦθα* vs. 1305 non recte; quae a Chori duce ad sodales apte dici nequeunt).

„*χὴν δ' ἐξεσάωσα. τί μοι μέλει ἀσπὶς ἐκείνη!* | „*ἐρρέτω! ἐξαῦτις κτήσομαι οὐ κακίω*" [1]). Lacedaemoniorum cum civitatem viseret propter versus illos eiectum finxere posteri [2]). Quamquam non „abiecisse" sed „arbori accline invitum reliquisse" se ait *ἔντος ἀμώμητον* sive *ὅπλον ἄμεμπτον*, *clipeum optimum*.

1300. *πόσθων*] iocose contemnentis vox [3]).

— *εἰς τὸν σαυτοῦ πατέρα*] *tuum ipsius patrem spectans* [4]).

1302. *εὖ γὰρ οἶδα ... σαφῶς*] item Aeschylus: „*εὖ γὰρ σαφῶς τόδ' ἴστε*" [5]), Menander: „*εὖ ἴσθι ἀκριβῶς*" [6]). Similimae abundantiae sunt: *εἰκῇ ῥᾳδίως, δσημέραι ἀεί, μάτην διὰ κενῆς*, alia plurima [7]).

1304. *οὐ μὴ ἐπιλάθῃ*] *non est periculum ne obliviscaris* [8]).

1305. *ὑμῶν ... ἔργον*] *vestrum officium* [9]).

[1]) Plut. Mor. 239*b* Cram. Anecd. Paris. IV 412. Male apud Sextum Emp. sic expletum esse: „*<αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος> ἀσπὶς ἐκείνη κτέ.*" noster locus docet. — [2]) Plutarch. l. l.; cf. Piccolomini Hermes 1883 p. 266, Hauvette Archiloque 1905 p. 55. — [3]) Fere = nostrum *kleine kleuter*. Item Menandr. fr. 481. Vid. ad Ran. 200 (Nub. 1014). — [4]) Vid. ad Av. 917. — [5]) Aesch Pers. 784. — [6]) Menandr. fr. 575[3]. — [7]) Vid. ad Thesm. 830 sq. — [8]) Vid. ad Vesp. 394. — [9]) Cf. vs. 426 et vid. ad Nub. 1345.

φλᾶν ταῦτα πάντα καὶ σποδεῖν, καὶ μὴ κενὰς παρέλκειν.
ἀλλ' ἀνδρικῶς ἐμβάλλετ', ὦ,
καὶ σμώχετ' ἀμφοῖν τοῖν γνάθοιν. οὐδὲν γάρ, ὦ πονηροί,
λευκῶν ὀδόντων ἔργον ἔστ', ἢν μή τι καὶ μασῶνται.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἡμῖν μελήσει ταῦτά γ'· εὖ ποιεῖς δὲ καὶ σὺ φράζων.
(Aedes et Trygaeus intrat. — Ad ceteros choreutas:)
ἀλλ' ὦ πρὸ τοῦ πεινῶντες, ἐμβάλλεσθε τῶν λαγῴων·
ὡς οὐχὶ πᾶσαν ἡμέραν
πλακοῦσιν ἔστιν ἐντυχεῖν πλανωμένοις ἐρήμοις.
πρὸς ταῦτα βρύκετ', ἢ τάχ' ὑμῖν φημι μεταμελήσειν.
(Avide edulia comedunt choreutae.)

1307. ἐμβάλλετ', ὦ Bergk] ἐμβάλλετον V R, ἐμβάλλετε | σμώχοντες Dobree.
1310. τι R] περ V.

— ἐνταῦθα τῶν μενόντων] „*qui istic*" — in orchestra „*manetis*". Praemittitur adverbium, quo maior sit eius vis [1]).

1306. Choreutae Trygaeum non intus sunt secuturi, quapropter „ταῦτα πάντα" eis relinquit devoranda [2]), — placentas dicens, partim carnibus leporinis refertas [3]), quas modo ei dono obtulerunt grati mercatores [4]).

— μὴ κενὰς παρέλκειν | ἀλλὰ ... ἐμβάλλετε] a *remigando* — ut supra τὸ μετεωροκοπεῖν [5]) — ductae sunt locutiones, mente enim supplendum est: τὰς κώπας [6]). „*Remos non inertes e navis latere suspensos relinquere, sed strenue ducere aquae immersos.*" Simili metaphora homo tardus dicitur ἐφολκός [7]).

1309. σμώχετε] alibi non reperitur verbum, sed σμῶξαι id quod πατάξαι significasse aiunt grammatici [8]); eo igitur sensu quo φλᾶν vel ἐρείδειν nunc est usurpatum [9]).

1309 sq. οὐδὲν ... ἔργον ἐστί] *nihil ... opus est, nihil prosunt* [10]), id quod οὐδὲν ὄφελος [11]).

1311. „*Nobis id mandatum esto!* [12]) *Quamquam laudo te* [13]) *quod nobis indicasti.*"

1312—1314. Agricolae, qui tamdiu procul a rure in urbe esuriverunt, iubentur nunc alacriter arripere τὰ λαγῷα — fortasse „ἐπ' ἀμύλοις καθημένα", ut est apud Teleclidem [14]) — et τοὺς πλακοῦντας, quos sors benigna vel Trygaei liberalitas praebuit iis fruendos. Talia non solent in via publica relinqui τῷ ἐντυχόντι! At hodie certe ἐν πᾶσι λαγῴοις βιώσονται qui Pacem deam in terras reduxerunt [15]). — Verbum ἐμβάλλεσθαι [16]) id quod ἐμφορεῖσθαι, *ingurgitare se*, nunc valet. Placidius loquentium ... et edentium sunt ἐντίθεσθαι et ἔνθεσις [17]).

1315. πρὸς ταῦτα βρύκετε] *proinde* [18]) *vorate* [19]).

---

[1]) Cf. Av. 1418 et vid. supra ad vs. 647. — [2]) Cf. Plut. 694 Menandr. fr. 607 et vid. ad Nub. 1376 et ad Ran. 576. — [3]) Cf. vs. 1312. — [4]) Vid. ad vs. 1204—1207. — [5]) Vs. 92. — [6]) Recte sic schol.; cf. Eq. 602. — [7]) Vesp. 268. — [8]) Vid. Et. M. — [9]) Vid. ad vs. 25. — [10]) Cf. Plut. 1154 et vid. ad Av. 1308. — [11]) Cf. vs. 1194 et Plut. 1152. — [12]) Cf. vs. 149. — [13]) Vid. ad Eq. 1180. — [14]) Teleclid. fr. 32; cf. Pherecrat. 108[17]. — [15]) Vid. Vesp. 709. — [16]) Cf. Av. 1143 Lys. 562. — [17]) Cf. Eq. 404. — [18]) Vid. ad Vesp. 927. — [19]) Vid. ad Av. 26.

EXODUS.

(vs. 1316—1357.)

(Foras prodit Trygaeus.)

SCENA VIGESIMA QUINTA.

Trygaeus, Chorus.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

εὐφημεῖν χρὴ καὶ τὴν νύμφην ἔξω τινὰ δεῦρο κομίζειν,
δᾷδάς τε φέρειν, καὶ πάντα λεὼν ξυγχαίρειν καὶ ἐπικελεύειν.
καὶ τὰ σκεύη πάλιν εἰς τὸν ἀγρὸν νυνὶ χρὴ πάντα κομίζειν
ὀρχησαμένους καὶ σπείσαντας καὶ Ὑπέρβολον ἐξελάσαντας
καὶ ἐπευξαμένους τοῖσι θεοῖσιν,
διδόναι πλοῦτον τοῖς Ἕλλησιν,
κριθάς τε ποιεῖν ἡμᾶς πολλὰς
πάντας ὁμοίως οἶνόν τε πολύν,
σῦκά τε τρώγειν,
τάς τε γυναῖκας τίκτειν ἡμῖν,

1317. ἐπικελεύειν V^1 R] ἐπιχορεύειν V^2 (ut Xen. Conv. 9 § 4).
1318. νυνὶ Kuster] νῦν R, om. V. || πάντα κομίζειν R] κ. π. V.
1320. καὶ ἐπευξαμένους V R] κἄπειτ' εὐξαμένους l. a. in V, κᾆτ' εὐξαμένους Bentley. In archetypo videtur fuisse καπευξαμενους, i. e. κἀπ- et κᾆτ'.

1316. εὐφημεῖν χρή] *lingua favere oportet* [1].

— τινα] *ministrorum aliquem* [2].

1317. πάντα λεών] e prisca lingua in huiuscemodi formulis remansit [3].

1318. τὰ σκεύη] rastra, ligones, cetera instrumenta rustica [4], quae choreutae tum, cum parabasim fecerunt, posuerunt [5], sumere nunc iubentur denuo, — sumunt igitur, — ad villas suas duce Trygaeo profecturi.

1319. Supra Trygaeus παῦσαι Ὑπέρβολον se est gloriatus [6], nunc etiam expelli eum iubet. Undenam expelli? Illinc ubi nunc pacem recuperatam celebrant agricolae. Ex ipsa igitur civitate iam pelli eum satius est. Pulsus est ostracismo anno quinto post [7].

1321 sq. Efficiunt haec ἓν διὰ δυοῖν, nam divitias eas cogitat nunc aut solas aut potissimum, quas vox πλοῦτος primitus significat, eas quas alma terra e gremio summittit [8]. Dicitur ποιεῖν κριθάς, σῖτον, οἶνον, similia [9], ut ἐργάζεσθαι χρήματα [10].

1325. Hominum iustorum et diis carorum „τέθηλε πόλις, λαοὶ δ' ἀνθεῦσιν „ἐν αὐτῇ, | εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος."

[1]) Vid. ad Ran. 354. — [2]) Vid. ad Ach. 805. — [3]) Vid. ad Vesp. 186. — [4]) Vs. 552. — [5]) Vs. 729 sq. — [6]) Vs. 921, ubi vid. — [7]) Vid. ad Vesp. 1007. — [8]) Vid. ad Plut. 13. — [9]) Cf. [Aristot.] Rep. Ath. 7 § 4 [Demosth.] XLII § 20 Aristom. fr. 11. — [10]) Eq. 840; cf. etiam Eccl. 442.

καὶ τἀγαθὰ πάνθ᾽, ὅσ᾽ ἀπωλέσαμεν,
ξυλλέξασθαι πάλιν ἐξ ἀρχῆς,
λῆξαί τ᾽ αἴθωνα σίδηρον.“
(Ex aedibus deducitur Opora sponsae ornatu.)
δεῦρ᾽, ὦ γύναι, εἰς ἀγρόν,
χὤπως μετ᾽ ἐμοῦ καλὴ
καλῶς κατακείσει.

ΧΟΡΟΣ.

Ὑμήν, Ὑμέναι᾽ ὦ!

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὦ τρισμάκαρ, ὡς δικαί-
ως τἀγαθὰ νῦν ἔχεις.

1331—1357. Alii aliter distribuunt. In V R vs. 1331 est hemichorii, vs. 1351 sq. et 1355—1357 Trygaeo tribuuntur, vs. 1353 sq. Choro, vs. 1332 praescriptum habet ἄλλο(ἡμιχόριον); sequentes in V signis „—“ et „:“ distinguuntur, in R signis carent.

1331. ὑμήν R] ὑμὴν ὦ V.

Talibus mortalibus „φέρει μὲν γαῖα πολὺν „βίον, . . . τίκτουσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα „τοκεῦσι, | θάλλουσιν δ᾽ ἀγαθοῖσι διαμπερές· „οὐδ᾽ ἐπὶ νηῶν | νίσσονται, καρπὸν δὲ φέρει „ζείδωρος ἄρουρα“ [1]). Quam vero dii oderunt civitatem, ea „φθίνει κάλυξιν ἐγκάρποις χθονός, φθίνει δὲ τόκοισι γυναικῶν“ [2]). Itaque in precibus erat: „ταῦτα „ποιεῦσι ὑμῖν γῆ τε καρπὸν ἐκφέροι καὶ γυναῖκές τε καὶ ποῖμναι τίκτοιεν“ [3]), vel in iureiurando Dreriorum: „εἰ δὲ τάδε μὴ „κατέχοιμι . . . μήτε μοι γᾶν καρπὸν φέρειν „[μήτε γ]υναῖκας [τίκτει]ν κατὰ φύ[σιν μήτ]ε „πάματα“ [4]).

1327. πάλιν ἐξ ἀρχῆς] eadem quae supra loquendi ubertas [5]).

1328. αἴθωνα σίδηρον] epico epitheto [6]) etiam Hermippus in paroemiaco usus est, qui Periclis nimiam quae multis videbatur cautionem irridens et Satyrorum regi (Dionyso) eum assimulans, in orationibus fortissimum esse nescio cuius ore perhibuit, arma vero sumere nolle: „παραθηγομένης βρύχεις κοπίδος | „δηχθεὶς αἴθωνι Κλέωνι“ [7]). Siquidem Hermippo hi versus iure sunt tributi; nam e Cratini Dionysalexandro, cuius argumentum nuper innotuit [8]), esse ductos, est cur suspicemur.

1329 sqq. Pompa et carmine nuptiali [9]) etiam Aves fabula clauditur, laeto autem coetu choreutae cum histrionibus etiam in fine Lysistratae, Ecclesiazusarum, Pluti abeunt, nec non Acharnensium, Equitum, Vesparum, Ranarum similis aut subsimilis est exitus.

1330. „*Et cura ut* [10]) *pulcra pulcre* [11]) *mecum concumbas*“; ὅπως μὴ κακὰ κακῶς παρέξεις [12]).

---

[1]) Hes. Oper. vs. 225—237. — [2]) Soph. Oed. R. 25—27. Cf. etiam Proleg. Eccl. p. V. — [3]) Herodot. III 65. — [4]) Solmsen Inscr. Gr. ad inlustrandas dial. sel. 31[88] (Cauer Del.[2] 121 Dittenb. Syll.[2] 463 Dial. Collitz. 4952). Item in Dial. Collitz. 5024[73]. — [5]) Vid. vs. 996. — [6]) Hom. Δ 485 etc.; cf. Soph. Ai. 147. — [7]) Hermipp. fr. 46. — [8]) Oxyrhynchus papyri IV. — [9]) De Hymenaeo vid. ad Av. 1736. — [10]) Vid. ad Nub. 489. — [11]) Vid. ad Nub. 554. — [12]) Vid. Lys. 162.

ΧΟΡΟΣ.

Ὑμήν, Ὑμέναι' ὦ!
Ὑμήν, Ὑμέναι' ὦ!

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τί δράσομεν αὐτήν;

ΧΟΡΟΣ.

τί δράσομεν αὐτήν;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τρυγήσομεν αὐτήν.

ΧΟΡΟΣ.

τρυγήσομεν αὐτήν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' ⟨ἀράμενοι⟩ φέρω-
μεν (οἱ προτεταγμένοι)
τὸν νυμφίον, ὦ ἄνδρες.

(A parte chori sublimis tollitur Trygaeus.)

ΧΟΡΟΣ.

Ὑμήν, Ὑμέναι' ὦ!
Ὑμήν, Ὑμέναι' ὦ!

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

οἰκήσετε γοῦν καλῶς,

1336—1339. Olim in quibusdam exemplaribus defuisse ait scholiasta.
1341. *προτεταγμένοι* Bentley] *προστ.* V R.
1345. *γοῦν*] *νῦν* Paley.

1338—1350. Est haec „fescennina iocatio" [1]), cuius materiem praebet sponsae nomen Opora [2]).

1340. *ἀράμενοι φέρωμεν*] *humeris sublatum feramus* [3]). Etiam Dicaeopolis et Lamachus sic auferuntur in Acharnensium fabulae exitu, Paphlago in fine Equitum.

1341. *οἱ προτεταγμένοι*] *primus ordo choreutarum.*

1345. *γοῦν*] *sanequam.* Iocantium particula [4]).

---

[1]) Catull. LXI 127. — [2]) Vid. etiam ad Ach. 275 Av. 506 sq. Plut. 1086—1093 Eccles. Proleg. p. V. — [3]) Cf. Ran. 32. — [4]) Cf. Thesm. 263 etc.

οὐ πράγματ' ἔχοντες, ἀλ-
λὰ συκολογοῦντες.

(Alia chori pars sublimem tollit Oporam.)

Ὑμήν, Ὑμέναι' ὦ!
Ὑμήν, Ὑμέναι' ὦ!

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τοῦ μὲν μέγα καὶ παχύ,
τῆς δ' ἡδὺ τὸ σῦκον.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

φήσεις γ', ὅταν ἐσθίῃς,
οἶνόν τε πίῃς πολύν.

ΧΟΡΟΣ.

Ὑμήν, Ὑμέναι' ὦ!
Ὑμήν, Ὑμέναι' ὦ!

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

(ad spectatores:)

ὦ χαίρετε, χαίρετ', ἄν-
δρες, κἢν ξυνέπησθέ μοι,
πλακοῦντας ἔδεσθε.

(Laeta pompa instituta abeunt omnes.)

1356. κἢν V[2]] κἂν V[1] R.

1346. οὐ πράγματ' ἔχοντες] *nemo enim negotia vobis facesset* [1]).

1351. φήσεις γ', ὅταν κτέ.] item simili Equitum loco: „φήσεις γ', ἐπειδὰν τὰς τριακοντούτιδας | σπονδὰς παραδῶ σοι" [2]).

1355—1357. Trygaeus cum uxore et sodalibus choreutis rus proficiscens in demum Athmonensium, valere iubet spectatores, et comitari si se velint, iis quoque, ut choreutis [3]), placentas praebiturum se promittit. Sic in exitu Ecclesiazusarum ancilla: „καὶ τῶν θεατῶν εἴ „τις εὔνους τυγχάνει, | καὶ τῶν κριτῶν εἰ μὴ „ἑτέρωσέ τις βλέπει, | ἴτω μεθ' ἡμῶν· πάντα „γὰρ παρέξομεν" [4]).

---

[1]) Vid. ad Vesp. 1392. — [2]) Eq. 1388 sq.; praeterea vid. supra vs. 859 et ad Nub. 154. — [3]) Cf. vs. 1314. — [4]) Eccl. 1141—1143.

INDEX
RERUM ET NOMINUM
QUAE IN ANNOTATIONIBUS TANGUNTUR.

ARISTOPHANIS

VESPAE.

CUM PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

EDIDIT

J. VAN LEEUWEN J. F.
in universitate Lugd. Bat. prof.

Luigi von Kunits.

LUGDUNI-BATAVORUM
APUD A. W. SIJTHOFF
MDCCCXCIII

ΤΗΙ ΕΝ ΑΘΗΝΑΙΣ ΕΠΙΣΤΗΜΟΝΙΚΗΙ
ΕΤΑΙΡΕΙΑΙ,

QUAE SOCIUM PRAECEDENTI ANNO ME RECEPIT,

GRATO ANIMO

HUNC LIBRUM DEDICO.

Anno 1885 Aristophanis Acharnenses edidi cum prolegomenis et commentariis patrio sermone scriptis. Ex cuius libri titulo (*Blijspelen van Aristophanes. Eerste stuk. De Acharniërs*) apparebat me aliarum quoque comoediarum similes editiones parare. Placuit autem ea editio viris quorum opinionem plurimi facio, neque discipulis meis ingrata fuit, nisi fallor. Cum tamen raros esse emtores bibliopola mihi dixisset, consilium illud abieci, et si quando rationes meae tulissent fabulam aliquam cum notis Latine scriptis in lucem emittere constitui.

Vesparum autem editio aegre desiderari mihi videbatur. Nam etsi textus huius fabulae cura criticorum passim purgatus satis integer iam circumfertur, multa tamen inesse intellectu difficilia quaeque non corrigenda sint sed explicanda, consentiunt omnes. Richteri autem, qui ultimus cum commentario eam edidit (Aristophanis Vespae, edidit J. Richter Berol. 1858), quae fuerit peritia docent e. g. quae ad versum 213 annotavit: „τί οὐκ ἀπεκοιμήθημεν] aoristus non placet, certe exemplis careo", — cui exempla complura praebere poterat v. c. Heindorfii nota ad Platon. Protag. 310*a*. Quam aptum autem ei fuerit ingenium ad comici facetias suo pretio aestimandas et illustrandas luculenter apparet in notis ad vs. 45 ὁλᾷς; Θέωλος τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει: „praeterea ... Θέωλος quasi Θεώλης quidam est, „diis invisus. Infra enim vs. 416 utrumque et θεοσεχθρία et „quod κόλαξ fuerit repetitur. Postremo crediderim, etiam verbo „ὁλᾷς v. 45 lusisse Comicum, ut esset ὁ λᾶς tanquam saxum „Sisyphi, impudens, bonorum impedimentum". — Plura excribere piget — προσίσταται γάρ —, scatet autem eius editio huiusmodi annotatiunculis.

Multo meliora prolatum iri in Vesparum editione, quam a Blaydesio parari fama fert, quivis intellegit; vellem autem viri

acuti et indefessi copiis uti potuissem dum hunc librum concinnabam. Coniecturae Blaydesii, quas in notis criticis commemoravi, desumtae sunt ex editione Aristophanis minore (Aristophanis comici quae supersunt omnia, Hal. 1886), quae nihil nisi fabularum textum cum paucis addendis continet. Quapropter facile fieri potuit ut ipsi Blaydesio nonnumquam tribuerem quae aliis criticis deberentur.

In Aristophanis aliorumque comicorum fragmentis afferendis secutus sum recensionem Kockii; tragicorum autem fragmenta e Dindorfii poetarum scenicorum editione quinta citavi.

Operam me dedisse ne quid me fugeret ex iis quae hactenus a philologis sunt allata ad hanc fabulam explicandam eiusve textum rectius constituendum, apparebit, ut spero, lectoribus peritis; ne tamen nimia huius libri fieret moles, multa quae improbanda ducerem tacitus praeterii. Meas coniecturas asterisco (*) indicavi.

In Mnemosyne anno 1888 quaestiones nonnullas ad Vespas pertinentes tractavi (I de Vesparum ὑποθέσει p. 251—263, II de Aristophane peregrino pag. 263—288, III de Aristophane Cleonis Euripidisque in Vespis irrisore pag. 399—438); unde in prolegomena, quae huic editioni praemisi, quaedam recepi. Primum autem caput prolegomenon tantum non integrum desumsi ex oratione, quam in Academia nostra Regia mense Februario huius anni habui (over strekking en samenstelling der Wespen van Aristophanes, Verslagen en mededeelingen der kon. Akademie van Wetenschappen afdeeling letterkunde 1893).

Scripsi mense Februario 1893.

J. van Leeuwen J. f.

PROLEGOMENA.

I.

Vesparum argumentum enarraturis prius breviter sunt complectenda quae poeta ante hanc fabulam scenae commissam in sua arte praestitit. Anno igitur 428/7 primam comoediam composuit *Daetalenses*, quae alieno nomine in certamen proposita et secundo praemio ornata est. Sequenti vero anno multo graviorem materiem tractandam sibi sumsit in *Babyloniis* fabula, qua ostendisse se „quali imperio populus Atheniensis utatur in socios" ipse gloriatur Acharn. vs. 642. Finxerat enim socios in pistrino domini Attici serviliter laborantes, et Cleonem produxerat furti convictum rapinasque suas in scena revomere coactum [1]). Haec autem dominii, quo socios opprimebant Athenienses, imago vividissimis coloribus distincta, quae magnis Liberalibus anni 427/6 (mense Martio anni 426) scenae est commissa, quantum civerit odium facile intellegimus; nam multi ex illis sociis, qui vilia plebis Atheniensis mancipia vocabantur, Athenis aderant, quo his ipsis diebus annua suarum civitatum tributa detulerant, et nunc in theatro assidebant; quominus autem ioci tantum causa talia fingi neque fellis quicquam sales comicos admistum habere crederent, obstabat sors Lesbiorum, qui vi nuper coërciti iam in sua ipsorum insula peregrinabantur, et per Cleonem si stetisset, ad unum omnes necati fuissent vel veniissent. Quapropter ultra fines licentiae Bacchicae concessos late expatiatus esse videbatur poeta Babyloniorum, et κα-

---

1) Apparet hoc ex Acharn. vs. 5; videantur quae ad illum locum annotavi in editione mea Acharnensium et infra ad Vesp. vs. 757 sqq.

κολογίας εἰς τὸν δῆμον apud senatum accusatus est is, qui suo nomine fabulam proposuerat, Callistratus [1]). Nam in scena Attica homines coelitesque ridere neque lex vetabat neque mos maiorum, sed si quis τὸν δῆμον κωμῳδεῖν καὶ κακῶς λέγειν sustinuisset, id non impune ferebat [2]).

Callistratus sitne damnatus necne, non liquet; promisit certe se posthac nihil eiusmodi commissurum. Novum autem drama dum scribebat Aristophanes anno 426, memoria litis, quam praecedens comoedia moverat, eius menti infixa haerebat. Hinc in *Acharnensibus* identidem — iocose dicam an anxie — iteratur illud „de civitate non loquor", „civitatem nostram profecto non peto" [3]).

Sed Acharnensium fabula Lenaeis (mense Februario) anni 425 maximo plausu accepta primoque praemio ornata Aristophani spiritus fecit. Stimulante autem fama, ut vino generoso, mens poetae iuveniles annos nondum egressi efferbuit, spretisque prudentiae consiliis promisso, quod Callistratus dederat [4]), „se Cleonem in lora dissecturum esse", ipse stare decrevit, claro poetae nihil non licitum esse credens, fretusque amicitia iuvenum nobilium, in quorum notitiam sive antea venerat sive post victoriam scenicam splendide nuper reportatam; optimates enim probe intellexerunt facetissimum poetam eundemque strenuum temporis praeteriti laudatorem in factionis suae consiliis persequendis minime spernendum esse socium.

Suo igitur nomine in certamen proposuit fabulam *Equites*, qua Cleonem totumque civitatis statum popularem, cuius caput Cleo erat, acerbissime derisit; iuvenes autem nobiles in equis sedentes splendideque ut in pompa panathenaica ornati, poetae in gratiam chorum agebant; nec dubium est quin spectatores, qui caveam implebant, stupuerint chorum illum personis carentem aliisque comoedorum choris quam dissimillimum. Neque minorem admirationem movit argumentum huius fabulae, quae Lenaeis (mense Februario anni 424) est acta; deridendus enim propinabatur vir, qui nuper ad Pylum re probaverat se non

1) Vid. Ach. 377—382, 501—508, 630—642.
2) Vid. [Xen.] de Rep. Athen. II 18.
3) Vid. Ach. 515, 631, 663.
4) Ach. 301.

sine causa saepius invectum esse in strategorum tarditatem, et promisso quod dederat splendide peracto [1]) potestatem suam magis etiam confirmaverat. Nihil iam de sociorum servitute: ipse Cleo sub larva turpis dolosique servi Paphlagonis [2]) exagitatur; victoriam, qua inclaruit, aut caeco casui debere dicitur aut suae ipsius fallaciae [3]), neque ullas artes didicisse nisi clamandi iactandi mentiendi suffurandi. Hilaritatis non multum profecto inest fabulae, quae probris malignis atque apertis est oppleta; neque poeta auditorum animos procul a factionum iurgiis rerumque publicarum adumbratione aliquantisper recreari iocisque innocentibus pasci sivit, ut in festivissimo Acharnensium episodio ubi Euripidem visit Dicaeopolis. Exitum autem dramatis Aristophanes hausisse videtur ex mendicorum pugna quam novimus ex Odyssea: Irus quemadmodum semianimis proicitur in aulae angulum „porcis canibusque timendus'', sic Paphlago foras abigitur ut inter urbis faeculam posthac degat [4]); sed victor quem Homerus cecinit mirum quantum distat ab homine cui in Equitibus primae deferuntur; hic enim postquam arte Circaea ex nequam institore in virum probum atque integrum est mutatus, minus etiam placet quam antea; dominus autem eius Demus, cui sub fabulae finem non minus mirifice restituitur pristinae aetatis splendor atque vigor [5]), neque quo percellat spectatorum animos habet neque quo risum extorqueat neque veri simile habet quicquam, sed molestus et insulsus nugator nemini non videtur. Scilicet studium rerum publicarum Cleonisque odium arti poetae offecerunt.

Non tamen obstiterunt hae causae quominus placeret fabula et primo praemio ornaretur. Quem vero poetae nova victoria elato putamus animum fuisse paucis diebus post, cum in ius vocatus est propter legem scenicam violatam. Videre mihi videor iuvenem modo stupore perculsum modo ira aestuantem.

---

1) Haec est *μανιώδης* illa *ὑπόσχεσις*, quam dicit Thucydides IV 39.

2) Servile hoc est nomen, ut Φρύξ vel Κάρ; sed elegit id poeta ut ad verbum *παφλάζειν* *ebullire* vel *aestuare* alluderet, tumultuosam Cleonis facundiam ridens, de qua vid. ad Vesp. vs. 36. Cf. Eq. 919 Pac. 314 Hom. N 798.

3) Vid. Eq. 742—745.

4) Hom. σ 105, Ar. Eq. 1399.

5) In scena apparet *τεττιγοφόρας*, *ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρός* Eq. 1331.

Tantine ingenii poetam, cuius amicitiam cultissimus quisque Athenis expeteret, ante iudices trahi, perinde atque sutorem quemlibet vel cauponem! Cleonem id sustinuisse ut Aristophanem aggrederetur! — Sustinuit sane Cleo, neque diu opinor dubitavit lexne esset vindicanda. Iocos enim, quibus scurrae urbani in scena ipsum petebant — scurram autem Aristophanem quoque ducebat vir a musis alienior rebusque publicis intentus — iocos igitur comicorum quamquam penitus contemnebat, neque tam futtili erat ingenio ut apud iudices de huiusmodi nugis conquereretur rerum gravissimarum satagens, minime tamen connivendum esse putabat si adulescentulus in animum sibi induceret non sibi scriptas esse leges civitatis. Accusavit igitur aut ab aliis accusandum curavit Aristophanem propter Equitum fabulam suo nomine propositam. Solis enim civibus licebat ludis publicis certare, Aristophanes autem civis Atticus non erat, sed a patre Aegineta, qui in Atticam migraverat, e matre Attica erat susceptus [1]).

In veteris autem grammatici commentatione, quae Vita Aristophanis inscripta est, poeta crimen facillime a se depulisse fertur recitatis verbis Telemachi, hospiti roganti Ulixisne revera sit filius respondentis [2]):

quippe hoc me genitum mater testatur; at ipse
ignoro, sua nam nulli notescit origo.

At huic commento ne fidem habeamus multa dehortantur; non enim facetiae sed argumenta in iudicio erant proferenda, neque ioculare profecto sed gravissimum erat ξενίας crimen. Videtur autem fabella nata esse e verbis, quibus Aristophanes ipse ad hanc accusationem allusit Vesp. vs. 1284 sqq.: „fuere qui dice„rent me cum Cleone pactionem iniisse quo tempore ab eo „oppressus sum, adstante corona quae nullum mihi ferebat „auxilium sed novum aliquem iocum a me prolatum iri spera„bat. At specie decepti sunt: lusi tunc hominem, iamque su„perior evasi''. Haec verba, de quibus infra plura erunt dicenda, si cum versibus 718 sq. et 1229 sq. componimus, patet poetam non cum plausu a iudicibus facilibus esse dimissum, sed pror-

1) De Aristophane peregrino fuse disputavi in Mnemosyne 1888 p. 263 sqq.
2) Hom. Od. α 215 sq.

sus alium causae fuisse exitum. Oppressus est comicus, nihilque ei profuit bonorum virorum amicitia; aut poenam luit aut — quod veri videtur similius [1]) — gravissimam poenam ei minati sunt iudices si posthac civis iura sibi arrogasset. „Non iterum se facturum" promisit, perterritus opinor et flebili voce. Et quoniam civem non esse Aristophanem in iure iam apparuerat, a nullo posthac magistratu chorum impetrare potuisset, etiamsi petivisset; quapropter Callistrato et Philonidi aliisque viris amicis posthac suas fabulas tradidit in certamen proponendas [2]).

Ceteros comicos vehementi gaudio affecit res adversa, qua afflictus erat aemulus unus omnium maxime metuendus. „Herculis natalibus ortum" eum exultans dixit Plato in Pisandro fabula [3]), quem iocum mox repetiverunt Aristonymus Amipsias Sannyrio [4]). Alter nimirum Hercules videbatur Aristophanes, qui multa agendo sibi nihil ageret, alienae famae suis laboribus inserviens, quod iustis nuptiis non esset editus. In eadem Platonis fabula „Arcades imitari" dicebatur [5]), Arcades enim latrones cuilibet praesto erant, ut suo ense alienos hostes peterent. Etiam Eupolidem, quocum amice consueverat dum Equitum docebat fabulam, brevi post ab eo alienatum esse testantur probra quibus invicem se saepius lacessiverunt; in Vespis autem et in Pace complura huiusmodi inveniuntur maledicta.

Legibus obtemperandum et iuvenilem audaciam refrenandam esse poeta noster melius iam sensit quam antea; circumspicienti autem locum ubi luxurians ingenium sine periculo circumvagari posset, philosophiae regiones tutiores sunt visae quam patriae solum. Recordabatur autem quantam laudem prima sua fabula Daetalensibus meruisset, in qua iuvenum nova sophistarum eruditione imbutorum mores riserat. Ex eodem igi-

---

1) Nam culpae pars haud exigua redundabat in archontem, qui chorum ei dederat petenti.

2) Excipienda fortasse est fabulae *Pluti* recensio altera, quae diu post Peloponnesiaci belli tempora est acta; quamquam ab Aristophanis filio scenae commissam esse puto equidem. Vid. Mnemos. 1888 p. 276 sqq.

3) Τετράδι γέγονας, Plat. fr. 100.

4) Vid. Vita Aristophanis et schol. Platon. Apolog. p. 19 *c*.

5) Ἀρκάδας μιμούμενος Plat. fr. 99, apud Suidam s. v., ubi quod legitur διὰ πενίαν correxi in διὰ ξενίαν Mnemos. l. l. p. 268. Cf. Cobet de Plat. Com. p. 102—110.

tur fonte novam duxit comoediam *Nubes*, quae qualis fuerit divinando tantum nec nisi ex parte assequi possumus, nam multis locis a fabulae recensione, quae ad nos pervenit, fuit diversa. Sed infelix hoc poetae consilium fuit, hospes enim erat eius musa procax in caliginosis illis regionibus, ubi Socratem cum sodalibus suis degere finxit; philosophia autem, cuius neque spectatores studiosi erant neque ipse Aristophanes notitiam contraxerat ullam, fabulae materiem non praebebat idoneam. Socrates, cui imputavit comicus quicquid Athenis sive sceleste sive stulte perpetrabatur, non is erat cui in iocoso dramate primae partes tribuerentur, neque poeta eo pervenit ut hominis imaginem sive ex vero pictam exhiberet sive in ridiculum detortam. In scenam produxit nugatorem, de quibusvis rebus humanis atque coelestibus insulsissime deblaterantem et sophistarum artibus perabsurde utentem, sed Socrates cur homo ille vocaretur vix ulla apparebat causa, si leviora quaedam negligimus, ad morum vitaeque viri insolentiam pertinentia sed cum sapientiae studio ne cohaerentia quidem. Quapropter non est quod miremur, parum placuisse fabulam, cuius argumentum partim non esset novum — oppositio enim disciplinae sophisticae priscorumque morum in Daetalensibus spectata erat antea — partim a veri specie nimis longe abhorreret. In Equitibus Cleonem, quamquam ficto nomine servilique habitu prodeuntem, quivis statim agnorat: Socrates vero in Nubium fabula, licet centies nominatim compellaretur, a nullo spectatore agnoscebatur; quin multis opinor ignotus fuit vir ille humili loco natus et tenuiter vivens. Rarus igitur fuit risus, plausum parcum tulit fabula, ultimo loco a iudicibus scenicis est habita. Quam repulsam cum indigne ferret iuvenis pristino populi favore elatus, retractare coepit comoediam, ut iterum posset in certamen proponi tanquam nova; sed frustra ingenii sui thesauros effudit in opus quod vitale non erat, neque praeter ipsum quisquam fuit, qui crederet Nubes esse ex eius fabulis unam omnium optimam [1]). Itaque biennio post cum Nubes alteras docere vellet, ne chorum quidem impetrare potuit; postea drama denuo corrigere coepit, sed ad finem non per-

1) Nub. 522 Vesp. 1047.

duxit tertiam recensionem, quae imperfecta ad nos pervenit, male cohaeret, parum apte decurrit, licet quaedam partes sint pulcherrimae summoque poeta condignae.

Spe ita frustratus comicus sublimia illa reliquit, repetivitque res terrestres humanas Atticas, quibus innutritus erat; integer autem ei, ut Antaeo, rediit vigor simulatque terram natalem denuo tetigit. Torpebat eius ars extra civium contentiones rerumque publicarum acres stimulos; non nisi in vitae quotidianae solo pingui et fervido eius poesis laete florere poterat, quae si in puriorem terram aëraque tenuiorem transferebatur, languescere statim incipiebat atque pallescere.

Ne tamen in nova crimina incideret, Aristophanes nunc e vita publica desumsit materiem, quae tractari posset sine aperta virorum insignium derisione; et felicissimum profecto elegit argumentum. Quid enim excogitari potuit ridiculum magis quam miles emeritus in Themidis templo sacerdotis munere fungens; pugnator grandaevus mercede conductus ad rabularum artes veteratorias diudicandas? Ecce procedunt marathonomachi illi, qui barbaros olim debellarunt nullo praemio proposito praeter patriae libertatem, quae sanguine ac vita iis potior erat. Alius nunc est habitus aliaque vitae ratio: „sodalicium trinummi" iam ex iis est constitutum [1]); in iudiciorum scamnis sedere unica iis est felicitas, pro telo est tabella cerata, neque dentibus mordent — quippe dudum edentuli — sed calculis [2]). Ecce Graeciae dominos mercenariam praestantes opellam! Sub diluculum quotidie in forum venit ingens senum decrepitorum multitudo [3]), quibus primo mane surgendum fuit et foras ereptandum. Undique confluunt, poplites rigidos vix ducentes; patienter autem adstant ore aperto inhiantes lucello, ceu canum famelicorum caterva; et postquam diu expectaverunt, audient fortasse nihil sibi agendum esse, non iam se requiri, nulla hodie

---

1) φράτερες τριωβόλου vocantur Eq. 255.

2) Ach. 376, Vesp. 165.

3) Etsi omnibus civibus, qui triginta annos nati essent, iudicis munere fungi licebat, res tamen ferebat ut soli senes de plebe in iudiciis sederent; nam quicunque viribus atque aetate valebant aut re familiari non nimis angusta utebantur, triobolum illud non appetebant; vid. Richter Prolegom. ad Vespas p. 95, Fränkel Geschworenengerichte p. 9.

fore iudicia. Maesti tunc abeunt, esuriendum enim erit, non habent unde sibi suisque prandium emant [1]). At si quis iudex sorte est designatus, ille sub meridiem superbus domum redit: affluit scilicet opibus: trinummum tenet, exosculantur eum uxor filia quis non, Croesus sibi suisque videtur [2]).

Haec, quam inter iuventutem atque senectutem veteranorum comicus constituit, oppositio quam acris spectatoribus videri debuerit, persentire nemo potest nisi meminerit qualis in Graecorum, praesertim vero in Atheniensium mentibus fuerit belli Persici memoria. Admirabilia facinora, quibus Graeci barbaros irruentes a patria propulerant, dum ab aequalibus ea qua digna erant veneratione celebrabantur, in maius etiam extollebantur et ultra modum humanum aucta non iam illius aevi sed heroici temporis pars esse videbantur. In stoa poecile publico sumtu depicta erat nova illa gigantomachia [3]); Miltiadis ibi Themistoclisque aequales cernebantur eandem cum heroibus diisque obtinentes aciem, cum Minerva et Hercule et Theseo et Echetlo vomerem in hostes torquente ipsoque Marathonis heroe cognomini [4]). Eidem nunc viri gaudio exultant quoties triobolum meruerunt; quibus vero diebus merces nulla iis porrigitur, flentes inter prolem esurientem domi desident bellatores illi, qui patriam olim servarunt ab hostium invasione, quorum virtutis testis est campus Marathonius, testis est Salamis, quo copiae barbarorum a Graecis numinibus sunt compulsae ut interitum invenirent in mari Attico et naufragiis littora Sepiadis Coliadisque consternerent. Asiae illi domino, qui maria sicco pede transgressus fuerat et per montes navigarat, aureum suum solium in littore Attico collocare dii concesserunt, quo melius ex edito illo loco conspiceret caedem militum suorum in fluctibus iugulatorum, ut thynnorum agmen retibus circumventum. Persia viris orbata est, ipse rex profugus oberravit lacera veste vacuaque pharetra; Susis matres plangebantur propter natorum funera. Sic exercitus, qui flumina bibendo exhauriebat, cuiusque men-

---

1) Vesp. 303 Eccl. 688.

2) Vesp. 606 sqq.

3) ἔργα ἄξια τοῦ πέπλου, digna quae iuxta coelitum cum gigantibus pugnam in Minervae peplo repraesentarentur, Aristophanes vocavit patrum facinora Eq. 566.

4) Vid. Pausan. I 15, V 11.

sura per iugera fiebat quod numerari non posset, cecidit ut seges infinita sub falce messorum. Barbarorum torrens cum lignea Atheniensium moenia tangeret in spumam innocuam dilapsus est, et in fano oraculi Delphici, quod et ipsum de Graeciae salute aliquantisper desperavit, erectae stant praedae ingentis decimae.

Ex illa igitur immani contentione qui victores evaserant civibus stupentibus heroes videbantur, et ludis publicis eorum facinora perinde atque Achillis Theseive a poetis tragicis plus semel sunt celebrata [1]). Ridiculi autem sensum si parit rerum ingentium et pusillarum, celsarum vulgariumque oppositio, profecto artem irridendi nemo melius perdidicit quam is qui hosce viros spectatoribus ostendit sub vitae finem in „sodales quadrantarios" mutatos, neque iniuria novam hanc fabulam, licet supra vitam quotidianam non assurgeret, alicuius tamen momenti esse contendit. „Γνώμην ἔχει", ut dicit servus, qui poetae nomine verba facit; in argumento versatur minime inani, et plus habet in sinu quam in fronte gerit. Quod quo melius perspiciamus, cetera quoque, quae vs. 54 sqq. servus dicit ad spectatores conversus, accurate perpendamus oportet [2]):

Age nunc enarrandum est argumentum fabulae; sed spectatores admonitos volo prius, praegrande ne quid a nobis expectent, nec tamen „cachinnos Megarensibus surreptos" [3]). *Nostra enim in scena neque servi conspiciuntur nuces spargentes inter spectatores Herculesve cenà destitutus* [4]), *neque vero Euripidi denuo „proterve illudere"* [5]) *Cleonemve, qui nescio quo casu revixit, iterum conculcare in animo est. Sed argumentum est minime ineptum, non sane lepidius quam sumus ipsi, aliquanto magis tamen festivum istorum nugis.*

---

1) Aeschyli Persas nemo non novit; de Phrynichi autem Phoenissis videantur quae ad versum 220 annotavi.

2) Videantur quae *de Aristophane Cleonis Euripidisque in Vespis irrisore* scripsi Mnemos. 1888.

3) His verbis Eupolis nuper iocum aliquem Aristophanis designaverat contumeliose, eam opinor Acharnensium fabulae partem spectans ubi Megarensis producitur filiolas pro porcellis venditans.

4) Aliorum comicorum fabulis nuper actis haec inerant.

5) Iniquius sic Eupolis locutus fuerat de Acharnensium loco facetissimo, ubi Euripidem adit Dicaeopolis ut tragicum sibi vestitum ab eo expetat.

Refert deinde servus dominum malo mirifico et antehac ignoto perire: iudiciali morbo laborare, ut aliis hominibus est morbus comitialis vel regius; fuse autem postquam exposuit quomodo nova haec pestis aestuet quibusque remediis senem sanare filius frustra sit conatus, ridiculam narratiunculam his verbis claudit: *nomen autem seni est 'Cleonis amator'. Cur ridetis atque stupetis? numquid tale nomen in rerum natura esse negatis? Sic tamen vocatur. At filius eius 'Cleonis contemtor' nomen habet.*

Post ultima verba nemini obscurum esse potest quid moliatur comicus. „Hodie Cleonem non iterum propinabimus deridendum" modo dixit is qui primarum est partium; — at homines, qui in nova hac fabula loquentes inducuntur, *Cleonis admirator* et *Cleonis osor* vocantur. Nimis aperte sane et graviter tali paraphrasi exponuntur quae poeta ludens significavit tantum; nomina enim Φιλοκλέων et Βδελυκλέων, quae ad exemplum vocum illa tempestate saepe auditarum Φιλολάκων et μισολάκων sunt ficta, a substantivo κλέος quominus repeterentur linguae indoles non omnino obstabat, similis autem erat sonus multorum nominum propriorum in -κλέης excurrentium vel a syllabis Κλεο- incipientium, e. g. hominum, quos Aristophanes saepe agitavit, Cleonymi atque Cleophontis. Attamen Cleonem rideri et nunc intellegit quilibet et olim omnes intellexerunt. Suspicio igitur oboritur servum illum non vera poetae consilia aperuisse sed spectatores iocose fefellisse, Cleonem enim, certe rationes quas in rep. administranda Cleo sequitur, hodie quoque derisui fore. Et revera ita esse mox clarius apparet. Ipse sane Cleo non nisi semel et iterum nominatim petitur, hos autem locos poeta tum demum videtur inseruisse cum fabulam retractavit; sed ridetur Cleo in illo homine qui eius admirator et assecla dicitur. Nam is, qui ipsius poetae opiniones et consilia refert, *Cleonem se abominari et respuere* ipso nomine palam profitetur; silicernium vero illud, quod ex quo in scena apparuit sub aselli ventre suspensum, perpetue ludibrio habetur; quod πάλαι ποτ' ἄλκιμος fuit Μαραθωνομάχης, sed nunc veluti decrepita quaedam Phaedra foras ruere gestiens per lavatrinae truam erepere aut per caminum evolare conatur; — senex capularis ille mente carens et dentibus, qui postquam in iudicum subselliis consedit, truculento vultu circumspicit reos, flecti nescius et quemlibet

damnare prius quam audire paratus, idem tamen stipite stolidior quique apertis oculis ludificari se patiatur; — homo ille agrestis omni gratia destitutus et ab urbanae vitae lenociniis alienus, qui postquam a filio ad victum humaniorem est revocatus, semel gustato vino omnibus nauseam incutit importuna dicacitate ac salacitate, — — is est quem *Cleonis admiratorem* poeta nominavit. Non petitur Cleo hodie: scilicet bis eundem adversarium prosternere bisve in eodem argumento versari generosus animus feraxque ingenium poetam non sinebant, si quis ipsi credendum esse putat; aliquanto tamen rectius dixeris Aristophanem cavisse ne denuo in iudicium vocaretur. Cui vero ita parcitur, is gravius etiam laborat quam in quem apertus fit impetus. Gladii ictus potest repelli, sed contra morsus culicum undique circumstrepentium ars bellica nulla valet; taurum, qui leonem sublimem potest tollere, in fugam conicit pusillus tabanus.

Apparet igitur fabulam nostram scriptam esse ad ludificandum Cleonem et institutum, quo insignem nuper (anno 425?) apud plebem inierat gratiam; mercedem dico iudicum, quae unius oboli fuerat antea, ad tres obolos auctam. In ridiculum autem cum totam rem iudiciariam tum triobolum illud multis laudibus celebratum detorsit comicus ingenio abundans et ad ipsum artis suae fastigium hoc tempore evectus, praeterea stimulatus odio quo flagrabat in coriarium istum musis inimicum, qui ipsi negotia facessivisset, stimulatus etiam ab adolescentibus nobilibus, qui poetam dicacem iocique amantem familiariter accipiebant, quamquam multos fuisse suspicor qui non sodalem eum haberent sed partium suarum utilissimum sectatorem.

Sed primario huic consilio subiunctum est alterum, quod aperiunt verba quibus servus spectatores alloquitur fabulae initio: „Neque Cleonem hodie petemus, neque Euripidem salibus, quos insulsos isti dicunt, perfricabimus". Nam postquam perspeximus quale fuerit studium illud Cleoni parcendi, nascitur suspicio comicum ne ab Euripide quidem manus abstenturum, quam suspicionem veram fuisse mox docet fabulae exitus, qui passim ad Euripidis drama satyricum Cyclopem est adumbratus, neque in paucis quibusdam verbis vel sententiis imitatio deprehenditur sed potissimum in toto rerum statu. Nam Philocleo

laena villosa, quam dono ei filius obtulit, involutus magis quam amictus perridicule refert Polyphemum eiusque pellem pastoriam, claudit autem comoediam saltatio pantomimica, qua senex pusillos aliquot homines, quos ut crangōnes devoraturum se dicit, per orchestram hac illac persequitur, quemadmodum in fine Euripidei dramatis occaecatus Cyclops frustra conatur Ulixis comites corripere per rupes diffugientes.

Revera igitur etiam musica artificia Euripidis perstringuntur et saltationes illae scenicae, quae comico numquam non bilem moverunt. Multo tamen acrius his quoque iocis vellicantur Cleo eiusque asseclae. Nam ebrii Polyphemi partes si agit Philocleo, unus omnium acerrimus Cleonis admirator, democratia igitur Cleonea refert vetustam Cyclopum barbariem, ubi *ἀκούει οὐδὲν οὐδεὶς οὐδένος*, ubi venter unicus deus habetur et cuticulam fovere summum videtur bonum, neque quisquam ius vel fas novit aut curat [1]). *Satyrorum dominum* — sive Silenum temulentum — ante annos aliquot [2]) Periclem in scena vocaverat Hermippus [3]): at multo mordaciore contumelia Cleonem affecit Aristophanes, qui adversarium suum neque probris insectatus est neque nominatim designavit, sed ut ostenderet quid esset ille hominis, fidum eius asseclam in scenam produxit: *Cyclopum dominum* ipsi spectatores Cleonem posthac sunt appellaturi [4]).

Adfuerintne Cleo quique ab eius partibus stabant cum acta est Vesparum fabula, statimque perspexerint qua ratione traducerentur, dictu difficile. Sed poetae necessarii, quibuscum sua consilia communicare soleret, ut riserint facile sibi fingere potest quivis. Triumphare opinor de demagogo odioso sibi videbantur optimates, cum plauderent mordacissimae comoediae, ingeniose excogitatae et egregia arte perfectae; cum viderent

---

1) Hom. Od. *ι* 112 sqq., 273 sqq., Eur. Cycl. 316 sqq. et passim.

2) Anno 430.

3) Fr. 46 (apud Plut. Pericl. 33):

βασιλεῦ Σατύρων, τί ποτ' οὐκ ἐθέλεις
δόρυ βαστάζειν κτέ.

4) Simili consilio Pherecrates in fabula Ἀγρίοις, quae anno fere 420 scenae est commissa (vid. Plat. Protag. 327 *d*), produxit Athenienses aliquot taedio suae civitatis permotos, ut in silvarum latebris feras gentes appeterent, ibi certe homines non omnis humanitatis expertes fore sperantes. Nec non in eodem argumento versatur Aristophanis comoedia *Aves*.

Cleoni palam quidem parci, quemadmodum comicus promisisset, sed eundem per totam fabulam *εὕεσθαι ἄτερ δαλοῖο*, et acutioribus etiam sagittis, quam quibus in Equitum fabula petitus fuerat, lacessi. Non plebi rudiori hanc fabulam scripsit comicus, ad quam degustandam requiritur palatum multo usu exercitatum [1]); sed sibi et Musis eam scripsit, scripsit amicis, et sic perfecit opus in quo ars consummata utrum eluceat magis an delitescat dubitari potest, neque aliunde fortasse melius quam ex hac comoedia discas quid sit celare artem.

Sed Atheniensium animus inquietus et in varias partes aestuans nova semper, hoc praesertim aevo, appetebat, quaeque heri omnium in ore erant, hodie sordebant atque e memoria evanescebant; Vesparum autem comoedia, quamvis facetissime excogitata et plurimis gemmis exuberantis ingenii ornata, a communi sorte tuta non erat. Post paucos enim menses, quam scenae commissa est, dux partium popularium ab adversariorum telis tutus erat, nam *τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν*; ut Tiresias apud Sophoclem dicit [2]). Cleo brevi post Vespas in certamen propositas ceciderat, „abiecta non bene parmula," ut dicebant inimici; „a suis copiis turpiter derelictus," ut alius ferebat ru-

1) De Vespis *A. W. von Schlegel*, Vorlesungen über dramatische Kunst und Litteratur 1817, I² p. 311, scripsit: „die Wespen sind nach meinem Urtheil das „schwächste Stück des Aristophanes. Der Stoff ist zu beschränkt... und die Be„handlung ist zu lang ausgesponnen. Der Dichter spricht diessmal selbst bescheiden „von seinen Mitteln der Unterhaltung, und will nicht eben ein unermessliches „Gelächter verheissen." Ultima verba docent virum acutum prorsus non intellexisse quid significarent illa „*μηδὲν λίαν μέγα*" et „*γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον*." — *Brentano* autem, Untersuchungen über das griechische Drama 1871 p. 174 sq., fabulam nostram appellat „geradezu sinnlos" et „ein dramatisches Stümperwerk der traurigsten Sorte;" mox prologus ei videtur „ebenso überflüssig als witzlos," „ein Polichinellsermon" (p. 182 sq.), et „die Zwangsankleidungscene" nonnisi „mit stetem Kopfschütteln" perlegisse se fatetur (p. 191). Plura excribere piget; aliquam tamen utilitatem afferunt eiusmodi iudicia, docent enim quam sit difficile Aristophanem bene intellegere et suo pretio aestimare. Nam qui sic loquitur, frustra se legisse comicum luculenter ostendit, et similia fundit atque homo ignotus, cuius de Ranis iudicium in cod. Med. 8 legitur; „*ὑπόψυχρον*" et „*ὑπόξυλον*" et „*ἀφυὲς*" et „*ἀτεχνὲς*" ibi audit venustissimum comici opus; „cerriti hominis esse" dicitur, „qui barbarum in arte poetica se ipsum esse nesciat". — Tales iudices Socratis verbis rogamus: *οὐκοῦν περὶ τούτων, ὅταν μηκέτι εἰκάζωμεν ἀλλ' ἤδη εἰδῶμεν, τότε συμβουλεύσομεν*; cui Glauco respondet l. l. (Xen. Comm. III 6 § 11) *ἴσως βέλτιον*.

2) Antigon. vs. 1030.

mor, cui non est oblocutus Thucydides, is tamen non caecus Cleonis admirator. Ceciderat certe in pugna, procul a sua patria, dum in Thraciae ora conabatur vi et armis recuperare quae optimatium incuria — ne gravius quid dicam — eripi passa fuerat. Mortuus iam erat demagogus, mortuique statim — ut fit — ex populi mente elabi coepit memoria; alius nunc in Pnyce regnabat et comicorum tela aculeata in se convertebat. Post Periclem petebatur Cleo, post Cleonem Hyperbolus traducitur, mox Hyperbolo in exilium pulso Cleophontis aliusve hominis mores vita dicta facta infinitam ludendi materiem in Attica scena praebebunt.

Attamen Aristophanem venustissimo hoc dramate spectatores plus semel delectasse cum per se verisimile est tum ipse qui ad nos pervenit fabulae textus luculenter demonstrat, in quo leguntur satis multa quae vivo Cleone dici non potuerunt, nec nisi brevi post eius mortem apte potuerunt inseri [1]). Vitae hanc scenam postquam reliquit Cleo, non iam obstabat metus quominus in pulpito, ubi ipsa hominum vita repraesentatur, aperte peteretur; necdum obsoleta erat comoedia, qua res iudiciaria spectatoribus deridenda propinaretur; iudicialis enim ille furor non cum ipso Cleone extinctus erat, immo diu ei superstitem fore quivis intellegebat. Aptissimam autem occasionem Vesparum fabula praebebat contumeliam faciendi demagogo nuper occiso, neque leonem mortuum conculcare infra se habuit Aristophanes, licet ipse aliquando de se id praedicaverit [2]). Quemadmodum autem Euripides etiam post mortem in fabulis suis superstes erat et aptum Ranarum comoediae argumentum praebuit, sic Cleonis etiam fato functi ingenium in eius sectatoribus vivebat et vigebat.

Simili autem ratione in Vespis mutandis comicus usus est atque coquus, qui dapem hesternam convivis iterum appositurus acria condimenta addit pungentemve infundit muriam, ut novum cibo praebeat saporem. Retractata enim fabula multo acerbior

---

1) Nam octo demum annis post (post annum 415/4) iterum spectatam esse fabulam, quod contendit *J. Stanger*, über Umarbeitung einiger Ar. Komödien 1870, credibile non duco; illo enim tempore de Cleone multa etiam audire vix quisquam cupiebat.

2) Nub. 549 sqq.

in Atheniensium palatum exercitatum veniebat, quam quo die integram degustarunt primum. Nam, ut leviores quasdam mutationes mittamus, in parabasin poeta recepit mordacissimos versus aliunde desumtos, quorum quae sit sententia ut bene perspiciamus, recordemur oportet quae supra [1]) exposuimus, Aristophanem post Equitum fabulam suo nomine scenae commissam in ius vocatum esse et deinde amicis dramata sua tradidisse in certamen proponenda, aemulos autem hanc ob causam „comicae Musae latronem" et „Herculem alterum" eum vocasse, non sibi sed aliis vincentem. Hos igitur iocos Aristophanes reppulit in parabasi fabulae Pacis, quae brevi post Cleonis mortem acta est ad finem belli tantum non consummati celebrandum. Ita autem respondit ut decebat poetam ingeniosum; comparationem enim, quae in eius contumeliam a competitoribus fuerat excogitata, ita detorsit ut magnifice se collaudandi inde captaret occasionem. „Hercules sum? esto, Cerberum saltem meum de„victum mihi habeo et prostratum; cuius caput informe mille „adulatorum linguis micabat, voxque ei erat torrentis hiberni „per saxa ruentis, oculique flagrabant foedo lucri amore, et „gravis putrium coriorum odor cultiores homines ex eius vici„nia fugabat. Unus ego non recessi, sed impugnavi illud mon„strum neque missum feci, donec iners iacuit". Sic Cleonem pinxit comicus, imitatus locum Hesiodeum, ubi describitur Typhoeus Iovis fulmine deiectus et nunc montis mole superimposita coërcitus.

Vespas autem cum retractaret, non ut denuo in certamen proponeret fabulam sed ut iterum populum ea oblectaret [2]), e Pace splendidum hunc locum, qui multo plausu exceptus fuerat, repetivit [3]). Suspicor autem eadem occasione natum esse festivum

1) Pag. XIII.

2) Recte hac de re scripsit Naber Mnemos. 1883 p. 167: „quae fabulae populo „placuerant, postquam Dionysiis vel Lenaeis praemio ornatae erant, non oblivioni „tradebantur, sed festis et profestis diebus saepius edebantur. Apparatus fortasse „erat minor et praeter plausum poetae nullum erat praemium propositum, sed „populus vetera non minus cupide expetebat quam nova".

3) In Pace quin primum ita depictus sit Cleo, postea autem hic locus in Vespas migraverit, nemo dubitare potest. Nam suum sibi locum in Pace obtinet haec comparatio, quae ante mortem demagogi ne potuit quidem nasci; neque fabulae in certamen propositae eam inserere potuisset poeta, si iam antea eam adhibuisset.

carmen amoebaeum inter coryphaeum eiusque filium alternatum (vs. 290—316), quod non satis quadrare mihi videtur in locum ubi nunc legitur [1]). Et certum est poetam tunc inseruisse versus, quos iam supra tetigi: *Cleoni aliquantisper cessisse credor; at multum abest: ductavi hominem et ludos feci, iamque decepit ridica vitem* (vs. 1284 sqq.). Proverbium, quo haec verba clauduntur, vere Atticum fuisse intellegimus, quippe ex vinitorum vita quotidiana desumtum. Ridica solo infigitur, non ut sibi vivat sed ut viti cui apposita est serviat et fulcrum praebeat, quo altius se extollere possit. At specie deceptus erat rusticus qui viti suae eam sociavit, nam quae vilis inersque pertica videbatur, revera ramus erat vivax; ver autem ubi rediit, iuvante pluvia solisque calore radices agere incipit, et redux post aliquod tempus agricola miratur novas frondes, quarum sub umbra delitescit vitis atque marcescit.

Hodierno autem lectori vaticinium hisce versibus inesse videtur. Quos cum scripsit Aristophanes, oblivione minime premebatur strenuus partium popularium dux, qui nuper in pugna pro patria occubuerat, necdum evanuerant quae in rep. administranda persecutus erat et commendaverat consilia; ad nos vero Cleonis memoria, si omittimus verba nonnulla, quibus Thucydides superciliose admodum de eo defunctus est, vix ulla pervenit praeter ea quae Aristophanes de eo lusit. Comici, quem Cleo penitus contemnebat et caniculae allatrantis habebat instar,

---

Accedit verborum structura Pacis contextui aptissima sed in Vespis admodum molesta, quapropter Hamakerus Mnemos. 1854 p. 241 sqq. delendos censuit Vesp. 1029—1042 utpote aliena manu e Pace repetitos. Quod autem locum interpolatum esse vidit vir doctus et ingeniosus, qui vita nuper defunctus multis sui desiderium reliquit, laudo eius acumen; nisi tamen fallor, ipse poeta interpolatoris partes egit.

1) Pueris in prima Vesparum editione nullas partes fuisse puto; cuncta enim, quae sive ad eos dicit coryphaeus sive puer respondet, a fabulae argumento sunt aliena et sine ullo contextus detrimento possunt omitti; neque verisimile est poetam, si tunc quoque, cum nata est fabula, iis uti decrevisset, versu 410 e scena eos dimissurum fuisse „ut Cleonem arcesserent"; non enim prodit deinde Cleo, boni autem artificis non est rerum novarum expectationem ciere in mente spectatorum, si nihil eiusmodi deinde sit exhibiturus.

Omnino autem chori parodus et pugna, quae inter choreutas et Bdelycleonis familiam vario successu aestuat, nimia quadam ubertate laborant, quae lectoribus certe non potest non molesta videri. Duas hic recensiones confluxisse suspicor, iuncturam autem inter versus 455 et 456 cernere mihi videor.

etiamnunc fama superstes est et gratia vivax, Cleonis vero nomen quod nondum est extinctum, ipsi comico id debet.

Exitum autem fabulae in altera recensione subiunxit poeta a priore prorsus diversum. Quae mutatio apte potest comparari cum ratione quae inter utramque Nubium editionem intercedit. Poeta Socratem cum prius finxisset astrologum ridiculum, de quavis re scibili absurdissimas nugas fundentem sed nemini periculosum, postea cum retractaret fabulam ex eo fecit iuventutis perditorem, fallendi artem praesentibus nummis tradentem, parentes pugnis caedere, nigra pro albis venditare, deos denique contemnere docentem. „E medio tollendus est impius'' ultima nunc sunt dramatis verba; immo in scena id ipsum agi cernimus, dum casa scelesti hominis incenditur a misero sene, quem a recto vitae tramite deduxit. Sic finem parum hilarum habet fabula, et in fel mutatae sunt iucundae comici facetiae.

Simile igitur discrimen inter Vesparum exitum priorem et alterum obtinet. In illo enim senex postquam resipuit et ad vitam humaniorem revocari se passus est, cum filio domum suam intrat, ut ibi lautae cenae accumbat; chorus autem ei optat ut bene vertat haec rerum conversio (vs. 1450 sqq.). Deinde servus foras prodit ut senem in contrarium iam vitium ruere referat, sine fine enim genio indulgere et novo nunc saltandi furore correptum videri. Mox autem ipse Philocleo domo relicta in publicum procedit et saltando finem fabulae facit, qui licet non ab omni parte fortasse laudandus sit si ad artis scenicae leges severiores exigatur, hilara tamen et innocenti quadam mobilitate se commendat. Posterior vero dramatis recensio qualem habeat exitum clare indicat versus 1332: *ἦ μὴν σὺ δώσεις αὔριον τούτων δίκην.* Filius patrem grandaevum postquam ad vitam urbanam aliquanto melius accommodavit, secum abducit ad amicum quendam, cui nomen est Philoctemoni, ut ibi cum illo epuletur; sed senem specie tantum mutatum esse mox apparet, truculentus enim et morosus est ut antea [1]), servum pugnis caedit [2]), cum aniculis rixatur, in sce-

1) *ἀτηρότατον κακόν*, vs. 1299.

2) Vs. 1296 et 1307.

nam autem procedit ebrius, cantatrici e convivio abreptae innisus, persequente caterva clamitantium convivarum aliorumque civium, quos in via publica lacessivit. Filius vero ut finem faciat turbis, quas delirus homo ante domum suam ciere pergit, sublimem eum aufert et intimis tectis abdit. Non in cantum igitur laetamque saltationem nunc exit drama sed vi et minis clauditur.

Fabulam autem a poeta non talem esse evulgatam qualem traditam accepimus si cui nondum satis est persuasum, inspiciat modo versus 1449 sq., ubi senex, contumeliose a filio domum protrusus, sequenti statim versu a choro beatus praedicatur, mox autem vs. 1482 sqq. hilara mente laetoque vultu nec mali quidquam suspicatus in scenam saltans redit; de rixa illa nulla iam inicitur mentio, neque retrahitur a filio, quem novas tamen turbas metuere par erat, sed fabulam iocando et saltando ad finem perducit. Quae quam ridicule inter se pugnent nemo non videt; quapropter non assentior viro docto Zieliński, qui versibus 1450—1473 in locum versuum 1265—1291 transpositis cuncta in integrum restitui posse putat [1]).

Luculenter etiam ex versuum 1292 sqq. et 1474 sqq. comparatione apparet fabulam retractatam esse. Nam poetam bis in hac fabula produxisse servum multis cum clamoribus proruentem ut coram spectatoribus quereretur non iam perferri posse senis insaniam, id nemini opinor credibile videbitur, ego certe poetae venusto tale quid imputare nolo, sed duplicem exitum ad nos pervenisse luce clarius hinc patere contendo.

Nec non idem arguunt ipsa verba, quibus servus vs. 1292 usus est. Nam lector hodiernus, qui in fabula aliqua Aristophanea eundem iocum isdem verbis conceptum bis invenit, memoriae facetissimi poetae contumeliam facere mihi videtur si utrumque locum in eadem fabulae commissione recitatum esse credibile ducit. Quod si meo iure statuo, non eiusdem recensionis sunt servi querelae *ἰὼ χελῶναι μακάριαι τοῦ δέρματος* (vs. 1292) et

1) Gliederung der altattischen Komödie 1885 p. 204: „Auf eine Ueberarbeitung zu schliessen .... scheint mir übereilt; die Schwierigkeit wird gehoben, wenn wir das Stasimon (vs. 1450—1473) an die Stelle der Nebenparabase (vs. 1265—1291) versetzen.... Wir hätten damit alles geordnet".

minae chori vs. 428 Φήμ' ἐγὼ τὰς χελώνας μακαριεῖν σε τοῦ δέρματος.

Duo igitur exitus permixti sunt et conglutinati [1]), non in unum coaluerunt. Attamen oleum operamque perdat qui altero deleto fabulae recensionem sive priorem sive posteriorem integram restituere conetur. Nam si abicitur exitus primitivus, in versu 1449 fabula subsistit, non decurrit, fine caret; correctoris autem vestigia si delere conamur, ut fabulam talem exhibeamus qualis in certamen anno 422 est commissa, nihilo melius nobis cedit res, nam Cleo sicubi nominatim vellicatur, non ita ab initio scriptum fuisse intellegimus, nec tamen omitti possunt ea omnia sine contextus detrimento. Insertos esse postmodo versus 1030 sqq., in quibus Cleo ad exemplar Typhonis Hesiodei depingitur, supra vidimus [2]), nec non idem constat de versibus 1284—1291, qui Cleone vivo scribi non potuerunt [3]). Delenda praeterea iam foret dramatis ea pars, in qua senex convivis aliisque civibus negotia facessit (vs. 1292—1449): atqui inest locus (vs. 1326—1331), ubi manifesta est Cyclopis Euripidei imitatio, quapropter priori recensioni tribuendus videtur, quod si ita est, servandus est potius.

Et de festivissimo episodio vs. 1122—1264, ubi Bdelycleo elegantiarum magistrum agit, quid statuimus? Aptissime enim patrem pulcra veste novisque calceis ornare et cultioris vitae artes docere potest, si deinde eum secum abducturus est in beatioris alicuius hominis aedes; sed sensu fere carent haec omnia si mox domi suae sunt cenaturi. Itaque haec quoque operis pars retractanti manui videtur deberi; et de versibus 1220—1237 quidem, ubi Cleo praedator aerarii et reipublicae pestis vocatur, omnino id constare arbitror, neque dubito de versibus proxime sequentibus (vs. 1220—1248). At in priore huius colloquii parte, ubi persica laena senex a filio amicitur, quam maxime aperta est Polyphemi imitatio, quapropter a priore recensione hunc locum divellere non licet.

---

1) Quod fieri quin potuerit ne dubitare quidem nos sinit Nubium fabulae locus vs. 723 sqq., ubi bis idem legitur verbis diversis expressum, 723—730 et 731—739, quos versus non potuisse omnes deinceps proferri sed aut priores aut posteriores recitandos fuisse quivis videt.

2) Cf. pag. XXIII.

3) Cf. pag. XXIV.

At artissime cum hoc episodio cohaeret exodus posterior, ubi pater ostendit quantum sibi profuerint consilia, quae filius ei ministravit, Aesopum enim athletasque nunc crepat [1]). Et sic eo redactos nos videmus ut servemus quae modo abicienda videbantur.

Ergo ex tradito textu pristinam fabulae formam eruere nequicquam coneris. Dissimillima et quae apte coniungi non possent in unum esse coniecta videmus, sed ferendum est vitium quod corrigi nequeat. Quamquam graviter dolenda est fati iniquitas, qua praeclari poetae egregium opus non integrum ad nos pervenit sed in fine ab imperita manu infeliciter admodum contaminatum. Nunc enim ultima primis cedere sentit quisquis drama perlegit, et vix potest quin in ipsum comicum huius rei culpam conferat.

Neque omnino iniustus sit qui sic iudicet. Nam si e contaminata fabula de integra sententiam ferre licet, neque prior neque posterior Vesparum exitus ab omni parte laude dignus fuit, et si severiore artis trutina exigeretur, non poterat non vituperari. Taedium tamen, quod nunc lectoribus sub finem dramatis obrepit, tum cum spectata est fabula nasci non potuit. Posteriorem exodum si abesse nobis fingimus, ea quae in scena aguntur sine ullo languore ad finem properant, et dum senex potus cum saltatoribus per orchestram tumultuatur, Athenienses novo ludicroque spectaculo delectati non rogarunt, opinor, quam iustum exitum haberet drama, neque animadverterunt poetam, ut finem faceret, telae suae filum praecidisse cum ad texendum neque tempus superesset neque materies.

Sed veris poetis ius fuit eritque suis legibus utendi, et ridiculus sit qui a comico poscat opus tam tersum atque rotundum, tam prodigialiter unum, ut nihil in eo abundet, nihil sit semiperfectum, nihil non artissimis vinculis cum cetera fabula colligatum. Dedit Aristophanes — non id fortasse quod dandum fuisse hodierni arbitri contendant, sed id quod dare voluit, et se ipse in hac comoedia superasse dicendus est potius quam id quod sibi proposuerit non assecutus esse. Nam ludere merasque nugas in scena agere dum videtur, revera mordacis-

1) Vid. vs. 1382 sqq., 1401 sqq., 1427 sqq.

simis iocis adversarios traducit comicoque aceto perfundit, et aculeum, ut magnus ille orator, in auditorum suorum mente reliquit; quibus, postquam e theatro domum redierunt, infixum haesit praeceptum, quod poeta inculcare iis voluit: bona ista multorum laudibus in coelum evecta, quae democratia civibus praebere fertur, accurate intuentibus nullius pretii videntur vixque digna quae mendicis offerantur; populus autem qui splendido nomine vocatur, revera imperitorum stolidorumque hominum est turba caeco impetu illuc ruens quo demagogorum lenociniis oratoriis devocetur, apud quam iurisdictio tam est tuta quam in pueri manibus gladius.

Hoc in mente habuit comicus; hoc fuse demonstravit in fabulae parte gravissima, quae ἀγών vocatur. Cetera levioris sunt momenti. Quamquam in iis potissimum operis partibus, quae non in ipso argumento versantur sed praeter necessitatem adiectae sunt, resplendet luxurians poetae ingenium. Scilicet neque iurisconsulti neque ludimagistri indoles erat dicaci gratiarum alumno, qui admirationem non ibi potissimum extorquet ubi sodalium suorum — nam quid poetae cum arte politica! — de optima remp. administrandi ratione refert opiniones, sed ubi ipsis musis instigantibus per amoenos suae poesis campos circumvagatur ut equus iugi impatiens.

II.

In tristissimo belli Peloponnesiaci spectaculo nihil est quod maiore moestitia nos afficiat clariusve ostendat quantum sit in rebus inane, quam optimatium Atheniensium sive proditio sive dolosa inertia, qua bona multo civium sanguine summaque totius civitatis intentione parta plus semel sunt amissa. Bis in eo fuit ut Athenae ex ingenti illa contentione victrices evaderent: bis nobilium factio e manibus suis victoriam elābi sivit.

Rerum statum, quo vigente scenae commissa est Equitum fabula, si comparamus cum condicione qua civitas utebatur cum

Vespae sunt actae, vix credibile videtur tantum discrimen intra duorum annorum spatium nasci potuisse. Nam quo tempore Cleo rebus ad Sphacteriam tarde et cunctanter gestis finem fecit quo celeriorem eo minus expectatum, superiores erant Athenienses neque dubium videbatur quin hostibus pacis leges scribere possent. Nondum tamen Lacedaemonii desponderunt animum, probe enim norant in ipsa Athenarum urbe multos esse qui Spartam debellari nollent, quod ipsis nullam spem rempublicam moderandi fore intellegerent, si democratia Attica e bello manifesta victrix discessisset. Itaque Cleo, qui pacis condiciones proponebat severiores quam Peloponnesii accipere volebant, ab ea civitatis Atheniensis parte, quae Spartae sive favebat sive non infesta erat, vocabatur homo turbulentus, rixarum bellique amantissimus, et mortuo quoque contumeliam ei fecerunt inimici propterea quod — post splendidam victoriam reiecisset pacem quae patriae suae nullum emolumentum esset allatura [1]).

Interim in Thracia Brasidas minime segnem se praestitit, et ante finem anni, cuius vere Equitum fabula acta est (424), Graeciae pars septentrionalis Atheniensibus erepta est tota. Cuius cladis culpa haud exigua ex parte in Thucydidem redundat, qui incredibili sive incuria sive belli inscitia cum classi sua in Thasum insulam, cui nullum periculum imminebat poteratve imminere, discessit eo ipso temporis articulo quo Brasidas Amphipolim properabat. Quin gravius quid suspicari tantum non cogimur, si reputamus quae deinde facta sunt; nam cum ab Atheniensibus Amphipolis defecisset et Cleo cum expeditione illuc profectus esset, ut urbem illam, quae Chalcidices totiusque Thraciae clavis erat, in suae civitatis dicionem denuo redigeret, culpa suorum militum excidit ausis vitamque amisit; pax autem postquam facta est, cuius condiciones iubebant Amphipolim Atheniensibus restitui, viri optimates, qui post Cleonis mortem in civitate moderanda superiores erant, nullam operam dederunt ut revera restitueretur [2]). Itaque non est verendum ne de iis, qui a nobilitatis partibus stabant, inique iudicemus, si Thraciae defectionem iis optatam accidisse statuimus. His autem

---

1) Vid. Pac. vs. 665.
2) Vid. Thuc. V 35 § 3 sq. coll. 24 § 2.

partibus etiam Aristophanes adscribendus esset, si mobilis ingenii poeta, qualis ille erat, ulli factioni ex animi sententia adhaerere potuisset.

Eodem tempore, quo amissa est Amphipolis, — mense Novembri anni 424 — Atheniensium exercitus in Boeotia gravissimam cladem accepit ad Delion, cuius causa primaria fuit mirus error in diebus computandis, qui prohibuit quominus iunctis viribus Demosthenes et Hippocrates hostes adorirentur [1]). Ipse Hippocrates cum multis militibus cecidit.

Denique iisdem diebus, quibus ad Delion pugnatum est, potentissimus Odrysarum rex Sitalces, cuius auxilio plurimum aliquando freti fuerant Athenienses [2]), in expeditione contra gentem vicinam periit [3]); neque filius eius Sadocus, qui civitate Attica donatus erat [4]), post eum regnavit, sed consobrinus Seuthes, qui uxorem duxerat Perdiccae sororem et Peloponnesiis favebat. Orbata iam Thraciis suis sociis erat Atheniensium civitas, profligatus erat eius exercitus: satis iam videbatur esse domita, utque rerum suarum conversionem sedato animo secum perpendere posset, Lachete auctore [5]) induciae annuae [6]) pactae sunt die 14 mensis Elaphebolionis — Martis — anni 423.

Hae autem induciae dum vigebant, Aristophanes Vesparum fabulam scripsit et docuit, quam iis ipsis diebus quibus finem habuerunt scenae commisit [7]). Nata est igitur tempore, quo in diversa aestuabant civium mentes, sibi invicem diffidentium insidiasque struentium, cum alii, quorum dux erat Cleo, novum bellum pararent ad recuperanda quae nuper amissa erant [8]), et pacem quae civitati suae damnosa futura esset magna cum indignatione aspernarentur, alii vero, qui optimatium factioni addicti erant, post inducias non bellum redintegrari cu-

1) Vid. Thuc. IV 89 sqq.

2) Thuc. II 29, 67, 95—98, Ar. Acharn. 134 sqq.

3) Thuc. IV 101 § 5.

4) Acharn. 145, Thuc. II 29 § 5 et 67 § 2, Herodot. VII 137.

5) Thuc. IV 118 § 11.

6) *ἐκεχειρία ἐνιαύσιος*, ibid. 117.

7) Magnis Liberalibus anni 422, quae in priore parte mensis Elaphebolionis celebrabantur, Vespas actas esse infra videbimus.

8) Cleo *ἐς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης χωρία ἐξέπλευσε μετὰ τὴν ἐκεχειρίαν*, Thuc. V 2.

perent sed pacem fieri ea condicione ut a neutris quicquam redderetur eorum, quae bello parta essent. Facile autem credimus magnam iis diebus invidiam esse conflatam in „homines qui Thraciam prodidissent'' [1]), multorumque animis incidisse metum ne nova tyrannis pararetur aliudve civitatis libertati instaret periculum [2]); simillimus enim septem annis post Athenis rerum status obtinuit, cum nobilitatis sectarii famosa illa de hermis mutilatis mysteriisque profanatis quaestione classi quae in Siciliam mittebatur praeciderunt spem vincendi, quoniam revocato Alcibiade expeditio tota ex Niciae arbitrio pendebat, qui vi coactus hanc provinciam in se receperat. Tunc quoque multos Athenis recordatos esse Pisistratidarum novamque metuisse tyrannidem, fuse refert Thucydides [3]). Et quemadmodum clades Siciliensis anno 411 peperit quadringentorum dominationem, sic hoc quoque tempore Atheniensibus Spartae faventibus attritae civitatis vires spem fecerunt plebis insolentiam — ut loquebantur — compescendi [4]).

Nam in horum hominum animis partium studium amorem patriae tam penitus extinxerat ut ab hostibus victoriam reportari mallent quam a suis civibus parti populari addictis. Cuius rei plura testimonia non requiret opinor qui legerit qualem mentem *viris prudentibus* Athenis fuisse aestate anni 425, cum Cleo Pylum profectus est, Thucydides candide admodum et aperte, et ita ut ostendat minime turpia sibi videri quae referat, in libro IV° Historiarum scripsit c. 28 § 5: *riserunt Athenienses Cleonis vaniloquentiam, sed prudentioribus non ingratum fuit eius susceptum, intellegebant enim aut Cleone se hac occasione liberatum iri* — si ipse cum suis copiis in Peloponnesi ora periret — *id quod optabant sane, aut fore ut Lacedaemoniis superiores fierent ipsi* [5]). Boni hi viri, qui anno 425 maluerunt

---

1) *τοὺς προδόντας τἀπὶ Θρᾴκης* Vesp. vs. 288, *τοὺς ξυνόντας Βρασίδᾳ* vs. 475. *Thucydidem* hanc ob causam in exilium abiisse anno 424 sequentisve initio, ex ipsius verbis (V 26 § 5) in vulgus notum est.

2) Compluribus Vesparum locis magis minusve aperte id dictum est; vid. vs. 464, 487 sqq.

3) Thucyd. VI 54 sqq.

4) *τὸν κατάρατον δῆμον Ἀθηναίων ὀλίγον χρόνον ὕβρεος ἴσχειν* id vocatur in Critiae eiusque sodalium epitaphio, schol. Aeschin. I 39.

5) *τοῖς δ' Ἀθηναίοις ἐνέπεσε μέν τι καὶ γέλωτος τῇ κουφολογίᾳ αὐτοῦ, ἀσμέ-*

profligari classem Atticam quam vincere, etiam triennio post, cum in Thracia Cleo versabatur, *μᾶλλον ἤλπιζον*, opinor, fore ut ipsius copiae disicerentur quam ut Thracia eriperetur hostibus.

Quo accuratius autem res, ab insigni aliquo huius factionis viro gestas, nobiscum reputamus, eo clarius apparere solet malignus eorum erga patriam animus ipsorumque dominationi atque emolumentis cetera cuncta postponens. Talem se praestitit Nicias, talis fuit Laches Melanopi filius [1]), quem cognoscat necesse est quisquis Vesparum comoediam lecturus est; quapropter vita huius viri breviter hic delineanda videtur.

Miles igitur erat Laches audax et temerarius et a victu cultiore alienus, dignum suis natalibus ita se praestans; e pago enim Aexone [2]) ortus erat, cuius cives propter oris intemperantiam in proverbium abierant [3]). Talem eum pinxit Plato in dialogo de fortitudine, cui eius nomen praefixit.

Anno 427 Laches praepositus est classi, quam Athenienses in Siciliam miserunt [4]). Nihil tamen ibi perfecit quod tanta expeditione dignum esset. Scilicet nihil eius referebat patriam rebus Siciliensibus immisceri. In occidentali parte maris mediterranei novum sibi dominium parare studebant Athenienses non minus amplum neque minoribus copiis affluens quam quod in mari Aegaeo sibi subiecerant: sed de talibus rebus *οὐ φροντὶς τῷ Λάχητι*! Quid enim? populumne Atheniensem potentiorem etiam redderet? novisne eum opibus bearet? Nihil eiusmodi cupiebat assequi. Quae vero ad ipsius crumēnam pertinebant multo maioris ei videbantur momenti, et ante omnia cavendum putabat ne iter molestum in regiones remotas sine ullo suo emolumento suscepisse dici posset.

νοις δ' ὅμως ἐγίγνετο τοῖς σώφροσι τῶν ἀνθρώπων, λογιζομένοις δυοῖν ἀγαθοῖν τοῦ ἑτέρου τεύξεσθαι, ἢ Κλέωνος ἀπαλλαγήσεσθαι, ὃ μᾶλλον ἤλπιζον, ἢ σφαλεῖσι γνώμης Λακεδαιμονίους σφίσι χειρώσεσθαι.

1) Thuc. III 86.

2) Vesp. 895, Plat. Lach. p. 197 *c*.

3) Aexonenses *ἐκωμῳδοῦντο εἰς βλασφήμους*, vid. Plat. l. l.; hinc verbum *αἰξωνεύεσθαι* *maledicendi* sensu adhibitum esse referunt Harpocratio s. v. *Αἰξωνεῖς*, Timaeus s. v. *αἰξωνεύεσθαι*, grammaticus Bekker. Anecd. p. 354; apud Menandrum autem fr. 256 anicula clamosa — panaria fortasse — vocabatur *γραῦς τις κακολόγος ἐκ δυοῖν Αἰξωνέων*. Cf. Bergk Reliq. com. Att. p. 84.

4) Thuc. III 86 et 90.

Aliter tamen visum est Atheniensibus, qui pretiosam suam classem non eo consilio illuc miserant ut milites aliquid ibi luderent atque iocarentur, sed ut mare Siculum suae mercaturae recluderetur, Syracusani dicto sibi audientes fierent, Carthago sibi cederet. Quapropter Laches revocatus est hieme, quae inter annos 426 et 425 intercessit, cum per annum unum sequentisque alteram partem cum imperio fuisset. In eius locum classi praefectus est Pythodorus [1]), qui tamen cum collegis suis Eurymedonte et Sophocle nihilo felicius rem gessit, nam anno 424 hi duces expeditioni finem fecerunt pace quae nullam civitati afferebat utilitatem. Suo tamen ipsorum commodo cum melius consuluisse et a Siciliensibus corrupti esse ferrentur, post reditum in ius vocati sunt, Pythodorus et Sophocles in exilium sunt pulsi, Eurymedonti multa dicta est [2]). Sic in occidente, ut in regionibus septentrionalibus, quaecunque Atheniensium ingenium versatile molitum fuerat ad nihil redierunt culpa ducum socordium atque imperitorum.

Prospera magis, quam collegarum qui ei suffecti sunt, Lachetis fuit fortuna, sive fraudis certa testimonia proferri non potuerunt, sive amici periculum ab eo reppulerunt; damnatus certe anno 426 vel 425 post reditum in patriam non est, anno enim 424 pugnae ad Delion interfuit [3]) et vere anni 423 auctor extitit *τῆς ἐνιαυσίας ἐκεχειρίας* [4]), ut supra vidimus. Hoc tamen tempore populus in memoriam veterum iniuriarum rediit. Nam post Amphipolim turpiter amissam cum civibus cuncta essent *τυραννὶς καὶ ξυνωμόται* [5]), et in proditionis suspicionem incurrerent omnes, qui ab optimatium partibus starent pacemque talem fieri cuperent qualem protendebant Lacedaemonii, Lachetis quoque nomen in omnium ore denuo versari coepit, rapinarumque illarum, quibus in Sicilia se ditasse ferebatur, refricata est memoria. Iniquum autem videri debuit multis, duces qui post Lachetem classi Siculae praefuissent incuriae suae poenas luisse, in exilium etiam Thucydidem pulsum esse propter Thraciae oram amissam, Lachetem vero, quem nihilo integriorem in praetura se praestitisse rumor ferret quemque

1) Thuc. III 115. 2) Thuc. IV 65.
3) Plato Lach. p. 181 *b*, Conviv. 221 *b*.
4) Thuc. IV 118. 5) Vesp. vs. 488.

civitatis statui populari nihilo magis favere omnes scirent [1]), sine crimine esse dimissum. Itaque certum videbatur fore ut mox in eum quoque existeret accusator, qui peculatus vel proditionis eum insimularet. Hinc in Vesparum fabula saepius lis ei instare dicitur [2]).

Utrum tamen revera in ius vocatus sit necne, non constat. Si est, absolutus est; sed veri videtur similius, accusationem, quae ei intendebatur, ad iudices non esse perlatam. Nam brevi post Vespas, dum in Thracia aberat Cleo, Lachetem accusatum esse vix crediderim, multoque minus post Cleonis mortem, qua Niciae eiusque sodalibus primae in rep. administranda partes sunt delatae; tunc enim eiusmodi crimina sponte conciderunt omnia, et Pythodorus Sophoclesque, qui easdem ob causas damnati fuerant, sive revocati sunt sive in patriam impune redierunt. Vere autem anni 421 inter pacis subscriptores cum Pythodorus fuit tum Laches; etiam foedus, quod brevi post Athenienses cum Lacedaemoniis inierunt, Pythodorus et Laches iure iurando confirmarunt [3]).

Iamque belli decennalis finis erat, quaeque hactenus armis se petiverant civitates Lacedaemoniorum atque Atheniensium societate erant iunctae. Rediisse iam videbantur Saturnia regna; ex ensium ferro nunc falces erant cudendae, hastarumque posthac in vineis tantum usus futurus erat. Talia fuere qui crederent, in his Aristophanes, cuius ingenium iuvenile optima quaevis patriae suae optabat et sperabat. Sed quae nemo non facile ignoscat poetae, vix et ne vix quidem sunt ferenda in

---

1) Septuaginta annis post filio eius Melanopo obiecit Demosthenes XXIV § 126 sq. patrem aerarii publici praedatorem fuisse et omnino *ἀνδρὶ χρηστῷ καὶ φιλοπόλιδι* quam dissimillimum.

2) Nusquam clarius quam versu 240: *ἔσται Λάχητι νυνί. . . . χθὲς οὖν Κλέων* etc. — Quam praeposteras autem rationes in interpretandis Aristophanis fabulis commentatores olim inierint, insigni exemplo demonstrant quae J. Richter (anno 1858) in Vesparum editione ad hunc versum annotavit: „*heri*", *dicit*, *licet annis praeterlapsis quatuor. Atqui odium semper forte.* Credidit igitur vir doctus, quo nemo in comici iocis explicandis infelicius est versatus, chorum iudicum dicere potuisse: „cras cum Lachete nobis res erit", cum revera dicendum fuisset: „ante quatuor annos Laches repetundarum reus fuit". Ettamen verum dudum tunc dixerat Hamakerus Mnemos. 1854 p. 201; quin dixeris fieri vix potuisse ut quisquam de verborum minime obscurorum sensu dubitaret.

3) Vid. Thuc. V 19 et 24.

viris quibus concreditum est reip. moderamen. Quapropter indignationem movent Nicias Lachesque quique cum iis faciebant a callidis Peloponnesiorum legatis ductari se sinentes [1]; Spartiatas enim, qui e Sphacteria insula abducti fuerant et Athenis adhuc captivi degebant, secundum pacis leges Lacedaemoniis reddiderunt [2], licet Amphipolis, quae prius restituenda fuerat, nondum in Atheniensium potestatem rediisset [3]. Sic Laches, quantum per ipsum stetit, prohibuit quominus patria e bello internecivo superior evaderet. Itaque unam tantum in eius vita rem reperio quae laude digna sit: vitae dico finem. Strenue enim pugnans ad Mantineam praetor cum collega Nicostrato cecidit [4]. Generose mori ei, ut Therameni et Critiae aliisque eiusdem factionis viris, facilius fuit quam honeste vivere.

III [5].

De tempore, quo Vesparum fabula acta est, in codicibus Ravennate et Veneto haec leguntur:

ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμυνίου (immo *Ἀμεινίου*) *διὰ Φιλωνίδου ἐν τῇ πόλει ὀλυμπιάδι β' ἦν. εἰς Λήναια. καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης Προάγωνι, Λεύκων Πρέσβεσι τρίτος.*

Quae verba graviter aegrotare quivis videt. Nihil enim est *ἐν τῇ πόλει ὀλυμπιάδι*. Diesne festus, quo acta est fabula, indicandus erat? Aut *εἰς Λήναια* dicendum erat, quod statim sequitur, aut si Magnis Liberalibus data esset, *ἐν ἄστει* sive *κατ' ἄστυ*. Praeterea sensum non praebet vox *ὀλυμπιάδι* nisi praemittitur numerale. Quapropter multorum assensum tulit vir doctus Kanngiesser [6], cum statueret anni indicium latere in suspecto vocabulo *πόλει*, hoc enim ex *πθ* (LXXXIX) esse corruptum. Speciosa profecto coniectura, attamen videamus quid

---

1) Cf. Thuc. V 43.
2) Thuc. V 24 § 2.
3) Thuc. V 35.
4) Thuc. V 74.
5) Desumta sunt quae hic sequuntur ex iis quae de Vesparum *ὑποθέσει* scripsi in Mnemos. 1888 p. 251 sqq.
6) Alte kom. Bühne p. 268.

sic lucremur. Actam esse Vesparum fabulam ἔτει β′ τῆς πθ′ ὀλυμπιάδος, id certum est sane, sed non minus certum est aliena esse ista verba a veteri ὑποθέσει. Itaque verba ad Kanngiesseri sententiam mutata suo iure e textu eiecit Dindorfius, tanquam „ab recentiore grammatico inserta". Non tamen critici prudentis est verba obscura ita refingere ut perspicua quidem fiant sed simul obelo digna.

Sed fac quam maxime verisimilem esse Kanngiesseri suspicionem si per se spectetur, refutatur tamen contextu; vicina enim restant corrupta, neque is sanasse locum dici potest qui unum aliquod vocabulum mutet, proxima nihilo minus obscura relinquat. Nam nullo vinculo cum vicinis cohaeret vox εἰς Λήναια, et aliquanto etiam gravius quam illud ἐν τῇ πόλει offendit bis commemoratus Philonides. Didascaliae verbis qui fidem habet, in animum sibi inducere debet Philonidem uno eodemque die festo duas fabulas Aristophaneas, Proagonem [1]) et Vespas, suo nomine dedisse. Quod quoniam incredibile est et vere absurdum, Meineke coniecit pro διὰ Φιλωνίδου legendum esse διὰ Καλλιστράτου, alii nominativum Φιλωνίδης in Καλλίστρατος fortasse mutaverint, vel etiam alterum Philonidis nomen delendum esse suspicentur, poetam enim sive Proagonem sive Vespas suo nomine dedisse. Sed huiusmodi coniecturae cum temerariae forent tum inutiles. Absurdus est Philonidis aemulus Philonides, absurdus foret Callistratus, absurdus Aristophanes. Nam suo nomine ut fabulam doceret poeta, qui post Equites scenae commissos ξενίας insimulatus fuerat, id fieri omnino non potuit; neque magis est credibile, hoc tempore, quo tres singulis ludis certabant poetae, archontem, cui comici dramata sua offerebant, duas eiusdem poetae comoedias in unum certamen fuisse admissurum [2]), etiamsi alienis nominibus proponerentur.

Nam sub Callistrati Philonidisque nominibus latitare Aristo-

---

1) Nam Proagonem fabulam, quae in argumento commemoratur, non a Philonide *scriptam* esse, sed *Aristophanis* hanc fuisse fabulam, aliunde satis cognitam, Philonidis autem nomine scenae commissam, id procul dubio recte statuerunt Dindorf Fragm. Aristoph. (Poet. Scen. p. 189), vWilamowitz Anal. Eurip. p. 153, Kock Fragm. Com. I p. 510, Blaydes Fragm. Aristoph. p. 240, alii.

2) Postea, cum *quini* certarent, duabus fabulis poetas interdum vicisse docet CIG. 231 (Ol. CVI 3).

phanem, id ab illo inde die, quo Daetalensium fabula spectata est et laudata, neminem Athenis latebat, neque archontem profecto, vel assessores qui in fabulis diudicandis ei a consiliis erant, fugere id potuit. Non enim ut magistratus spectatoresve deciperet Aristophanes alienis nominibus suas comoedias scenae committebat, sed *dicis causa* id faciebat, ut satis fieret legibus, quae cavebant ne ludis publicis certarent poetae nisi qui cives Attici essent optimo iure.

Fac igitur tam impudentem fuisse Aristophanem, ut sui ipsius aemulus fieri cuperet quo certior esset victoriae, frustra tamen sive suo nomine sive Philonidis Callistratique opera duabus simul comoediis choros petiturus erat. Sed quaerenda est didascaliae supra excriptae correctio, quae et cetera quae indicavi tollat incommoda et Proagonem fabulam non eodem certamine quo Vespas scenae commissam esse doceat. Non *Olympiadis* autem quo fabula acta est indicatio inutilis est eruenda e verbis corruptis, sed nomina *competitoris* qui secundas tulit *fabulaeque* ab eo compositae. Verba ἐν τῇ πόλει ὀλυμπιάδι, vel potius ΕΝΠΟΛΟΛ, corrupta sunt ex ΕΥΠΟΛΠΟΛ, id est Εὔπολις Πόλεσι. Praeterea particula καί in locum irrepsit alienum. Legendum est:

ἐδιδάχθη ἐπ' ἄρχοντος Ἀμεινίου διὰ Φιλωνίδου. Εὔπολις Πόλεσι δεύτερος ἦν. — καὶ εἰς Λήναια ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης Προάγωνι. — Λεύκων Πρέσβεσι τρίτος.

Quae si recte statuimus, Magnis Liberalibus data est fabula, mense igitur Martio anni 422 [1]), et primo ornata est praemio. Integra autem fere supersunt didascaliae verba, quibus referebatur *Aminia archonte Vespas Philonidis* (id est Aristophanis) *primas tulisse*, *Eupolidis Urbes secundas*, *Leuconis Legatos tertias* [2]).

---

1) E versu 265 pridem hoc effecerat Richter.

2) Inscriptio anno 1878 evulgata CIA. II 971*b*, quae ad victorias scenicas huius anni et sequentis pertinet, huic opinioni refragari videtur: [κωμωιδων] | ..... Παι(α)[νιεὺς ἐχορήγει] | .... ος ἐδ[ίδασκεν]. Nam si certum est quod statui video, nomen poetae, qui Magnis Liberalibus huius anni vicit, in lacunosis his verbis latere, idque in -ος desiisse, *Hermippum* hunc fuisse vel *Archippum* vel etiam *Callistratum* suspicari poterimus, *Philonides* vero spoliandus erit praemio quod modo ei decrevimus. Sed neque probari potest ἀστικῶν tantummodo certaminum in hoc laterculo rationem esse habitam, neque constat recte suppletas esse litteras quas lapis exhibet, cum praesertim ΠΑΙΔ potius quam ΠΑΙΑ in eo extare videatur.

Exciderunt tantum verba ἐν ἄστει· πρῶτος ἦν post διὰ Φιλωνίδου, et inserta est grammatici alicuius observatio, quae in margine opinor olim fuerat appicta, haud sane inutilis neque spernenda, licet ad ipsam didascaliam non pertineat: „etiam Lenaeis huius anni (altero igitur mense ante Vespas) fabulam Aristophanis praemio ornatam esse Proagonem, hanc quoque Philonidis nomine propositam" [1]).

Egregie autem correctionem meam confirmant fragmenta, quae ex Eupolidis fabula Πόλεσι servata sunt. Eaedem enim res eidemque homines ibi perpetuo respiciuntur, quos in Nubibus Vespis Pace tetigit Aristophanes [2]).

Tempori, quod fuit post τὰ ἐν Πύλῳ, cum Cleo novam in Thraciam moliretur expeditionem, aptissimum est fragmentum 205:

οὓς δ' οὐκ ἂν εἵλεσθ' οὐδ' ἂν οἰνόπτας πρὸ τοῦ,
νυνὶ στρατηγοὺς ἔχομεν. ὦ πόλις πόλις,
ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς [3]).

In fragmento 218 fur vocatur *Simo*, qui eandem ob causam Nub. 351 et 399 commemoratur, nec aliunde cognitus est.

In fragmento 239 Eupolis ridet luridum *Chaerephontis* colorem: simillima de eo iocatus est Aristophanes Nub. 104, ubi ὠχριῶντες καὶ ἀνυπόδητοι chiasmi figura adhibita vocantur Socrates et Chaerephon, et Vesp. 1413, ubi Chaerephon θαψίνῃ Ἰνοῖ similis dicitur. Etiam Cratinus in Πυτίνῃ, quae eodem cum Nubibus die in certamen est commissa, risit Chaerephontis squalorem.

In fragmentis 211 et 212 commemorantur sacerdotes *Stilbides* et *Hierocles*: utriusque in Aristophanis Pace mentio fit (vs. 1031 et 1046).

Philoxenus iuvenis dissolutus et in Eupolidis fragmento 235 vellicatur et ab Aristophane Nub. 685 sqq. et Vesp. 84.

Pyrilampis filius nimis formosus *Demus* in Urbium fragmento

Itaque ΠΑΙΔΩΝ olim fuisse puto, neque hunc lapidem obesse arbitror quominus censeamus Vespas Magnis Liberalibus actas esse et primas tulisse.

1) Simile quid suspicatus est Richter proleg. p. 27. — Proagonem ante Vespas scenae esse commissam etiam e schol. Vesp. 61 effici potest.

2) Neque Meinekium id fugit, qui Hist. Com. p. 141 recte statuit Eupolidis Πόλεις nonnisi Olympiade LXXXVIII vel LXXXIX potuisse in certamen committi.

3) Cf. Nub. 587 et Eupol. fr. 117: *olim claris natalibus viri praetura fungebantur,*

ὥστ' ἀσφαλῶς ἐπράττομεν· νυνὶ δ' ὅταν τύχωμεν,
στρατευόμεσθ' αἱρούμενοι καθάρματα στρατηγούς.

213 ab Eupolide perstringitur et ab Aristophane Vesp. 98.

In fragmento 215 *Autolyci* matrem contumeliose designavit Eupolis, in Vesparum autem fabula vs. 1026 Aristophanes Eupolidi exprobravit Autolycum cum suis turpiter in scena traductum. Cf. Pac. vs. 751.

Ad legationem *Amyniae*, quam Aristophanes risit Vesp. 1271, Eupolidem in Urbibus allusisse testantur scholia; cf. etiam schol. Nub. 691.

Eupolidis fragmentum 232, ubi de *Chio* civitate foederata dicitur

πέμπει γὰρ ὑμῖν ναῦς μακρὰς ἄνδρας θ' ὅταν δεήσῃ,

mittit vobis naves longas si quando opus sit, in induciarum potissimum tempus quadrare videtur, quo arma requiescebant neque sociorum naves requirebantur.

Denique scholion ad Acharn. vs. 504: εἰς τὰ Διονύσια ἐτέτακτο Ἀθήναζε κομίζειν τὰς πόλεις τοὺς φόρους, ὡς Εὔπολίς φησιν ἐν Πόλεσιν, ostendit, *Liberalibus* datam esse Eupolidis fabulam Urbes. Finxerat comicus urbes συμμαχίδας, e quibus chorus constabat, singulas prodire, ut Athenas deferrent suum tributum; quod languidum fuisset inventum, nisi Liberalibus, quo tempore sociorum φόροι Athenas advehebantur, data esset comoedia.

Aristophani igitur Vespas docenti aemuli fuerunt Eupolis et Leuco. Quod postquam perspeximus, facile intellegimus cur Eupolis compluribus Vesparum locis ab Aristophane mordacibus dictis petatur.

De Leuconis autem Legatis nihil praeter nomen nobis innotuit; suspicor Amyniae πρεσβείαν, de qua vid. Vesp. vs. 1271, in hoc dramate derisam esse, sed incerta haec est coniectura.

Neque Eupolidis fabula quale habuerit argumentum, accuratius possumus indicare. Nam quod scripsit Mueller-Struebing Aristoph. p. 286 sq., in scena apparuisse Cimonem Elpinicen Aristidem e mortuis excitatos, id causa carere mihi videtur. Potius crediderim senem aliquem in Urbibus, ut in Aristophanis Vespis, primas partes egisse, qui fr. 233 laetos iuventutis dies recordetur, ut choreuta Vesp. 236 sq.; hunc etiam in fr. 221 (οὐδὲν ἐσμὲν οἱ σαπροί) loqui puto, nec non ei tribuerim fragmenta 208 et 216, in quibus ad Miltiadis et Cimonis tempora alluditur.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

Σ Φ Η Κ Ε Σ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

Σωσίας }
Ξανθίας } *οἰκέται Φιλοκλέωνος.*

Βδελυκλέων.

Φιλοκλέων.

Χορὸς γερόντων σφηκῶν.

Παῖς ἑνὸς τῶν χορευτῶν.

Συμπότης τις (vs. 1332 sqq.).

Ἀρτόπωλις.

Πολίτης τις.

Personae tacitae: Pueri. Servi. Duo canes cum nonnullis catulis [1]). Testes in lite Lachetis adhibiti [2]). Tibicina. Convivae. Chaerephon. Testis (vs. 1415 sqq.). Tres saltatores (vs. 1500 sqq.) [3]).

Actor primus *Xanthiam* [4]) et deinde *Philocleonem* agit.
Actor secundus *Bdelycleonis* partes agit [5]).

---

1) Hi quamquam non loquuntur, non tamen tacite omnino partes suas peragunt, sed aliquoties latrant atque eiulant.

2) De ridiculis hisce testibus cf. vs. 940 sqq.

3) Probabiliter statuit Beer, eosdem homines, qui prius pueros repraesentarunt, deinde saltatorum partibus esse perfunctos.

4) Excepto uno versu 457, ubi vid. quae annotavi.

5) Senis partes quoniam longe sunt difficillimae — requirunt enim virum non dicendi tantum sed etiam canendi atque saltandi peritum — primo actori quin

Actor tertius agit *Sosiam* et in fine fabulae *Convivam*, *Mulierem*, *Civem*.

Puerum, qui sodalium suorum nomine verba facit vs. 248—316, quartus agit actor extra ordinem ascitus [1]).

Fabula agitur Athenis, ante domum Philocleonis.

---

fuerint tributae non est dubium. Sed etiam filii gravissimae sunt partes, quippe cuius ore poeta, perinde atque in Acharnensibus et in Pace ore Dicaeopolidis atque Trygaei, suas proferat opiniones bonaque civibus consilia ministret. Itaque nisi a duobus histrionibus praestantissimis, quasi dicas duos protagonistas, haec comoedia, ut Sophoclis Antigona, rite agi non potuit.

1) Talis persona a Polluce IV 110 vocatur παραχορήγημα, quoniam chorego, qui chorum tantum ornare soleret, extra ordinem erat exhibenda; tres enim histriones publico sumtu adhibebantur. — Etiam puellae quae in Pace et puer qui in Euripidis Alcestide nonnulla canunt, sunt παραχορηγήματα.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

I. Φιλοκλέων Ἀθηναῖος, Φιλόδικος ὢν τὴν Φύσιν, ἐΦοίτα περὶ τὰ δικαστήρια συνεχῶς. Βδελυκλέων δὲ ὁ τούτου παῖς ἀχθόμενος ταύτῃ τῇ νόσῳ καὶ πειρώμενος τὸν πατέρα παύειν, ἐγκαθείρξας τοῖς οἴκοις καὶ δίκτυα περιβαλὼν ἐΦύλαττε νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν. ὁ δὲ ἐξόδου αὐτῷ μὴ προκειμένης ἔκραζεν. οἱ δὲ συνδικασταὶ αὐτοῦ σΦηξὶν ἑαυτοὺς ἀΦομοιώσαντες παρεγένοντο, βουλόμενοι διὰ ταύτης τῆς τέχνης ὑποκλέπτειν τὸν συνδικαστήν· (ἐξ ὧν καὶ ὁ χορὸς συνέστηκε καὶ τὸ δρᾶμα ἐπιγέγραπται.) ἀλλ' οὐδὲν ἤνυον οὐδὲ οὗτοι. πέρας δὲ τοῦ νεανίσκου θαυμάζοντος τίνος ἕνεκα ὁ πατὴρ οὕτως ἥττηται τοῦ πράγματος, ἔΦη ὁ πρεσβύτης εἶναι τὸ πρᾶγμα σπουδαῖον καὶ σχεδὸν ἀρχὴν τὸ δικάζειν. ὁ δὲ παῖς ἐπειρᾶτο τὰς ὑποψίας ἐξαίρειν τοῦ πράγματος, νουθετῶν τὸν γέροντα. ὁ δὲ πρεσβύτης μηδαμῶς νουθετούμενος οὐ μεθίει τοῦ πάθους, ἀλλ' ἀναγκάζεται ὁ νέος ἐπιτρέπειν αὐτῷ Φιλοδικεῖν, καὶ ἐπὶ τῆς οἰκίας τοῦτο ποιεῖ, καὶ τοῖς κατὰ τὴν οἰκίαν δικάζει. καὶ δύο κύνες ἐπεισάγονται παρ' αὐτῷ κρινόμενοι· καὶ κατὰ τοῦ Φεύγοντος ἐκΦέρειν συνεχῶς τὴν ψῆΦον μέλλων ἀπατηθεὶς ἄκων τὴν ἀποδικάζουσαν Φέρει ψῆΦον. περιέχει δὲ καὶ δικαιολογίαν τινὰ τοῦ χοροῦ ἐκ τοῦ τοῦ ποιητοῦ προσώπου, ὡς σΦηξὶν ἐμΦερεῖς εἰσιν οἱ τοῦ χοροῦ, ἐξ ὧν καὶ τὸ δρᾶμα· οἳ, ὅτε μὲν ἦσαν νέοι, πικρῶς ταῖς δίκαις [1]) ἐΦήδρευον, ἐπεὶ δὲ γέροντες γεγόνασι, κεντοῦσι τοῖς κέντροις. ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ δράματος ὁ γέρων ἐπὶ δεῖπνον καλεῖται, καὶ ἐπὶ

1) Ineptum hoc; τοῖς Πέρσαις?

ὕβριν τρέπεται, καὶ κρίνει αὐτὸν ὕβρεως ἀρτόπωλις· ὁ δὲ γέρων πρὸς αὐλὸν καὶ ὄρχησιν τρέπεται καὶ γελωτοποιεῖ τὸ πρᾶγμα.

II. Τοῦτο τὸ δρᾶμα πεποίηται αὐτῷ οὐκ ἐξ ὑποκειμένης ὑποθέσεως, ἀλλ' ὡσανεὶ γενομένης· πέπλασται γὰρ τὸ ὅλον. διαβάλλει δὲ Ἀθηναίους ὡς φιλοδικοῦντας, καὶ σωφρονίζει τὸν δῆμον ἀποστῆναι δικῶν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοὺς δικαστὰς σφηξὶν ἀπεικάζει κέντρα ἔχουσι καὶ πλήττουσι. πεποίηται δ' αὐτῷ χαριέντως.

ἐδιδάχθη ἐπ' ἄρχοντος Ἀμεινίου διὰ Φιλωνίδου 〈ἐν ἄστει. πρῶτος ἦν.〉 Εὔπολις Πόλεσι δεύτερος ἦν, Λεύκων Πρέσβεσι τρίτος. — καὶ εἰς Λήναια ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης Προάγωνι [1]).

[Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ.]

Φιλοῦντα δικάζειν πατέρα παῖς εἴρξας ἄφνω
αὐτός τ' ἐφύλαττεν ἔνδον οἰκέται θ', ὅπως
μὴ λανθάνῃ μηδ' ἐξίῃ διὰ τὴν νόσον.
ὁ δ' ἀντιμάχεται παντὶ τρόπῳ καὶ μηχανῇ.
εἶθ' οἱ συνήθεις καὶ γέροντες, λεγόμενοι
σφῆκες, παραγίνονται βοηθοῦντες σφόδρα
ἐπὶ τῷ δύνασθαι κέντρον ἐνιέναι τισὶ
φρονοῦντες ἱκανόν. ὁ δὲ γέρων τηρούμενος
συμπείθετ' ἔνδον διαδικάζειν καὶ βιοῦν,
ἐπεὶ τὸ δικάζειν κέκρικεν ἐκ παντὸς τρόπου.

---

1) Didascaliae verba correxi supplevi ordinavi; mutationum mearum rationem dedi in Mnemos. 1888 p. 257 et supra in huius editionis prolegomenis. Ultima verba non ad ipsam didascaliam pertinent sed postmodo adiecta est observatio: bis hoc anno Aristophanem (Philonidis nomine) vicisse.

VESPAE.

PROLOGUS.

(vs. 1—229).

(Scena plateam aliquam in urbe Athenarum repraesentat. In parte posteriore cernitur domus tabulato instructa, quod fenestram habet. In tecto dormiens conspicitur *Bdelycleo.* Ante domum sedent duo servi, *Sosias* et *Xanthias*, cum somno colluctantes.

Tempus est circa noctis finem; nondum tamen allucescit.)

SCENA PRIMA.

Sosias, Xanthias.

ΣΩΣΙΑΣ.

(Somnum excutiens:)

οὗτος, τί πάσχεις ὦ κακόδαιμον Ξανθία;

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(item:)

Φυλακὴν καταλύειν νυκτερινὴν διδάσκομαι.

Verba textus quomodo inter singulos actores distribuenda essent, non codices rogavi sed ipsum poetam, quoniam hac certe in re nullam mscriptorum esse fidem inter peritos constat, cf. Hamaker Mnemosyn. 1854 p. 24 sqq.; ipsos autem veteres grammaticos hic illic dubitasse etiamnunc testantur scholia ad vs. 75. Passim autem mihi discedendum duxi a vulgata dividendi ratione; neque singulos locos, ubi huiusmodi aliquid molitus sum, hic sum indicaturus. Plerisque sequi poteram viros doctos Brunck, Tyrwhitt, Hermann, Dobree (vs. 1496), Lenting (vs. 1332 sqq.), Beer, Hirschig, Bergk, Cobet (vs. 313), Hamaker, Richter, Meineke, Blaydes.

In fabulae initio inter duos servos poetae verba ita divisi ut primarias partes

---

1. *οὗτος, τί πάσχεις;*] item Av. 1044 Lys. 880, vid. praeterea Appendix.

— *τί πάσχεις*] item Nub. 708, 816 Av. 1044 Lys. 880, cf. *τί πέπονθας* infra vs. 267 et 995, et *τί παθών* Ach. 826, 912 Nub. 340, 402, 1506 Vesp. 251 Pac. 701 Lys. 599 Plut. 908 (de manuscriptorum vitio tralaticio *τί μαθών* pro *παθών* vid. G. Hermann in praef. Nub. pag. L).

2. *φυλακὴν καταλύειν*] oppositum est *φυλάττειν* (Aristot. Pol. V 8 § 5).

— *διδάσκομαι*] = *μελετῶ*, cf. Eq. 401 Nub. 194 Plut. 473 et passim apud Platonem. *Operam do ut officio meo deesse discam.*

ΣΩΣΙΑΣ.

κακὸν ἄρα ταῖς πλευραῖς τι προυφείλεις μέγα.
ἆρ' οἶσθά γ' οἷον κνώδαλον φυλάττομεν;

ΞΑΝΘΙΑΣ.

οἶδ'· ἀλλ' ἐπιθυμῶ σμικρὸν ἀπομερμηρίσαι.

(Denuo obdormiscit.)

ΣΩΣΙΑΣ.

σὺ δ' οὖν παρακινδύνευ', ἐπεὶ καὐτοῦ γ' ἐμοῦ
κατὰ τοῖν κόραιν ὕπνιόν τι καταχεῖται γλυκύ.

(Item obdormiscit. — Aliquantisper silentium est.)

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(E somno experrectus Sosiam dormientem conspicit:)

ἀλλ' ἦ παραφρονεῖς ἐτεὸν ἢ κορυβαντιᾷς;

Xanthiae tribuerem, protagonistam hunc fuisse ratus, eundem igitur actorem qui deinde *senem* agit; itaque sicubi post prologum servus loquitur, *Sosiam* hunc nominavi, excepto versu 457, ubi verba ἀλλὰ δρῶ τοῦτ' ab aliquo homine ex iis, qui mutas personas agebant, pronunciata esse sumo. Non facio igitur cum Beerio et Hamakero l. l. p. 25, propter versum 456 statuentibus Sosiam vs. 138 de scena discessisse, Xanthiam vero in ea remansisse; immo versu 456 Xanthias cum hero suo in scenam redit, si mentem poetae assecutus sum ego. Recte vero demonstravit Hamaker, non duos simul servos sed unum tantum cum sene eiusque filio verba facere.

3. προυφείλεις Phrynichus in Anecd. Bekkeri p. 47] προύφειλες VR; correxit Elmsley. Imperfectum propter voculam ἄρα quae antecedit praeferens Hamaker πρώφειλες scribit, Richter (infelici coniectura) πρῷ 'φείλεις. Compositum προοφείλειν, quod apud Aristophanem alias non occurrit, de multa dudum debita aptissimum est huic loco; alioqui conici posset πλευραῖσιν ὤφειλες.

6. οὖν] αὖ R.

7. τοῖν] ταῖν codices. — ὕπνιον Invernizi Cobet] ὕπνου VR, ἤδη alii; Geel ὕπαρ coniecit.

---

3. προυφείλεις] compositum, quo Ar. alias non utitur, extat etiam apud Antiphontem V § 61: ἐξὸν γὰρ .... ἀπολέσαι ἐκεῖνον, εἴπερ προωφείλετο αὐτῷ κακόν. Vert.: *iamdudum igitur magnum malum lateribus tuis debes*, id est: operam das, opinor, ut solvantur tibi flagra quae dudum commeruisti.

4. κνώδαλον] *monstrum.* Voce, cuius stirps ignoratur, comicus etiam Lys. 477 utitur. Absurdam, quam scholia praebent, originationem (παρὰ τὸ κυσὶν ἀλίσκεσθαι) peperisse videtur Homeri versus ρ 317.

6.] *tuo igitur periculo fiat.*

8. ἐτεόν] particulam, qua instanter rogantes utuntur, Aristophanes adhibuit etiam Ach. 322, 609 Eq. 32, 733, 1246, 1392 Nub. 35, 93, 820, 1502 Vesp. 184, 836 Av. 393 Eccl. 376.

— κορυβαντιᾷς] terminus -ιᾶν morbum indicare solet, cf. σιβυλλιᾶν Eq. 61, λημαντιᾶν Ran. 494, ἰλιγγιᾶν Ach. 581, 1218, σκοτοδινιᾶν Ach. 1219, βουλιμιᾶν,

ΣΩΣΙΑΣ.

(ad se rediens:)

οὐκ, ἀλλ' ὕπνος μ' ἔχει τις ἐκ Σαβαζίου.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

τὸν αὐτὸν ἄρ' ἐμοὶ βουκολεῖς Σαβάζιον·
κἀμοὶ γὰρ ἀρτίως ἐπεστρατεύσατο
Μῆδός τις ἐπὶ τὰ βλέφαρα νυστακτὴς ὕπνος.
καὶ δῆτ' ὄναρ θαυμαστὸν εἶδον ἀρτίως.

---

11. ἀρτίως R] ἀρτίως τις V alii, unde Valckenaer ad Eur. Phoen. vs. 292 coniecit τις ἐστρατεύσατο.

ναυτιᾶν, λιθιᾶν, ὀφθαλμιᾶν, ὠχριᾶν etc. Vert.: *vesanusne es igitur an cerritus?* — Corybantium καθαρμοί, ad quos etiam vs. 119 poeta alludit, nuper innotuerant et iam magis magisque in consuetudinem veniebant omniumque in ore erant, ut hodie hypnosis illa sive suggestio quae dici solet. Qui corybantium mysteriis initiandus erat, in sella (θρόνῳ) considere iubebatur; deinde initiati, veluti sacro furore correpti, celeriter saltantes et cymbala pulsantes circa eius sellam gyros ducebant, quae vocabatur θρόνωσις. Vid. Plat. Euthydem. 277*d*: τὼ ξένω περὶ σὲ ποιεῖτον ταὐτὸν ὅπερ οἱ ἐν τῇ τελετῇ τῶν Κορυβάντων, ὅταν τὴν θρόνωσιν ποιῶσι περὶ τοῦτον ὃν ἂν μέλλωσι τελεῖν· καὶ γὰρ ἐκεῖ χορεία τίς ἐστι καὶ παιδιά. Alias apud Platonem furor τῶν κορυβαντιώντων alios hominum furores superare dicitur (vid. Conviv. 215*e* alibi); dignus qui comparetur est etiam locus de Legg. VII 790*d*.

9. Σαβαζίου] etiam Phrygium hoc numen nuper Athenas invectum fuerat. Cf. Cic. de Legg. II 15 *novos deos et in his colendis nocturnas pervigilationes sic Aristophanes, facetissimus poeta veteris comoediae, vexat ut apud eum Sabazius et quidam alii di peregrini iudicati e civitate eiciantur.* His verbis Cicero spectare videtur comoediam deperditam Ὧρας, in qua legebatur versus τὸν Φρύγα, τὸν αὐλητῆρα, τὸν Σαβάζιον (fr. 566 Kock). Vid. praeterea Av. 874 Lys. 388.

10. βουκολεῖς] = τρέφεις sive βόσκεις. *Alendi* verba iocose ita adhibentur, cf. Eccl. 81. Aliter verbo βουκολεῖν usus est Aeschylus Agam. 669 ἐβουκολοῦμεν φροντίσιν νέον πάθος (= *mente versabamus*, *recordabamur*), et Eum. 78 καὶ μὴ πρόκαμνε τόνδε βουκολούμενος | πόνον de Oresta a furiis per terras agitato. Cf. ποιμαίνειν *ducendi* sive *moderandi* sensu usurpatum Plat. Lys. 209*a* τὸ σῶμά σου ἄλλος ποιμαίνει καὶ θεραπεύει, Theocrit. XI 80 οὕτως καὶ Πολύφαμος ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα.

12. Μῆδος] = βάρβαρος, ut Phrygius Sabazius. Hinc additur verbum, quo incursiones hostiles indicari solent, quoniam Persarum nomen in mente aequalium comici veluti concreverat cum notione expeditionis bellicae; vid. praeterea vs. 1124. Sed parum festivum esse hunc iocum haud inepte contenderit quispiam, fretus ipsius Aristophanis iudicio in Pace vs. 748 prolato.

— νυστακτὴς] a verbo νυστάζειν *nutare* (Hom. Υ 162 etc. etc., Av. 639, Xenarch. fr. 2 ὡς ὑπό τι νυστάζειν γε καὐτὸς ἄρχομαι), quod est intensivum a verbo νεύω *nuo* eadem ratione formatum qua ab ἕλκειν fit ἑλκυστάζειν et a ϝ(ε)ρύω ῥυστάζειν. Cf. praeterea χασκάζειν vs. 695.

ΣΩΣΙΑΣ.

κἄγωγ᾽ ἀληθῶς οἷον οὐδεπώποτε.
ἀτὰρ σὺ λέξον πρότερος.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ἐδόκουν ἀετὸν
καταπτόμενον εἰς τὴν ἀγορὰν μέγαν πάνυ
ἀναρπάσαντα τοῖς ὄνυξιν ἀσπίδα
φέρειν .... ἐπίχαλκον ἀνεκὰς εἰς τὸν οὐρανόν,
κἄπειτα ταύτην ἀποβαλεῖν .... Κλεώνυμον.

14.] Hamaker κἄγωγ᾽. — ἀληθῶς; — οἷον etc., non recte, nam interrogando non ἀληθῶς inservit sed ἄληθες, hoc vero est irati vel indignantis.

16. καταπτόμενον Brunck] -άμενον codices.

---

15. ἐδόκουν] verbum hoc loco *putandi* vi, quae est antiqua et Ionica eius notio (cf. Pac. 47), adhibitum est; vs. 31 *videri* significat, ut alias passim.

16.] aquila serpentem unguibus abripiens aut ex unguibus mittens notissimum est omen; vid. praesertim Hom. M 200 sqq. et ludicrum oraculum Equit. 197 sqq. — De vipera autem venenata in Egypto viventi, cui nomen est ἀσπίς, conferri possunt Aristot. Animal. III 170, 177, IV 102 VIII 29 IX 6 et Aelian. Animal. I 54. Satis igitur credibile est servum in somno vidisse aquilam, quae ἀσπίδα unguibus teneret; sed deinde fit ἀπροσδόκητόν τι, non enim aspidem morsu nocentem sed *aeneam* significari iam apparet. Simili lusu e. g. vs. 1207 verbo διώκειν subiungitur vox λοιδορίας. Ex *aspidis* vocabuli ambiguitate comicus etiam Pac. 336 iocum petiit, ni fallor, adiectivum autem ἐπίχαλκος nomine ἀσπίς omisso substantivi loco usurpavit etiam Amipsias fr. 17 τὸ μὲν δόρυ | μετὰ τῆς ἐπιχάλκου πρὸς Πλαταιαῖς ἀπέβαλεν. — Subsimilis verborum lusus fortasse fingi potest ope nominis *copperhead*, quo anguium venenatorum genus quoddam hodie designatur.

18. ἀνεκάς] adverbium legitur etiam in Eupol. fr. 50.

19. ἀποβαλεῖν] ex hoc verbo novum ἀπροσδόκητον nascitur; nempe additur non aquilam fuisse sed *Cleonymum*, qui aspidem missam faceret vel potius abiceret, quemadmodum fert eius natura. Aspidem, quam aquila sublimem rapuisset, a Cleonymo esse deiectam, non est quod nimis miremur in somnio, ubi effrenae vagari solent hominum cogitationes.

— Κλεώνυμον] hic vir, Cleonis partibus addictus (vid. Eq. 958), qui tantum non ignotus foret nobis, nisi superessent Aristophanis comoediae, infra vs. 592 vocatur ὁ μέγας οὗτος κολακώνυμος ἀσπιδαποβλής. Alibi quoque passim comicus eum depingit ut *pinguem ignavumque adulatorem*, praesertim Av. 1473 sqq., festiva allegoria usus: ἔστι γάρ δένδρον πεφυκὸς ἔκτοπόν τι, καρδίας ἀπωτέρω, Κλεώνυμος, | χρήσιμον μὲν οὐδέν, ἄλλως δὲ δειλὸν καὶ μέγα. | τοῦτο τοῦ μὲν ἦρος ἀεὶ βλαστάνει καὶ συκοφαντεῖ, | τοῦ δὲ χειμῶνος πάλιν τὰς ἀσπίδας φυλλορροεῖ. Vid. praeterea Ach. 88, 844, Equit. 1294, 1372, Nub. 353, 400, 674—680, Vesp. 822, Pac. 446, 673—678, 1295—1301, Av. 289. E Pacis versibus 444—446 apparet eum *taxiarchum* fuisse quo tempore ad *Delion* pugnatum est, nostra autem fabula docere videtur eum ex illa pugna, qua gravem cladem acceperunt Athenienses, abiecto clipeo aufugisse.

ΣΩΣΙΑΣ.

οὐδὲν ἄρα γρίφου διαφέρει Κλεώνυμος.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

πῶς δή;

ΣΩΣΙΑΣ.

προτενεῖ τις τοῖσι συμπόταις λέγων·
„τί ταὐτὸν ἐν γῇ τ' ἀπέβαλεν κἀν οὐρανῷ
κἀν τῇ θαλάττῃ θηρίον τὴν ἀσπίδα;"

ΞΑΝΘΙΑΣ.

οἴμοι, τί δῆτά μοι κακὸν γενήσεται
ἰδόντι τοιοῦτον ἐνύπνιον;

ΣΩΣΙΑΣ.

μὴ φροντίσῃς·
οὐδὲν γὰρ ἔσται δεινὸν οὐ μὰ τοὺς θεούς.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

δεινόν γέ τοί ἐστ' ἄνθρωπος ἀποβαλὼν ὅπλα.
ἀτὰρ σὺ τὸ σὸν αὖ λέξον.

ΣΩΣΙΑΣ.

ἀλλ' ἐστὶν μέγα·
περὶ τῆς πόλεως γάρ ἐστι τοῦ σκάφους ὅλου.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

λέγε νυν ἀνύσας τι τὴν τρόπιν τοῦ πράγματος.

---

21 sq. προτενεῖ et τί Cobet] προ(σ)ερεῖ et ὅτι codices. Pro προερεῖ, quod hinc alienum (*praedicere* enim significat, vid. Pac. 371 Av. 596), comicus etiam προβαλεῖ recte potuit dicere, sed lenior est Cobeti correctio magisque exquisitum quod restituit verbum.

27. τοί ἐστ' (τοὔστ') Dindorf] πουστ'.

---

20. γρίφου] inter locos, ubi hodie hoc vocabulum legitur, hic est antiquissimus.

21. προτενεῖ] *aenigma proponendi* sensu adhibitum est e. g. Aesch. Prom. 777.

22.] comicus alludit ad aenigma: τί ταὐτὸν ἐν οὐρανῷ κἀπὶ γῆς κἀν θαλάττῃ, *quae animalia et in coelo inveniuntur et in terra et in mari*? cuius solutio est *ursus*, *anguis*, *aquila*, *canis*, quatuor enim haec sunt nomina siderum, animalium terrestrium, animalium marinorum. Vid. quae Athenaeus X p. 453 affert e Clearchi libro περὶ γρίφων. — Simili ratione comicus utitur carmine populari Acharn. 532—534.

26 sq.] *non tam gravis* (i. e. *periculosa*) *erit res*. — *Hoccine non grave* (i. e. *turpe*) *tibi videtur, homo qui arma sua proiecit?*

30. ἀνύσας τι] participium ἀνύσας saepe subicitur adhortationi vel mandato; vid. Ach. 571 Eq. 71 Nub. 181 Vesp.

ΣΩΣΙΑΣ.

ἔδοξέ μοι περὶ πρῶτον ὕπνον ἐν τῇ πυκνὶ
ἐκκλησιάζειν πρόβατα συγκαθήμενα,
βακτηρίας ἔχοντα καὶ τριβώνια·
κἄπειτα τούτοις τοῖσι προβάτοις μοι ἐδόκει
δημηγορεῖν φάλαινα πανδοκεύτρια,
ἔχουσα φωνὴν ἐμπεπρημένης ὑός.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

αἰβοῖ.

ΣΩΣΙΑΣ.

τί ἔστι;

---

34. τοῖσι προβάτοις VR] τοῖς προβάτοισι alii magis numerose.
36. ἐμπεπρημένης Bekker] -πρημένην R, -πρησμένην V, -πρησμένης schol.

398, 847, 1158, 1162, 1210 Lys. 438 Thesm. 255 Ran. 1171 Eccl. 1058, Plut. 229, 349, 648, 974, et addito pronomine τι, ut hoc loco, Eq. 119 Nub. 506, 635, 1253 Vesp. 202, Pac. 275, 872 Lys. 920. Comparetur τρέχων Ach. 176, 828 Nub. 780, 1164 Vesp. 1437 Pac. 259 (Av. 991) Ran. 193 Plut. 1103.

— τρόπιν] *carinam*, ex Ulixis naufragio (ε 130 η 252 μ 421 etc.) cuivis notam. Hic *rei cardinem* vocabulo significat servus, ita iocosam comparationem continuans, quae inest alterius servi verbis τὸ σκάφος τῆς πόλεως.

35. φάλαινα] *phoca* aliudve animal aliquod cetaceum (cf. Aristot. Animal. III 20 § 1). Nos: *hij blaast als een noordkaper* vel *als een bruinvisch.* Praeter *immanem vocem* teterrimus horum animalium *odor*, de quo nota extat narratiuncula apud Homerum (δ 441 sqq.), comparationis ansam praebuit; vid. infra vs. 1034 sq.

— πανδοκεύτρια] *caupona*, femina ἐκ πανδοκείου (Ran. 550); vid. Ran. 114 et praesertim Plut. 426. Quoniam *somnia* narrat Sosias, ferri potest notionum repugnantium iunctura (cf. vs. 18 sq.) quantumvis absurda; quid enim phocae cum popina? Phoca clamosum est animal, superlativi vero instar est vox phocae in macelli strepitu enutritae. Si ad litteram reddas *een zeerob uit een kroeg*, multum abest ut assequaris vim comicam verborum Graecorum; apud nos enim vox *zeerob* tamdiu in populi ore fuit ut propriam significationem amiserit.

36.] multus est Aristophanes in deridenda Cleonis voce ingenti, qua cives in concione percellere solebat, persuadendo et commovendo magis quam eleganter et decore loquendo studens. Eq. 137 ἅρπαξ κεκράκτης vocatur, Κυκλοβόρου φωνὴν ἔχων (cf. Vesp. 1034 = Pac. 757, fr. 636, Pherecrat. fr. 51, Cratin. fr. 186, Ran. 1005), id quod in epica dictione vocatur λαβραγόρης, λαβρεύεσθαι, et apud tragicos λαβροστομεῖν (Aesch. Prom. 327). Novum verbum κυκλοβορεῖν comicus finxit Ach. 381 ad lutulentam hominis facundiam depingendam.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

παῦε, παῦε, μὴ λέγε·
ὄζει κάκιστον τοὐνύπνιον βύρσης σαπρᾶς.

ΣΩΣΙΑΣ.

εἶθ' ἡ μιαρὰ φάλαιν' ἔχουσα τρυτάνην
ἵστη βόειον δημόν.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

οἴμοι δείλαιος·
τὸν δῆμον ἡμῖν βούλεται διιστάναι.

ΣΩΣΙΑΣ.

ἐδόκει δέ μοι Θέωρος αὐτῆς πλησίον
χαμαὶ καθῆσθαι, τὴν κεφαλὴν κόρακος ἔχων.
εἶτ' Ἀλκιβιάδης εἶπε πρός με τραυλίσας·
„ὁλᾷς; Θέωλος τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει."

38. τοὐνύπνιον] τοὐνυπνίου Cobet, sed cf. Ach. 852 Eq. 892.
41. ἡμῖν vHerwerden] ἡμῶν.

37. παῦε] medii vis huic imperativo propria est ubi interiectionis loco adhibetur, vid. Eq. 821 Vesp. 1194, 1208 Pac. 648 Av. 1504 Ran. 122, 269, 843 Eccl. 160; item παῦ' ἐς κόρακας Ach. 864 Av. 889 (= βάλλε). Raro subiungitur participium (Eq. 919 Vesp. 517 Pac. 326) aut genitivus (Av. 1243 Ran. 580); talibus locis dici solet παῦσαι (numquam παύου), vid. Ach. 1107 etc.

38.] post Equitum fabulam scenae commissam nulli spectatori dubium esse potest quin Cleon petatur sicubi coriorum graveolentium fiat mentio.

40. ἵστη] *in trutina exigebat*, ut Pac. 1249 Ran. 1401 fr. 488[4], Lys. Orat. X § 18, Xenoph. Commentar. I 1 § 9, Platon. Protag. 356*b*, etc. Notissima erat Aeschyli fabula Ψυχοστασία, cuius argumentum ex Hom. X 210 desumtum erat, cf. schol. Θ 70.

— βόειον δημόν] eodem verborum lusu comicus utitur Eq. 954.

41. διιστάναι] *in duas partes dirimere.* — Muellero Struebing aliisque viris doctis Aristophanes his verbis innuere videtur mox novam εἰσφοράν, id est tributum extraordinarium, belli gerendi causa imperatum iri, qualem etiam anno 428 Cleon civibus irrogaverat post Mitylenes defectionem, vid. Thuc. III 19; nempe εἰσφοράς pendebant cives qui primae secundae tertiae classibus erant adscripti, immunes vero erant thetes (cf. Equit. 923, Lys. Orat. XXVIII § 3). Equidem libenter in eam sententiam adduci me sino ut etiam post cladem ad Delion acceptam et Amphipolin amissam civibus εἰσφορὰν irrogatam esse statuam, sed non credo comicum hoc loco ad certam aliquam rem alludere.

42.] *Theorus*, Cleonis sectator (cf. infra vs. 1220 et 1236) ut ventosissimus nugator pingitur Ach. 135 sqq., ubi ridiculas admodum agit partes; in Nubibus autem vs. 400 periurus audit homo, dignus qui cum Cleonymo Iovis fulmine percutiatur (vid. etiam infra vs. 418); denique turpissimus adulator vocatur hoc loco et infra vs. 600.

44.] *balbus* erat Alcibiades; vid. Plut. Alcib. 1 et Archippi fragmentum (45 Kock) ab eo allatum.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ὀρθῶς γε τοῦτ' Ἀλκιβιάδης ἐτραύλισεν.

ΣΩΣΙΑΣ.

οὔκουν ἐκεῖν' ἀλλόκοτον, ὁ Θέωρος κόραξ
γενόμενος;

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ἥκιστ'· ἀλλ' ἄριστον.

ΣΩΣΙΑΣ.

πῶς;

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ὅπως;
ἄνθρωπος ὤν, εἶτ' ἐγένετ' ἐξαίφνης κόραξ·
οὔκουν ἐναργὲς τοῦτο συμβαλεῖν, ὅτι
ἀρθεὶς ἀφ' ἡμῶν ἐς κόρακας οἰχήσεται;

ΣΩΣΙΑΣ.

εἶτ' οὐκ ἐγὼ δοὺς δύ' ὀβολὼ μισθώσομαι
οὕτω σ' ὑποκρινόμενον σοφῶς ὀνείρατα;

ΞΑΝΘΙΑΣ.

(ad spectatores conversus:)

Φέρε νυν κατείπω τοῖς θεαταῖς τὸν λόγον,
ὀλίγ' ἄτθ' ὑπειπὼν πρῶτον αὐτοῖσιν ταδί,
μηδὲν παρ' ἡμῶν προσδοκᾶν λίαν μέγα,
μηδ' αὖ „γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον".

---

48. γενόμενος Bothe] γιγνόμενος. — ἀλλ' ἄριστον] ἀλλὰ ῥᾷστον (*facillimum intellectu*) Hamaker, vix recte.

53. οὕτω σ' Geel] οὕτως. — σοφῶς VR] σαφῶς alii, quod praeferunt Dobree Hirschig Richter. Mihi σοφῶς certum videtur coll. Ach. 401, ubi σαφῶς absurdum esset.

55. πρῶτον VR] πρότερον alii.

52.] cf. Plaut. Curcul. 248 *vah, solus hic homost qui sciat divinitus.* Duo oboli hominis mercedem quotidianam efficiunt satis amplam; cf. vs. 1189 et Ran. 141. — εἶτ' etc.] simillimus est Euripidis locus Cyclop. 172 εἶτ' ἐγὼ οὐκ ὠνήσομαι | τοιόνδε πῶμα, quem comici menti obversatum esse suspicor.

53. ὑποκρινόμενον σοφῶς] cf. Acharn. 401.

56 sq.] non nimis magna, nec tamen nugas aniles. De vi particulae αὖ consulantur Nub. 51 Av. 1091 etc.

57. γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον] apparet aliena verba hic citari, cum ironica autem vocis modulatione ab histrione proferri. Sic etiam Aristophanis fragmentum 471 Kock est accipiendum, ubi comicus de Euripide dicit: χρῶμαι γὰρ αὐτοῦ τοῦ στόματος τῷ στρογγύλῳ· |

ἡμῖν γὰρ οὐκ ἔστ' οὔτε κάρυ' ἐκ Φορμίδος
δούλω διαρριπτοῦντε τοῖς θεωμένοις,
οὔθ' Ἡρακλῆς τὸ δεῖπνον ἐξαπατώμενος,
οὐδ' αὖθις „ἀ-σ ε λ γ α ν ο ῦ μ ε ν εἰς Εὐριπίδην"·
οὐδ' εἰ Κλέων ἀνέλαμψε τῆς τύχης χάριν,
αὖθις τὸν αὐτὸν ἄνδρα μυττωτεύσομεν.
ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν λογίδιον γνώμην ἔχον,
ἡμῶν μὲν αὐτῶν οὐχὶ δεξιώτερον,
κωμῳδίας δὲ φορτικῆς σοφώτερον.

61. *αὖθις*] *αὖθις ἂν* V. — **ἀσελγανοῦμεν εἰς Εὐριπίδην*] *ἀνασελγαινόμενος Εὐριπίδης*. Litterae *αν* e sequenti versu huc aberrarunt; id quod restitui legit scholiasta, qui suis verbis reddit *κατ' Εὐριπίδου πολλὰ λέξομεν ἀσελγῆ*. Dindorf coniecit *ἐνασελγαινόμενος Εὐριπίδης*.

62. *ἀνέλαμψε* Richter et Cobet] *ἔλαμψεν* R, *γ' ἔλαμψε* V.

65. *ἡμῶν* Hamaker] *ὑμῶν*.

τοὺς νοῦς δ' ἀγοραίους ἧττον ἢ ἐκεῖνος ποιῶ, id est: *scilicet „verbulis Euripideis pascor", ut dixit nescio quis* (Eupolin puta); .... *at inventis utor aliquanto magis urbanis quam tragicus.* — Eupolis igitur Aristophanis iocum aliquem vocaverat *risum Megaris petitum*, (fabulae Acharnensium partem, in qua homo Megarensis cum filiabus loquens inducitur, contumeliose ita significans, ni fallor) Similia Eupolidis verba e Prospaltiis (fr. 244) afferuntur in scholio: *Ἡράκλεις, τοῦτ' ἔστι σοι | τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν καὶ σφόδρα | ψυχρόν· γελᾷ γάρ, ὡς ὁρᾷς, τὰ παιδία*, quo loco quin item petatur Aristophanes non dubito, hic autem respondet Nub. vs. 539 sqq.

58 sqq.] servus ea quae modo dixit nunc exemplis illustrat, chiasmi figura usus: neque ioci insulsi, quales ipse Eupolis nuper spectatoribus obtulit, nunc sunt expectandi, neque summi qui sunt in litteris vel in re publica viri traducentur hodie, ut in Acharnensibus atque in Equitibus. — Ex hisce versibus apparet Eupolin brevi ante in scena exhibuisse duos servos bellaria in spectatores conicientes (cf. Pac. 962 et Plut. 789—799) et Herculem cena destitutum (cf. Lysistr. 928 et de Herculis decantata illa ingluvie Av. 1603 sqq., Eur. Alc. 747 sqq., Theocrit. XXIV 135 sqq.) — Similibus conviciis comicus aemulos suos carpit vs. 1025, Nub. 540 sqq., Pac. 740 sqq., Ran. 14.

61. *ἀσελγανοῦμεν εἰς Εὐριπίδην*] haec quoque non ipsius servi sunt verba Aristophanis nomine prolata, sed affertur id quod contumeliose admodum nuper dixerat Eupolis, „Aristophanem Euripidi rustice et impudenter illusisse", Acharnensium fabulam spectans, opinor. Videantur Eupolidis verba ad vs. 57 e Prospaltiis allata, et Eupol. fr. 159[15] et 320.

62. *ἀνέλαμψε*] *inclaruit.*

63. *μυττωτεύσομεν*] *conterere, conficere*, in *μυττωτόν* (Ach. 174 Eq. 771) mutare; quod quomodo fieri soleret docet Pacis locus vs. 236 sqq., vid. inprimis vs. 247. Conferri possunt nostratium locutiones *onder het mes nemen* et *in de pan hakken.*

65 sq.] *non praestantius quam quae antehac protulimus* (omnes enim fabulae nostrae pulcherrimae sunt), *sed melius quam sunt insulsae (Eupolidis ceterorumque huiusmodi nugatorum) facetiae.* Vid. Ach. 646 sqq. — Adiectivum *φορτικός* redit Nub. 524 Lys. 1218, cf. *φόρτος* Pac. 748 Plut. 796.

ἐστὶν γὰρ ἡμῖν δεσπότης ἐκεινοσὶ
ἄνω καθεύδων, ὁ μέγας, οὑπὶ τοῦ τέγους.
οὗτος φυλάττειν τὸν πατέρ᾽ ἐπέταξε νῷν,
ἔνδον καθείρξας, ἵνα θύραζε μὴ ᾽ξίῃ.
νόσον γὰρ ὁ πατὴρ ἀλλόκοτον αὐτοῦ νοσεῖ,
ἣν οὐδ᾽ ἂν εἷς γνοίη ποτ᾽ οὐδ᾽ ἂν ξυμβάλοι,
εἰ μὴ πύθοιθ᾽ ἡμῶν· ἐπεὶ τοπάζετε.

(Aliquantisper auscultatur.)

ΣΩΣΙΑΣ.

(Unum e spectatoribus digito indicans:)

Ἀμυνίας μὲν ὁ Προνάπους φήσ᾽ οὑτοσὶ
εἶναι φιλόκυβον αὐτόν.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ἀλλ᾽ οὐδὲν λέγει
μὰ Δί᾽, ἀλλ᾽ ἀφ᾽ αὑτοῦ τὴν νόσον τεκμαίρεται.

ΣΩΣΙΑΣ.

οὔκ, ἀλλὰ φ ι λ ο- μέν ἐστιν ἀρχὴ τοῦ κακοῦ.
ὁδὶ δέ φησι † Σωσίας † πρὸς Δερκύλον
εἶναι φιλοπότην αὐτόν.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

οὐδαμῶς γ᾽, ἐπεὶ
αὕτη γε χρηστῶν ἐστιν ἀνδρῶν ἡ νόσος.

74. *Προνάπους*] sic recte VR, alii *-που*.

76.] post hunc versum Sosiae verba excidisse statuunt Bergk Dindorf Meineke, qui versum 77 Xanthiae tribuunt.

77.] hunc versum delet Hamaker. — *ἀρχὴ*] *ἀρχῆ* codices.

78. *Σωσίας*] ita Alexandriae quoque legisse grammaticos e scholiis apparet; attamen culpa librariorum nomen *servi* in textum irrepsisse videtur, fortasse autem expulit civis alicuius propter ebrietatem famosi nomen, quod poeta posuerat; simile est vitium in Acharn. vs. 47. *Σωσικλέης* tentavit vHerwerden. An *participium* aliquod latitat? Pronomini *αὐτόν* iocosa inest ambiguitas.

68. *οὑπὶ τοῦ τέγους*] cf. Lys. 395 et fr. 11.

71.] etiam Pacis fabulae initio servus narrat dominum suum mirifico morbo esse correptum.

74.] de Amynia cinaedo et heluone cf. vs. 466, 1267 Nub. 686. — *Προνάπους*] ita, non *Προνάπου*, scribendum esse docet lapis CIA. II 804 (Dittenberger. Syllog. 351[60]) *Εὔπολις Προνάπους Αἰξω(νεύς)*. Idem vir apud Isaeum VII § 18 commemoratur.

76.] cf. Alexidis fr. 302 *οὐκ ἔστ᾽ ἀναισχυντότερον οὐδὲν θηρίον | εἰσορᾶν γυναικός· ἀπ᾽ ἐμαυτῆς ἐγὼ τεκμαίρομαι* Vid. etiam Pac. 55.

ΣΩΣΙΑΣ.

Νικόστρατος δ' αὖ φησιν ὁ Σκαμβωνίδης
εἶναι φιλοθύτην αὐτὸν ἢ φιλόξενον.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

μὰ τὸν κύν', ὦ Νικόστρατ', οὐ φιλόξενος,
ἐπεὶ καταπύγων ἐστὶν ὅ γε Φιλόξενος.

ΣΩΣΙΑΣ.

ἄλλως φλυαρεῖτ'· οὐ γὰρ ἐξευρήσετε.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

εἰ δὴ ἐπιθυμεῖτ' εἰδέναι, σιγᾶτε νῦν,
φράσω γὰρ ἤδη τὴν νόσον τοῦ δεσπότου.
φιληλιαστής ἐστιν ὡς οὐδεὶς ἀνήρ,
ἐρᾷ τε τούτου, τοῦ δικάζειν, καὶ στένει,

87.] coll. Lysistr. vs. 769 sq. damnat Hirschig.

81.] *Nicostratus*, quem designat comicus, videtur esse filius Diitrephis, sectator Niciae et Lachetis, quocum anno 418 exercitui praefuit et in pugna ad Mantineam est occisus. Vid. Thuc. III 75, IV 129 sq., V 61 et 74. — Σκαμβωνίδαι sunt demus tribus Leontidis.

82. φιλοθύτην] *religiosum.* Vox, quae etiam in bonam partem accipi potest (= *pium*), vid. Antiphont. Tetralog. A β § 12, hic idem fere valet quod δεισιδαίμονα. Talem fuisse indolem hominis, qui Niciae ab amicis esset, nemo mirabitur.

83. μὰ τὸν κύνα] cf. Teleclid. fr. 27 et Eupol. fr. 74 ναὶ μὰ τὰς κράμβας, Eupol. fr. 70 ναὶ μὰ τὴν ἀμυγδαλῆν, Ar. Av. 521 ναὶ τὸν χῆνα.

84.] e nominum propriorum vera significatione ludendi materiem sumere solet Aristophanes; vid. *Amynias* Eq. 570, *Nicobulus* Eq. 615, *Antileo* Eq. 1044, *Phanus* Eq. 1256, *Diopithes* Vesp. 380, *Dracontides* Vesp. 438, *Lysimache* Pac. 992 Lys. 554, *Aristocrates* Av. 125, *Nausimache*, *Aristomache*, *Stratonice*, *Eubule* Thesm. 804—808, *Procrustes* Eccles. 1021. Similia Sophoclis Cononis Herodici dicta affert Aristoteles Rhetor. II 23 sub finem, nec non conferendus est comici mos hominibus, quos loquentes inducit, nomina dandi quae eorum mores vitaeque condicionem veluti depingant; sic in Acharnensibus *Dicaeopolis* vocatur is qui τὰ δίκαια περὶ τῆς πόλεως dicit, *Marilades Anthracyllus Euphorides Prinides* sunt nomina carbonariorum Ach. 609 sqq., alius carbonarius Ach. 220 Λαρκίδης vocatur, ni fallor, etc.; vid. ad vs. 401.

Philoxenus Eryxidis filius Anaxagoram habuit magistrum, cui dedecori eum fuisse dicit Aeschines apud Athenaeum V 220*b*. Cf. de eo Eupol. fr. 235, Phrynich. 47, Ar. Nub. 686. Gruis guttur eum aliquando sibi exoptasse (quo diutius dapium dulci sapōre dum per fauces transmittuntur frui posset) refert Athenaeus I p. 6 *b*. Non recte scholium ad Nub. 332 lyricum poetam notissimum significari putat, hunc enim quo tempore acta est Vesparum fabula pueritiae annos nondum egressum fuisse tute statueris.

ἢν μὴ ἐπὶ τοῦ πρώτου καθίζηται ξύλου.'
ὕπνου δ' ὁρᾷ τῆς νυκτὸς οὐδὲ πασπάλην.
ἢν δ' οὖν καταμύσῃ κἂν ἄχνην, ὅμως ἐκεῖ
ὁ νοῦς πέτεται τὴν νύκτα περὶ τὴν κλεψύδραν.
ὑπὸ τοῦ δὲ τὴν ψῆφον κατέχειν εἰωθέναι
⟨τοὺς τρεῖς ξυνέχων τῶν δακτύλων⟩ ἀνίσταται,
ὥσπερ λιβανωτὸν ἐπιτιθεὶς νουμηνίᾳ.
καὶ νὴ Δί' ἢν ἴδῃ γέ που γεγραμμένον
τὸν τοῦ Πυριλάμπους ἐν θύρᾳ· „Δῆμος καλός,"

---

90. (ἐ)πὶ] om. VR. — καθίζηται] καθέζηται Bergk.
92. ἐκεῖ] ἔτι Hecker.
94. κατέχειν Hirschig] γ' ἔχειν R, ἔχειν γ' V, φέρειν Hermann, τῶν ψήφων ἔχειν Dobree.
98. τὸν τοῦ Bentley] υἱὸν VR, τὸν alii cod.. — „Δῆμος καλός" Blaydes] Δῆμον καλόν.

---

90. ξύλου] de *subsellio* sive *subselliorum ordine* etiam Ach. 25 dictum est ὠστιοῦνται .... περὶ πρῶτον ξύλον (sic recte Naber, codices πρώτου ξύλου), quo loco ne lignea quidem scamna significantur sed lapideae Pnycis sedes (Eq. 783).

91 sq. πασπάλην, ἄχνην] similes voces iocosae, e vitae quotidianae lingua desumtae ad ea quae perexigua nulliusve sunt pretii designanda, sunt οὐδὲ στριβιλικίγξ Ach. 1035, οὐδ' ἀκαρῆ Vesp. 541 Av. 1649 (cf. Vesp. 701 Plut. 244 fragm. com. adespot. 370 et 580 Kock), οὐδὲ ψακάς Pac. 121, μηδὲ κάρφος κινεῖν Lys. 474 et Herod. Mimiamb. I 54, οὐδὲ τριχὸς ἄξιον Ran. 614, μηδὲ πάτταλον ἔχειν Eccl. 284, ὅσον στίλην Vesp. vs. 213. Propria vocis πασπάλη significatio est *pulvisculus*, vocis ἄχνη *palea* (cf. Hom. Ε 501).

92. κἂν] eadem verborum structura est Ach. 1021 Lys. 671 Plut. 126.

93. κλεψύδραν] urnam, cuius fundus tenue habebat foramen, per quod aqua infusa guttatim effluebat. Huius vasis ope in iudiciis demetiebantur tempus per quod singulis accusatoribus reisque verba facere licebat; hinc veluti tribunalium pars gravissima ipsiusque vitae iudicialis insigne commemoratur h. l. et Ach. 693; vid. etiam infra vs. 857 et Av. 1694 sqq.

96.] primo cuiusque mensis die, qui Hecatae, id est Lunae, sacer erat (cf. Plut. 594 sqq.), thuris aliquid apponebatur deae sacello (τῷ ἑκατείῳ), quod in vestibuli pariete erat, vid. vs. 804 Lys. 64 Ran. 366 Aeschyl. fr. 386 Dind. — De hoc more cf. Porphyr. de Abstinentia II p. 129 (Meineke Hist. Com. p. 140, I. Müller Privatalterthümer p. 363).

98.] mos nomen puellae puerive dilecti muris ianuisve inscribendi (ὁ δεῖνα καλός vel ὁ δεῖνα φιλεῖ τὸν δεῖνα) satis frequens fuit Athenis; vid. Ach. 144, Luc. Dial. Meretr. IV § 3 ηὗρε ... ἐπιγεγραμμένον εἰσιόντων ἐπὶ τὰ δεξιὰ πρὸς τῷ Διπύλῳ· „Μέλιττα φιλεῖ Ἑρμότιμον", καὶ μικρὸν αὖθις ὑποκάτω· „ὁ ναύκληρος Ἑρμότιμος φιλεῖ Μέλιτταν", vid. etiam Plut. Moral. 990 *e*. Perfrequentes autem sunt eiusmodi inscriptiones in poculis aliisque vasis; vid. CIG. 541, Kaibel Epigramm. 1125, Hinrichs Epigraphik p. 439, W. Klein die griechischen Vasen mit Meistersignaturen, Studniczka Jahr. d. Arch. Instituts 1887 p. 160 sqq. — *Demus* filius fuit *Pyrilampis*, qui Pericli ab amicis fuit, vid. Antiphon apud Athen. 397 *c*, *d*, Plut. Pericl. 13, Lys. Or. XIX § 25. Eius nomen etiam Socrati iocandi materiem praebuit in Platonis Gorgia p. 481 *d*.

ἰὼν παρέγραψε πλησίον· „κημὸς καλός."
τὸν ἀλεκτρυόνα δ', ὃς ᾖδ' ἀφ' ἑσπέρας, ἔφη
ὄψ' ἐξεγείρειν αὐτὸν ἀναπεπεισμένον,
παρὰ τῶν ὑπευθύνων ἔχοντα χρήματα.
εὐθὺς δ' ἀπὸ δορπηστοῦ κέκραγεν ἐμβάδας,
κἄπειτ' ἐκεῖσ' ἐλθὼν προκαθεύδει πρῴ πάνυ,
ὥσπερ λεπὰς προσισχόμενος τῷ κίονι.
ὑπὸ δυσκολίας δ' ἅπασι τιμῶν τὴν μακρὰν
ὥσπερ μέλιττ' ἢ βομβυλιὸς ἐξέρχεται

---

100. ὃς] ὡς Hamaker non recte. — ἀφ' VR] ἐφ' alii non recte.

105. προσισχόμενος Hirschig coll. Plut. 1096] προσεχόμενος. — τῷ κίονι] τῇ κιγκλίδι Blaydes.

107. μέλιττ' ἢ] nescio an praestet *μέγας τις. — *ἐξέρχεται] εἰσέρχεται codices, quod vitiosum esse, non enim *domum redire* significare posse, intellexit Usener Fleckeis. 1889 p. 375, qui non recte tamen τις ἔρχεται coniecit coll. Hom. β 30 κ 267. Vertatur *e tribunali procedit*, et conf. v. l. vs. 139.

---

99. κημός] est πλέγμα ἠθμῶδες (schol.) sive σχοίνινος ἠθμός, ut loquitur Cratinus fr. 132, vasculum vimineum, infundibuli formam referens, quod urnis, in quas iudicibus iniciendi erant calculi (τοῖς καδίσκοις, vid. vs. 321), imponebatur ne casu humi cadere possent calculi neve duo pluresve simul possent inici. Apud Athenaeum 450 *b* legitur aenigma ex Eubuli Sphingocarione allatum (fragm. Com. Kock II p. 201), quo eiusmodi κημός describitur: ἔστιν ἄγαλμα μεμυκὸς ἄνω, τὰ κάτω δὲ κεχηνός, | εἰς πόδας ἐκ κεφαλῆς τετρημένον, ὀξὺ διαπρό, | ἀνθρώπους τίκτον κατὰ τὴν πυγὴν ἕν' ἕκαστον, | ὧν οἳ μὲν μοίρας ἔλαχον βίου, οἳ δὲ πλανῶνται. Cf. Eq. 1150 Vesp. 754, 1339.

100. ὃς ᾖδ' ἀφ' ἑσπέρας] *qui statim post solis occasum canere incipiebat.*

102. ὑπευθύνων] redit vox Ach. 938 Eq. 259; cf. infra 571, 587.

103. δορπηστοῦ] cf. Equit. 52. Vocabulum eadem ratione est formatum qua Homerica vox δείπνηστος ρ 170.

— κέκραγεν ἐμβάδας] ut foras egredi possit, *soleas poscit*, quas more solito posuit priusquam accubuit.

104.] iudicia, perinde atque senatus et comitia, summo mane (ἅμ' ἕῳ) incipiunt.

105.] cf. Plut. 1096.

106.] actiones, quae ἀτίμητοι ἀγῶνες vocantur, post sententias de rei culpa latas finem habebant, damnato enim poena erat lege constituta. Si vero actio esset e genere τῶν τιμητῶν ἀγώνων, iudicibus prius erat efficiendum utrum reus fecisse videretur necne, deinde, si damnatus esset, lis erat aestimanda. Accusator τίμημα suum in libello proposuerat, cui reus opponebat suum ἀντιτίμημα; iudices autem, quibus iam ministrabantur tabulae ceratae, alteram utram aestimationem probare suumve arbitrium sequi poterant. Senex vero noster semper poenam condemnatis reis irrogat quam potest maximam, id quod significatur longo sulco per totam superficiem τοῦ τιμητικοῦ πινακίου (vid. vs. 167) ducto; ἀλοκίζειν id iocose vocatur vs. 850.

107.] inter σκεύη δικαστικὰ Pollux VIII § 16 commemorat ἐγκεντρίδα, ᾗ εἷλκον τὴν γραμμήν; cf. vs. 427. Scilicet hoc instrumento utebantur qui cultiorum erant morum, sed de plebe homines tabellam ceratam ungue scalpsisse noster locus docet.

ὑπὸ τοῖς ὄνυξι κηρὸν ὑποπεπλασμένος.
ψήφων δὲ δείσας μὴ δεηθείη ποτέ,
ἵν' ἔχοι δικάζων, αἰγιαλὸν ἔνδον τρέφει.
τοιαῦτ' ἀλύει· νουθετούμενος δ' ἀεὶ
μᾶλλον δικάζει. — τοῦτον οὖν φυλάττομεν
μοχλοῖσιν ἐγκλῄσαντες, ὡς ἂν μὴ ἐξίῃ.
ὁ γὰρ υἱὸς αὐτοῦ τὴν νόσον βαρέως φέρει.
καὶ πρῶτα μὲν λόγοισι παραμυθούμενος
ἀνέπειθεν αὐτὸν μὴ φορεῖν τριβώνιον
μηδ' ἐξιέναι θύραζ'· ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο.
εἶτ' αὐτὸν ἀπέλου καὶ ἐκάθαιρ', ὁ δ' οὐ μάλα.
μετὰ ταῦτ' ἐκορυβάντιζ'· ὁ δ' αὐτῷ τυμπάνῳ
ᾄξας ἐδίκαζεν εἰς τὸ Καινὸν ἐμπεσών.
ὅτε δῆτα ταύταις ταῖς τελεταῖς οὐκ ὠφέλει,
διέπλευσεν εἰς Αἴγιναν, εἶτα ξυλλαβὼν

---

108. ὑποπεπλασμένος] ἀναπ. VR et γρ. schol.
110. δικάζων Lenting] δικάζειν.
113. ἐγκλῄσαντες Reisig] ἐνδήσαντες.
119. ταῦτ'] τοῦτ' V, τοῦδ' R.

---

110. τρέφει] *alit*, quemadmodum dicitur ἵππους, ὄρτυγας, ἀλεκτρυόνας, πώγωνα τρέφειν, hoc autem loco a propria verbi significatione per iocum disceditur. Veritus ne unquam calculi se possent deficere senex magnum eorum acervum domi struxit. Quae cura inutilis erat sane, non enim domo calculos afferebant iudices sed in ipso iudicio accipiebant (vid. vs. 987); at talia non sunt urgenda.

111.] alluditur ad verba, quibus in Euripidis fabula Stheneboea claudebatur descriptio reginae amore vesanientis: τοιαῦτ' ἀλύει· νουθετούμενος δ' ἔρως | μᾶλλον πιέζει (Eur. fr. 668 Dind.).

115. παραμυθούμενος] *permovere conatus*; item fr. 45 εἰ μὴ παραμυθεῖ μ' ὀψαρίοις ἑκάστοτε.

116.] pallio ne amiciretur sed intra parietes maneret, μονοχίτων ὤν (id est sola tunica indutus, οἰοχίτων Hom. ξ 489); sic enim domi degebant, vid. e. g. [Aristot.] Rep. Athen. 25.

118.] *deinde aqua frigida et alvi purgatione patrem sanare conatus est, at ille nihilo magis sic proficiebat.* Cf. Plut. 656 sqq. — Particula μάλα negationi fortius efferendae inservit, ut in πώμαλα *minime* (Gall. *du tout*) Plut. 66. Mente supplendum est verbum aliquod, quale poscit contextus.

119. ἐκορυβάντιζε] *ad corybantes patrem ducebat*, cf. vs. 8.

— αὐτῷ τυμπάνῳ] ipsum tympanum, quod corybantes ei ministraverant ut saltationis particeps fieret, manu tenens. De hac loquendi formula vid. Appendix.

120.] hoc δικαστήριον ubi situm fuerit ignoramus, sed vicinum fuisse loco ubi corybantes sua sacra celebrabant noster versus docet.

νύκτωρ κατέκλινεν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ·
ὁ δ' ἀνεφάνη κνεφαῖος ἐπὶ τῇ κιγκλίδι. —
— ἐντεῦθεν οὐκέτ' αὐτὸν ἐξεφρίεμεν·
ὁ δ' ἐξεδίδρασκε διά τε τῶν ὑδρορροῶν
καὶ τῶν ὀπῶν. ἡμεῖς δ' ὅσ' ἦν τετρημένα
ἐνεβύσαμεν ῥακίοισι κἀπακτώσαμεν·
ὁ δ' ὡσπερεὶ κολοιὸς αὑτῷ παττάλους
ἐνέκρουεν εἰς τὸν τοῖχον, εἶτ' ἐξήλλετο.
ἡμεῖς δὲ τὴν αὐλὴν ἅπασαν δικτύοις

---

125. ἐξεφρίεμεν Nauck] ἐξεφρίομεν VR, ἐξεφρείομεν alii.
128. ἐνεβύσαμεν] ἐπεβ. Blaydes; cf. Plut. 379.

---

123. εἰς Ἀσκληπιοῦ] in Aesculapii templum quod *Aeginae* erat? Libenter — sed vix sinunt verba comici — crediderit quispiam de *Epidaurio* illo fano sermonem fieri, quod annis 1883—1885 melius quam antea innotuit; vid. tituli in Collitzii opere 3339 sqq., quibuscum conferendus est locus in Pluto fabula vs. 411 et 653 sqq.

124. κνεφαῖος] adiectivum plerumque de tempore *vespertino* usurpatur, hic vero summum mane indicat, item Ran. 1350; cf. Xenoph. Hellen. VII 1 § 15, de Lac. Civ. 13 § 3 etc., Cobet Nov. Lect. p. 340 et 723. — Senex, ceu alter Leander, nocte intempesta fretum tranavit.

— κιγκλίδι] αἱ τῶν δικαστηρίων θύραι κιγκλίδες ἐκαλοῦντο (Harpocr. s. v.). Etiam vs. 775 et Equit. 641 commemoratur κιγκλίς, id est foris qua δρύφακτοι (vs. 386) clauduntur, item fr. 210 ὁ δ' ἡλιαστὴς εἷρπε πρὸς τὴν κιγκλίδα. Vox, perinde atque δικλίδες, a verbo κλῄειν ducta est, sed prior pars unde originem habeat incertum (a κινεῖν, = *tourniquet?*)

125. ἐντεῦθεν] *ab illo inde tempore*, item Eq. 543 Ran. 154.

— ἐξεφρίεμεν] id est ἐξεπαρίεμεν, *non iam per ianuam foras evadere eum sinebamus.* Talibus verbi -παρίημι formis, quae syncopen passae sunt, saepius usi sunt Aristophanes (cf. vs. 147, 156, 162, 892 Av. 193) Euripides (Alc. 1056 Troad. 647 Phoen. 264 Hercul. 1267 fr. 781[46] Dind.) alii. Non recte alii a verbo πίφρημι, quod nullum fuit, alii a verbo φέρειν repetiverunt.

126. ὑδρορροῶν] *truarum;* redit vocabulum Ach. 922, 1186.

129. κολοιὸς] *monedularum* etiam Ach. 875 Eq. 1020 mentio fit. Inter Atheniensium aves domesticas erant, in foro certe venumdari solebant, vid. Av. 18; idem docet Theophr. περὶ μικροφιλοτιμίας: καὶ κολοιῷ δὲ ἔνδον τρεφομένῳ δεινὸς κλιμάκιον πρίασθαι καὶ ἀσπίδιον χαλκοῦν ποιῆσαι, ὃ ἔχων ἐπὶ τοῦ κλιμακίου ὁ κολοιὸς πηδήσεται. Plaut. Captiv. 1002 *patriciis pueris aut monedulae | aut anates aut coturnices dantur quicum lusitent.*

130.] senex paxillos parieti aulae infigebat, ut ita, ceu avis, e domo effugeret. Recordemur oportet quomodo Australiae incolae aliaeque fortasse gentes barbarae cacumina arborum celsarum, quae ramis carent, attingere soleant: paxillum cortici infigunt, deinde altero pede huic paxillo innisi alium paxillum arbori infigunt, cui deinde alterum pedem imponunt, et sic altius semper adscendunt. — Verborum structura est liberior, dativus enim potius κολοιῷ expectabatur, quoniam non paxillos infigere sed per paxillos parieti infixos saltare est aviculae.

καταπετάσαντες ἐν κύκλῳ φυλάττομεν.
ἔστιν δ' ὄνομα τῷ μὲν γέροντι Φιλοκλέων,
ναὶ μὰ Δία· τῷ δ' υἱεῖ γε τῳδὶ Βδελυκλέων,
ἔχων τρόπους φρυαγμοσεμνάκους τινάς.

SCENA SECUNDA.

Eidem. Bdelycleo (in domus tecto).

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.
(expergiscens:)
ὦ Ξανθία καὶ Σωσία, καθεύδετε;

ΞΑΝΘΙΑΣ.
οἴμοι.

ΣΩΣΙΑΣ.
τί ἔστι;

ΞΑΝΘΙΑΣ.
Βδελυκλέων ἀνίσταται.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.
οὐ περιδραμεῖται σφῷν ταχέως δεῦρ' ἅτερος;
(Xanthias posticam domus partem versus abit.)
ὁ γὰρ πατὴρ εἰς τὸν ἰπνὸν εἰσελήλυθεν
καὶ μυσπολεῖ τι καταδεδυκώς. ἀλλ' ἄθρει,
κατὰ τῆς πυέλου τὸ τρῆμ' ὅπως μὴ ἐκδύσεται.

---

135. φρυαγμοσεμνάκους τινάς Suidas] uno vocabulo V, φρυαγμοσεμνακουστίνους R, ὀφρυαγμοσεμνακουστίνους alii. Lectio dubia; Bentley coniecit ὀφρυαγμοσεμνοβυστικούς, Richter ὀφρυαγνοσεμνικούς τινας (ab ὀφρύς ἁγνός σεμνός derivans, at inconcinnum foret eiusmodi compositum). Ad defendendum pronomen τινάς Dindorf confert Pac. 135. Post versum 110 haec verba collocat Meineke, poterat etiam post vs. 124; sed suo loco legi puto, nam ad filii indolem describendam aliquid requiritur.

136 sq.] ordine inverso scribi mavult Hamaker.

139. εἰσελήλυθεν] ἐξελήλυθεν V.

134.] hic versus ita fere est reddendus: *quid ridetis? num fidem superat tale nomen* (quoniam non videtur extare posse homo qui Cleonis sit amicus atque admirator)? *Ita tamen rem se habere mihi credite. At filio eius prorsus diversum est nomen.*

135. φρυαγμ.] vocabuli corrupti emendatio nondum est reperta.

138. δεῦρο] versus domus partem posticam, ubi est culina. Alter servus Xanthias (qui vs. 456 rediturus est) a scena avocatur ut mutata persona mox senem agere possit.

139 ἰπνὸν] *culinam*, quae habet fumarium (vs. 143), quoniam ibi sunt focus (cf. Ach. 888) et furnus (κρίβανος, Ach. 86 Vesp. 1153). Commemoratur culina etiam vs. 837 et Plut. 815.

141. πυέλου] *alvei*, qui etiam Eq. 55 [1])

[1]) Equitum loco πυέλου ut mentio fieret causa fuit nomen Πύλου urbis; nam farinam non ἐν πυέλῳ, quae corpori lavando inserviebat, sed ἐν μάκτρᾳ sive καρδόπῳ (Ran. 1159 etc.) depsebant Athenienses.

(ad Sosiam:)

σὺ δὲ τῇ θύρᾳ πρόσκεισο.

ΣΩΣΙΑΣ.

(ianuae obnisus:)

ταῦτ' ὦ δέσποτα.

(Aliquantisper silentium est. — Intus magnus fit strepitus.)

SCENA TERTIA.

Eidem. Philocleo (intra domum latens).

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἄναξ Πόσειδον, τί ποτ' ἄρ' ἡ κάπνη ψοφεῖ;

(per fumarii orificium despiciens:)

οὗτος, τίς εἶ σύ;

(ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

per fumarium clamans:)

καπνὸς ἔγωγ' ἐξέρχομαι.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

καπνός; φέρ' ἴδω, ξύλου τίνος σύ;

(ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.)

„συκίνου."

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

νὴ τὸν Δί' ὅσπερ γ' ἐστὶ δριμύτατος καπνῶν.

ἀτὰρ οὐκέτ' ἐκφρήσω σε· ποῦ 'σθ' ἡ τηλία;

---

147. *οὐκέτ'* Elmsley] *οὐκ* codices, *οὐ γὰρ* Dindorf. — *ἐκφρήσω σε* Blaydes (idem conieceram ego) *ἐρρήσεις γε* R, *ἐσερρήσεις γε* V.

Pac. 843 Thesm. 562 commemoratur. Alveus in lavatrina erat collocatus, sed *trua* (*τρῆμα*) inde in culinam ducebat. Etiam apud Romanos olim contiguae erant lavatrina et culina, qui mos in villis etiam postea permansit; vid. Varro de Ling. Lat. V 118 *trua, qua e culina in lavatrinam aquam fundunt.*

142. *ταῦτα*] scil. *δρῶ*, id est *libenter tibi obediam.* Item Ach. 815 Eq. 111 Vesp. 851, 1008 Pac. 275.

143. *κάπνη*] sola culina (vs. 139) *fumario* (*κάπνῃ* sive *καπνοδόκῃ*) instructa esse solet; vid. Herodot. VIII 137, Pherecrat. fr. 141, Alexid. fr. 173.

144. *οὗτος*] vid. ad vs. 1.

145. *συκίνου*] vid. vs. 897 et Plut. 946. Saepius iocose comici hoc adiectivo sunt abusi, vid. fragm. com. adesp. 7, 251, 905 Kock (*συκίνη βακτηρία, μάχαιρα, σύκινοι φάλητες*).

146.] cur ligni ficulnei acerbissimus sit fumus, in Problematis quaesivit Aristoteles, teste scholio. A nostro tamen loco huiusmodi quaestio aliena est, nam adiectivo *δριμύς* comicus nullam aliam ob causam usus est quam ut carperet *τοὺς συκοφάντας.*

147. *ἐκφρήσω*] vid. ad vs. 125.

— *τηλία*] fumarium, quod merum fo-

δύου πάλιν. Φέρ' ἐπαναθῶ σοι καὶ ξύλον.

(Philocleo caput subducit, Bdelycleo autem orificium fumarii claudit operculo ligneo. — Ianua intus magna vi percutitur.)

ἐνταῦθά νυν ζήτει τιν' ἄλλην μηχανήν.
ἀτὰρ ἄθλιός γ' εἴμ' ὡς ἕτερος οὐδεὶς ἀνήρ,
ὅστις πατρὸς νυνὶ Καπνίου κεκλήσομαι.

ΣΩΣΙΑΣ.

(summa virium intentione ianuae innisus:)

ὅδε τὴν θύραν ὠθεῖ.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

πίεζέ νυν σφόδρα
εὖ κἀνδρικῶς· κἀγὼ γὰρ ἐνταῦθ' ἔρχομαι.
καὶ τῆς κατακλῇδος ἐπιμέλου, καὶ τοῦ μοχλοῦ
φύλαττ' ὅπως μὴ τὴν βάλανον ἐκτρώξεται.

(tecto relicto in domūs postica abit.)

---

150. ἕτερος] ἑτερός γ' VR.

151. νυνὶ] νῦν VR metro invito. Cf. Eq. 207 Nub. 869, 1468 Pac. 1201 Thesm. 1184 Plut. 1019; in parodia vero productionem Ionicam admittit comicus Eq. 1178 Pac. 140 Lys. 742, 833 Thesm. 859 Eccl. 369.

152. ὅδε] deest in codd.; addidit Hermann, qui deinde scripsit ὠθεῖ pro ὤθει VR; Hamaker divisit versum inter duos actores.

154. τοῦ μοχλοῦ] τὸν μοχλὸν Hirschig, post φύλαττ' interpungens; confert Thesm. 763.

155. φύλαττ' Elmsley] φυλάττεθ' (vel φύλαττέ θ') codd.

---

ramen tecti esse solebat, saepe suum operculum (καταρράκτην, vid. Hesych. s. v., *een valluik*) habebat, ut claudi posset ad arcendum ventum vel pluviam. Non tamen ita instructum fuit tectum domus Philocleonis, quapropter foramen nunc obturatur ollae operculo aliquo aliave tabula lignea. Etiam tabulae, in quibus institores suas merces exponebant, τηλίαι dicebantur; vid. Plut. 1037 cum scholiis et Hemsterhusii annotatione, Bekk. Anecd. 275, 15, Pherecrat. fr. 126.

148. φέρε] hic imperativus, qui interiectionis vicem obit, aut Iam personam subiunctivi aoristi praecedit, ut hoc loco (praesertim in formula φέρ' ἴδω), aut interrogationem aperit, e. g. Ach. 541 Nub. 218 Thesm. 768 Plut. 94 etc.

— ξύλον] ambiguis verbis utitur filius, quae aut significare possunt *ligni aliquid superimponam* (operculo) aut *fustem impingam* (tuo capiti); nam ξύλον etiam *baculum* dicitur, ut σίδηρος *gladius* vel *pugio*, e. g. Lys. Or. I § 27 οὔτε σίδηρον οὔτε ξύλον οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἔχων.

149. ἐνταῦθα] cf. Plut. 724 Hom. σ 105.

151.] καπνίας *vini* genus quoddam dicebatur, vid. Pherecrat. fr. 130 Plat. 244 Anaxandrid. 41[71], et conf. nomina ὀμφακίας Ach. 352, ἀνθοσμίας Ran. 1150 Plut. 807, σαπρίας, δευτερίας etc.; nostro tamen loco comicus de vino non cogitat sed voci derivatae eam significationem tribuit quam habet primitiva καπνός vs. 324, *ventosus homo*, *een windbuil*.

152.] *iam conatur effringere ianuam* (τὴν αὔλειον θύραν). — *Tu igitur fortiter obnitere humeris*. Vid. e. g. Lys. Or. I § 24 ὤσαντες τὴν θύραν τοῦ δωματίου etc.

153. ἐνταῦθ' ἔρχομαι] *ad te venio.*

SCENA QUARTA.

Sosias, Philocleo (intus latens).

(ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

per ianuam occlusam:)

τί δράσετ'; οὐκ ἐκφρήσετ', ὦ μιαρώτατοι,
δικάσοντά μ', ἀλλ' ἐκφεύξεται Δρακοντίδης;

ΣΩΣΙΑΣ.

σὺ δὲ τοῦτο βαρέως ἂν φέροις;

(ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.)

ὁ γὰρ θεὸς
μαντευομένῳ μοι ἔχρησεν ἐν Δελφοῖς ποτε,
ὅταν τις ἐκφύγῃ μ', ἀποσκλῆναι τότε.

ΣΩΣΙΑΣ.

Ἄπολλον ἀποτρόπαιε, τοῦ μαντεύματος.

(ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.)

ἴθ', ἀντιβολῶ σ', ἔκφρες με, μὴ διαρραγῶ.

ΣΩΣΙΑΣ.

μὰ τὸν Ποσειδῶ, Φιλοκλέων, οὐδέποτέ γε.

(ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.)

διατρώξομαι τοίνυν ὀδὰξ τὸ δίκτυον.

---

160. ἀποσκλῆναι] ἀποσκλῆν' ἂν Lenting Meineke.
162. ἔκφρες Buttmann] ἔκφερε.

---

156. ἐκφρήσετ'] vid. ad vs. 125.

157.] *Dracontidem*, qui hic commemoratur, sodalem fuisse Niciae Lachetis Nicostrati etc. contextus docet; recte autem contendere videtur Callistratus in scholio, virum significari qui anno 404 famosissimum illud ψήφισμα τὸ περὶ τῶν τριάκοντα scripsit et deinde ipse unus triginta virorum fuit, cf. Xenoph. Hell. II 3 § 2. Hunc hominem, quem etiam Plato comicus in Σοφισταῖς derisit, e demo Aphidne oriundum fuisse docet [Aristot.] Athen. Rep. c. 34. — Alius videtur fuisse Dracontides qui ἐπιστάτης vocatur in psephismate anni 446/5 de Chalcide CIA. IV 27a (Dittenberger. Syll. 10, cf. ibidem 25), et anno 433/2, praetoris munere cum fungeretur, Periclis accusator extitit. Vid. Stahl in Mus. Rhenan. 1885 p. 443.

160. ἀποσκλῆναι] verbi -σκέλλω -ἔσκληκα, quod poeticum est et rarum, aoristus non nisi hoc loco invenitur, ubi comicus aliena verba affert aut imitatur; vid. 997. Conferri potest Cobet Var. Lect. p. 53.

161.] simillimus est versus Av. 61. Genitivo ad indignationem vel admirationem indicandam comicus utitur etiam Ach. 64, 67, 87, 770, Eq. 144, 350 Nub. 153, 364, 818 Pac. 238 Av. 61, 223, 1131 Eccl. 787 Plut. 389 etc. (constanter addito articulo).

162. ἔκφρες] vid. ad vs. 125.

ΣΩΣΙΑΣ.

ἀλλ' οὐκ ἔχεις ὀδόντας.

(ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.)

οἴμοι δείλαιος·
πῶς ἂν σ' ἀποκτείναιμι; πῶς; δότε μοι ξίφος
ὅπως τάχιστ', ἢ πινάκιον τιμητικόν.

SCENA QUINTA.

Eidem. Bdelycleo.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

(A domus parte postica accurrit, deinde iuxta Sosiam consistit.)

ἄνθρωπος οὗτος μέγα τι δρασείει κακόν.

(ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

submissa voce loquens, postquam sensit adesse filium:)

μὰ τὸν Δί' οὐ δῆτ', ἀλλ' ἀποδόσθαι βούλομαι
τὸν ὄνον ἄγων αὐτοῖσι τοῖς κανθηλίοις.
νουμηνία γάρ ἐστιν.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οὔκουν κἂν ἐγὼ
αὐτὸν ἀποδοίμην δῆτ' ἄν;

(ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.)

οὐχ ὥσπερ γ' ἐγώ.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

μὰ Δί' ἀλλ' ἄμεινον.

(ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.)

ἀλλὰ τὸν ὄνον ἔξαγε.

---

167. *τιμητικόν*] *τι τμητικόν* Dawes ingenio abusus.

166.] perridicule senex a Sosia gladium petit ut ipsum interficiat.

167. *ἢ*] per gradationem quandam haec dicuntur, quoniam in heliastae manibus tabella iudicatoria telum est magis etiam letale quam foret gladius.

170. *αὐτοῖσι*] vid. ad vs. 119. — *κανθηλίοις*] *clitellis.* Ὄνος κανθήλιος redit in Hermippi fr. 9 et Lysippi fr. 7.

171. *νουμηνία*] primo enim mensis die nundinari solebant; cf. Nub. 17 et 1131 sqq.

ΣΩΣΙΑΣ.

οἵαν πρόφασιν καθῆκεν, ὡς εἰρωνικῶς,
ἵν' αὐτὸν ἐκπέμψειας.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἀλλ' οὐκ ἔσπασεν
ταύτῃ γ'· ἐγὼ γὰρ ᾐσθόμην τεχνωμένου.
ἀλλ' εἰσιών μοι τὸν ὄνον ἔξαγ' ἔνδοθεν,
ὅπως δ' ὁ γέρων μὴ τῇδε παρακύψῃ πάλιν.

(Sosias ianua aperta domum intrat, moxque redit, asinum freno ducens. Asinus magnas fert clitellas; sub quibus latitat *Philocleo*, manibus pedibusque ventri animalis adhaerens.)

SCENA SEXTA.

Sosias, Bdelycleo, Philocleo.

ΣΩΣΙΑΣ.

κάνθων, τί κλάεις; ὅτι πεπράσει τήμερον;
βάδιζε θᾶττον. ~~τί στένεις; εἰ μὴ φέρεις~~
~~Ὀδυσσέα τιν'.~~

---

175. ἵν' αὐτὸν R] ἵνα θᾶττον V.

176. ταύτῃ] Hirschig αὕτη coll. Thesm. vs. 928; recepit Meineke.

177. ἔξαγ' ἔνδοθεν Cobet] ἐξάγειν δοκῶ codices, quod vitiosum esse, sic enim requiri futurum ἐξάξειν, observavit Elmsley ad Eur. Med. p. 284 (cf. vs. 250).

178. δ' ... μὴ τῇδε Bergk] ἂν ... μηδὲ. Versum damnat Dindorf, vitiosum vocat Meineke.

180. τί στένεις — τιν'] haec verba, in quibus Ulixis nomen intempestive commemoratur, nondum enim scit servus qualem fraudem struat senex, abesse vellem. Potestne fieri ut postmodo sint inserta?

— φέρεις] φέρεις γ' Dobree.

---

174. εἰρωνικῶς] *subdole;* εἴρων idem est fere quod πανοῦργος (cf. Nub. 449), opponitur autem adiectivum αὐθέκαστος *sincerus;* vid. Philemon. fr. 89 οὐκ ἔστ' ἀλώπηξ ἡ μὲν εἴρων τῇ φύσει | ἡ δ' αὐθέκαστος. — Derivatur verbum εἰρωνεύεσθαι *verba dare* Av. 1211.

175. αὐτὸν] *ut ipse* (*simul*) *per ianuam reseratam evadere posset.*

— οὐκ ἔσπασεν] proverbium integrum extat Thesm. 928 αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν, nos *hij heeft slib gevangen.* Cf. Eur. Electr. 582 ἣν ἐκσπάσωμαί γ' ὃν μετέρχομαι βόλον.

179.] sequentia cum Homeri loco notissimo ι 447 sqq. sunt comparanda.

— κάνθων] hoc nomine, quod iocose e κανθήλιε est decurtatum, comicus etiam Pac. 82 utitur.

180 sq. τί — τιν'] molesta sunt haec verba, quoniam senis dolum nondum detexit servus necdum igitur causam habet Ulixis mentionem iniciendi. Quod ipsius poetae esse delictum vix credo.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἀλλὰ ναὶ μὰ Δία φέρει
κάτω γε τουτονί τιν' ὑποδεδυκότα.

ΣΩΣΙΑΣ.

ποῖον; φέρ' ἴδω ἐγώ.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

τουτονί.

ΣΩΣΙΑΣ.

τουτὶ τί ἦν;
τίς εἶ ποτ', ὤνθρωπ', ἐτεόν;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

‹Οὖτις› νὴ Δία.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

‹Οὖτις› σύ; ποδαπός;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

Ἴθακος Ἀποδρασιππίδου.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

Οὖτις μὰ τὸν Δί' οὔτι χαιρήσων γε σύ.
ὕφελκε θᾶττον αὐτόν.

---

183. *ἴδω ἐγώ] ἴδωμαι. Hirschig ἴδω. ναί, quae ferri nequit lectio nisi versus totus filio continuatur, id quod fecerunt Beer et Meineke. Richter ἴδωμεν.

186. Οὖτις . . . οὔ τι] οὔτοι . . . Οὖτι Fritzsche. — γε σύ R] γε σὺ ἔσει V, hinc alii γ' ἔσει.

---

183. *τουτὶ τί ἦν;*] item Ach. 157 Vesp. 1509 Av. 1030, 1495 Lys. 445 Ran. 39 Plut. 1097, et addito substantivo *τὸ πρᾶγμα* Ach. 767 Ran. 438 et fr. 125. Imperfectum in hac similibusque locutionibus, imprimis post *ἄρα* (Ach. 90 Eq. 125, 382 Vesp. 451, 664, 821, 1299 Pac. 414, 832 etc.) idem fere valet atque tempus praesens, vid. infra vs. 1136.

184. *ἐτεόν*] vid. vs. 8.

185.] cf. Ran. 1014.

186. *οὔτι χαιρήσων*] cf. Ach. 563 Ran. 843 (Plut. 64) Soph. Oed. R. 363, Philoct. 1299, Eur. Or. 1593 etc. — Pronomen *οὔτι*, postquam e lingua quotidiana evanuit, in *loquendi hac formula* permansit, ut *ἀγορεύειν* in *τίς ἀγορεύειν βούλεται* (Ach. 45 Thesm. 379 Eccl. 130) et *οὐκ ἠγόρευον*; (Ach. 41 Plut. 102 fragm. 298), *ἔπος* in *ὡς ἔπος εἰπεῖν*, *θέλω* in *ἢν θεὸς θέλῃ* (Pac. 1187 Plut. 347, 405, 1188, vid. etiam Pac. 939 Ran. 533), *λῷον* in *λῷον καὶ ἄμεινον εἶναι*, *σύν* in *σὺν θεῷ*, *σὺν τοῖς θεοῖς*, *λεῴ* in *ἀκούετε λεῴ* (Ach. 1000 Pac. 551 Av. 448 Susarion. fr. 1, vid. etiam infra vs. 1015), *ἴθι* pro *ἄπιθι* in *ἴθι χαίρων*, *σάφα* in *σάφ' ἴσθι*, etc.

187 sq.] *pro pudor! viden' ubi impurus homo lateat?*

ΣΩΣΙΑΣ.

(senem sub asini ventre protrahit.)

ὦ μιαρώτατος,
ἵν' ὑποδέδυκεν· ὥστ' ἔμοιγ' ἰνδάλλεται
ὁμοιότατος κλητῆρος εἶναι πωλίῳ.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(repugnans:)

εἰ μή μ' ἐάσεθ' ἥσυχον, μαχούμεθα.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

περὶ τοῦ μαχεῖ νῷν δῆτα;

ΣΩΣΙΑΣ.

περὶ ὄνου σκιᾶς.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

πονηρὸς εἶ πόρρω τέχνης καὶ παράβολος.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἐγὼ πονηρός; οὐ μὰ Δί', ἀλλ' οὐκ οἶσθα σὺ
νῦν μ' ὄντ' ἄριστον· ἀλλ' ἴσως, ὅταν φάγῃς
ὑπογάστριον γέροντος ἡλιαστικοῦ.

190. ἥσυχον] ἡσύχως VR.
191. μαχεῖ Bekker] μάχει.

189. κλητῆρος] qui alium in ius vocat, unum pluresve cives secum ducere debet; qui quoniam testes sunt in ius vocationis (τῆς κλήσεως), κλητῆρες dicuntur, vid. vs. 1408 Nub. 1218 Av. 147, 1422. Sed e nostro loco et versu 1310 efficitur hoc nomen in populi ore etiam *iumentum*, *asinum clitellarium* significasse.

191. περὶ ὄνου σκιᾶς] alludi videtur ad Archippi fabulam brevi ante scenae commissam; vid. Appendix.

192. πόρρω τέχνης] *longe provectus in arte*, ἐν τῷ τεχνάζειν (Ach. 385 Thesm. 94) vel τεχνᾶσθαι (Vesp. 176). Est enim *partitivus* qui dicitur genitivus (ut in ποῦ γῆς et similibus), non vero genitivus ablativi vice fungens quem adverbium πόρρω adsciscere solet (= *procul ab*). Imitantur Aristophanem Aelianus Var. Hist. IV 15 et Philostratus περὶ γυμναστικῆς p. 77 Cobet.

194. ἄριστον] e similitudine vocum ἄριστον *optimum* et ἄριστον *prandium* (vs. 305) lusum peti vix credo. Quamquam quantitatis discrimen ($\breve{\alpha}$ et $\bar{\alpha}$) non obstabat quominus eiusmodi ioci fierent; sic φᾱσιανός Ach. 726 simul a φάσις et a Φᾶσις ducitur; nomine Κλωπίδαι Eq. 79 Cleonis κλοπή innuitur; e verbo λωφᾶν novum verbum λοφᾶν fit Pac. 1211; vox πρῑων *serra* Ach. 36 ita adhibetur quasi participium sit ab imperativo πρίω ductum et hominem igitur significans qui perpetuo „*eme*" clamet. Simili alliteratione Sophocles verba θᾶκεῖ θανεῖν iunxit Ai. 106.

195. ὑπογάστριον] *abdomen*, thynni puta; huius enim piscis partem, quae caudae est vicina, in deliciis fuisse docet Athenaeus VII 302*d*, *e*, qui et alia comicorum fragmenta affert (Stratt. 4 et 31, Theopomp. 23, Eubul. 37 etc.) et Aristophanis e Lemniis locum (fr. 363, 364):

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὤθει τὸν ὄνον καὶ σαυτὸν εἰς τὴν οἰκίαν.

(Philocleonem asinumque domum intrare cogit, deinde ianuam denuo claudit.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(dum abigitur:)

ὦ ξυνδικασταὶ καὶ Κλέων ἀμύνατε.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἔνδον κέκραχθι τῆς θύρας κεκλῃμένης.
τίθει σὺ πολλοὺς τῶν λίθων πρὸς τὴν θύραν,
καὶ τὴν βάλανον ἔμβαλλε πάλιν εἰς τὸν μοχλόν,
καὶ τῇ δοκῷ προσθεὶς τὸν ὅλμον τὸν μέγαν
ἀνύσας τι προσκύλισον.

(Bdelycleo abit versus domus postica, deinde rursus in tecto apparet. Sosias ianuae obicit trabem, pilam, lapidum acervum.

Philocleo dum tecto perrupto corpus per tegulas urgere conatur, casu tegulam deicit in Sosiae caput.)

---

196. καὶ σαυτὸν] σὺ καὐτὸν Richter, παῖ καὐτὸν Hoekstra (de Ar. Vespis), ad servum haec dici putantes, vix recte.

199. *τίθει] ὤθει codd., quod e versu 196 irrepsit.

201. τῇ δοκῷ] τὴν δοκὸν Dobree. — προσθεὶς] πρόσθες Brunck, in versus fine sententiam claudens. Verum latet, opinor.

202. προσκύλισον Cobet] προσκύλιε (cum hiatu) VR, προσκύλιέ γ' alii.

οὐ κρανίον λάβρακος, οὐχὶ κάραβον πρίασθαι, | οὐκ ἔγχελυν Βοιωτίαν, οὐ γλαῦκον, οὐχὶ θύννου | ὑπογάστριον. Itaque Philocleonis verba, si bene intellego, hoc volunt: *posthac aliter iudicabis, opinor, cum partem tuam accipies e mea hereditate.*

196. καὶ σαυτὸν] cf. Pac. 19 νὴ τὸν Δί' ἐς κόρακάς γε (sc. φέρε) καὶ σαυτόν γε πρός. Soph. Philoct. 577 ὡς τάχος | ἔκπλει σεαυτὸν ξυλλαβὼν ἐκ τῆσδε γῆς. Nos *pak u weg.*

197.] cf. Eq. 255.

199. πολλοὺς τῶν λίθων] similis est genitivi partitivi usus Ach. 350 συχνὴν τῆς μαρίλης, Pac. 167 πολλὴν τῆς γῆς, 225 ὅσους τῶν λίθων, 1196 πολλὰ τῶν λαγῴων, Plut. 694 πολλὴν τῆς ἀθάρης, 1051 ὅσας τῶν ῥυτίδων. Cf. Thuc. I 2 § 2 τῆς γῆς ἡ ἀρίστη, I 5 § 1 τὸν πλεῖστον τοῦ βίου, I 30 § 3 τὸν πλεῖστον τοῦ χρόνου, VI 7 § 1, VIII 3 § 1. Saepe etiam adiectivum quantitatis abest, vid. infra vs. 239.

— πρὸς τὴν θύραν] domus ostium, cuius ianua extrorsum vertitur, lapidibus obstruitur.

200.] *seram*, quae vs. 178 reducta est, *denuo posti appone.*

201.] de quanam *trabe* Bdelycleo loquatur non satis apparet; neque pro certo statuerim, ὅλμος, qui hoc loco commemoratur, sitne *pistillum ligneum* (ut vs. 238) an lapis molaris (*Kornquetscher*), qualem Homerus Λ 147 significat. Huiusmodi lapides in Tirynthis ruderibus invenit Schliemann (Tiryns p. 90).

202. ἀνύσας τι] vid. ad vs. 30.

SCENA SEPTIMA.

Eidem.

ΣΩΣΙΑΣ.

(dum perterritus sursum spectat:)

οἴμοι δείλαιος·
πόθεν ποτ' ἐμπέπτωκέ μοι τὸ βωλίον;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἴσως ἄνωθεν μῦς ἐνέβαλέ σοι.

ΣΩΣΙΑΣ.

πόθεν
μῦς; οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ὑποδυόμενός τις οὑτοσὶ
ὑπὸ τῶν κεραμίδων ἡλιαστὴς ὀροφίας.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

(patrem conspiciens, qui per tectum aufugere conatur:)

οἴμοι κακοδαίμων, στροῦθος ἀνὴρ γίγνεται·
ἐκπτήσεται. ποῦ, ποῦ 'στί μοι τὸ δίκτυον;
σοῦ, σοῦ, πάλιν σοῦ.

(Philocleo caput retrahit et in interiora domus recedit.)

νὴ Δί' ἦ μοι κρεῖττον ἦν
τηρεῖν Σκιώνην ἀντὶ τούτου τοῦ πατρός.

---

208. *μοι*] *μου* VR, Meineke mavult *που*.

---

204. *πόθεν*] vid. ad vs. 1145.

206.] *iudex sub tecto degens*, veluti mus (een *zoldergezworene*, ut vulgo dicitur *zolderrat*); cf. Nub. 173. — Tectum planum est et tegulis munitum, quae *κεραμῖδες* vocantur vel etiam nomine collectivo *ὁ κέραμος* designantur, vid. Nub. 1126 *τοῦ τέγους | τὸν κέραμον ... συντρίψομεν*, fr. 349 *κοφίνους δὲ λίθων ἐκέλευες | ἡμᾶς ἱμᾶν ἐπὶ τὸν κέραμον*, Thuc. II 4, Xenoph. Hellen. VI 5 § 9.

209. *σοῦ*] plur. *σοῦσθε* vs. 458; cf. *δεῦρο — δεῦτε* (Hom.). Cum verbo epico *σεύω* hanc interiectionem cohaerere vix crediderim.

210.] *Scione* Chalcidices urbs ut ab Atheniensium societate deficeret a Brasida permovebatur eo ipso tempore, quo Athenis et Spartae agebatur de induciis, defecit autem biduo postquam induciae ratae sunt factae et iure iurando confirmatae (Thuc. IV 120—122). Quapropter Athenienses hanc urbem ab induciis excluserunt et *ψήφισμα ἐποιήσαντο, Κλέωνος γνώμῃ πεισθέντες, Σκιωναίους ἐξελεῖν τε καὶ ἀποκτεῖναι* (ibid. 122). Post strenuam defensionem urbs a Nicia et Nicostrato inclusa est (ibid. 129—131), sed per integrum fere biennium capi non potuit. Ergo cum Vespae agerentur, Scione per menses nonnullos, etiam per frigus hibernum, quod in Thracia solet esse gravissimum, obsidione erat pressa ab Atticis hoplitis, necdum cernebatur expeditionis finis. Post pacem Niciae demum civitas fortissima, cuius sortem pacis con-

(Aliquantisper silentium est.)

ΣΩΣΙΑΣ.

ἄγε νυν, ἐπειδὴ τουτονὶ σεσοβήκαμεν,
κοὐκ ἔσθ' ὅπως διαδὺς ἂν ἡμᾶς ἔτι λάθοι,
τί οὐκ ἀπεκοιμήθημεν ὅσον ὅσον στίλην;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἀλλ' ὦ πόνηρ', ἥξουσιν ὀλίγον ὕστερον
οἱ ξυνδικασταὶ παρακαλοῦντες τουτονὶ
τὸν πατέρα.

ΣΩΣΙΑΣ.

τί λέγεις; ἀλλὰ νῦν γ' ὄρθρος βαθύς.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

νὴ τὸν Δί' ὀψέ τἄρ' ἀνεστήκασι νῦν·
ὡς ἀπὸ μέσων νυκτῶν γε παρακαλοῦσ' ἀεί,
λύχνους ἔχοντες καὶ μινυρίζοντες μέλη
ἀρχαῖα μελισιδωνοφρυνιχήρατα,
οἷς ἐκκαλοῦνται τοῦτον.

---

211. νυν] δὴ V.
213. ἀπεκοιμήθημεν] miro errore Richter aoristum addubitat.
216. γ'] om. R.
217. τἄρ' Lenting] γὰρ VR, γοῦν alii; Reisig ὀψὲ νῦν ἀνεστήκασι γάρ, vitiose verba ordinans.
220. ἀρχαῖα μ. Aristarchus (vid. schol.) et sic R] ἀρχαιομελισ. (vel -μελησ.) alii.

---

diciones Atheniensium arbitrio permiserant (Thuc. V 18 § 8), est expugnata, viri caesi sunt, feminae puerique in servitutem venumdati; vacua urbs deinde Plataeensibus, qui sua urbe carebant, est tradita; vid. Thuc. V 32.

213. τί οὐκ ἀπεκοιμήθημεν] *cur non obdormivimus = quid ni obdormiscamus = quin age statim obdormiscimus.* Huiusmodi interrogandi formulis, quae idem valent atque mandatum cum vi prolatum, saepe usus est Plato, vid. e. g. Protag. 310*a*; praeterea cf. Aesch. Prom. 747, Soph. Oed. R. 1002 etc.

— στίλην] vid. ad vs. 91 sq.

216. ὄρθρος βαθύς] sic ultima noctis pars, cum nondum allucescit, vocatur; cf. Plat. Criton. 43*a*, Protag. 310*a*.

218. ἀπὸ μέσων νυκτῶν] *statim post mediam noctem;* cf. vs. 103 sq. et 124.

220. μελισιδωνοφρυνιχήρατα] sesquipedale hoc adiectivum compositum est e vocibus μέλι, Σιδών, Φρύνιχος, ἐρατός, ultimi autem nominis vocalis initialis producta est de more, ut in ἐπήρατος; cf. ἀνώνυμος, τριώβολον etc. etc.; significat igitur Phrynichi de Sidone carmina dulcissima et veluti mellita. — Phrynichus, priscae artis tragicus, anno Olympiadis LXXVI primo (a. C. 475) archonte Adimanto scenae commisit tragoediam *Phoenissas*, chorego usus Themistocle; vid. Plut. Themistocl. 5. Haec autem fabula, quae primo praemio ornata est, egregiam gloriam cum poetae grandaevo attulit tum Themistocli; ea enim, quae

ΣΩΣΙΑΣ.

οὐκοῦν, ἢν δέῃ,
ἤδη ποτ' αὐτοὺς τοῖς λίθοις βαλλήσομεν.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἀλλ', ὦ πόνηρε, τὸ γένος ἤν τις ὀργίσῃ
τὸ τῶν γερόντων, ἔσθ' ὅμοιον σφηκιᾷ.
ἔχουσι γὰρ καὶ κέντρον ἐκ τῆς ὀσφύος
ὀξύτατον, ᾧ κεντοῦσι, καὶ κεκραγότες
πηδῶσι καὶ βάλλουσιν ὥσπερ φέψαλοι.

ΣΩΣΙΑΣ.

μὴ φροντίσῃς· ἐὰν ἐγὼ λίθους ἔχω,
πολλῶν δικαστῶν σφηκιὰν διασκεδῶ.

(Bdelycleo in tecto denuo obdormiscit, item Sosias ante ianuam.)

---

225. *καὶ*] *τι* Blaydes, vid. Phrynich. fr. 3. Sed coll. vs. 420 servandum duco *καί*.

---

ipso duce strenue gesserant aequales, in scena repraesentabantur et ita extollebantur ac si aevi heroici haec fuisset pars. Nempe Phoenissarum idem fuit argumentum atque Persarum Aeschyli, quae fabula quadriennio post est data et, teste Glauco grammatico in Persarum hypothesi, e Phrynichi Phoenissis maximam partem erat desumpta. Quapropter non est quod miremur, menti *τῶν μαραθωνομαχῶν* Phrynichi versus — perinde atque Simonidis Nub. 1356—1368 — firmiter inhaesisse; vid. infra vs. 269. Chori canticum, quod h. l. respicitur, incepisse a verbis *Σιδώνιον ἄστυ λιπόντες καὶ δροσερὰν Ἄραδον* refert scholion.

222. *βαλλήσομεν*] vs. 1491 redit hoc futurum, quod alias non extat sed cum verbis simillimae conformationis *τυπτήσειν, ϝειδήσειν* (Hom.) aliis comparari potest.

224. *σφηκιᾷ*] cf. vs. 404. — Feracissimam hanc iudicum cum vespis comparationem e perenni scenicorum poetarum fonte Homero habet Aristophanes, ni fallor; vid. Π 259 sqq.

225.] cf. Phrynichi comici fr. 3 *ἔχουσι γάρ τι κέντρον ἐν τοῖς δακτύλοις*, et Eupolidis notissima verba de Periclis facundia: *κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις* (fr. 94).

— *ὀσφύος*] sic vocatur dorsi extremitas, quae pars victimarum una cum cauda diis offerri solebat (cf. Pac. 1053, Athen. IV 146*c* VII 364*d*), quapropter *os sacrum* dicebatur. In dorso choreutarum cernitur praelongus *aculeus*, vel potius *terebra*, qua et alia insecta hymenoptera sunt insignia et ea genera quae *ichneumonum* nomine hodie designantur; inservit autem ovis sub cute aliorum animalium inserendis. Haec tamen animalcula civitates non condunt, in socialium vero vesparum abdomine, quas Aristophanes cogitavit, aculeus ille, quo hostes aggrediuntur, vix conspicitur. — Cf. vs. 1075.

227. *βάλλουσιν*] *feriunt*; de scintillis prosilientibus hoc verbum usurpari solet.

— *φέψαλοι*] *scintillae*; singularis legitur Ach. 667, et Ach. 279 collective usurpatus est.

229. *πολλῶν*] *quorumlibet*; cf. e. g. Plat. Conviv. 183*e*.

PARODUS CHORI.

(vs. 230—316).

(Cantus.)

SCENA OCTAVA.

(*Chorus*, e senibus viginti quatuor constans, orchestram intrat a parte, quae spectatoribus dextra est. Tribonem gerunt, baculum manu tenent, longo aculeo a tergo muniti sunt. Praecedunt *pueri* aliquot lucernas manu tenentes.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

χώρει, πρόβαιν' ἐρρωμένως, ὦ Κωμία· βραδύνεις;
μὰ τὸν Δί' οὐ μέντοι πρὸ τοῦ γ', ἀλλ' ἦσθ' ἱμὰς κύνειος·
νυνὶ δὲ κρείττων ἐστί σου Χαρινάδης βαδίζειν.
ὦ Στρυμόδωρε Κονθυλεῦ, βέλτιστε συνδικαστῶν,
Εὐεργίδης ἆρ' ἐστί που ἐνταυθὶ Χάβης θ' ὁ Φλυεύς;

UNUS E CHOREUTIS (STRYMODORUS).

πάρεσθ' ὃ δὴ λοιπόν γ' ἔτ' ἐστίν, ἀππαπαῖ παπαιάξ,
ἥβης ἐκείνης, ἡνίκ' ἐν Βυζαντίῳ ξυνῆμεν

---

234. ἆρ'] γὰρ Hamaker, post Φλυεύς comma scribens. — (ἐ)νταυθὶ Χάβης θ' Hamaker] 'νταῦθ' ἢ Χάβης.
235. γ'] om. VR. — ἀππαπαῖ] ἀτταταῖ vHerwerden.

230.] choreutis lucernae praeferuntur, quoniam est novilunium (νουμηνία); vid. vs. 171 et cf. Nub. 614.

— Κωμία] cf. *Comarchides* rustici nomen Pac. 1142. Anno 560 archon fuit Comeas (Aristot. de Rep. Ath. 14) sive Comias (Plut.).

231. πρὸ τοῦ γ'] vid. infra vs. 1060, Ach. 211; comparari possunt etiam Plut. 257 sq. Vox πρὸ τοῦ eadem ratione adhibita est Nub. 5, particula autem γε in loquendi formulis decurtatis locum habet, cf. μήπω γε Ach. 176 Eq. 960, 1100 Nub. 196, 267, κλάων γε σύ Ach. 827 Eccl. 1027, μή μοί γε (μύθους etc.) Vesp. 1179, 1400 Nub. 84, 433 Ran. 1407, etc.

232.] *Charinadis* nomine h. l. et Pac. 1155 cur uteretur poeta, certa causa non fuit. Nam civis alicuius, qui pedibus captus esset, verum hoc fuisse nomen, nemo contendet, opinor; huiusmodi iocus fuisset perquam inhumanus.

233.] *Strymodori* nomen etiam Ach. 273 Lys. 259 occurrit.

235. δή] *scilicet*; indignationem quandam haec particula prodit.

236.] Byzantium urbs anno 469 oppugnata est, vid. Thuc. I 94; non tamen opus est ut statuamus chori ducem ad res illo ipso anno gestas spectare; multoque minus de anno 440 est cogitandum, quo tempore Byzantini, cum Samiis ab Atheniensium societate deficientibus se adiunxissent, vi sunt coerciti (Thuc. I 115 et 117); nam belli Samii tempore viros, quos comicus loquentes inducit, iuventutis annos dudum egressos fuisse apparet. Olim, cum adolescentes essent ambo, Byzantii stationem habue-

Φρουροῦντ' ἐγώ τε καὶ σύ, κᾆτα περιπατοῦντε νύκτωρ
τῆς ἀρτοπώλιδος λαθόντ' ἐκλέψαμεν τὸν ὅλμον, ...
κᾆθ' ἥψομεν τοῦ κορκόρου, κατασχίσαντες αὐτόν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' ἐγκονῶμεν ἄνδρες, ὡς ἔσται Λάχητι νυνί·

240. ἔσται] ἐστὶν V.

runt, ubi opulenter vivebatur, cf. Aelian. Var. Hist. III 14, perinde atque Cyzici teste Eupol. fr. 233.

238. τῆς ἀρτοπώλιδος] mulierculis panem venditantibus, quae propter rusticitatem famosae erant (cf. Ran. 858), iuvenes animo indulgentes illudere solebant. Infra quoque senex, ut primum vino stimulante adolescentiae suae fortia facinora redintegrare coepit, mulierem panariam iocis protervis lacessit, vs. 1388 sqq. — Biennio fere post Vespas scenae commissa est Hermippi comoedia Ἀρτοπώλιδες, qua irridebatur Hyperbolus. Apud comicos recentiores in locum τῶν ἀρτοπωλίδων succedunt οἱ ἰχθυοπῶλαι, qui crescente luxuria maiores sensim in vita quotidiana partes egerunt.

— ὅλμον] rem *rotundam* significat vocabulum, quod a verbo ϝέλλειν ductum est; hinc *saxum globosum* ita vocatur ab Homero Λ 147 (vid. supra vs. 201). Sed Hesiodus Oper. vs. 423 hac voce designat *pistillum ligneum*, quo grana hordei (aut tritici) conterebantur olim, cum molarum usus nondum increbruisset; cf. Serv. ad Verg. Aen. I 179 *quia apud maiores molarum usus non erat, frumenta torrebant et in pilas missa pinsebant.* — Aristophanis tamen tempore grana plerumque mola confringebantur (μύλη, ἀλεῖν), neque cives, in urbibus certe, suam sibi polentam vel panes conficiebant, sed emebant farinam paratam in μυλῶσιν (cf. Thuc. VI 22), *ubi flent nequam homines qui polentam* (= ἄλφιτα) *pinsitant* (Plaut. Asinar. 36, cf. Eur. Cyclop. 240 etc.). — Egregie falluntur qui nostro loco voce ὅλμος *alveum* significari putant; neque enim alibi huiusmodi notio voci subest neque verbum σχίζειν usurpari potuit nisi significaretur res quae de solido ligno esset facta; praeterea si ita accipis vocem ὅλμος, obscuratur facetissimum quod huic narratiunculae inest ἀπροσδόκητον. Nempe duo illi strenui bellatores, qui rerum olim a se gestarum memoriam nunc refricant, aliquando quernum stipitem, qui cauponae pro pistillo erat, corripuerunt — quonam consilio? utne Herculis ad instar hostium catervas disicerent atque prosternerent? immo ut e ligno comminuto ignem facerent quo oleris aliquid sibi coquerent. Cf. vs. 354 sqq., vs. 1201, vs. 1205 sqq.

239. κορκόρου] herbae agrestis, quae nisi a pauperibus non edebatur, quapropter proverbii loco dici solebat καὶ κόρκορος ἐν λαχάνοισι (schol.), quem versiculum Hephaestio de Metr. 8 ut paroemiaci exemplum affert. Cf. σκάνδιξ Ach. 478, Suid. s. v., Plin. Hist. Nat. XXII 38. — Genitivus eadem ratione adhibitus est Ach. 184, 805 Pac. 772, 962, 1102, 1136 Hom. ι 225, 232 etc., et praemisso adiectivo supra vs. 199 (ubi vid.) et alibi.

240. ἐγκονῶμεν] redit verbum Ach. 1088 Av. 1324 Eccl. 489 Plut. 255. Poeticum hoc verbum (a stirpe κεν = πεν, πένομαι?), quo etiam Homerus est usus (Ω 648 η 340 ψ 291), cohaeret cum adverbio ἀκονῑτ(ε)ί (= ἀπονητί) IGA. 380, Thuc. IV 73 § 2, Xen. Ages. 6 § 3, Eurip. apud Plut. Alcib. 11 etc., quod ad vocem κόνις pertinere credebatur utpote de *dulci sine pulvere palma* (Hor. Epist. I 1, 51) dictum. Etiam nomen διάκονος cognatum esse nemo non suspi-

σίμβλον δέ φασι χρημάτων ἔχειν ἅπαντες αὐτόν.
χθὲς οὖν Κλέων ὁ κηδεμὼν ἡμῖν ἐφεῖτ' ἐν ὥρᾳ
ἥκειν ἔχοντας ἡμερῶν ὀργὴν τριῶν πονηρὰν
ἐπ' αὐτόν, ὡς κολωμένους ὧν ἠδίκηκεν. ἀλλὰ
σπεύδωμεν ὦνδρες ἥλικες, πρὶν ἡμέραν γενέσθαι.

ΧΟΡΟΣ.

χωρῶμεν, ἅμα τε τῷ λύχνῳ πάντῃ διασκοπῶμεν,
μή που λίθος τις ἐμποδὼν ἡμᾶς κακόν τι δράσῃ.

ΠΑΙΣ.

τὸν πηλὸν ὦ πάτερ, πάτερ, τουτονὶ φύλαξαι.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

κάρφος χαμᾶθέν νυν λαβὼν τὸν λύχνον πρόμυξον.

ΠΑΙΣ.

(digito linamentum protrudens:)

οὔκ, ἀλλὰ τῳδί μοι δοκῶ τὸν λύχνον προβύσειν.

---

242. οὖν] γοῦν Hermann.

244. κολωμένους] χολουμένους (κολω) V, καλουμένους ceteri. — ἠδίκηκεν Bergk Cobet] ἠδίκησεν. — ἀλλὰ Porson] ἀλλὰ γάρ.

245. σπεύδωμεν] σπεύσωμεν V.

247. λίθος V] λαθών R, quod propter ἐμποδὼν est reiciendum; λίθων τις Reisig coll. vs. 199.

249. πρόμυξον schol.] πρόβυσον codd.

250. προβύσειν] προμύξειν male Blaydes. Cf. Phrynichus in Bekk. Anecd. p. 59.

---

cetur, quamquam producta vocalis α probabiliter explicari hactenus non potuit. — Λάχητι] de *Lachete* in Prolegomenis quantum satis videbatur dictum est.

242. ἐν ὥρᾳ ἥκειν] *iusto tempore adesse*, item vs. 689 Pac. 122 Eccl. 395; cf. ὥρα ἐστί Ach. 393 Vesp. 346, 648 Av. 639, 714 Thesm. 1189, 1227 Eccl. 30, 285, 352, 1163 fr. 464 Philyll. 3. — Contrarium est ἀωρίαν Ach. 23; cf. ἀωρί *nocte intempesta* Eccl. 741.

243.] alluditur ad verba, quibus militibus, qui ad expeditionem evocabantur, imperari solebat *iusto tempore* ἔχοντας ἥκειν σιτί' ἡμερῶν τριῶν (Pac. 312), cf. Ach. 197 Thuc. I 48 Eubul. 20 etc.; etiam Pac. 151 et 716 huc faciunt.

247.] cf. Alexid. fr. 148 ὁ πρῶτος εὑρὼν μετὰ λυχνούχου περιπατεῖν | τῆς νυκτός, ἦν τις κηδεμὼν τῶν δακτύλων.

249. κάρφος] *palea*. Is, qui nemini unquam negotia facessit, dicitur οὐδὲ κάρφος κινεῖν (*hij legt niemand een strootje in den weg*), vid. Lysistr. 474 et Herod. Mimiamb. I 54 (cf. supra ad vs. 91).

— πρόμυξον] *detergere*, *mungere* (*snuiten*); nempe propter aëris humiditatem fungi increscunt lucernarum linamentis, vid. vs. 262. Lucernae, quibus duplex triplexve erat linamentum (vulgo simplex esse solebat), δίμυξοι et τρίμυξοι vocabantur λύχνοι, vid. Metagenis fr. 12 δίμυξον ἢ τρίμυξον ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.

250.] pater parcit oleo, quod propter

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τί δὴ παθὼν τῷ δακτύλῳ τὴν θρυαλλίδ' ὠθεῖς,
καὶ ταῦτα τοὐλαίου σπανίζοντος, ὦ ἀνόητε;
οὐ γὰρ δάκνει σ', ὅταν δέῃ τίμιον πρίασθαι.

(alapam ei infringit.)

ΠΑΙΣ.

εἰ νὴ Δί' αὖθις κονδύλοις νουθετήσεθ' ἡμᾶς,
ἀποσβέσαντες τοὺς λύχνους ἄπιμεν οἴκαδ' αὐτοί·
κᾆπειτ' ἴσως ἐν τῷ σκότῳ τουτουὶ στερηθεὶς
τὸν πηλὸν ὥσπερ ἀτταγᾶς τυρβάσεις βαδίζων.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἦ μὴν ἐγὼ σοῦ χἀτέρους μείζονας κολάζω.
ἀλλ' οὑτοσί μοι μάρμαρος φαίνεται πατοῦντι,
κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐχ ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον
ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι.
ἔπεισι γοῦν τοῖσιν λύχνοις οὑτοιὶ μύκητες·

---

251. *παθὼν* Fl. Christianus] *μαθών*. Cf. Elmsley Ach. 826.

254. *αὖθις*] *αὖ τοῖς* Kiehl sine causa.

255. *αὐτοί*] *αὖθις* Kiehl non recte.

259. *μοι*] *μὴ* R. — *μάρμαρος* Hamaker] *βάρβαρος* V, *βόρβορος* R. Cf. Cobet Var. Lect. p. 283.

260] pro *κοὐκ* scribendum esse *οὐκ* et vs. 260—265 alii choreutae tribuendos esse suspicor.

---

bellum multo quam fuit antehac pretiosius est factum (cf. Nub. 58 Plat. com. fr. 190); quapropter ad filium dicit: *palea sumta ellychnium caute et leniter purga;* at puer, cui nondum est animus patris familias, *immo pollice meo protrudam ellychnium* respondet, et digitum lucernae inserit. Effluit oleum: colaphus ei infringitur.

251. *τί παθὼν*] vid. ad vs. 1.

252. *σπανίζοντος*] cf. Nub. 1285. — Tam cara sunt omnia, ut ficus, quibus nihil fere vulgatius olim in Attica erat, iam inter delicatiorum hominum cuppedias recenseantur (vid. infra vs. 302). Comparandae sunt Dicaeopolidis querelae Ach. 34—36.

254. *κονδύλοις*] vox apud Aristophanem redit Eq. 411, 1236 Pac. 123, 256, 258.

256. *τουτουί*] nempe *τοῦ λύχνου*, cf. e. g. *τουτονί* Ach. 331.

257. *ἀτταγᾶς*] vid. Av. 244 sqq. (297, 761).

259. *μάρμαρος*] durum ut marmor mihi esse videtur solum („*kurkdroog*").

260. *οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐχ*] item Ach. 116 Nub. 1307 Pac. 42, 188 Av. 52 Thesm. 847 Ran. 640 Plut. 871.

261.] cf. Av. 1501 *τί γὰρ ὁ Ζεὺς ποιεῖ;* — Etiam Pac. 1055 *ἡ κέρκος ποιεῖ καλῶς* (*bene habet*, *maakt het best*) huc facit.

262.] Theophr. *περὶ σημείων ὑδάτων κτἑ.* § 34 *μύκητες ἐπὶ λύχνου νότιον πνεῦμα ἢ ὕδωρ σημαίνουσιν*, vid. etiam § 14 et 42. Verg. Georg. I 390 sqq. (quo

δεῖται δὲ καὶ τῶν καρπίμων ἄττα μή ἐστι πρῷα
ὕδωρ γενέσθαι καὶ ἐπιπνεῦσαι βόρειον αὐτοῖς.

— τί χρῆμ' ἄρ' οὐκ τῆς οἰκίας τῆσδε συνδικαστὴς
πέπονθεν, ὡς οὐ φαίνεται δεῦρο πρὸς τὸ πλῆθος;
οὐ μὴν πρὸ τοῦ γ' ἐφολκὸς ἦν, ἀλλὰ πρῶτος ἡμῶν
ἡγεῖτ' ἂν ᾄδων Φρυνίχου· καὶ γάρ ἐστιν ἀνὴρ
φιλῳδός. ἀλλά μοι δοκεῖ στάντας ἐνθάδ', ὦνδρες,

263.] verba φιλεῖ δ' ὅταν ᾖ τουτὶ ποιεῖν ὁ Ζεὺς ὑετὸν μάλιστα, quae vulgo in versum sic effinguntur: φιλεῖ δ' ὅταν τοῦτ' ᾖ ποιεῖν ὑετὸν μάλιστα, auctoribus Hirschigiis delevi.

264. μή] γ' Hamaker.

265. βόρειον] θερεῖον Hamaker, quod verum videtur, nam *clarus aquilo* frugibus haudquaquam est conducibilis neque expectatur cum fungi concrescunt in lucernarum ellychniis; reciperem equidem si totius loci contextus mihi satis esset perspicuus. — Post hunc versum poeta fortasse inseri voluit colloquium patris cum filio (vs. 291—316), quod importuno nunc loco legitur; sed vid. prolegomena.

267. ὡς] ὥστ' Cobet.

---

loco Aratum imitatur poeta) *ne nocturna quidem carpentes pensa puellae* | *nescivere hiemem, testa cum ardente viderent* | *scintillare oleum et putres concrescere fungos.* Agathiae epigr. 17 (Jacobs IV p. 10) μήποτε λύχνε μύκητα φέροις μηδ' ὄμβρον ἐγείροις.

265. βόρειον] vox molesta; vid. annot. crit.

266. τί χρῆμα] cf. vs. 697, 799, 834 Nub. 816. Similia sunt ὅσον τὸ χρῆμα cum gen. Ach. 150 Eq. 1219 Nub. 2 Ran. 1278 et sine gen. Pac. 1192, ὡς καλὸν τὸ χρῆμα Lys. 83 fr. 67, κλέπτον τὸ χρῆμα τἀνδρός infra vs. 933, μιαρὸν τὸ χρῆμα Pac. 38, λιπαρὸν τὸ χρῆμα τῆς πόλεως Av. 826, ἀσκητικὸν τὸ χρῆμα Lys. 1085, μέγα χρῆμα τῆς ἐμπίδος Lys. 1031, μέγα χρῆμα γιγάντων Teleclid. 1. Pleonasticus hic vocis χρῆμα usus apud Herodotum quoque satis est frequens (I 36 ὑὸς χρῆμα μέγα, III 109, 130 IV 81 VI 43 VII 188) neque a Sophocle alienus, συὸς μέγιστον χρῆμ' ἐπ' Οἰνέως γύαις | ἀνῆκε Λητοῦς παῖς ἑκηβόλος θεά fr. 357 Dind.; vid. etiam Theocr. XV 84. Simili ratione substantivum πρᾶγμα adhibitum est Ach. 837 et in formula τί τὸ πρᾶγμ' infra vs. 395 etc.

267. πέπονθεν] vid. vs. 1.

268. ἐφολκὸς] olim non opus erat ut ab aliis traheretur (*op sleeptouw werd genomen*); ἐφολκὶς κυρίως λέγεται ἡ λέμβος ἤτοι ἡ μικρὰ ναῦς ἡ ὑφ' ἑτέρας νεὼς ἑλκομένη διὰ βραδυτῆτα. Cf. Hom. ξ 350, ubi quod vocatur ξεστὸν ἐφόλκαιον quid sit non constat, *lembum* tamen non significari certum est.

269. ἂν] actio *iterata* hac particula in carminibus epicis non indicatur, neque apud Aeschylum vel Pindarum; semel Sophocles eam ita adhibuit in operibus superstitibus, semel Euripides, semel Thucydides; apud Herodotum vero satis vulgaris est haec structura, item apud Aristophanem, vid. e. g. Ran. 911, 914 sq., 920, 924, 927, 946, 948, 950, 961 Plut. 982 sq., 985 sq., 1140, 1142 sq., 1179 sqq.; apparet igitur a poetica dictione alienam, quotidiano vero dicendi generi propriam fuisse (Seaton in Classical Review 1889). — Φρυνίχου] vid. ad vs. 220.

ᾄδοντας αὐτὸν ἐκκαλεῖν, ἤν τί πως ἀκούσας
τοὐμοῦ μέλους ὑφ' ἡδονῆς ἑρπύσῃ θύραζε.

ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 273—280).

τί ποτ' οὐ πρὸ θυρῶν φαίνετ' ἄρ' ἡμῖν ὁ γέρων οὐδ' ὑπακούει;
μῶν ἀπολώλεκε τὰς ἐμβάδας, ἢ προσέκοψ' ἐν τῷ σκότῳ τὸν δάκτυλόν που,
εἶτ' ἐφλέγμηνεν αὐτοῦ τὸ σφυρὸν ⟨γέροντος ὄντος⟩;
καὶ τάχ' ἂν βουβωνιῴη.

καὶ μὴν πολὺ δριμύτατός γ' ἦν τῶν παρ' ἡμῖν,
καὶ μόνος οὐκ ἀνεπείθετ',
ἀλλ' ὁπότ' ἀντιβολοίη τις, κάτω κύπτων ἂν οὕτω
„λίθον ἕψεις" ἔλεγεν.

Antistropha (vs. 281—289).

τάχα δ' ἂν διὰ τὸν χθιζινὸν ἄνθρωπον, ὃς ἡμᾶς διεδύετ'
ἐξαπατῶν καὶ λέγων ὡς φιλαθήναιος ἦν καὶ τἀν Σάμῳ πρῶτος κατείποι,

---

277. καὶ τάχ' ἂν] ἢ τάχ' ἂν Blaydes, fortasse recte.
278.] ἂν ἐπείθετ' codd., correxit Hirschig.
280.] post hunc versum Hermann alii non recte addunt verba ὕπαγ' ὦ παῖ, ὕπαγε ex vs. 290 desumta.
281. χθιζινὸν Hermann] χθεσινόν.

---

273 sqq.] de huius cantici metro videatur Appendix.

275. ἐμβάδας] cf. vs. 103 et Eccl. 314, 342 sqq.

277. γέροντος ὄντος] cf. Ach. 222.

279. οὕτω] haec verba eo gestu corporisque motu indecoro illustrantur, quo Amasis Herodot. II 162 Aprii contumeliam fecit. Ceterum cf. Ran. 804.

280. λίθον ἕψεις] similes locutiones in scholio afferuntur πλίνθον πλύνεις, χύτραν ποικίλλεις, εἰς ὕδωρ γράφεις, Αἰθίοπα λευκαίνεις, κατὰ θαλάττης σπείρεις. Plaut. Asinar. 203 *vetus est „nihili coctiost" ... scis cuius; non dico amplius* (nempe *lapidis*).

281. ἄνθρωπον] non certus aliquis vir his verbis indicatur, sed totum quoddam genus hominum; nempe insulani aliique socii, qui si rei essent in causa aliqua publica, Athenas venire debebant ut iudicium de iis fieret.

283. τἀν Σάμῳ] Sami defectio civitatem Atheniensium in summum periculum adduxit; quapropter vivida eius memoria diu permansit. Hoc quoque tempore, licet annis praeterlapsis viginti quatuor, reus certo sciebat se in iudicum animum se insinuaturum si rerum tunc gestarum mentionem iniceret; impune autem eiusmodi aliquid fingere licebat, quis enim post tantum temporis spatium hominem immerito gloriantem redarguere poterat? Scholia referunt, Samiorum defectionem molientium consilia a *Carystione* quodam olim Atheniensibus prodita esse;

διὰ τοῦτ' ὀδυνηθεὶς εἶτ' ἴσως κεῖται πυρέττων.
ἔστι γὰρ τοιοῦτος ἀνήρ.

ἀλλ' ὦγαθ' ἀνίστασο μηδ' οὕτω σεαυτὸν
ἔσθιε μηδ' ἀγανάκτει.
καὶ γὰρ ἀνὴρ παχὺς ἥκει τῶν προδόντων τἀπὶ Θρᾴκης·
ὃν ὅπως ἐγχυτριεῖς.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὕπαγ' ὦ παῖ, ὕπαγε.

Patris filiique canticum amoebaeum.
Stropha (vs. 291—303).

ΠΑΙΣ.

ἐθελήσεις τί μοι οὖν ὦ
πάτερ, ἥν σού τι δεηθῶ,
χαρίσασθαι;

---

292. *χαρίσασθαι] addidi, et deinde in vs. 294 verba με πρίασθαι delevi post βούλει. Eodem consilio Kiehl vs. 291 coniecit ἐθέλων γ' εἴ τί μοι ὠνεῖ (at sic fu-

---

sed Aristophanem neque hunc neque alium certum quendam hominem significare satis apparet. — Etiam in Eupolidis comoedia Κόλαξι, quae uno anno post Vespas acta est, ad τἀν Σάμῳ alludebatur, de Hipponico enim haec dicebat nescio quis: ἐκεῖνος ἦν φειδωλός, ὃς ἐπὶ τοῦ βίου | πρὸ τοῦ πολέμου μὲν τριχίδας ὠψώνησ' ἅπαξ, | ὅτε τἀν Σάμῳ δ' ἦν, ἡμιωβολίου κρέα (Eup. fr. 154).

284. πυρέττων] distinguuntur *frigida febris* ἠπίαλος (ἠπιαλεῖν Ach. 1165) et *calida* πυρετός (πυρέττειν); cf. fr. 332 ἠπίαλος πυρετοῦ πρόδρομος et infra vs. 1038.

285. τοιοῦτος] cf. Xenoph. Hell. V 4 § 4 οἱ δέ, ἦσαν γὰρ τοιοῦτοι, μάλα ἡδέως προσεδέχοντο.

287. ἔσθιε] praeiit Homerus Z 202 τὸν θυμὸν κατέδων, ι 75 καμάτῳ τε καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἔδοντες. Frequentius in huiusmodi dicendi formulis est verbum δάκνειν, vid. vs. 374.

288. ἀνὴρ παχὺς] locutio e populi ore desumta apud Aristophanem redit Pac. 639, apud Herodotum autem legitur V 30, 77 VI 91 VII 156. — Nobilis ille vir ex optimatium factione, qui hoc loco commemoratur, aut est *Thucydides*, ut probabiliter coniecit G. Hermann, aut aliquis ex eius sodalibus.

289. ὅπως] eadem structura elliptica legitur Ach. 955 Nub. 257 Pac. 77 Av. 1494 et praemisso imperativo ἄγε Ach. 253 Eq. 1011 Nub. 489 Eccl. 82, 149. Cf. Valckenaer. ad Theocr. I 112.

— ἐγχυτριεῖς] scholiis si fides est habenda, apud Aeschylum et Sophoclem et Pherecratem idem quod ἀποκτείνειν hoc verbum valuit, vid. etiam schol. in Platon. Minoem p. 315 *d*. Sed errasse scholiastam, propriam enim verbo fuisse *parentandi*, hinc *sepeliendi* potestatem, efficio ex Herodae Mimiamb. V 84 ἐπὴν δὲ τοῖς καμοῦσιν ἐγχυτλώσωμεν, id est χοὰς φέρωμεν, nam χύτλα = χοαί. Comicus autem eam fere notionem ei tribuit quam habent nostra *inrekenen, in de doos doen.*

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

πάνυ γ' ὦ παι-
δίον. ἀλλ' εἰπὲ τί βούλει
καλόν; οἶμαι δέ σ' ἐρεῖν ἀστραγάλους δήπουθεν ὦ παῖ.

ΠΑΙΣ.

μὰ Δί' ἀλλ' ἰσχάδας ὦ παπ-
πία· ἥδιον γάρ.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

οὐκ ἂν
μὰ Δί', εἰ κρέμαισθέ γ' ὑμεῖς.

ΠΑΙΣ.

μὰ Δί' οὐ τἄρα προπέμψω σε τὸ λοιπόν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀπὸ γὰρ τοῦδέ με τοῦ μισθαρίου
τρίτον αὐτὸν ἔχειν ἄλφιτα δεῖ καὶ ξύλα κὤψον.
ἒ ἔ.
σὺ δὲ σῦκά μ' αἰτεῖς.

Antistropha (vs. 304—316).

ΠΑΙΣ.

ἄγε νυν ὦ πάτερ, ἢν μὴ
τὸ δικαστήριον ἄρχων

---

turum adhibendum esset), Hirschig pro *τί μοι οὖν* scripsit *παρέχειν* coll. vs. 722, Blaydes *διδόν' οὖν* (quae suspecta sanequam elisio). Sed neque pronomen *μοι* neque particula *οὖν* inutilis est.

296. *παππία ἥδιον*] ecquid latitat vox *παππίδιον* (vid. vs. 655 Eq. 1215)?

299. *οὐ τἄρα*] recte R, alii *οὐκ ἄρα*.

302. *ἒ ἔ*] addidit Hermann ex vs. 316.

296.] cf. fr. 586 *οὐδὲν γὰρ ὄντως γλυκύτερον τῶν ἰσχάδων*.

297. *οὐκ ἂν*] sc. *πριαίμην*. Omissum est verbum, ut locis simillimis Ach. 966 Nub. 108 Plut. 924.

298. *κρέμαισθε*] cf. Nub. 870.

301. *τρίτον αὐτὸν*] ipsum cum aliis hominibus duobus mihi subditum. Sic *στρατηγός* contra hostem mitti solebat *τρίτος*, *πέμπτος*, nonnumquam etiam *δέκατος αὐτός*, cum exiret *αὐτοκράτωρ* cum duobus, quatuor, novem collegis. Apud Thucydidem hoc genus loquendi frequens est.

302. *σῦκά μ' αἰτεῖς*] haec verba quoties relego, venit in mentem notae narratiunculae: *Σικελὸς ἔμπορος σῦκα ἄγων ἐναυάγησεν· εἶτα ἐπὶ τῆς πέτρας καθήμενος καὶ ὁρῶν τὴν θάλατταν ἐν γαλήνῃ, ἔφη· „οἶδα ὃ θέλει· σῦκα θέλει"* (Zenob. V 51). Vix tamen crediderim illuc alludi; poeta nihil significat nisi vilissimum cibum iam plurimi constare, cf. vs. 252.

303 sq.] cf. Eccl. 687, Eq. 1359 sqq., Lys. Or. XXVII § 1.

καθίσῃ νῦν, πόθεν ὠνη-
σόμεθ' ἄριστον; ἔχεις ἐλ-
πίδα χρηστήν τινα νῷν ἢ
πόρον Ἕλλας ἱρὸν εἰπεῖν;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀπαπαῖ φεῦ, ἀπαπαῖ φεῦ,
μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε νῷν οἶδ'
ὁπόθεν τὸ δεῖπνον ἔσται.

ΠΑΙΣ.

τί με δῆτ' ὦ μελέα μῆτερ ἔτικτες;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἵν' ἐμοὶ πράγματα βόσκειν παρέχῃς.

ΠΑΙΣ.

ἀνόνητον ἄρ' ὦ θυλάκιόν σ' εἶχον ἄγαλμα.

---

308. ἱρὸν εἰπεῖν Hermann] ἱερόν.
309. ἀπαπαῖ φεῦ] in codd. semel scriptum duplicavit Hermann.
311. τὸ Cobet] γε.
313.] patris esse, non filii, vidit Cobet Var. Lect. p. 67, cf. Nov. Lect. p. 393 sq., qui primus locum recte interpretatus est, cum vulgo perabsurde iungerentur verba πράγματα βόσκειν ex veterum grammaticorum auctoritate (teste scholio).
314 sq. ἄρ' ὦ θυλάκιόν σ' Hermann] ἄρα σ' ὦ θυλάκιόν γ'.

---

308. πόρον Ἕλλας ἱρόν] *Hellespontum* ita poetice indicaverat Pindarus teste schol.; cf. Aesch. Pers. 70 λινοδέσμῳ σχεδίᾳ πορθμὸν ἀμείψας | Ἀθαμαντίδος Ἕλλας. Sed comicus his verbis nihil nisi *viam*, *exitum* significat. Sic Prometheus apud Aeschylum dicitur δεινὸς εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρους.

310. νῷν] *mihi* (patri) *tibique* (filio).

312.] ὁ λόγος ἐκ Θησέως Εὐριπίδου. ἐκεῖ γὰρ ταῦτα λέγουσιν οἱ ταττόμενοι παῖδες εἰς βορὰν τῷ Μινωταύρῳ. τὸ δὲ ἑξῆς Ἱππόλυτός ἐστιν ὁ λέγων ἐκεῖ· „ἀνόνητον ἄγαλμα, πάτερ, οἴκοισι τεκών".

313.] perridicule flebilibus pueri querelis subiunguntur patris verba a poetica elegantia aliena nullisque involucris obtecta. *Vae mater, cur natus sum!* rogavit filius, *ut mihi negotia facessas, qui alere te debeam* respondet senex truculentus. Verbum βόσκειν, quod non de hominibus sed de animalibus domesticis dici solet, contumeliose adhibetur pro τρέφειν. De structura verborum (ἵνα πράγματα παρέχῃς μοι βόσκειν sc. σε) videatur Cobet Nov. Lect. p. 393 sq., qui alia exempla infinitivi verbo ἔχειν vel παρέχειν subiuncti affert Xenoph. Cyrop. IV 4 § 46, Anab. VI 2 § 27, Plat. Phaedon. 115*a*.

314. ἀνόνητον] de hoc adiectivo, quod Euripidi in deliciis fuit, cf. Hecub. 766 Hippol. 144.

— θυλάκιον] de θυλάκῳ sive *pera* vid. Av. 50 Eccl. 382, 820 Plut. 763. Deminutivum etiam Ran. 1203 extat.

315. ἄγαλμα] ita a poetis dicitur πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται. Vid. etiam Xenoph. Cyn. I § 11.

AMBO.

ἒ ἕ.
πάρα νῷν στενάζειν.

SCENA NONA.

(*Philocleo* apparet ante fenestram, cui rete est protensum.)

Philocleo, Chorus.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(Cantus.)

Φίλοι, τήκομαι
μὲν πάλαι διὰ τῆς ὀπῆς
ὑμῶν ἐπακούων.
ἀλλ' οὐ γὰρ οἷόν τ' ἐξ-
ᾴττειν, τί ποιήσω;
τηροῦμαι δ' ὑπὸ τῶνδ', ἐπεὶ
βούλομαί γε πάλαι μεθ' ὑ-
μῶν ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς καδί-
σκους κακόν τι ποιῆσαι.

ἀλλ' ὦ Ζεῦ Ζεῦ, μέγα βροντήσας

318. ἐπακούων Cobet] ὑπακούων. — *ἀλλ' οὐ γὰρ οἷόν τ' ἐξᾴττειν] ἀλλὰ γὰρ (ἀλλ' ἀτὰρ V) οὐχ οἷός τ' εἰμ' ᾄδειν codices. Dindorf ἀλλ' οὐ γὰρ οἷός τ' εἴμ' ᾄδειν, sed *canendi* verbum hinc alienum; ἐξᾴττειν vero (quod extat Ran. vs. 567) aptius est quam quod Blaydes coniecit ἐκβαίνειν. Longius a litteris traditis discedit ἐξελθεῖν.
320. πάλαι] πάλαι πάνυ codices, Porson πάλιν.
323.] alterum Ζεῦ addidit Porson. — μέγα βροντήσας Dindorf] μέγα βρόντα libri, unde μεγαβρόντα Reiske.

316. πάρα στενάζειν] locutio vere tragica; vid. e. g. Aesch. Choëph. 972 πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν, Eur. Alcest. 341 ἆρά μοι στένειν πάρα;
317. ὀπῆς] vs. 127.
318. ἀλλ' οὐ γὰρ οἷόν τ'] item Herod. VI 130 ἀλλ' οὐ γὰρ οἷά τ' ἔστι.
319. τῶνδε] nempe a custodibus duobus, quorum alter ad ianuam, alter in tecto dormit.
321. καδίσκους] *urnas calculis recipiendis*, cf. vs. 853 sq. et ad vs. 991.
323 sqq.] *o Iupiter, utinam corusco tuo fulmine percussus fumus flammaeque fiam totus .... et per fumarium evadam* (cf. vs. 144 et 151), *aut torrear .... veluti apua, aut lugens ceu Niobe in saxum muter .... illud in quo numerantur iudicum sententiae.* Festive copulantur tragica verbula cum vitae quotidianae vocibus; serio idem dicunt Danaides apud Aesch. Suppl. 779: μέλας γενοίμαν καπνὸς νέφεσι γειτονῶν Διός· | τὸ πᾶν δ' ἄφαντος ἀμ πνοαῖς διψὰς ὡς κόνις ἄτερθε πτερύγων ὀροίμαν.

ἤ με ποίησον καπνὸν ἐξαίφνης,
ἢ Προξενίδην, ἢ τὸν Σέλλου
τοῦτον τὸν ψευδαμάμαξυν.
τόλμησον, ἄναξ, χαρίσασθαί μοι,
πάθος οἰκτίρας·
ἤ με κεραυνῷ διατινθαλέῳ
σπόδισον ταχέως, ...
κἄπειτ' ἀνελών μ' ἀποφυσήσας
εἰς ὀξάλμην ἔμβαλε θερμήν·
ἢ δῆτα λίθον με ποίησον .... ἐφ' οὗ
τὰς χοιρίνας ἀριθμοῦσιν.

Stropha (vs. 334—364).

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τίς γάρ ἐσθ' οὑνταῦθά σ' εἴργων

334. οὑνταῦθα Meineke] ὁ ταῦτα. — τῇ θύρᾳ V] τῆς θύρας R.

325.] ventosissimus homo *Proxenides* etiam Av. 1126 ridetur.

— Σέλλου] *Selli* filius est *Aeschines* ὁ Καπνός, vid. vs. 459, 1220, 1243 Av. 822.

326. ψευδαμάμαξυν] mirifici huius vocabuli sonus et conformatio in mentem revocant vocem ψευδατράφαξυς Equit. 630, sed quomodo ventosis hominibus deridendis inservire potuerit non assequor, nam quod καπνίας est vini nomen (vid. vs. 151), id nihil ad rem, ni fallor. Nomen ἀμάμαξυς idem valet atque ἡ ἀναδενδράς, nempe indicabat vites, quae neque χάραξι sustentabantur, ut in Attica, neque humi repebant, ut Lesbi, sed arboribus maritabantur; qui mos in Graecia perrarus erat, in Italia vero vulgatissimus, ut e Vergilii Georgicis nemo non didicit. Teste Etym. M. 77, 1 Epicharmus et Sappho voce ἀμάμαξυς usi sunt; legitur etiam in festiva convivii descriptione, quam Matro (Alexandri Magni aequalis) Homericis hexametris inclusit (vid. Athen. IV 137*b*), ibi enim mensae secundae inter alia bellaria ferebant πρόσφατον ἥν τ' ἀμάμαξυν ἐπίκλησιν καλέουσιν, uvas non prelo sed cenae destinatas et singulari igitur cura cultas.

327. τόλμησον] in tragica dictione significat *utinam velis*, e. g. Soph. Philoct. 481 τόλμησον ἐμβαλοῦ με, Trach. 1070 ἴθ' ὦ τέκνον, τόλμησον οἴκτιρόν τέ με, Aesch. Prom. 999 τόλμησον, ὦ μάταιε, τόλμησόν ποτε | πρὸς τὰς παρούσας πημονὰς ὀρθῶς φρονεῖν.

329. διατινθαλέῳ] non redit adiectivum poeticum, sed Soph. Ant. 134 pro voce tradita ταντα λωθείς, quam nemo explicare potuit, τινθαλωθείς legendum esse suspicor.

— σπόδισον] muta me in ἐπανθρακίδα (Ach. 670 et infra 1127), pisciculum tostum sive ἀπηνθρακισμένον (Av. 1546 Ran. 506). — Non absimilibus verbis utitur Io in Aesch. Prom. 582 sq.

331. ὀξάλμην] *muriam* (ἅλμην) *aceto conditam;* cf. infra vs. 1515 et fr. 416 ὦ κακοδαίμων, ὅστις ἐν ἅλμῃ πρῶτον τριχίδων ἀπεβάφθη. *Thasia* muria commemoratur Ach. 671 et Cratin. fr. 6 („*Mayonnaise*").

332. ἢ δῆτα] *vel etiam* (quod praestat nimirum).

333. χοιρίνας] = ψήφους, cf. vs. 349 et Eq. 1332. Vox significat *concharum* aliquod genus („*katjes*"?).

κἀποκλήων τῇ θύρᾳ; λέ-
ξον· πρὸς εὔνους γὰρ φράσεις.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οὑμὸς υἱός. ἀλλὰ μὴ βοᾶτε· καὶ γὰρ τυγχάνει
οὑτοσὶ πρόσθεν καθεύδων. ἀλλ' ὕφεσθε τοῦ τόνου.

SECUNDUS CHOREUTA.

τοῦ δ' ἔφεξιν ὦ μάταιε ταῦτα δρᾶν σε βούλεται,
καὶ τίνα πρόφασιν ἔχων;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οὐκ ἐᾷ μ', ὦνδρες, δικάζειν οὐδὲ δρᾶν οὐδὲν κακόν,
ἀλλά μ' εὐωχεῖν ἕτοιμός ἐσθ'· ἐγὼ δ' οὐ βούλομαι.

TERTIUS CHOREUTA.

τοῦτ' ἐτόλμησ' ὁ μιαρὸς χα-
νεῖν ὁ † Δημολογοκλέων,
ὅτι λέγεις τι περὶ τῶν νε-
ῶν ἀληθές. † οὐ γὰρ ἄν ποθ'
οὗτος ἀνὴρ τοῦτ' ἐτόλμη-
σεν λέγειν, εἰ
μὴ ξυνωμότης τις ἦν.

---

339. καὶ] ad metrum explendum addidit Bergk, ἢ Meineke, requiruntur enim duo cretici (= vs. 370). Sed verba τίνα πρόφασιν ἔχων interpretis esse ad τοῦ δ' ἔφεξιν adscripta probabiliter statuerunt Fl. Christianus et Dindorf; qui si verum viderunt, interciderunt quae ipse poeta hoc loco scripserat.

342. Δημολογοκλέων] vox corrupta, fieri enim non potest ut chorus *Cleonis* nomine convicii loco utatur; itaque non sufficit δεινολογοκλέων (Hermann) aut δημολοχοκλέων (Hotibius) aut μισολογοκλέων (Meineke Halbertsma). In V est δημολόγος κλέων. Vitium testatur metrum, nam requiritur – ⏑ – ⏓ – ⏑ – ⏓, quapropter Hermann in fine addebat ὅδ'. Rectius Dindorf statuit syllabas -κλέων ex glossemate Βδελυκλέων in textum irrepsisse; scholiastam aliud quid h. l. legisse apparet.

343. ὅτι — ἀληθές] verba sine sensu, sive νεῶν sive cum Bentleio νέων scribas; ab interpolatore lacunae explendae causa conficta esse putat Dindorf. Vocula τι in V deest.

344. ἂν] om. R.

---

338. ἔφεξιν] = χάριν vel potius πρόφασιν. Recte in scholio comparatur Hom. Φ 71 οὐδέ τιν' ἄλλην | μύθου ποιήσασθαι ἐπισχεσίην ἐδύνασθε.

342 sq.] pro verbis spuriis aut corruptis (vid. ann. crit.) requiri fere ὁ τὸν δῆμον καταλύειν πειρώμενος, docet particula γάρ quae sequitur.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' ἐκ τούτων ὥρα τινά σοι ζητεῖν καινὴν ἐπίνοιαν,
ἥτις σε λάθρα τἀνδρὸς τουδὶ καταβῆναι δεῦρο ποιήσει.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

τίς ἂν οὖν εἴη; ζητεῖθ' ὑμεῖς, ὡς πᾶν ἂν ἔγωγε ποιοίην·
οὕτω κιττῶ διὰ τῶν σανίδων μετὰ χοιρίνης περιελθεῖν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἔστιν ὀπὴ δῆθ' ἥντιν' ἂν ἔνδοθεν οἷός τ' εἴης διορύξαι,
εἶτ' ἐκδῦναι „ῥάκεσι κρυφθεὶς" ὥσπερ πολύμητις Ὀδυσσεύς;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

πάντα πέφαρκται κοὐκ ἔστιν ὀπῆς οὐδ' εἰ σέρφῳ διαδῦναι.
ἄλλ', ἄλλο τι δεῖ ζητεῖν ὑμᾶς· ὀπίαν δ' οὐκ ἔστι γενέσθαι.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

μέμνησαι δῆθ', ὅτ' ἐπὶ στρατιᾶς κλέψας ποτὲ τοὺς ὀβε-
λίσκους |

---

346. τούτων] πάντων R.
348. πᾶν ἂν Bentley] πᾶν.
350. διορύξαι] διαλέξαι Hermann et Dindorf ex Hesychio coll. Lys. 720.
352. πέφαρκται] πέφρακται codices.
353. ἄλλ' Hanow] ἀλλ' codices.

---

346. ὥρα] vid. ad vs. 242.

349. κιττῶ] Pac. 497 redit verbum, quod de gravidis mulieribus insolitos cibos appetentibus, hinc autem de quovis vehementiore appetitu dicebatur.

— σανίδων] ut alii inter amoena Academiae vireta, sic noster homo iudiciali furore correptus inter σανίδας, id est γραμματεῖα sive ξύλα λελευκωμένα sive λευκώματα, obambulare gestit. In dealbatis hisce tabulis, quae ad tribunal stabant, et alia legebantur et indicatae erant causae quae deinceps essent iudicandae. Cf. vs. 848.

351.] quemadmodum Ulixes speculator cum in Troiam penetrasset incolumis inde evasit; vid. Hom. δ 246, Eur. Hecub. 239 sqq., Rhes. 710 sqq., Plaut. Bacchid. 962 sqq.

352.] ne culici quidem (Av. 82, 569 sq.) patet exitus.

353. ὀπίαν] ita dicebatur *caseus*, cui conficiendo *sucus fici* (ὀπός, Hom. E 901 etc.) coaguli loco inserviit; sic in Polyphemi spelunca καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ καὶ βοὸς γάλα (Eur. Cycl. vs. 136); cf. Athen. XIV p. 658 *c*. Sed prorsus inauditam significationem voci ὀπίας nostro loco tribuit Aristophanes, a substantivo ἡ ὀπή per iocum repetens, quasi *fenestrarium* dicas hominem qui per fenestram effugere conetur, ut supra vs. 206 ὀροφίαν qui per tectum; subsimili verborum lusu in nostra lingua dixeris *een Luikenaar*. Comicus eodem iocandi genere usus, quod magnopere amabat, adhibuit verba Δίκτυννα vs. 368, ἀνακογχυλιάζων vs. 589, κατεσικέλιζε vs. 911, ἐριώλη vs. 1148, ὀρχίλοι vs. 1513, τρίορχοι vs. 1534; vid. etiam εἰρεσιώνη vs. 399, ἡλιάζειν vs. 772, κλεψύδρα vs. 858, θώραξ vs. 1195.

354. στρατιᾶς] hoc vocabulum apud

ἵεις σαυτὸν κατὰ τοῦ τείχους ταχέως, ὅτε Νάξος ἑάλω;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οἶδ᾽· ἀλλὰ τί τοῦτ᾽; οὐδὲν γὰρ τοῦτ᾽ ἐστὶν ἐκείνῳ προσόμοιον.
ἥβων γὰρ κἀδυνάμην κλέπτειν, ἴσχυόν τ᾽ αὐτὸς ἐμαυτοῦ·
κοὐδείς μ᾽ ἐφύλαττ᾽, ἀλλ᾽ ἐξῆν μοι
φεύγειν ἀδεῶς. νῦν δὲ ξὺν ὅπλοις
ἄνδρες ὁπλῖται διαταξάμενοι
κατὰ τὰς διόδους σκοπιωροῦνται.
τὼ δὲ δύ᾽ αὐτῶν ἐπὶ ταῖσι θύραις
ὥσπερ με γαλῆν κρέα κλέψασαν
τηροῦσιν ἔχοντ᾽ ὀβελίσκους.

---

357. κλέπτειν] vHerwerden πηδᾶν, sed sana ni fallor est vulgata.
360. ὁπλῖται] propter ξὺν ὅπλοις suspectum; Hamaker πλεῖστοι parum probabiliter.

Aristophanem cum *exercitum* significat (Ach. 81, 149 Pac. 747 Lys. 1141) tum *expeditionem* (Ach. 251, 1143 Eq. 587 Vesp. 354, 557 Lys. 100, 592 Thesm. 828, 1169), item apud *Eupolim* teste schol. Thesm. 828; cf. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 43. Vox στρατεία apud Aristophanem non extat.

355.] anno 471 cum Naxus caperetur (Thuc. I 98), facinus perpetravit senex non minus insigne quam quo tempore Byzantii in statione fuit (vid. vs. 238). Nimirum captavit ὀβελίσκους τινάς, non tamen ut hostes iis confoderet sed ut lautam sibi pararet cenam; quae enim est hominis sollertia, non nuda verua eum surripuisse sed carnibus semiassis onusta, quivis intellegit. Cf. Ach. 1007.

357. ἴσχυόν τ᾽ αὐτὸς ἐμαυτοῦ] *maximum tum mihi erat robur.* Verbo ἰσχύειν superlativi notio tribuitur hoc loco, alioquin addenda fuisset particula μάλιστα, vid. e. g. Herod. V 28 ἡ Μίλητος αὐτὴ ἑωυτῆς μάλιστα δὴ τότε ἀκμήσασα. Post superlativum similis verborum structura adhibita est Herod. I 193, 203 II 8, 124, 149 IV 85, post comparativum II 25 VIII 86, post adiectivum (cui comparatio inest) διπλάσιος VIII 137. Etiam Thucydides hoc genere loquendi utitur III 11 § 1 VI 72 § 3 VII 66 § 3 post comparativum, et omisso pronomine αὐτός (si fides mscriptis) I 8 § 3 πλουσιώτεροι ἑαυτῶν γιγνόμενοι.

361. σκοπιωροῦνται] ductum est verbum σκοπιωρεῖσθαι a voce σκοπιωρός, quae licet non inveniatur, formari potuit eadem ratione qua θύρωρος et πυλωρός.

362. δύο] alter non ante ostium sed in tecto stationem habet, sed locutio ἐπὶ ταῖς θύραις (quae non cum singulari ἐπὶ τῇ θύρᾳ est confundenda) significat *ante aedes, foris*, itaque etiam de Bdelycleone sine vitio usurpari potuit.

363. γαλῆν] *mustelam*, quae semifera in domibus ruri viventium degere solebat, ubi tolerabatur utpote muribus infesta; similes ob causas nostri agricolae parcere solent *erinaceis.* — Cf. Pac. 1151 Thesm. 559. Apollodorus comicus apud Stob. Floril. VI 28 καὶ κλῄεθ᾽ ἡ θύρα μοχλοῖς· ἀλλ᾽ οὐδὲ εἷς | τέκτων ὀχυρὰν οὕτως ἐποίησεν θύραν, | δι᾽ ἧς γαλῆ καὶ μοιχὸς οὐκ εἰσέρχεται (fr. Com. III p. 283 Kock).

364. ἔχοντ᾽(ε)] pro telo ὀβελίσκος est etiam Av. 388. Nostro vero loco dubito utrum filius servusque revera veru manu tenentes adstent an senex nescio quam ob causam id finxerit. Hoc quamquam languidius, verum tamen videtur, quoniam infra dum pugnatur nulla ὀβελίσκων fit mentio.

Antistropha (vs. 365—394).

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλὰ καὶ νῦν ἐκπόριζε
μηχανὴν ὅπως τάχισθ'· ἕ-
ως γάρ, ὦ μελίττιον.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

διατραγεῖν τοίνυν κράτιστόν ἐστί μοι τὸ δίκτυον.
ἡ δέ μοι Δίκτυννα συγγνώμην ἔχοι τοῦ δικτύου.

(Rete arrodere incipit.)

SECUNDUS CHOREUTA.

ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρός ἐστ' ἄνοντος ἐς σωτηρίαν.
ἀλλ' ἔπαγε τὴν γνάθον.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(caput per rete proferens:)

διατέτρωκται τοῦτό γ'. ἀλλὰ μὴ βοᾶτε μηδαμῶς,
ἀλλὰ τηρώμεσθ' ὅπως μὴ Βδελυκλέων αἰσθήσεται.

TERTIUS CHOREUTA.

μηδέν, ὦ τᾶν, δέδιθι, μηδέν·
ὡς ἐγὼ τοῦτόν γ', ἐὰν γρύ-
ξῃ τι, ποιήσω δακεῖν τὴν
καρδίαν καὶ τὸν περὶ ψυ-
χῆς δρόμον δραμεῖν, ἵν' εἰδῇ
μὴ πατεῖν τὰ

---

365. καὶ νῦν] καινὴν Meineke dubitanter; non opus.
369. ἄνοντος] ἄγοντος (*tendentis ad*) Reiske.

---

368. Δίκτυννα] vid. Ran. 1359 et ad vs. 353.

369. πρὸς ἀνδρὸς] item Ran. 534.

— ἄνοντος] cf. Hom. γ 496 ἦνον ὁδόν. Medium ἄνομαι legitur K 251 etc. et apud Pindarum, tragicos, Herodotum, sed activum praeter nostrum locum non nisi Hom. l. l. Eur. Androm. 1132 Theocrit. VII 10 repperi, quapropter non dubito quin Aristophanes tragicum aliquem locum afferat aut tragicam dictionem imitetur. Quotidiani sermonis non ἄνω(ᾱ) est sed ἀνύω(ᾰ), Att. ἀνύτω, cum futuro ἀνύσω.

374.] Ach. 1 δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν, Nub. 1369 τὸν θυμὸν δακεῖν, cf. Eq. 1010 Ran. 43, Hom. E 493 δάκε δὲ φρένας Ἕκτορα μῦθος et θ 185 θυμοδακὴς γὰρ μῦθος, item apud tragicos, e. g. Soph. Ant. 317. Vid. etiam supra vs. 287 μὴ σεαυτὸν ἔσθιε.

376. τὸν — δραμεῖν] cf. Eur. Or. 878.

377. πατεῖν] *conculcare*, cf. Eq. 69, 166 Nub. 1359; etiam apud tragicos, e. g. πατεῖν παρεῖχε τῷ θέλοντι ναυτίλων Soph. Ai. 1146. Hinc = παραβαίνειν *transgredi* de legibus non observatis.

τοῖν θεοῖν .... ψηφίσματα.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' ἐξάψας διὰ τῆς θυρίδος τὸ καλῴδιον, εἶτα καθίμα
δήσας σαυτὸν καὶ τὴν ψυχὴν ἐμπλησάμενος Διοπείθους.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(In inferiore fenestrae ora considit; deinde funem circum fenestrae statumen ducit. Finem autem funis corpori suo circumligat; alteram vero eius partem demittit, ita ut ad solum usque pertineat et partim humi residat. Tunc manibus ambabus funem comprehendit, ut ita se leniter demittat.)

ἄγε νυν, ἢν αἰσθομένω τούτω ζητῆτόν μ' εἰσκαλαμᾶσθαι
κἀνασπαστὸν ποιεῖν εἴσω, τί ποιήσετε; φράζετε νυνί.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀμυνούμέν σοι τὸν πρινώδη θυμὸν ἅπαντ' ἐκκαλέσαντες,
ὥστ' οὐ δυνατόν σ' εἴργειν ἔσται· τοιαῦτα ποιήσομεν ἡμεῖς.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

δράσω τοίνυν ὑμῖν πίσυνος· καὶ — μανθάνετ'; — ἤν τι πάθω ἐγώ,
ἀνελόντες καὶ κατακλαύσαντες θεῖναί μ' ὑπὸ τοῖσι δρυφάκτοις.

---

378. τοῖν θεοῖν Hirschig] ταῖν θεαῖν V, τῶν θεῶν R.
381. εἰσκαλαμᾶσθαι] ἐνκ. R, ἐκκαλαμᾶσθαι alii (quod infra vs. 609 recte habet).
383. ἅπαντ' ἐκκαλέσαντες Cobet] ἅπαντες καλέσαντες.
384. ἔσται V] τὰ R, εἴσω· τὰ τοιαῦτα Reisig, ἔσται· τὰ τοιαῦτα Tyrwhitt.
385. μανθάνετ'] μέμνησθ' Bentley.

---

378. ψηφίσματα] similem errorem committens atque vs. 525 senex hac voce utitur, cum dicere vellet μυστήρια. De *profanatis mysteriis* — quod gravissimum Athenis erat crimen — omnino non agitur hoc loco, sed choro comicus consulto tribuit minas sensu carentes.

379. θυρίδος] domuum pars inferior lucem ex aula accipiebat, superior vero una pluribusve *fenestris* erat instructa, cf. Thesmoph. 797, Athen. XV 697 *c*. Philocleonis domum *unam* habuisse fenestram testatur articulus.

— τὸ καλῴδιον] certum aliquem funem significari patet, eum, ni fallor, quo rete, quod nunc perrosum est, fuerat extensum.

380. δήσας] redit verbum vs. 397.

— Διοπείθους] notissimus hoc tempore haruspex et orator fuit *Diopithes*, vid. Eq. 1085; nostro tamen loco eius nomini tribuitur significatio quam indicat etymologia, nempe *mentis Iove confisae;* cf. Φιλόξενος vs. 84, ubi vid.

381. εἰσκαλαμᾶσθαι] *attrahere ad se* (ut piscator piscem hamo captum). Cf. ἐκκαλαμᾶσθαι vs. 609.

383. πρινώδη] cf. Ach. 180 γέροντες πρίνινοι, infra vs. 877 τὸ λίαν στρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθος, Ran. 859 σὺ δ' εὐθὺς ὥσπερ πρῖνος ἐμπρησθεὶς βοᾷς. Etiam Hes. Op. 145 comparandus est.

386.] δρύφακτοι (i. e. δρύφαρκτοι vel δρύφρακτοι, a verbis δρῦς et φάργνυμι)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

οὐδὲν πείσει· μηδὲν δείσῃς. ἀλλ' ὦ βέλτιστε καθίει
σαυτὸν θαρρῶν κἀπευξάμενος τοῖσι πατρῴοισι θεοῖσιν.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ὦ Λύκε δέσποτα, γείτων ἥρως· σὺ γὰρ οἷσπερ ἐγὼ κεχάρησαι,
τοῖς δακρύοισιν τῶν φευγόντων ἀεὶ καὶ τοῖς ὀλοφυρμοῖς·
ᾤκησας γοῦν ἐπίτηδες ἰὼν ἐνταῦθ', ἵνα ταῦτ' ἀκροῷο,
κἀβουλήθης μόνος ἡρώων παρὰ τὸν κλάοντα καθῆσθαι·

389. οἷσπερ] ὥσπερ Cobet.

sunt *cancelli*, intra quos sedes sunt iudicibus; cf. vs. 552 et 830 (Fritzsche de Daetal. p. 125). Recte comparavit Richterus adiectivum ναύφαρκτος Ach. 95. Ianua cancellorum vocabatur κιγκλίς, vid. vs. 124. Etiam senatus conventus intra δρυφάκτους κιγκλίδι occlusos fiebant, vid. Eq. 641 et 675.

388.] cf. preces Euripidis Ran. 891 sqq.

389 sqq.] lupi imagine symbolice ut aiunt repraesentabatur homo piaculo obstrictus et fugiens [1]); antiquissima autem iudicia quoniam *de caede* fuerunt, hinc ni fallor explicandum est id quod rettulit Eratosthenes (in scholio et apud Harpocr. s. v. δεκάζειν), prope singula dicasteria Athenis fuisse sacellum (ἡρῷον), ubi colebatur Lycus, lupi speciem referens (τοῦ θηρίου μορφὴν ἔχων). Heliastarum igitur patronus atque antistes Lycus per iocum dici poterat, noster autem versus et vs. 819 aperte ostendunt senem fingere sibi non potuisse δικαστήριον quod Lyci sacello careret. — Polemarchus ἐν τῷ Ἐπιλυκείῳ suum habet tribunal, sed [Aristot.] de Rep. Athen. 3 negat illud nomen cum Lyci nomine cohaerere, a polemarcho *Epilyco*, qui id restauraverit, repetens ipse.

— κεχάρησαι] poetica forma pro χαίρεις, cf. δεδόκησαι vs. 726.

390. δακρύοισιν] apud iudices Athenienses frequenter pro argumentis lacrimae proferri solebant et identidem recurrebat illud δέομαι καὶ ἱκετεύω καὶ ἀντιβολῶ, cf. vs. 555 et 882. De flebilibus perorationibus iudicumque mente odio, metu, gratia aliisque affectibus a iustitia alienissimis saepe perculsa, digna quae legantur e Lysia Demosthene aliis congessit Frohberger in prolegomenis ad Lysiam p. 12, 73 et vol. II p. 10. Acerbum admodum de heliastis iudicium tulit Isocrates XV § 19—23. Videatur etiam Aeschin. I § 178 ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καὶ τοῖς δικαστηρίοις πολλάκις ἀφέμενοι τῶν εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα λόγων ὑπὸ τῆς ἀπάτης καὶ τῶν ἀλαζονευμάτων ἄγεσθε, καὶ πάντων ἀδικώτατον ἔθος εἰς τοὺς ἀγῶνας παραδέχεσθε· ἐᾶτε γὰρ τοὺς ἀπολογουμένους ἀντικατηγορεῖν τῶν κατηγορούντων. Quin Plato in contemnendis iudicibus Atticis eo provectus est ut artem coram iis orationem habendi compararet cum viperarum incantatione, Euthydem. 290 *a*.

391. ἐπίτηδες] *consulto*, *data opera*; item Eq. 893, 896, 1135, 1184 Pac. 142, 744, 931 Thesm. 546 Eccl. 116.

[1]) Cf. Schoemann Gr. Alterthümer II p. 252.

ἐλέησον καὶ σῶσον νυνὶ τὸν σαυτοῦ πλησιόχωρον,
κοὐ μή ποτέ σου παρὰ τὰς κάννας οὐρήσω μηδ' ἀποπάρδω.

(Caute et lente se demittere incipit. Strepitus tamen *Bdelycleonem* e somno excitat.)

SCENA DECIMA.

Eidem. Bdelycleo, Sosias.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

(alta voce ad Sosiam:)

οὗτος, ἐγείρου.

ΣΩΣΙΑΣ.

(e somno excitatus:)

τί τὸ πρᾶγμ';

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὥσπερ φωνή μέ τις ἐγκεκύκλωται.
μῶν ὁ γέρων πῃ διαδὺς ἔλαθεν;

ΣΩΣΙΑΣ.

(dum oculos attollit, senem adspicit sublimem.)

μὰ Δί' οὐ δῆτ', ἀλλὰ καθιμᾷ
αὑτὸν δήσας.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

(deorsum spectans:)

ὦ μιάρ' οὗτος, τί ποιεῖς; οὐ μὴ καταβήσει;

(ad Sosiam:)

ἀνάβαιν' ἀνύσας κατὰ τὴν ἑτέραν καὶ ταῖσιν φυλλάσι παῖε,

---

394. *οὐρήσω μηδ'*] *οὐρήσομαι οὐδ'* Cobet Nov. Lect. p. 255, quo loco virum eximium diversa confudisse puto.

396. *διαδὺς ἔλαθεν* Porson] *διαδύεται* VR, qua lectione servata Brunck inseruit *οὐ* ante *μὰ*, versum vitiose dividens; *αὖ* metri causa addidit Dindorf, cf. vers. 212.

397. *μιάρ' οὗτος* Reisig] *μιαρώτατε* VR vitio metrico (⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ –́), *μιάρ' ἀνδρῶν* Porson. Simile est vitium Ach. 47.

---

394. *οὐ μή*] elliptica haec est formula loquendi pro *οὐ δέος ἐστὶ μή*. Cf. e. g. Ach. 662, et vid. infra vs. 416.

395. *οὗτος*] vid. ad vs. 1.

— *πρᾶγμα*] vid. ad vs. 266.

— *ἐγκεκύκλωται*] cf. Ran. 154.

397. *δήσας*] cf. vs. 380.

— *ὦ μιάρ' οὗτος*] cf. vs. 900 et Thesm. 649.

398. *ἀνύσας*] vid. vs. 30.

— *κατὰ τὴν ἑτέραν*] *ab altera* (inferiore) *parte.*

— *φυλλάσι*] messis tempore oleagineo ramo primitiae hornae: fici, paniculi, pocula melle et vino et oleo impleta, adaptabantur laneis ligamentis, qualia etiam supplicum ramis (*ταῖς ἱκετηρίαις*) ornandis inserviebant. Hos ramos pueruli

ἤν πως πρύμνην ἀνακρούσηται πληγεὶς ταῖς εἰρεσιώναις.

(Sosias per alteram funis extremitatem se attollit, et iresionen, quae supra ianuam suspensa erat, corripit; quo telo Philocleonem aggreditur. Simul autem Bdelycleo senem ad se trahere conatur.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οὐ ξυλλήψεσθ' ὁπόσοισι δίκαι τῆτες μέλλουσιν ἔσεσθαι,
ὦ Σμικυθίων καὶ Τισιάδη καὶ Χρῆμον καὶ Φερέδειπνε;
πότε δ', εἰ μὴ νῦν, ἐπαρήξετέ μοι, πρίν μ' εἴσω μᾶλλον ἄγεσθαι;

Stropha (vs. 403—429).

ΧΟΡΟΣ.

εἰπέ μοι, τί μέλλομεν κινεῖν ἐκείνην τὴν χολὴν
ἥνπερ, ἡνίκ' ἄν τις ἡμῶν ὀργίσῃ τὴν σφηκιάν;
νῦν ἐκεῖνο, νῦν ἐκεῖνο
τοὐξύθυμον, ᾧ κολάζο-
μεν, τὸ κέντρον ἐκτετάσθω.
ἀλλὰ θαἰμάτια βαλόντες ὡς τάχιστα, παιδία,

407. *κολάζομεν τὸ] κολαζόμεσθα. — ἐκτετάσθω Blaydes] ἐντέτατ' ὀξύ codices, ἐντετάμεθ' ὀξύ Meineke.

408. βαλόντες Brunck cum cod. Parisino] λαβόντες VR, quod absurde interpretatur Didymus in scholio *nostra pallia auferte.*

circumferebant, casca carmina cantantes, quorum unum credebatur Homerum auctorem habere, aliud in scholiis ad Plut. vs. 1054 servatum est: εἰρεσιώνη σῦκα φέρει καὶ πίονας ἄρτους | καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ καὶ ἔλαιον ὑποψήσασθαι | καὶ κύλικ' εὔζωρον, ὡς ἂν μεθύουσα καθεύδῃς. Deinde supra ianuam ramus, veluti ubertatis insigne, domus parieti affigebatur, vid. Eq. 729, ubi usque ad sequentem messem manebat intactus. Servo, dum fune correpto manuum vi se attollit, in promptu est hoc telum quo senem, tanquam praegrandem aliquam avem, fuget. Nullam tamen τῆς εἰρεσιώνης mentionem poeta hoc loco fecisset, opinor, nisi occasionem ad verba ἐρέττειν et εἰρεσίῃ alludendi appetivisset, vid. ad vs. 353.

401.] nomina horum virorum e faece urbana desumtorum ipsorum indolem vitaeque condicionem pingunt, perinde atque infra vs. 1201 vel Ach. 609 sqq.; vid. etiam supra ad vs. 84. Φερέδειπνος is est *qui iudicando coenam* φέρει id est *meret*, vid. vs. 311, 701 etc.

403. εἰπέ μοι] imperativus, qui interiectionis loco usurpatur, ad plures dicitur etiam Ach. 319, 328, 801 Pac. 383 Av. 366.

— κινεῖν ... τὴν χολήν] Eur. Med. 98 μήτηρ | κινεῖ κραδίαν, κινεῖ δὲ χόλον. Horat. Epist. I 19 vs. 20 *o imitatores, servum pecus, ut mihi saepe | bilem, saepe iocum vestri movere tumultus!*

— χολήν] *fel*, vid. Pac. 66 Thesm. 468 Ran. 4. Poeticam et Ionicam nominis formam ὁ χόλος (cf. Ran. 814) tragici ad *iram* significandam usurpant.

408. βαλόντες] quo celerius currere possint; cf. e. g. Ulixes Hom. B 183 βῆ δὲ θέειν, ἀπὸ δὲ χλαῖναν βάλε.

-αῦτ' ἀγγέλλετε,

proripiunt.
in domum se convertit.)

ΩΝ.

ἀλλὰ μὴ κεκράγετε.

Σ.

ΩΝ.

τοῦδ' ἐγὼ οὐ μεθήσομαι.

Σ.

νυίς ἐστιν ἐμφανής;

α,

κόλαξ.

---

rta est haec correctio totiusque loci strophae; praeterea vix graecum est Dindorf vs. 410—414 audaci manu sic refinxit: μισόπολιν οὗτος ὅτι | τόνδε λόγον εἰσφέρει, | μὴ δικάζειν δίκας.

414.] ante μὴ δικάζειν codices habent verba ὡς χρή. Delevit Hermann.

416. τοῦδ' ἐγὼ Dawes (vid. vs. 434 Ran. 830 Plut. 75 etc.)] τόνδ' ἐγὼ R, τόνδε γ' V; τόνδε γ' οὐ μεθήσομεν Fl. Christianus, sed filii haec esse verba vidit Bergk.

418. θεοισεχθρία Bentley] θεὸσεχθρία.

419. ἡμῶν codex Parisinus] ὑμῶν ceteri.

410.] vid. prolegomena.

412. κἀπολούμενον] aegre desideratur adverbium κάκιστα, quod additum est Ach. 778, 924 Pac. 2 Av. 1467 Eccl. 1052 Plut. 456, 713, item κακῶς Ach. 865, 952 Thesm. 879 Eccl. 1076, ubi κάκιστ' malim. Vid. tamen vs. 1033.

416. ὡς] suspensum est hoc enunciatum a verbo omisso, *crede mihi* etc.; cf. Ach. 335 Nub. 209 Lys. 32, 499 Soph. Ai. 39. Comparari potest loquendi formula οὐ μή cum subiunctivo aoristi *non est verendum ne* etc., vid. supra vs. 394.

418.] de *Theoro* vid. vs. 42.

— θεοισεχθρία] voces θεοῖς ἐχθρός in unum adiectivum coaluerunt, quod *perditum*, *improbum* hominem significat (= κάκιστ' ἀπολούμενος), vid. Ach. 934 Nub. 581 Pac. 1172 (1186?) Lys. 283, 371, 397, 623, 635 Ran. 936 Platon. com. fr. 74, et praesertim Equit. 32—34. Hinc ductum est substantivum θεοισεχθρία h. l. et Archipp. fr. 35, ut a καλὸς κἀγαθός fit καλοκαγαθία et a νοῦν ἔχων νουνεχόντως. — Ut alii mortales per *deos* iurare solent, sic a popello urbano hominum quos demiratur θεοι ... σεχθρία invocatur.

ΣΩΣΙΑΣ.

Ἡράκλεις, καὶ κέντρ' ἔχουσιν. οὐχ ὁρᾷς, ὦ δέσποτα;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οἷς γ' ἀπώλεσαν Φίλιππον ἐν δίκῃ τὸν Γοργίου.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

καὶ σέ γ' αὐτοῖς ἐξολοῦμεν. ἀλλὰ πᾶς ἐπίστρεφε
δεῦρο κἀξείρας τὸ κέντρον εἶτ' ἐπ' αὐτὸν ἵεσο,
ξυσταλείς, εὔτακτος, ὀργῆς καὶ μένους ἐμπλήμενος,
ὡς ἂν εὖ τὸ λοιπὸν εἰδῇ σμῆνος οἷον ὤργισεν.

(In domum impetum faciunt. Sosias quam celerrime in terram se demittit, et senex nullo prohibente delapsus humi consistit.)

ΣΩΣΙΑΣ.

τοῦτο μέντοι δεινὸν ἤδη νὴ Δί', εἰ μαχούμεθα·
ὡς ἔγωγ' αὐτῶν ὁρῶν δέδοικα τὰς ἐγκεντρίδας.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ἀφίει τὸν ἄνδρ'· εἰ δὲ μή, φήμ' ἐγὼ
τὰς χελώνας μακαριεῖν σε τοῦ δέρματος.

(Sosias recedit. Philocleo liber est.)

---

422. *αὐτοῖς* Holden Hirschig] *αὖτις* R, *αὐτῆς* V. Non recte *αὖθις* Bergk, probabilius *αὐτίκ'* Dindorf.

425. **τὸ λοιπὸν εἰδῇ*] *εἰδῇ τὸ λοιπόν*. Mutavi ad vitandum hiatum.

---

421. Φίλιππον] impurus sycophanta etiam Av. 1694—1705 vocatur. Ibi quoque sociatur ei Gorgias, qui fueritne verus eius pater an sophista Leontinus intellegendus sit, dubitaverit quispiam; mihi tamen certum videtur clarum illum oratorem significari, huius igitur *discipulum*, non filium, fuisse Philippum. Verum patrem Philippi cur comicus nostro loco commemoraret nulla erat causa.

— *ἐν δίκῃ*] consulto adhibita est vox ambigua, quae et *in iure* et *iure* potest significare.

422. *πᾶς*] imperativo adicitur etiam Ach. 204 *τῇδε πᾶς ἕπου*, Pac. 301 *δεῦρο πᾶς χώρει*, 458 *ὑπότεινε δὴ πᾶς*, Av. 1186 *χώρει δεῦρο πᾶς ὑπηρέτης*, Ran. 372 *χώρει νυν πᾶς*. Vid. praeterea Ach. 238 sq. Av. 1190, 1196.

423. *ἐξείρας*] *exerto aculeo*. Verbum *-είρειν* Aristophanes etiam Ach. 1006 Eq. 378 Av. 1079 adhibuit.

425. *σμῆνος*] vox, quam comico h. l. praebebat ipsa qua utitur imago, alibi quoque de hominum densa caterva adhibita invenitur, vid. Nub. 297 Lys. 353, Cratin. fr. 2 *οἷον σοφιστῶν σμῆνος ἀνεδιφήσατε*.

426. *μέντοι ... ἤδη*] mentis sollicitae atque indignatae indicium sunt hae particulae, ut *ἤδη* Ach. 315.

427. *ἐγκεντρίδας*] vox, quae eodem sensu atque *κέντρον* hoc loco usurpata est, *stilum* alias significat; cf. vs. 107.

429.] cf. vs. 1292. — Ancipitem etsi sententiam efficit subiecti accusativus accusativo obiecti additus, non tamen Graeci vitarunt hanc verborum structuram, quae veram molestiam parere non poterat, quoniam obiectum tantum non semper

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

εἶά νυν ὦ ξυνδικασταί, σφῆκες ὀξυκάρδιοι,
οἱ μὲν εἰς τὸν πρωκτὸν αὐτῶν εἰσπέτεσθ᾽ ὠργισμένοι,
οἱ δὲ τὠφθαλμὼ ἐν κύκλῳ κεντεῖτε καὶ τοὺς δακτύλους.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὦ Μίδα καὶ Φρὺξ βοήθει δεῦρο καὶ Μασυντία,
καὶ λάβεσθε τουτουὶ καὶ μὴ μεθῆτε μηδενί·
εἰ δὲ μή, ἐν πέδαις παχείαις οὐδὲν ἀριστήσετε.
ὡς ἐγὼ πολλῶν ἀκούσας οἶδα θρίων τὸν ψόφον.

(De tecto descendit in domus interiora.)

SCENA UNDECIMA.

Sosias, Philocleo, Chorus.

(*Tres*, quos Bdelycleo modo vocavit, *servi* foras proruunt. Unus eorum et Sosias senem denuo corripiunt.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

εἰ δὲ μὴ τοῦτον μεθήσεις, ἕν τί σοι παγήσεται.

(Pugna fit. — Chorus repellitur.)

430.] εἶα bis VR.
432. τὠφθαλμὼ (ἐ)ν Elmsley] τὠφθαλμων R, τὠφθαλμὼ V. — κεντεῖτε Fl. Christianus] κεντεῖθ᾽ οἱ δὲ.
433. βοήθει Bentley] βοηθεῖτε codices, βοηθεῖν Hotibius, βοηθεῖθ᾽ ὧδε Blaydes.
434. λάβεσθε] βά(λ)λεσθε VR.
437. ἕν Bergler] ἔν.

---

praecedit; itaque non tam ambiguum quam vulgo creditur fuit illud oraculum *aio te Aeacida Romanos vincere posse.* Aptissima exempla duplicis accusativi ita adhibiti reperiuntur etiam Lysistr. 763 Aesch. Choeph. 886 Soph. Oed. R. 859 Eur. Hercul. 583 Hom. I 315 etc.; paucissimis tantum locis subiectum praemittitur, e. g. Eq. 209.

436.] versus non cum verbis proxime praecedentibus sed cum versu 434 cohaeret: *patrem missum ne facite, inanis enim hic est clamor.* Tam saepe audivi folia ficulnea in igne crepitantia, ut non iam me terreat istiusmodi fragor. Carnes quaedam foliis ficulneis involutae assari solebant, vid. Ach. 1101 Eq. 954 Ran. 134 (ibique Fritzsche), Euphron. fr. 1[7] (Com. III p. 317 Kock), Polluc. VI 57 (quem duos cibos confudisse probabiliter statuit Fritzsche l. l.); itaque Athenis hic crepitus minime raro audiebatur. Comparari possunt quae Cyrus dixit ad auxilia sua Graeca Anab. I 7 § 4: τὸ μὲν πλῆθος πολὺ καὶ κραυγῇ πολλῇ ἐπίασιν, ἐὰν δὲ ταῦτ᾽ ἀνάσχησθε, τἄλλα καὶ αἰσχυνεῖσθαί μοι δοκῶ οἵους ἡμῖν γνώσεσθε τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ ὄντας ἀνθρώπους.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ὦ Κέκροψ ἥρως ἄναξ, τὰ πρὸς ποδῶν Δρακοντίδη,
περιορᾷς οὕτω μ' ὑπ' ἀνδρῶν βαρβάρων χειρούμενον,
οὓς ἐγὼ ἐδίδαξα κλάειν τέτταρ' εἰς τὴν χοίνικα;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

εἶτα δῆτ' οὐ πόλλ' ἔνεστι δεινὰ τῷ γήραι κακά;
δῆλα δ', εἰ καὶ νῦν γε τούτω τὸν παλαιὸν δεσπότην
πρὸς βίαν χειροῦσιν, οὐδὲν τῶν πάλαι μεμνημένοι
διφθερῶν κἀξωμίδων, ἃς οὗτος αὐτοῖς ἠμπόλα,

---

442. δῆλα δ', εἰ Cobet] δηλαδή· codices.

---

438. Δρακοντίδη] non proprii nominis vice hoc loco fungitur vocabulum sed ad litteram est vertendum: *tu qui serpentis es filius quod ad inferiorem corporis partem attinet;* cf. vs. 84. Cecropis corpus in caudam serpentis desinebat, quo signo indicabatur Athenienses esse αὐτόχθονας (vid. Apollodor. III 14 § 1). Simul tamen alluditur ad virum notissimum cui nomen erat Dracontidi, vid. vs. 157.

440. τέτταρ' εἰς τὴν χοίνικα] *quatuor in singulas choenices.* Ambiguae potestatis est vox χοῖνιξ, aut enim lignum illud significat quo includebantur servi si gravius quid deliquissent (vid. Plut. 276), aut mensuram notissimam, unam fere litram hodiernam capientem. Una choenix farinae, quae illo saeculo duobus fere χαλκοῖς constabat, in victum quotidianum unius hominis sufficere credebatur; vid. Herod. VII 187, Thuc. IV 16, Vesp. 718 Lysistr. 1208; etiam versus Homericus τ 28 huc facit. Ergo singulis servis tota choenix ἀλφίτων ad minimum praeberi solebat pro die, quapropter Corinthii, quibus ingens erat mancipiorum numerus, χοινικομέτραι vocantur in oraculo quod affert Athenaeus VI 272*b*. Qui vero inter quaternos servos χοίνικα dividebat, ut senex noster se fecisse gloriatur, fame misere perimebat suam familiam. Itaque senis verba duobus modis possunt verti: *servos meos quaternos in supplicium mittebam* et *esurire quid esset eos docebam.* — Absurdam vero explicationem praebent scholia: εἰς τὴν χοίνικα μεγάλοι ἄρτοι γίγνονται τέτταρες, μικροὶ δὲ ὀκτώ. Non enim ἄρτους (panes triticeos) mancipia Athenis accipiebant, sed μᾶζαν (polentam e farina hordeacea factam), qua domini quoque vesci solebant (vid. e. g. Athen. IV 14); multum autem abest ut senex larga manu servis se victum praebuisse nostro loco dicat. Commentatorem in errorem pertraxisse videtur Hesiodi locus Oper. 441 sq.: τοῖς δ' ἅμα τεσσαρακονταϝετὴς αἰζηὸς ἕποιτο | ἄρτον δειπνήσας τετράτρυφον ὀκτώβλωμον.

441.] cf. Soph. fr. 684, Eur. Phoeniss. 528 quaeque ibi annotavit Porson.

444. διφθερῶν] *pellium pastoriarum*, vid. Nub. 72. Descripsit Hesiodus Oper. 543 sqq.: πρωτογόνων ἐρίφων, ὁπότε κρύος ὥριον ἔλθῃ, | δέρματα συρράπτειν νεύρῳ βοός, ὄφρ' ἐπὶ νώτῳ | ὑετοῦ ἀμφιβάλῃ ἀλέην.

— ἐξωμίδων] ἐξωμίς vocabatur ἑτερομάσχαλος χιτὼν δουλικός (Photius s. v.), qui dextrum brachium humerumque relinquebat exserta. Liberi homines gerere solebant tunicam cui utrumque brachium inserendum erat.

καὶ κυνᾶς, καὶ τοὺς πόδας ⟨χειμῶνος ὄντος⟩ ὠφέλει,
ὥστε μὴ ῥιγῶν ἑκάστοτ'. ἀλλὰ τούτοις γ' οὐκ ἔνι
οὐδ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν αἰδὼς τῶν παλαιῶν ἐμβάδων.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(ad Sosiam:)

οὐκ ἀφήσεις οὐδὲ νυνί μ', ὦ κάκιστον θηρίον,
οὐδ' ἀναμνησθεὶς ὅθ' εὑρὼν τοὺς βότρυς κλέπτοντά σε
προσαγαγὼν πρὸς τὴν ἐλάαν ἐξέδειρ' εὖ κἀνδρικῶς,
ὥστε σε ζηλωτὸν εἶναι; σὺ δ' ἀχάριστος ἦσθ' ἄρα.
ἀλλ' ἄφες με καὶ σὺ καὶ σὺ πρὶν τὸν υἱὸν ἐκδραμεῖν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλὰ τούτω μὲν τάχ' ἡμῖν δώσετον καλὴν δίκην,
οὐκέτ' εἰς μακράν, ἵν' εἰδῆθ' οἷός ἐστ' ἀνδρῶν τρόπος
ὀξυθύμων καὶ δικαίων καὶ βλεπόντων κάρδαμα.

(Novum impetum facit chorus. — *Bdelycleo* et *Xanthias* per ianuam excursionem faciunt, faces fumantes manu tenentes, quas ceteris quoque servis praebent.)

---

445. κυνᾶς καὶ] κυνῶν χαῖς (= καὶ τῶν ἐμβάδων αἷς) Hamaker. Dindorf κυνᾶς χὠς coniecit, eodem consilio Reiske οἵως pro ὄντος proposuit.
446. ῥιγῶν Dindorf] ῥιγῶν γ'.
452. ἄφες Cobet] ἄνες.
454. οἷος V] οἷον R, quod coll. Ach. 321 praefert Dindorf.

---

445. κυνᾶς] Hesiodus l. l. ita pergit: κεφαλῆφι δ' ὕπερθε | πῖλον ἔχειν ἀσκητόν, ἵν' οὔατα μὴ καταδεύῃ. Vid. Nub. 268. Hoc loco significantur pilei e pellibus caprinis confecti, κυναῖ αἰγεῖαι, qualem Laertes apud Homerum ω 231 capiti impositum habet. In urbibus etiam extra domum capite aperto incedere solebant Graeci, sed qui rure vel in itinere a solis ardoribus procellaeve inclementia se protegere debebant, pileo utebantur.

449.] cf. Acharn. vs. 272, Athen. XIV p. 622.

450.] olivam Minerva creavisse ferebatur; ipsa illa arbor, quam dea solo eduxerat, in arce extabat, post Persicum autem incendium truncus combustus intra unius noctis spatium novum progenuit surculum. Haec ἀστὴ ἐλάα mater erat τῶν μοριῶν in Academia cultarum, quarum oleum iis qui e ludis Panathenaicis victores evasissent praemio donabatur. Praeterea olivae nullo non in praedio inveniebantur; ea autem quae senex nostro loco narrat rure facta esse apparet.

— ἐξέδειρα] *flagris cecidi.* Theocritus V 35—43 hunc locum imitatus esse videtur, obscoenum igitur sensum verbo ἐκδεῖραι non recte tribuens.

451. ἦσθ' ἄρα] in eiusmodi enunciatis imperfectum a praesenti non multum discrepat, praesertim si accedit particula ἄρα. Cf. Eq. 382 Vesp. 664, 1299 Pac. 832 Av. 19 Eccl. 764 Cratin. 24 Pherecrat. 1 etc. et supra ad vs. 183.

453.] cf. Eq. 923 δώσεις ἐμοὶ καλὴν δίκην ἰπούμενος ταῖς εἰσφοραῖς.

455. βλεπόντων κάρδαμα] in comicorum dictione verbo βλέπειν *vultu referre* (= Homer. δέδορκα) subiunguntur varia substantiva et neutrius generis adiectiva: ναύφαρκτον Ach. 95, θυμβροφάγον Ach.

SCENA DUODECIMA.

Eidem, Bdelycleo, Xanthias.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

παῖε, παῖ', ὦ Ξανθία, τοὺς σφῆκας ἀπὸ τῆς οἰκίας.

ΞΑΝΘΙΑΣ.

ἀλλὰ δρῶ τοῦτ'.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

(ad Sosiam:)

ἀλλὰ καὶ σὺ τῦφε πολλῷ τῷ καπνῷ.

ΣΩΣΙΑΣ.

οὐχὶ σοῦσθ', οὐκ ἐς κόρακας; οὐκ ἄπιτε;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

παῖε τῷ ξύλῳ·

καὶ σὺ προσθεὶς Αἰσχίνην ἔκτυφε τὸν Σελαρτίου.

(Bdelycleo et servi facibus choreutas feriunt et in fugam coniciunt. Captivus manet Philocleo.)

ΣΩΣΙΑΣ.

ἆρ' ἐμέλλομέν ποθ' ὑμᾶς ἀποσοβήσειν τῷ χρόνῳ.

459. ἔκτυφε Meineke] ἔντυφε.

254, ἀστραπάς Ach. 566, νᾶπυ Eq. 631, σκύτη Vesp. 643 Eupol. fr. 282, τιμᾶν Vesp. 847, κλέπτον Vesp. 900, ὀπόν Pac. 1184, πυρρίχην Av. 1169, αἰκίαν Av. 1671, δριμύ Ran. 562, ὀρίγανον Ran. 602, ὑπότριμμα Eccles. 292, Ἄρη Plut. 328 et Timocl. fr. 12, μανικόν τι καὶ τραγῳδικόν Plut. 424, ὄμφακας fr. adesp. com. 877.

457.] Xanthiam, cui tria tantum verba nunc sunt dicenda, non iam protagonista agit, qui fabulae initio eius partes sustinuit, sed aliquis e grege mutarum personarum.

— τῦφε] cf. Eur. Cyclop. 474 τοῦ Κύκλωπος τοῦ κακῶς ἀπολουμένου | ὀφθαλμὸν ὥσπερ σφηκιὰν ἐκθύψομεν. Fumo nimirum vespae fugantur et domesticae apes a favis pelluntur dum mel ab agricolis colligitur, Verg. Georg. IV 230 *fumosque manu praetende sequaces.* Vid. praeterea infra vs. 1079. — Non aliena hinc est nostratium locutio *iemand een uitbrander geven.*

459. Αἰσχίνην] = Καπνόν, vid. vs. 325.

460.] *probe sciebam fore ut vos tandem aliquando fugaremus.* Cf. Ach. 347 ἐμέλλετ' ἄρα πάντως ἀνήσειν τῆς βοῆς (sic Dobree, codices ἐμέλλετ' ἄρ' ἅπαντες ἀνασείειν βοήν vel βοῆς), Nub. 1301 ἔμελλόν σ' ἄρα κινήσειν ἐγώ, Ran. 268 ἔμελλον ἄρα παύσειν ποθ' ὑμᾶς τοῦ κόαξ, Eur. Cycl. 693 δώσειν δ' ἔμελλες ἀνοσίου δαιτὸς δίκας.

Antistropha (vs. 461—487).

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἀλλὰ μὰ Δί' οὐ ῥᾳδίως οὕτως ἂν αὐτοὺς διέφυγες,
εἴπερ ἔτυχον τῶν μελῶν τῶν Φιλοκλέους βεβρωκότες.

ΧΟΡΟΣ.

ἆρα δῆτ' οὐκ αὐτόδηλα
τοῖς πένησιν, ἡ τυραννὶς
ὡς λάθρᾳ γ' ἐλάνθαν' ὑπιοῦσά με;
εἰ σύ γ', ὦ πόνῳ πονηρὲ καὶ κομηταμυνία,
τῶν νόμων ἡμᾶς ἀφείργεις ὧν ἔθηκεν ἡ πόλις
οὔτε τιν' ἔχων πρόφασιν
οὔτε λόγον εὐτράπελον,
αὐτὸς ἄρχων μόνος.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἔσθ' ὅπως ἄνευ μάχης καὶ τῆς κατοξείας βοῆς
εἰς λόγους ἔλθοιμεν ἀλλήλοισι καὶ διαλλαγάς;

---

462. *μελῶν τῶν* Brunck] *μελέων*. — *Φιλοκλέους*] ecquid **Ξενοκλέους*? qui vir in huius fabulae fine exagitatur.

463. *αὐτόδηλα* LDindorf] *αὐτὰ δῆλα*.

465. *γ' ἐλάνθαν'* V] *γ' ἐλάμβαν'* R, *'λάμβαν'* Dindorf, *μ' ἐλάμβαν'* Meineke. Lectio incerta, quoniam non respondet metrum versus antistr. 407.

471. *ἄνευ*] *ἂν ἐκ* Hermann et Meineke dubitanter. — *καὶ τῆς*] *τε καὶ* Elmsley et Hamaker non recte.

472. *ἔλθοιμεν* V] *ἔλθωμεν* R.

---

462. *μελῶν*] poeta consulto usus esse videtur voce ambigua, quae et *artus* et *carmina* significare potest. — Philocles tragicus poeta, Aeschyli consobrinus, informi erat facie, vid. Thesm. 168 (Av. 1295); musa apud Teleclidem fr. 14 de eo dicit *εἰ δ' ἐστὶν αἰσχρός, Αἰσχύλου φρόνημ' ἔχει*. Praeterea cognomen *Ἀλμίων* ei inditum esse fertur *διὰ τὸ πικρὸν εἶναι*. Av. 281 alluditur ad eius tetralogiam Pandionidem; nostro vero loco cur mordacia sive acerba ei tribuantur cantica ignoramus. Vid. annot. crit.

463. *αὐτόδηλα*] cf. *αὐτότατος* *ipsissimus* Plut. 83.

466. *πόνῳ πονηρέ*] item Lys. 350. Conferri potest Soph. Ai. 882 *πόνος πόνῳ πόνον φέρει*. Simili stirpem reduplicandi studio debentur locutiones *φεύγοντ' ἐκφυγεῖν* Ach. 177 Herodot. V 95 Eur. Phoen. 1216 Platon. Hipp. mai. 292*a* (cf. Nub. 167 Vesp. 579 Hom. Ξ 81), *λέγειν λόγον* vel *λόγους* Ach. 298, 303 Vesp. 1320 Eur. Med. 322, et vulgaria illa *νοσεῖν νόσον* etc.; vid. etiam Eq. 286 sq. — *κομηταμυνία*] vid. vs. 74 et de verbo *κομᾶν* ad vs. 475 et 1317.

467. *ὧν*] per attractionem pro *οὕς*, ut *οἷς* pro *ἅ* Ach. 6, *αἷσι* pro *ἅς* Thesm. 835. Vid. etiam annot. critic. infra ad vs. 684.

469. *εὐτράπελον*] adi. apud Aristophanem non redit. Cf. Thucyd. II 41 § 1.

471 sq. *ἔσθ' ὅπως ... ἔλθοιμεν*] particulae *ὅπως* optativus purus tum demum

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

σοὶ εἰς λόγους ὦ μισόδημε καὶ μοναρχίας ἐρῶν,
καὶ ξυνὼν Βρασίδᾳ, καὶ φορῶν κράσπεδα
στεμμάτων, τήν θ' ὑπήνην ἄκουρον τρέφων;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

νὴ Δί' ἦ μοι κρεῖττον ἐκστῆναι τὸ παράπαν τοῦ πατρὸς
μᾶλλον ἢ κακοῖς τοσούτοις ναυμαχεῖν ὁσημέραι.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

οὐδὲ μὴν οὐδ' ἐν σελίνῳ σοί ἐστιν οὐδ' ἐν πηγάνῳ·

474. σοὶ εἰς (σοὶ 'ς) Bothe Hirschig] σοί. — ἐρῶν Dindorf] ἐραστά.
480. μὴν Hirschig] μήν γ' Brunck, μέν γ' codices. Praeterea σοί γ' ἐν σελίνῳ

recte subiungitur, cum ab alio optativo enunciatum suspensum est; e.g. Soph. Ai. 1217 γενοίμαν ἵν' ὑλᾶεν ἔπεστι πόντου πρόβλημ' ἁλίκλυστον .... τὰς ἱερὰς ὅπως προσείποιμεν Ἀθήνας. Quapropter G. Hermannus inserebat particulam ἄν (ἂν ἐκ μάχης), coll. Nub. 1181 οὐκ ἔσθ' ὅπως | μί' ἡμέρα γένοιτ' ἂν ἡμέραι δύο. Sed e locis similibus Aesch. Agam. 620 οὐκ ἔσθ' ὅπως λέξαιμι, Eur. Alc. 52 et 117, apparet non recipiendam esse hanc coniecturam, sed poetam liberiore verborum structura esse usum. Omnino autem reicienda est Ravennatis codicis lectio ὅπως λέξωμεν (*ut loquamur*); adverbium enim, non coniunctio, h. l. est particula ὅπως (= ᾗ), vertendum autem est: *ecquid aliqua ratio extat, qua possimus ... loqui?*

474.] idem crimen profertur Pac. 640. Vid. etiam supra vs. 288 et prolegomena.

475 sq.] inter iuvenes nobiles, qui Spartae favebant, multi studium suum victu significabant; ἐφιλογυμνάστουν igitur ut ipsi Spartiatae καὶ βραχείας ἀναβολὰς ἐφόρουν (vid. Plat. Protag. 342 *c*), nempe *tribonem* qui dicitur, vestem cui tunica non erat subdita; itaque Alcibiades Spartae degens cum huius urbis incolis quam simillimus videri cuperet, ἐτριβωνοφόρει (Plut. Mor. 52 *e*). Praeterea vitae Spartanae admiratores praelongis comis insignes erant (hinc verbum κομᾶν *superbiendi* sensu usurpari solet, vid. vs. 1317), ut ipsis Spartiatis post pueritiae annos intonsi manebant capilli. Huiusmodi virum Plato comicus fr. 124 vocavit ὑπηνοβότον (sic Naber pro ὑπηνόβιον) σπαρτιοχαίτην ῥυποκόνδυλον ἑλκετρίβωνα, et ipso Aristophane teste οἱ λακωνομανοῦντες ἐκόμων ἐπείνων ἐρρύπων ἐσωκράτουν | ἐσκυταλιοφόρουν (Av. 1282). — κράσπεδα στεμμάτων sunt *laneae fimbriae;* nomine κράσπεδον utitur e. g. Theocrit. II 53 τοῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις, vox στέμματα autem idem quod ἔρια h. l. valet. — τήν θ' ὑπήνην ἄκουρον τρέφων] *barbam incomtam promittens.* Athenienses, qui quidem cultioribus erant moribus, modicos capillos modicamque barbam alebant, aliena a se ducentes cum τὸ κομᾶν tum τὸ ἐν χρῷ κεκάρθαι, ὥσπερ οἱ σφόδρα ἀνδρώδεις τῶν ἀθλητῶν (Luc. Dial. Meretr. V 3, Plut. Moral. 52 *e*). — Ceterum facile intellegitur comicum nostro loco non iuvenes Spartae deditos deridere sed potius homines de plebe, qui huiusmodi maledictis viros ab optimatium partibus stantes insectari solerent.

479. ναυμαχεῖν] cf. vs. 11 et Pac. 740. — ὁσημέραι] apud Aristophanem redit Plut. 1006.

480.] miram locutionem, quae vertenda

τοῦτο γὰρ παρεμβαλοῦμεν τῶν τριχοινίκων ἐπῶν.
ἀλλὰ νῦν μὲν οὐδὲν ἀλγεῖς· ἀλλ' ὅταν ξυνήγορος
ταὐτὰ ταῦτά σου καταντλῇ καὶ ξυνωμότην καλῇ.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἆρ' ἄν, ὦ πρὸς τῶν θεῶν, ὑμεῖς ἀπαλλαγεῖτέ μου;
ἢ δέδοχθ' ἡμῖν δέρεσθαι καὶ δέρειν δι' ἡμέρας;

ΧΟΡΟΣ.

οὐδέποτέ γ', οὔχ, ἕως ἄν τί μου λοιπὸν ᾖ,
ὅστις ἡμῶν ἐπὶ τυραννίδ' ὧδ' ἐστάλης.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὡς ἅπανθ' ἡμῖν τυραννίς ἐστι καὶ ξυνωμόται,
ἤν τε μεῖζον ἤν τ' ἔλαττον πρᾶγμά τις κατηγορῇ,

πώ ἐστιν poscit Hamaker, οὐδὲ μὴν οὔπω 'ν edidit Meineke, οὐδαμῶς Blaydes. — σοί ἐστιν] σοὐστὶν V, ποὐστὶν reliqui; πω 'στὶν Fl. Christianus.

481. παρεμβαλοῦμεν] παρεμπολῶμεν Richter.

483. ξυνωμότην Cobet] ξυνωμό R, -μότας V. Cf. vs. 345 et 953.

484. *ἀπαλλαγεῖτε] -χθεῖτε. Cf. Ach. 270. — μου Brunck] μοι codd., unde Bentley διαλλ. μοι.

485. *δέδοχθ' ἡμῖν] δέδοκταί μοι codices; δέδοκταί σοι Bergk non male; etiam δέδοκται καὶ potest conici. Non recte Reiske οὐ δέδοκταί μοι, nam non ex filii arbitrio haec res pendet; ingeniosissime Hirschig ἢ δέδοκται λοιδορεῖσθαι, sed δέρεσθαι καὶ δέρειν quin sincera sit lectio non videtur dubium.

486. οὐδέποτέ γ', οὐχ] οὐδέπω γ', οὐχ Hermann, οὐδέποτ' ἔγωγ' Blaydes.

487. ὧδ'] addidit Hermann, ἐξεστάλης scribit Meineke.

---

videtur *nondum ultra initium progressus es*, scholia ita interpretantur: ἐν γὰρ τοῖς λεγομένοις περικήποις τὰ σέλινα καὶ πήγανα κατεφύτευον. Quae si vera est explicatio, hortulum, per quem ipsa domus adeunda est, olerum significant haec nomina, hinc prooemium sive introitum. Sed vide ne ex ipsis comici verbis commentator suam duxerit interpretationem.

481. τριχοινίκων] reicienda, ni fallor, est paraphrasis, quam praebet scholion, εὐτελῶν, neque enim ex ipsa voce elici potest neque contextui apta est. Immo *sesquipedalia verba* significari coll. Pac. 521 intellexit Berglerus, quali verbo modo usus est filius, ναυμαχεῖν pro μάχεσθαι dicens. Τριχοίνικα igitur dicuntur quae si trifariam dividerentur, vel sic satis magnae forent singulae partes; vid. ad vs. 440.

482. ξυνήγορος] *accusator publicus*; cf. Ach. 685 ὁ δὲ νεανίας ἐάν τῳ σπουδάσας ξυνηγορῇ (sic locum emendavit Kontos, codices ὁ δὲ νεανίαν ἑαυτῷ σπουδάσας ξυνηγορεῖν), et infra vs. 691.

485.] *an stat nobis consilium per totum diem inter nos digladiandi?* Cum locutione δέρεσθαι καὶ δέρειν comparetur Ran. 861 δάκνειν δάκνεσθαι et vulgatum illud λέγειν ἀκούειν.

486. γ'] ellipseos signum, vid. ad vs. 231.

ἧς ἐγὼ οὐκ ἤκουσα τοὔνομ' οὐδὲ πεντήκοντ' ἐτῶν·
νῦν δὲ πολλῷ τοῦ ταρίχους ἐστὶν ἀξιωτέρα,
ὥστε καὶ δὴ τοὔνομ' αὐτῆς ἐν ἀγορᾷ κυλίνδεται.
ἢν μὲν ὠνῆταί τις ὀρφώς, μεμβράδας δὲ μὴ 'θέλῃ,
εὐθέως εἴρηχ' ὁ πωλῶν πλησίον τὰς μεμβράδας·
„οὗτος ὀψωνεῖν ἔοιχ' ἄνθρωπος ἐπὶ τυραννίδι".
ἢν δὲ γήτειον προσαιτῇ ταῖς ἀφύαις ἥδυσμά τις,
ἡ λαχανόπωλις παραβλέψασά φησι θατέρῳ·

493. ὀρφώς] quoniam praegrande hoc esse piscium genus ex Aristotele constat, unum virum plures ὀρφὼς emturum fuisse vix credibile; quapropter malo *ὀρφώ(ν).
496. ταῖς ἀφύαις ἥδυσμά τις Hirschig] ταῖς ἀ. ἡ. τι codices, τις ἀφύαις ἡδύσματα Dobree. Dactylum Brunck iure corruptum duxisse videtur, cf. Acharn. vs. 318; quapropter malim *ταῖς τριχίσιν ἥδυσμά τις (cf. Acharn. vs. 551).
497. θατέρῳ] non recte Elmsley θἀτέρᾳ, vid. Eccles. vs. 498. Non *vicinam* suam sed *emtorem* alloquitur muliercula.

490.] magnus annorum numerus significatur, nihil amplius; ipsum enim qui verba facit Bdelycleonem quinquagenario minorem a comico fingi aperte docet tota fabula. Non igitur ad certam aliquam rem certumve tempus alluditur. Hodie quoque ita loquuntur homines qui verba in maius exaggerata amant: *ik heb er in geen eeuw van gehoord, il y a tout un siècle d'ici-la.*

491. ἀξιωτέρα] *vilior*, ut Eq. 645, 672.

492.] *ipsi iam institores in foro 'tyrannos' loquuntur, men gooit er elkaar al mee om de ooren op de markt.*

493. ὀρφώς (ὀρφών?)] magnus pretiosusque piscis, de quo vid. Aristot. Hist. Anim. V 10 VIII 12 et Athen. VII 315.

— μεμβράδας] apuarum genus, si fides scholio; vilissimos certe pisciculos significari docent Alexidis fr. 195 μεμβράδας μοι κρεῖττον ἦν | ἔχειν μετ' ἀττικιστὶ δυναμένου λαλεῖν et Timoclis locus festivus ἦν δὲ τὸ πάθος γελοῖον, οἶμαι· τέτταρας | χαλκοῦς ἔχων ἄνθρωπος, ἐγχέλεις ὁρῶν, | θυννεῖα, νάρκας, καράβους, ἡμωδία. | καὶ ταῦτα πάντα μὲν περιελθὼν ἤρετο | ὁπόσου, πυθόμενος δ' — ἀπέτρεχ' εἰς τὰς μεμβράδας (fr. 11).

— 'θέλῃ] post vocalem sonus initialis verbi ἐθέλω per aphaeresin opprimitur etiam Ach. 198, 318, 355 Nub. 801 Vesp. 521 Lys. 473 Ran. 1442 Eccl. 1017, ionica autem forma θέλω in locutione ἢν θεὸς θέλῃ usurpabatur, Pac. 1187 etc. (vid. supra ad vs. 186) nec non a comico admissa est cum tragicum dicendi genus imitabatur Ach. 426 Av. 407, 929 Thesm. 412 (?), 908 Ran. 1468 (?). A quotidiana vero Atheniensium ipsiusque comici lingua aliena erat disyllaba verbi forma, quapropter Eq. 713, ubi legitur ἐγὼ δ' ἐκείνου καταγελῶ γ' ὅσον θέλω, suspicor scribendum esse ἐγὼ δ' ὅσον ἐθέλω γ' ἐκείνου καταγελῶ, corruptus autem est Lys. vs. 1216.

495. ἐπὶ τυραννίδι] cf. e. g. Herod. V 71 Κύλων ... ἐπὶ τυραννίδι ἐκόμησε et de eodem viro Thucyd. I 126 κατέλαβε τὴν ἀκρόπολιν ὡς ἐπὶ τυραννίδι. Lex vetusta affertur apud [Aristot.] de Rep. Athen. 16 θέσμια τάδε Ἀθηναίοις ἐστὶ πάτρια, ἐάν τινες τυραννεῖν ἐπανιστῶνται, ἢ ἐπὶ τυραννίδι τις συγκαθιστῇ συνωμοσίαν, ἄτιμον εἶναι καὶ αὐτὸν καὶ γένος. Idem praepositionis est usus in loquendi formula ἐπὶ δήμου καταλύσει (Thuc. VI 28).

496. γήτειον] *porrum*. Vid. Eq. 677.

497. θατέρῳ] sc. ὀφθαλμῷ. Item Eccles. 498, Herod. Mimiamb. IV 70 μή μ' ὁ βοῦς τι πημήνῃ· | οὕτω ἐπιλοξοῖ, Κυννί,

„εἰπέ μοι, γήτειον αἰτεῖς· πότερον ἐπὶ τυραννίδι;
ἢ νομίζεις τὰς Ἀθήνας σοὶ φέρειν ἡδύσματα;"

ΣΩΣΙΑΣ.

κἀμέ γ' ἡ πόρνη χθὲς εἰσελθόντα τῆς μεσημβρίας,
ὅτε κελητίσαι ἐκέλευον, ὀξυθυμηθεῖσά μοι,
ἤρετ' „εἰ τὴν Ἱππίου καθίσταμαι τυραννίδα."

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ταῦτα γὰρ τούτοις ἀκούειν ἡδέ', εἰ καὶ νῦν ἐγὼ
τὸν πατέρ' ὅτι βούλομαι τούτων ἀπαλλαγέντα τῶν
ὀρθροφοιτοσυκοφαντοδικοταλαιπώρων τρόπων
ζῆν βίον γενναῖον ὥσπερ Μόρυχος, αἰτίαν ἔχω
ταῦτα δρᾶν ξυνωμότης ὢν καὶ φρονῶν τυραννικά.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

νὴ Δί' ἐν δίκῃ γ'· ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα
ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἂν οὗ με νῦν ἀποστερεῖς·
οὐδὲ χαίρω βατίσιν οὐδ' ἐγχέλεσιν, ἀλλ' ἥδιον ἂν

---

501. ὅτε Dindorf] ὅτι.

503. ταῦτα γὰρ τούτοις ἀκούειν ἡδέ'] verba mihi obscura; corrupta duco, sed parum placet quod unum mihi succurrit ταὐτὰ γὰρ σὺ ἐμοί γ' ἀκούεις νὴ Δί'. — νῦν] νῦν γ' Meineke.

504. *ἀπαλλαγέντα] -χθέντα.

505. ὀρθρο- schol.] ὀρθο- VR.

507. τυραννικά V] τυραννίδα R.

τῇ ἑτέρῃ κούρῃ. Verbum παραβλέπειν praeterea legitur Ran. 409.

501 sq.] obscoenum hunc iocum (quocum conferri possunt Thesm. 153 Pac. 901 Lys. 60) poeta non eam potissimum ob causam inseruisse mihi videtur ut faciles popelli cachinnos captaret, sed quo magis etiam in ridiculum detorqueret inque contemtum adduceret nugas istas — quas quidem ipse putabat — de instante nova tyrannide.

502. τὴν Ἱππίου τυραννίδα] cf. Lys. 619.

503. ταῦτα — ἡδέ'] de molestis hisce verbis cf. annot. crit.

506.] de homine hoc delicato cf. Ach. 887 Vesp. 1142 Pac. 1008 Plat. com. fr. 106.

508. γ'] vid. ad vs. 231.

— ὀρνίθων γάλα] item Av. 734, 1673, Mnesimach. fr. 9 (apud Athen. IX 387*a*) de cena opipara καὶ τὸ λεγόμενον | σπανιώτατον πάρεστιν ὀρνίθων γάλα | καὶ φασιανὸς ἀποτετιλμένος καλῶς. Vid. etiam infra vs. 724. Proxime accedebat τὸ ἐν πᾶσι λαγῴοις ζῆν, *meris leporinis vesci*, infra vs. 709.

510. βατίσιν] *raiarum* genus; hunc piscem e. g. praedives ille Callias convivis apponi iussit in Eupolidis comoedia Κόλαξι, vid. Eup. fr. 161, quod cum aliis veterum locis attulit Athenaeus VII 286. Cf. etiam Pac. 810.

— ἐγχέλεσιν] *anguillas* quanti fecerint Athenienses, multi comicorum loci testantur. In Anaxandridae fr. 39 Atheniensis Aegyptium hominem ita alloqui-

Die Art davor, die früh aufstehen, um sich als Sykophanten in Processen abzumühen —

δικίδιον σμικρὸν φάγοιμ' ἂν ἐν λοπάδι πεπνιγμένον.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

νὴ Δί', εἰθίσθης γὰρ ἥδεσθαι τοιούτοις πράγμασιν·
ἀλλ' ἐὰν σιγῶν ἀνάσχῃ καὶ μάθῃς ἁγὼ λέγω,
ἀναδιδάξειν οἴομαί σ' ὡς πάντα ταῦθ' ἁμαρτάνεις.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἐξαμαρτάνω δικάζων;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

καταγελώμενος μὲν οὖν
οὐκ ἐπαΐεις ὑπ' ἀνδρῶν, οὓς σὺ μόνον οὐ προσκυνεῖς.
ἀλλὰ δουλεύων λέληθας.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

παῦε δουλείαν λέγων,
ὅστις ἄρχω τῶν ἁπάντων.

---

511. πεπνιγμένον V] πεπηγμένον R.

---

tur τὴν ἔγχελυν μέγιστον ἡγεῖ δαίμονα, | ἡμεῖς δὲ τῶν ὄψων μέγιστον παρὰ πολύ. Ipsius vero Atticae rivuli quoniam anguillas non praebebant, e Boeotia, ubi in Copaide palude abundabant, erant importandae; vid. Acharnensium fabulae festivissimus locus vs. 880 sqq., Lysistr. 34 autem, cum diris devoventur Boeotii, mulier exclamat μὴ δῆτα πάντας γ', ἀλλ' ἄφελε τὰς ἐγχέλεις. Vid. etiam Antiphan. fr. 217 et 236. Ipsi Boeotii anguillas quae insuetae erant magnitudinis dis offerebant corollis ornatas (Athen. 297 *d*), licet alias pisces sacrificari non solerent. Suo nomine animal tam mirifice succulentum affari religioni habet heluo apud Eubulum fr. 64 τεῦτλ' ἀμπεχομένης παρθένου Βοιωτίας | Κωπᾴδος· ὀνομάζειν γὰρ αἰδοῦμαι θεάν; vid. etiam Eubul. fr. 35 et 37. Quin immortalibus anguillam anteponit vesanus homo in Antiphanis fr. 147 τά τ' ἄλλα δεινούς φασι τοὺς Αἰγυπτίους | εἶναι τὸ νομίσαι τ' ἰσόθεον τὴν ἔγχελυν· | πολὺ τῶν θεῶν γάρ ἐστι τιμιωτέρα. Itaque in Elysei beatissimis illis campis, ubi flumina iure vinoque abundant et turdi assati piorum labra ultro obstruunt, adsunt etiam τεύτλοισιν ἐγχέλεια συγκεκαλυμμένα, Pherecrat. fr. 108. Huiusmodi „nympha Copais" (Ach. 883 Lys. 702) quomodo Helenae aliquando partes egerit, narrat Antiphanes fr. 48: ὁ μὲν Μενέλεως ἐπολέμησ' ἔτη δέκα | τοῖς Τρωσὶ διὰ γυναῖκα τὴν ὄψιν καλήν, | Φοινικίδης δὲ Ταυρέᾳ δι' ἔγχελυν.

511. λοπάδι] *patera*, vid. Eq. 1034. — πεπνιγμένον] verbum in arte culinaria usitatissimum (ut nostrum *gesmoord*) h. l. consulto est adhibitum utpote moribus phileliastarum quammaxime consentaneum; cf. vs. 1367.

516. ἐπαΐεις] *percipis, intellegis.* Priscum hoc verbum (= αἰσθάνομαι vel μανθάνω), quo Herodotus et tragici aliquoties usi sunt (e. g. Soph. Ai. 1263 τὴν βάρβαρον δὲ γλῶσσαν οὐκ ἐπαΐω) nec non frequenter Plato, Aristophanes adhibuit etiam Nub. 650. Homero simplex verbum ἀΐω in usu fuit (e. g. α 298), lat. *audio.*

517. παῦε] vid. vs. 37.

518. ἄρχω τῶν ἁπάντων] id contendere solebant qui in iudiciis verba facie-

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οὐ σύ γ', ἀλλ' ὑπηρετεῖς
οἰόμενος ἄρχειν. ἐπεὶ δίδαξον ἡμᾶς, ὦ πάτερ,
ἥτις ἡ τιμή ἐστί σοι „καρπουμένῳ τὴν Ἑλλάδα".

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

πάνυ γε· καὶ τούτοισιν ἐπιτρέψαι ἐθέλω.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

καὶ μὴν ἐγώ.
ἄφετέ νυν ἅπαντες αὐτόν.

(Servi Philocleonem missum facientes in domum recedunt.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

καὶ ξίφος γέ μοι δότε.
ἢν γὰρ ἡττηθῶ λέγων σου, περιπεσοῦμαι τῷ ξίφει.

(Unus e servis Philocleoni gladium affert, quem senex strictum tenet usque ad vs. 714.)

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

εἰπέ μοι, τί δ' ἤν, (τὸ δεῖνα,) τῇ διαίτῃ μὴ ἐμμένῃς;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

μηδέποτε πίοιμ' ἄκρατον .... μισθὸν ἀγαθοῦ δαίμονος.

---

521. τούτοισιν Brunck] τουτοισί γ'.
525. ἄκρατον Richter coll. Equit. vs. 85] ἀκράτου.

---

bant, quo iudicum sibi conciliarent animos. Vid. e. g. Lys. Or. I § 36 ἡ ψῆφος ἡ ὑμετέρα ἐστὶ πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει κυριώτατον.

— γ'] vid. ad vs. 231.

519. ἐπεὶ] Interrogationem haec particula aperit etiam Nub. 688, 786, 1061 Lys. 258 Plut. 881.

520. καρπουμένῳ τ. Ἑ.] demagogi alicuius verba nuper prolata a comico nunc citari nemo non intellegit, opinor. Cf. Thuc. II 38 § 2.

521. ἐθέλω] vid. ad vs. 493.

522.] cf. Ach. 488 sqq., ubi Dicaeopolis defensionem suam prolaturus caput ἐπιξήνῳ imponit.

524. τὸ δεῖνα] interiectionis loco, ut gallicum *à-propos*, adhibetur etiam Pac. 268, 879 Av. 648 Lys. 921, 926, 1168 fr. 4. Non sunt confundendi loci ubi pronomen ὁ δεῖνα (Thesm. 620 sqq.) τὸ δεῖνα (Ach. 1149) indicat hominem vel rem cuius proprium nomen proferre quis nolit aut nequeat.

— μὴ ἐμμένῃς] Eur. Med. 754 τί δ' ὅρκῳ τῷδε μὴ ἐμμένων πάθοις; Vert. *si arbitrorum sententia non acquieveris*, si litis condicionibus non obtemperaveris (*u niet aan de afspraak houdt*), i. e. si mori recuses ubi causa cecideris.

525. ἄκρατον] vid. Eq. 85, 106 Pac. 300. Inter cenandum non bibebatur, sed post cenam meri aliquid circumferebatur in honorem τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος, cui vinum debetur inventum. Ita transitus fiebat ad symposium, cuius initium erat τὸ ἀπονίψασθαι, deinde tres σπονδαί (dis, heroibus, Διὶ Σωτῆρι sacrae); cf. vs. 1217.

SCENA DECIMA TERTIA.

Bdelycleo, Philocleo, Chorus.

Stropha (vs. 526—545 = 631—648).

ΧΟΡΟΣ.

νῦν σὲ τὸν ἐκ θἠμετέρου
γυμνασίου δεῖ τι λέγειν
καινόν, ὅπως φανήσει ....

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἐνεγκάτω μοι δεῦρο τὴν κίστην τις ὡς τάχιστα.

(Postquam ab uno servorum allata est theca scriptoria, filius inde promit stilum et pugillares; stilum deinde manu paratum tenet, perinde atque pater gladium. Ad patrem:)

ἀτὰρ φανεῖ ποιός τις ὤν, ἢν ταῦτα παρακελεύῃ;

ΧΟΡΟΣ.

μὴ κατὰ τὸν νεανίαν
τονδὶ λέγων. ὁρᾷς γὰρ ὡς
σοὶ μέγας ἐστὶν ἀγὼν

526. σὲ Brunck] δὲ.

527. δεῖ τι λέγειν Porson] λέγειν τι δεῖ.

530. ταῦτα] ταῦτ(α) αὐτὰ VR. Corruptum versum ducunt Kirchhoff et vHerwerden, delet Hoekstra (de Ar. Vespis) simul cum vs. antistr. 635. Blaydes τις ἦν τοιαῦτα.

532. τονδὶ Bentley] τόνδε. — λέγων Hirschig] λέγειν VR, sed vid. schol.

533. σοὶ] Hamaker mavult μοι. — ἐστὶν ἀγὼν Dobree] ἔστ' ἀγὼν codd., ἔστ' ἀγὼν νῦν Bentley.

In symposiis autem vinum nonnisi aqua admista bibebatur. — Linguae lapsu senex μισθὸν dixit, cum οἶνον dicere vellet, ut supra vs. 378 ψηφίσματα pro μυστήρια. Nempe heliastae cor triobolo, non vino reficiunt, patronum non Bacchum habent sed Cleonem, mysteria sua non Eleusine sed ad tribunal celebrant.

529. κίστην] hoc loco non est sportula cibis recipiendis, ut Ach. 1086, sed theca scriptoria sive *calamaria* (Martial. XIV 19), quam Paulus Silentiarius in epigrammate VI 65 vocat κίστην πολύωπα μελανδόκον, εἰν ἑνὶ πάντα | εὐγραφέος τέχνης ὄργανα ῥυομένην. Inde filius expromit δίπτυχον (δέλτον, duplicem tabellam ceratam) et γραφίδα, ut scripto consignet quae in patris oratione notatu digna sibi videantur. Cf. Dionysus inter Aeschyli Euripidisque certamen nonnulla annotans Ran. 1263 sqq.

530.] versum non expedio; verbum παρακελεύομαι alias apud Aristophanem non reperitur.

533. ἀγών] *certamen* de argumento aliquo ex re publica (vel e re litteraria) desumto a iusta comoedia abesse non poterat, imo operis pars gravissima ducebatur; suum autem locum obtinebat inter *parodum* et *parabasin*. Plerumque tetrametris anapaesticis utuntur disputantes, in Acharnensium vero fabula certaminis vicem obit Dicaeopolidis oratio trimetris iambicis concepta. Suo nomine ὁ ἀγών etiam Ach. 392 et Ran. 883 nunciatur spectatoribus.

καὶ περὶ τῶν ἁπάντων,
εἴπερ, ὃ μὴ γένοιθ', οὗ-
τός σ' ἐθέλει κρατῆσαι.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

καὶ μὴν ὅσ' ἂν λέξῃ γ' ἁπλῶς μνημόσυνα γράψομαι ἐγώ.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

τί γὰρ φάθ' ὑμεῖς, ἢν ὁδί με τῷ λόγῳ κρατήσῃ;

ΧΟΡΟΣ.

οὐκέτι πρεσβυτῶν ὄχλος
χρήσιμος ἔστ' οὐδ' ἀκαρῆ·
σκωπτόμενοι δ' ἐν ταῖς ὁδοῖς
«θαλλοφόροι» καλοίμεθ', «ἀντ-
ωμοσιῶν κελύφη.»

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' ὦ περὶ τῆς πάσης μέλλων βασιλείας ἀντιλογήσειν
τῆς ἡμετέρας, νυνὶ θαρρῶν πᾶσαν γλῶτταν βασάνιζε.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

καὶ μὴν εὐθύς γ' ἀπὸ βαλβίδων περὶ τῆς ἀρχῆς ἀποδείξω
τῆς ἡμετέρας ὡς οὐδεμιᾶς ἥττων ἐστὶν βασιλείας.

---

535. γένοιθ' Bentley] γένοιτο νῦν.

536. σ'] addidit Porson. Blaydes edidit οὗτός σε λέγων κρατήσει.

539.] Meineke mavult τί γάρ, φάθ', ὑμεῖς. Blaydes dedit τί γάρ, φάθ' ὑμεῖς, ἢν etc.

542. ἐν ταῖς ὁδοῖς Porson] ἂν ἐν ταῖσ(ιν) ὁδοῖσ(ιν) ἁπάσαις codices. Meineke edidit σκωπτόμενοι δ' ἂν παισὶν ἐν | ταῖσιν ὁδοῖς ἁπάσαις.

544. καλοίμεθ'] καλούμεθ' (fut. pass., ut Soph. Electr. 971) Porson.

---

541. ἀκαρῆ] vid. ad vs. 91 sq.

544. θαλλοφόροι] in pompa panathenaica spectabantur senes decem pulcherrimi, e singulis tribubus selecti et splendide a tribulibus exornati, θάλλον, id est ἐλαίας κλάδον (schol. Eccl. 743), manu tenentes. Qui autem victor evaserat ex hoc εὐανδρίας certamine, centum drachmas e publico aerario accipiebat. Itaque senem θαλλοφόρον vocare non laudantis est sed irridentis, quasi Anglice dicas *a delicious piece of antiquity*, ut est apud Dickensium.

— καλοίμεθ'] *appellemur igitur 'silicernia' per me licet.*

545. ἀντωμοσιῶν] cf. vs. 1041. Initio rei cognitionis (τῆς ἀνακρίσεως) ambo litigantes iurabant se verum esse dicturos; cf. Plat. Legg. XII 948 *b*.

— κελύφη (ῠ)] *putamina*, qualia sunt ovorum vel nucum; hinc quae ad ipsam rem vix quicquam attinent et impune igitur possunt negligi.

548. ἀπὸ βαλβίδων] *inde ab ipsis carceribus, van meet af aan;* item Eq. 1159, cf. γραμμή Ach. 483.

τί γὰρ εὔδαιμον καὶ μακαριστὸν μᾶλλον νῦν ἐστι δικαστοῦ,
ἢ τρυφερώτερον, ἢ δεινότερον ζῷον, καὶ ταῦτα γέροντος;
ὃν πρῶτα μὲν ἕρποντ' ἐξ εὐνῆς τηροῦσ' ἐπὶ τοῖσι δρυφάκτοις
ἄνδρες μεγάλοι καὶ τετραπήχεις· κᾆπειτ' εὐθὺς προσιών τις
ἐμβάλλει μοι τὴν χεῖρ' ἁπαλήν, τῶν δημοσίων κεκλοφυῖαν·
ἱκετεύουσίν θ' ὑποκύπτοντες, τὴν φωνὴν οἰκτροχοοῦντες·
„οἴκτιρόν μ' ὦ πάτερ· αἰτοῦμαί σ', εἰ καὐτὸς πώποθ' ὑφείλου
ἀρχὴν ἄρξας ἢ ἐπὶ στρατιᾶς τοῖς ξυσσίτοις ἀγοράζων·" —
ὃς ἔμ' οὐδ' ἂν ζῶντ' ᾔδειν, εἰ μὴ διὰ τὴν προτέραν ἀπόφευξιν.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ

(notam sibi ducens in pugillaribus:)

τουτὶ περὶ τῶν ἀντιβολούντων ἔστω τὸ μνημόσυνόν μοι.

---

550. *καὶ* Dindorf] *ἢ καὶ* codices.

553. *προσιών τις* Fl. Christianus] *προσιόντι* codices, qua lectione servata Hirschig in vs. 554 scribit *ἐμβάλλουσιν*, Meineke *ἐμβάλλει μοί τις*, parum eleganter neque recte, non enim iudex reos sed rei iudicem supplici vultu *adeunt* (nam hoc significat *προσιέναι*). In *χεῖρ' ἁπαλήν* nomen proprium aliquod latitare, e. c. *χεῖρα Πάχης*, sine causa suspicabatur Reiske.

555. *ὑποκύπτοντες*] *ὑποπίπτοντες* R.

558. *ὃς*] *ὡς* R. — *ἀπόφευξιν*] *ἀπόφυξιν* VR.

---

552. *δρυφάκτοις*] cf. vs. 386.

553. *τετραπήχεις*] *sex pedum*, item Ran. 1014. Id quod senex hoc loco inter democratiae laetissimos fructus recenset, acerbis admodum verbis tetigit vir optimatium partibus addictus, cuius nomen ignoratur, in [Xenoph.] de Rep. Athen. I 18: *ἠνάγκασται τὸν δῆμον κολακεύειν τὸν Ἀθηναίων εἷς ἕκαστος τῶν συμμάχων, γιγνώσκων ὅτι δεῖ τὸν ἀφικόμενον Ἀθήναζε δίκην δοῦναι καὶ λαβεῖν οὐκ ἐν ἄλλοις τισὶν ἀλλ' ἐν τῷ δήμῳ, ὅς ἐστι δὴ νόμος Ἀθήνησι. καὶ ἀντιβολῆσαι ἀναγκάζεται ἐν τοῖς δικαστηρίοις καὶ εἰσιόντος του ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς χειρός. διὰ τοῦτο οὖν οἱ σύμμαχοι δοῦλοι τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων καθεστᾶσι μᾶλλον.*

554. *ἁπαλήν*] teneram candidamque manum, viri nobili loco nati insigne, — quae paucis diebus abhinc in publico aerario libere grassata est. Eaedem sibi opponuntur notiones Pac. 349 sqq. *οὐκέτ' ἄν μ' εὕροις δικαστὴν δριμύν . . . . ἀλλ' ἁπαλὸν ἄν μ' ἴδοις* etc.

555. *οἰκτροχοοῦντες*] cf. Homeri de luscinia versus τ 521: *ἥ τε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνήν.* — Ut iudices commoverent atque percellerent oratores potissimum solebant operam dare; vid. ad vs. 390.

557. *ἢ*] *vel potius*; vid. vs. 167. Homo ex infima plebe nunquam graviora „munera" sibi habuit mandata quam ut in expeditione bellica cibi aliquid emeret contubernalibus. Cf. vs. 1189. — *στρατιᾶς*] vid. ad vs. 354.

558. *ἀπόφευξιν*] vir humili loco natus gloriae sibi ducit scilicet, quod istiusmodi occasione homini e nobili gente orto innotuit; filius autem hoc demum dignum censet quod in pugillaribus scribatur. Larga manu huic loco salem comicum adspersit poeta facetissimus.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

εἶτ' εἰσελθὼν ἀντιβοληθεὶς καὶ τὴν ὀργὴν ἀπομορχθεὶς
ἔνδον τούτων ὧν ἂν φάσκω πάντων οὐδὲν πεποίηκα,
ἀλλ' ἀκροῶμαι πάσας φωνὰς ἱέντων εἰς ἀπόφευξιν.
φέρ' ἴδω, τί γὰρ οὐκ ἔστιν ἀκοῦσαι θώπευμ' ἐνταῦθα δικαστῇ;
οἱ μέν γ' ἀποκλάονται πενίαν αὑτῶν καὶ προστιθέασιν
κακὰ πρὸς τοῖς οὖσιν, ἕως † ἀνιῶν ἂν ἰσώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσιν· †
οἱ δὲ λέγουσιν μύθους ἡμῖν, οἱ δ' Αἰσώπου τι γέλοιον·
οἱ δὲ σκώπτουσ', ἵν' ἐγὼ γελάσω καὶ τὸν θυμὸν κατάθωμαι.
κἢν μὴ τούτοις ἀναπειθώμεσθα, τὰ παιδάρι' εὐθὺς ἀνέλκει,
τὰς θηλείας καὶ τοὺς υἱεῖς, τῆς χειρός, ἐγὼ δ' ἀκροῶμαι·
τὰ δὲ συγκύψανθ' ἅμα βρυχᾶται· κἄπειθ' ὁ πατὴρ ὑπὲρ αὐτῶν
ὥσπερ θεὸν ἀντιβολεῖ με τρέμων· „τῆς εὐθύνης μ' ἀπόλυσον,
εἰ μὲν χαίρεις ἀρνὸς φωνῇ, παιδὸς φωνὴν ἐλεήσας·"

560. *ἀντιβοληθεὶς*] *κἀντιβοληθεὶς* Porson male.

564. *ἀποκλάονται*] suspectum est medium; Richter *ἀποκλάοντες* aut *-κλάουσιν*.

565. *ἀνιῶν* V] om. reliqui, videtur autem esse dittographema (*ἀνῖἀνἰσώσηι*). Infeliciter Hamaker *λήγων* (pro *τελευτῶν*), Hermann *ἀνιῶν*, probabilius Reisig *κλάων*, sed displicet singularis et contorta est tota sententia. Blaydes *κακὰ πρὸς τοῖς οὖσι κακοῖσιν ἕως ἂν ἰσωθῇ τοῖσιν ἐμοῖσιν*, in qua lectione moleste abundat *κακοῖσιν*.

568. *ἀναπειθώμεσθα*] *-θώμεθα* vel *-θόμεθα* codices vitio metrico; quamquam vix praestat *-μεσθα*, sic enim vitiosa est caesura. Requiritur **ἀναπείθωμαι, καὶ παιδάρι'* vel simile quid, Porson *ἀναπεισθῶμεν, τά γε*. — *εὐθὺς*] *αὖ τις* Cobet.

570. *συγκύψανθ' ἅμα*] *συγκύπτοντα* Porson metri causa, *συγκύψαντα* Hirschig, sed „vocalisch auslautende kurze Endsilben dürfen nicht die Senkung eines Anapästs bilden" (Hilberg Silbenwägung p. 258). In codd. est *συγκύψαντ' ἀποβληχᾶται* V, *συγκύψαντ' ἅμ' ἅμα βληχᾶται* R, *συγκύπτονθ'* ceteri. In vulgata ferri nequit *ἅμᾰ βλ.*; quapropter **ἅμα βρυχᾶται* scripsi, quod verbum etiam sententiae aptius videtur, *porcelli* enim non balant. *Ἅμα μηκᾶται* ut salvo Atticismo dici possit vereor, sed dubito an praestet *μυκᾶται*. Verbo *βληχᾶσθαι* utitur comicus Plut. 293.

571. **μ' ἀπόλυσον*] *ἀπολῦσαι*.

572. *φωνῇ*] *κωλῇ* Richter, vulgatam frigere ratus, at frigidior multo est haec eius perna agnina. — **ἐλεήσας*] *ἐλεήσαις* codices, Meineke *ἐλέησον* coniecit, Reiske *ἐλεῆσαι*, Hirschig *εἰ μὲν χαίρω τἀρνὸς φωνῇ, παιδὸς φωνήν μ' ἐλεῆσαι*.

565.] *donec non minus infelicem me reddidit* (cui haec omnia sint audienda) *quam est ipse*. Id fere significat versus pars posterior; sed tale quid hinc alienum est, non enim aerumnae nunc recensentur vitae iudicialis, sed praedicantur eius emolumenta. Quapropter vitium aliquod hunc locum contrectasse apparet.

566.] *Aesopi fabulam*; cf. vs. 1401, 1446 Pac. 129 Av. 471, 651.

568. *ἀνέλκει*] nempe *εἰς τὸ βῆμα*. Opponitur *ἀφέλκειν ἀπὸ τοῦ βήματος*.

570. *βρυχᾶται*] cf. Ran. 823.

571. *εὐθύνης*] cf. vs. 102.

εἰ δ' αὖ τοῖς χοιριδίοις χαίρω, θυγατρὸς φωνῇ με πιθέσθαι.
χἠμεῖς αὐτῷ τότε τῆς ὀργῆς ὀλίγον τὸν κόλλοπ' ἀνεῖμεν.
ἆρ' οὐ μεγάλη τοῦτ' ἔστ' ἀρχὴ καὶ τοῦ πλούτου καταχήνη;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

(iterum aliquid annotans:)

δεύτερον αὖ σου τουτὶ γράφομαι, τὴν „τοῦ πλούτου καταχήνην."
καὶ τἀγαθά μοι μέμνησ' ἄχεις φάσκων τῆς Ἑλλάδος ἄρχειν.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

παίδων τοίνυν δοκιμαζομένων αἰδοῖα πάρεστι θεᾶσθαι.
κἂν Οἴαγρος εἰσέλθῃ φεύγων, οὐκ ἀποφεύγει πρὶν ἂν ἡμῖν

---

573. *χοιριδίοις*] *χοιρ(ε)ίοις* R non male. — *με πιθέσθαι*] **μ' ἀναπείθει*?

575 et 577.] Hamakero spurii videntur, iniuria, nisi egregie fallor. Sed fortasse leviter sunt corrupti, nam in vs. 575 **ταῦτ'* pro *τοῦτ'* praefero, et in vs. 577 aegre desidero particulam *νῦν*, e. g. **νῦν τἀγαθά μοι* vel **καὶ τἀγαθὰ νῦν*.

576. *γράφομαι*] *γράψομαι* VR.

578—582.] ante vs. 605 insertos mavult Hamaker; sed cur h. l. ineptos cum illo iudicemus, nulla est causa; immo quam maxime sunt idonei ad ciendos cachinnos: haecce igitur sunt splendida bona quae Graeciae ille dominus lucratur, pudenda aperta, histrionum verbula, cantilenas, quaeque praeterea unius assis care emerit quispiam.

578. *αἰδοῖα*] *τᾳδοῖα* Cobet.

---

573. *χοιριδίοις*] cf. Ach. 746 sq.

— *πιθέσθαι*] infinitivus a verbo *ἀντιβολεῖ* suspensus est.

574. *τὸν κόλλοπα*] *verticillum*; *κόλλοπες λέγονται οἱ πασσαλίσκοι τῆς κιθάρας, εἰς οὓς ἀποδεσμοῦνται αἱ νευραὶ καὶ τείνονται στρεφομένων. Relaxamus iram, aliquid de ira remittimus.* Idem Av. 383 dicitur *τῆς ὀργῆς χαλᾶν*, Ran. 700 *τῆς ὀργῆς ἀνιέναι*. Eadem imagine usi nos dicere solemus *een toontje lager spreken.*

— *ἀνεῖμεν*] gnomicus hic est aoristus, ut vs. 582, 586, 1257 sq.

575. *καταχήνη*] = *κατάγελως*. Redit vox Eccl. 631.

578.] duodeviginti annos nati iuvenes *δημόταις* suis proponebantur, et si puberes esse videbantur, a demarcho inscribebantur *εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον.* Si quis autem impuberem aliquem in illud album receptum esse putabat, licebat ei accusationem ad magistratum deferre; tunc in iudicio res agebatur, et iudicibus igitur inspiciendus erat iuvenis, ut e corporis indiciis efficerent utrum ad maturitatem pervenisset necne. Vid. [Arist.] de Rep. Athen. 42.

579.] actorem tragicum *Oeagrum* nuper plausum tulisse cum Nioben ageret ex hoc loco patet, itaque Sophoclis Nioben — nam de Aeschyli fabula cognomini ne cogitemus dehortantur temporum rationes [1]) — brevi ante Vespas scenae esse commissam, Oeagrum autem primarias in ea partes egisse, tute ni fallor statueris. In

---

[1]) Quamquam Aeschyli quoque Nioben gratia usam esse vivaci docent Aristophanis versus, ubi ad illud drama alluditur: Av. 1246 Ran. 912, 1392.

ἐκ τῆς Νιόβης εἴπῃ ῥῆσιν τὴν καλλίστην ἀπολέξας.
κἢν αὐλητής γε δίκην νικᾷ, ταύτης ἡμῖν ἐπίχειρα
ἐν φορβειᾷ τοῖσι δικασταῖς ἔξοδον ηὔλησ' ἀπιοῦσιν.
κἢν ἀποθνῄσκων ὁ πατήρ τῳ δῷ καταλείπων παῖδ' ἐπίκληρον,
κλάειν ἡμεῖς μακρὰ τὴν κεφαλὴν εἰπόντες τῇ διαθήκῃ
καὶ τῇ κόγχῃ τῇ πάνυ σεμνῶς τοῖς σημείοισιν ἐπούσῃ,
ἔδομεν ταύτην ὅστις ἂν ἡμᾶς ἀντιβολήσας ἀναπείσῃ.
καὶ ταῦτ' ἀνυπεύθυνοι δρῶμεν· τῶν δ' ἄλλων οὐδεμί' ἀρχή.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

(tertium scribens:)

τούτου γάρ τοί σε μόνου τούτων ὧν εἴρηκας μακαρίζω.

588. *τούτου γάρ τοί σε μόνου* Blaydes] *τουτὶ γάρ τοι σεμνῶν* R, *τουτὶ γὰρ τὸ σεμνὸν* V, *τουτὶ γάρ τοί σε μόνον* Reiske, *τουτὶ γὰρ τῶν σεμνῶν* Richter. — *τούτων*] **πάντων*?

deperdita autem comoedia, cui *Δράματα* vel *Νίοβος* nomen erat, Aristophanes hanc tragoediam iocose imitatus ipsum Sophoclem finxit a filiis apud curiales dementiae senilis insimulatum sed animi vigorem recitatis suis carminibus strenue asserentem. Quas facetias grammaticorum stupor postea in historiam litterariam invexit, quasi poetae tragico revera tale quid sub vitae finem accidisset; vid. Cic. de Senect. 7 § 22 etc. etc.

— *φεύγων ... ἀποφεύγει*] vid. ad vs. 466.

581. *δίκην νικᾷ*] item Eq. 93.

— *ἐπίχειρα*] *mercedem (handgeld)*. Per metaphoram adhibita est vox Aesch. Prom. 319, Soph. Antig. 820, Eur. apud Clement. Alexandr. Strom. p. 588 P.

582. *φορβειᾷ*] *capistro* coriaceo, quo tibia ori canentis adaptabatur. Vid. Av. 861, ubi malus tibicen Chaeris vocatur *corvus capistratus*, *κόραξ ἐμπεφορβειωμένος*. Cic. ad. Attic. II 16 *Cneus quidem noster iam plane quid cogitet nescio*, *φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι*, | *ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι, φορβειᾶς ἄτερ* (Soph. fr. 753 Dind.).

584. *μακρὰ τὴν κεφαλὴν*] item Plut. 612 et omissa voce *τὴν κεφαλήν* Eq. 433 Pac. 255. Cf. *οἰμώζειν μακρά* Av. 1207 Plut. 111, *κωκύειν μακρά* Lys. 1222 Ran. 34.

585. *κόγχῃ*] concha sive capsula, quae sigillo cereo est superilligata, ut integrum servetur.

586.] femina, quae patri ex asse heres est (*ἐπίκληρος*), proximo agnato nubere debet. Qua de re si inter se disceptabant agnati, aut si aliud matrimonium ante patris mortem puella contraxerat (cf. Isaeus III § 64), res ad magistratum (*τὸν ἄρχοντα*) deferebatur, quod dicebant *ἐπιδικάζεσθαι τῆς ἐπικλήρου*, ipsa autem de qua litigabant femina *ἐπίδικος* vocabatur.

587. *ἀνυπεύθυνοι*] cf. vs. 102. Aeschin. III § 17 *ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, οὕτως ἀρχαίᾳ οὔσῃ καὶ τηλικαύτῃ τὸ μέγεθος, οὐδείς ἐστιν ἀνυπεύθυνος τῶν καὶ ὁπωσοῦν πρὸς τὰ κοινὰ προσεληλυθότων*.

— *ἀρχή*] haec vox nostro loco et alibi (e. g. Thucyd. VIII 97 § 1) non magistratus tantum complectitur sed etiam ecclesiam iudicia senatum, omnes igitur quorum in re publica administranda aliquae sunt partes. Aristoteles Polit. III 1 *τοὺς δικαστάς* et *τοὺς ἐκκλησιαστάς* vocat *ἀρχὰς ἀορίστους*, quoniam non perpetuo, sed per illud tantum tempus quo in iudicio sedent vel in concione adsunt, munere suo funguntur.

τῆς δ' ἐπικλήρου τὴν διαθήκην ἀδικεῖς ἀνακογχυλιάζων.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἔτι δ' ἡ βουλὴ χὠ δῆμος ὅταν κρῖναι μέγα πρᾶγμ' ἀπορήσῃ,
ἐψήφισται τοὺς ἀδικοῦντας τοῖσι δικασταῖς παραδοῦναι.
εἶτ' Εὔαθλος χὠ μέγας οὗτος Κολακώνυμος ἀσπιδαποβλὴς
„οὐχὶ προδώσειν ἡμᾶς" φασίν, „περὶ τοῦ πλήθους δὲ μαχεῖσθαι."
κἂν τῷ δήμῳ γνώμην οὐδεὶς πώποτ' ἐνίκησεν, ἐὰν μὴ
εἴπῃ τὰ δικαστήρι' ἀφεῖναι πρώτιστα μίαν δικάσαντας.

589.] versum, quem iocus haud ita fortasse facetus sed vere Aristophaneus genuinum esse testatur, addubitare non debebat Hamaker.

591. ἀδικοῦντας] ἀντιδίκους Blaydes.

593. ἡμᾶς] ὑμᾶς Brunck.

595. πρώτιστα μίαν δικάσαντας] πρῶτον μίαν ἐκδικάσαντας Hirschig.

---

589. ἀνακογχυλιάζων] propria huius verbi vis est ἀναγαργαρίζειν, *gargarizare*, vid. Plat. Com. fr. 196; forma paullulum diversa ἀνακογχυλίσαι vel -σασθαι usi sunt Plato Conviv. 185*d* et Eupolis fr. 275. Aristophanes vero a voce κόγχη verbum iocose nunc repetens novam atque inauditam ei tribuit significationem *concham detrahendi (ontschelpen)*, id quod vulgo ἀνασπᾶν *(rescindere)* dicebatur, vid. Lys. 1200. Simili lusu verborum poeta supra vs. 353 usus est.

592. Εὔαθλος] de eo vid. fr. 411 ἔστι τις πονηρὸς ἡμῖν τοξότης συνήγορος | <τοῖς γέρουσιν>, ὥσπερ Εὔαθλος παρ' ὑμῖν τοῖς νέοις. Barbarus audit etiam Ach. 704—710, ubi Thucydidem grandaevum (vid. ad Vesp. 947) damnandum curasse dicitur. Protagoram magistrum pacta mercede frustratus esse fertur in notissima narratiuncula (Gell. V 10), cui tamen fidem non esse habendam ex Plat. Protag. 328*b* apparet, cf. Zeller Philos.^{4} I p. 944, 1; idem autem de Corace et Tisia traditum accepimus.

— Κολακώνυμος] *Cleonymum* significari, de quo cf. vs. 19, nemo non videt.

593] his verbis, quae iterum citantur infra vs. 666, brevi ante in concione usum esse Cleonymum, qui nuper ad Delion famae suae parum consuluisset, docet contextus. Sic nostri saeculi annis 70/71, dum Parisia urbs obsidebatur, in omnium ore aliquantisper fuit ducis cuiusdam dictum *„j'ai mon plan"*, — quem non minus quam ceteros consilii inopem fuisse mox probavit rerum eventus; nec non alius ducis verba *„je ne rentrerai que vainqueur ou mort"* — quem paucis horis post portae receperunt et victum et viventem.

595.] omnes heliastae utuntur iure in ecclesiam veniendi; itaque dum concio habetur iudicia fieri nequeunt. Quibus igitur diebus conciones habebantur legitimae, ad quas cives — perinde atque in dicasteria — ἅμ' ἕῳ convenire debebant (Ach. 19 Eccl. 20 etc.), iudicum nullae erant sessiones: ergo triobolum non accipiebant. Sed si quis concionem extraordinariam (σύγκλητον ἐκκλησίαν) convocari iubebat, huius initium non primam lucem statuere solebat sed medium fere tempus inter solis ortum et meridiem: sic primo mane conveniebant iudices, aliquantisper sedebant, triobolum merebant, deinde in concionem cum ceteris civibus abibant; cf. Equit. 50.

αὐτὸς δὲ Κλέων ὁ κεκραξιδάμας μόνον ἡμᾶς οὐ περιτρώγει,
ἀλλὰ Φυλάττει διὰ χειρὸς ἔχων καὶ τὰς μυίας ἀπαμύνει.
σὺ δὲ τὸν πατέρ' οὐδ' ὁτιοῦν τούτων τὸν σαυτοῦ πώποτ' ἔδρασας.
ἀλλὰ Θέωρος — καίτοι ἐστὶν ἀνὴρ Εὐφημίου οὐδὲν ἐλάττων —
τὸν σφόγγον ἔχων ἐκ τῆς λεκάνης τἀμβάδι' ἡμῶν περικωνεῖ.
σκέψαι δ' ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν οἵων μ' ἀποκλῄεις καὶ κατερύκεις,
ἣν δουλείαν οὖσαν ἔφασκες καὶ ὑπηρεσίαν ἀποδείξειν.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

(secum loquens:)

ἔμπλησο λέγων· πάντως γάρ τοι παύσει ποτὲ κἀναφανήσει

---

596. δὲ V] δὲ ὁ R. — μόνον Fl. Christianus] μόνους.

599. ἀλλὰ] εἶτα Blaydes. — Εὐφημίου] Εὐφημίδου Meineke.

600. ἔχων] ἑλὼν Reiske.

601. δ' ἀπὸ] μ' ἀπὸ V. Hinc Hirschig post οἵων addidit pronomen μ'. Sed suo iure Hamaker molesta iudicans verba ἀπὸ τῶν, coll. Plut. vs. 576 proposuit ἀπὸ τῶνδ', ἀγαθῶν, et cum videret obstare particulas δέ γ' vs. 605, versus 578—582 interposuit. Expectatur fere σκέψαι δ' ἄρα νῦν ἀγαθῶν οἵων μ'. Bergk proposuit σκέψαι δέ μ' ὅσων ἀγαθῶν οἵων τ', Blaydes σκέψαι μ' ὁπόσων ἀγαθῶν οἵων τ'.

603 sq.] proverbii ratio me fugit. Verba κἀναφ. — περιγιγνόμενος in parenthesi

---

Quod si quis negligeret ita consulere heliastarum commodo, in concione poenam ab eo sumebant, res enim ab ipso propositas reiiciebant. Vertatur igitur: *et in concione nemo sententia sua vincit, nisi a iudicibus priusquam dimitterentur unam causam iudicari iussit.*

596. ὁ κεκραξιδάμας] i. e. ὁ τῇ βοῇ δαμάζων. Cf. vs. 36.

— περιτρώγει] *arrodere*, Ach. 258 et infra vs. 672; cf. παρεσθίειν Eq. 1026. H. l. *imminuendi* sensu usurpatur (cf. nostra *beknabbelen—beknibbelen*). Idem valet ἀποτρώγειν Ran. 367.

597.] eadem imagine poeta utitur Eq. 60, ubi de Paphlagone haec leguntur: βυρσίνην ἔχων | δειπνοῦντος (sc. Δήμου) ἑστὼς ἀποσοβεῖ τοὺς ῥήτορας (pro μυρσίνην et μυίας). Muscas a dormiente puero fugat etiam mater sollicita Hom. Δ 130. Cum nostro loco praeterea cf. Eq. 905.

599. ἀλλὰ] *quamquam*; opp. σύ. *Id, quod tu facere recusas, talis tamen vir qualis est Theorus infra suam dignitatem esse non putat.*

— Θέωρος] de hoc homine cf. vs. 42.

— Εὐφημίου] vir nobis ignotus est, sed pessimae eum notae fuisse docet contextus; nam quod Theoro in laudem vertitur eum „Euphemio nihilo deteriorem" esse, id quomodo accipi voluerit comicus nemini obscurum esse potest.

600.] adulator Theorus detergit nobis soleas (*kruipt voor ons in het stof*). Cf. Athen. VIII 351 *a*.

603. πάντως] futuro adicitur eadem ratione Ach. 347 (ex Dobraei emendatione, vid. supra ad vs. 460) ἐμέλλετ' ἄρα

πρωκτὸς λουτροῦ περιγιγνόμενος τῆς ἀρχῆς τῆς περισέμνου.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ὃ δέ γ' ἥδιστον τούτων ἐστὶν πάντων, οὗ ἐγὼ ἐπελελήσμην,
ὅταν οἴκαδ' ἴω τὸν μισθὸν ἔχων, κἄπειθ' ἥκονθ' ἅμα πάντες
ἀσπάζωνται διὰ τἀργύριον, καὶ πρῶτα μὲν ἡ θυγάτηρ με
ἀπονίζῃ καὶ τὼ πόδ' ἀλείφῃ, καὶ προσκύψασα φιλῇ με,
καὶ παππίζουσ' ἅμα τῇ γλώττῃ τὸ τριώβολον ἐκκαλαμᾶται,
καὶ τὸ γύναιόν μ' ὑποθωπεῦσαν φυστὴν μᾶζαν προσενέγκῃ,
κἄπειτα καθεζομένη παρ' ἐμοὶ προσαναγκάζῃ· „φάγε τουτί,"
„ἔντραγε τουτί". — τούτοισιν ἐγὼ γάνυμαι, κοὐ μή με δεήσῃ

---

collocata esse, ut Nub. vs. 470 τε — ἐλθεῖν, censet vHerwerden; sed nisi fallor cum amara ironia dictum est illud περισέμνου: *praeclarum istud tuum munus ego nullo negotio ... conspurcabo.* Ut tamen huiusmodi sententia hinc extundi possit, expectaveris *κἀναφανοῦμαι.

605 οὗ (ἐ)γὼ] οὐ γὰρ V. Conieci *ὀλίγου.

606. κἄπειθ' ἥκονθ' ἅμα Brunck] κᾆθ' εἰσήκονθά με V, κἄπειτ' εἰσήκονθ' ἅμα R, unde Fl. Christianus κᾆτ' εἰσήκονθ' ἅμα, Meineke κᾆτ' εἰσήκοντά με, praeferens tamen κᾆτ' εἰσέρποντά με, Blaydes κᾆτ' εἰσελθόνθ' ἅμα.

608. φιλῇ με Richter] φιλήσῃ.

609. παππίζουσ' V] παππάζουσ' R. — τὸ] addidit Fl. Christianus.

612. τούτοισιν Bentley] τοῖσιν. — κοὐ Dobree alii] καὶ codices, κεἰ μή με δεήσει Elmsley.

πάντως ἀνήσειν τῆς βοῆς, *omnino, tandem aliquando;* vid. praeterea Eq. 232, 799 Nub. 1352 Ran. 263 Eccl. 704 Aesch. Prom. 943. Negatio accedit Ach. 956 πάντως μὲν οἴσεις οὐδὲν ὑγιές, item Pac. 1194 Eccl. 604.

604.] ex Callistrati auctoritate scholion perhibet proverbium hoc fuisse ἐπὶ τῶν ἐπὶ κακῷ τῷ ἑαυτῶν νικώντων. Quae si vera esset explicatio, verborum structura eadem foret atque Lys. 695 etc.; sed talis sententia huc parum quadrat, quapropter ἀναφανοῦμαι legendum esse suspicor: *nunc loquere ad libitum: mox ego superveniam, qui splendidum istud tuum regnum disperdam.* Infantuli, ut primum loti sunt, nova nutrici negotia facessere solent; facili negotio tunc podex vincit lavacrum, irritos scilicet reddit nutricis labores.

609. παππίζουσα] = πάππαν με καλοῦσα Pac. 120; cf. πατερίζειν vs. 652 et Hom. E 408. Similis est conformatio verborum δημίζειν Vesp. 699, καρδαμίζειν Thesm. 617, βακίζειν Pac. 1072 etc.

— ἐκκαλαμᾶται] dum me exosculatur, triobolon, quod ore teneo, lingua sua expiscari conatur. Cf. εἰσκαλαμᾶσθαι vs. 381. De more τοῦ τὰ κέρματα ἐγκάπτειν, i. e. nummos foris acceptos in ore aliquantisper asservandi, vid. vs. 787 sqq. Av. 502 Eccl. 818 Plut. 379 fr. 3, 48 etc.; hinc Graeci (ut Aegyptii) ori mortuorum inserebant obolum Charoni destinatum.

610. φυστὴν μᾶζαν] *une ommelette soufflée*, cibum aliquanto lautiorem quam erat quotidiana illa polenta ex hordeo et aqua confecta, quae dentibus adhaerere solebat.

612. ἔντραγε τουτί] cf. Eq. 51.

— γάνυμαι] cf. ἐγανώθην Ach. 7.

εἰς σὲ βλέψαι καὶ τὸν ταμίαν, ὁπότ' ἄριστον παραθήσει
καταρασάμενος καὶ τονθορύσας· ἀλλ' ἢν μή μοι ταχὺ μάξῃ,
τάδε κέκτημαι πρόβλημα κακῶν, σκευὴν βελέων ἀλεωρήν.
κἢν οἶνόν μοι μὴ ἐγχῇς σὺ πιεῖν, τὸν ὄνον τόνδ' εἰσκεκόμισμαι
οἴνου μεστόν, κᾆτ' ἐγχέομαι κλίνας· οὗτος δὲ κεχηνὼς
βρωμησάμενος τοῦ σοῦ δίνου μέγα καὶ στράτιον κατέπαρδεν.
ἆρ' οὐ μεγάλην ἀρχὴν ἄρχω καὶ τοῦ Διὸς οὐδὲν ἐλάττω,
ὅστις ἀκούω ταὔθ' ἅπερ ὁ Ζεύς;
ἢν γοῦν ἡμεῖς θορυβήσωμεν,
πᾶς τις φησὶν τῶν παριόντων·

---

613. *ὁπότ' ἄριστον*] *ὅτε τἄριστον* Richter.
614. *ἀλλ' ἢν* Elmsley] *ἄλλην*.
615—618] aliunde irrepsisse opinantur Hamaker et Meineke, verba enim *τόνδ' εἰσκεκόμισμαι* nonnisi de lagena quam senex manu teneat dici posse.
616. *ἐγχῇς*] Hirschig mavult *δῷς*.
620. *καὶ* VR] *καὶ τῆς* deteriores, duos dimetros ex hoc tetrametro facientes.
623 sq.] *παριόντων* | *τὸ δικαστήριον· οἷον βροντᾷ* | *ὦ Ζ. β.* coniecit Porson.

---

612 sqq. *κοὐ μή* etc. — *ἀλλ' ἢν* etc.] *neque verendum mihi est ne te truculentumve istum dispensatorem suspicere debeam, nam si tardius mihi prandium affert, hocce teneo malorum perfugium*, pistorem nimirum adeo, ut meo mihi triobolo prandium emam (cf. vs. 306).

614. *καταρασάμενος*] cf. Lys. 815 Ran. 746.

— *τονθορύσας*] *mussitandi* verbum etiam Ach. 683 Ran. 747 legitur, *ὑποτονθορύζειν* fr. 365 com. adesp. Kock.

615.] versus hic epicus non legitur in Homeri mscriptis hodiernis; subsimiles sunt tantum M 57 et O 533, quos claudit accusativus *ἀλεωρήν* praecedente genitivo (*δηΐων ἀνδρῶν*). Sed in scholiis ad Π 134 affertur l. a. *κακῶν βελέων ἀλεωρήν*, comicum autem in suo Homero id habuisse noster locus testari videtur.

616. *ὄνον*] senex voce ambigua consulto utitur, significare autem videtur cornu unde bibebatur (*κέρας* sive *ῥυτόν*), asini capite ornatum; in varia enim quadrupedum capita huiusmodi cornua excurrere solebant. Alia poculorum nomina, ab animalibus desumta, complura affert Athenaeus XI 465 sqq.: *βομβύλιος*, *κάνθαρος*, *τραγέλαφος*, *ἐλέφας*. — Ceterum recte observatum est, pronomen *τόνδε* non nisi de iis quae adsint usurpari, parum autem apparere unde senex poculum nunc habere possit quod digito designet; vid. annot. crit.

617. *κλίνας*] *inclinans, obliquum tenens.*

— *κεχηνὼς*] multi scilicet vini capax. Quae vero adduntur verba *βρωμησάμενος* et *κατέπαρδεν* (= *κατεφρόνησεν, κατεγέλασεν*) ad quadrupedem tantum *ὄνον* pertinent.

619. *δίνου*] vasis rotundi nomen, vid. Athen. XI p. 467 *d*. — Totus hic locus ad imitationem Euripidis Cycl. 328 sqq. scriptus est; vid. prolegomena.

621. *ἀκούω*] *de me dicitur.*

„οἷον βροντᾷ τὸ δικαστήριον,
ὦ Ζεῦ βασιλεῦ."
κἢν ἀστράψω, ποππύζουσιν.
κἀγκεχόδασίν μ' οἱ πλουτοῦντες
καὶ πάνυ σεμνοί.
καὶ σὺ δέδοικάς με μάλιστ' αὐτός,
νὴ τὴν Δήμητρα, δέδοικας. ἐγὼ δ'
ἀπολοίμην, εἴ σε δέδοικα.

Antistropha (vs. 631—648 = 526—545).

ΧΟΡΟΣ.

οὐδέποθ' οὕτω καθαρῶς
οὐδενὸς ἠκούσαμεν οὐ-
δὲ ξυνετῶς λέγοντος.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οὔκ, ἀλλ' ἐρήμας ᾤεθ' οὕτω ῥᾳδίως τρυγήσειν.
καλῶς γὰρ ᾔδειν ὡς ἐγὼ ταύτῃ κράτιστός εἰμι.

ΧΟΡΟΣ.

ὡς δ' ἐπὶ πάντ' ἐλήλυθεν
κοὐδὲν παρῆλθεν, ὥστ' ἔγωγ'
ηὐξανόμην ἀκούων,
κἂν μακάρων δικάζειν

---

627. μ'] om. V, γ' Hermann Fritzsche; vix opus, est enim constructio ad sensum quae dicitur.

634. οὔκ, ἀλλ'] Bergk ἀλλ' οὐκ, Meineke οὐκοῦν. — οὕτω] οὗτος Dawes.

636.] δ' ἐπὶ πάντ' ἐλήλυθεν Porson] δὲ πάντ' ἐπελήλυθεν codices, ὅδε πάντ' ἐπῆλθε κοὐ- | δέν τι Hermann Meineke, posita virgula in fine versus 633.

---

626. ποππύζουσιν] labrorum sonus, quo allici vel sedari solent animalia domestica, hoc verbo designatur; vid. Plut. 732.

627. ἐγκεχόδασιν] etiam Ran. 479; hic idem valet quod δεδίασιν, quapropter additur accusativus.

631.] simillimus locus est Thesm. 434 sqq. οὔπω ταύτης ἤκουσα | πολυπλοκωτέρας γυναικὸς | οὐδὲ δεινότερα λεγούσης etc.

634. ἐρήμας ... τρυγήσειν] sc. ἀμπέλους, *alienam vineam* (a nullo custoditam) *uvis spoliare.* Redit hoc proverbium Eccl. 885, idem autem valet locutio τἀλλότριον ἀμᾶν θέρος Eq. 392; nec non cognata est loquendi formula *ut vineta egomet caedam mea* Horat. Epist. II 1, 220, = nostrum *zijn eigen glazen ingooien*, cf. fr. com. adesp. 564 Kock τὴν αὐτὸς αὑτοῦ γὰρ θύραν κρούει λίθῳ. Senex dicit: *nimirum iste putabat se sic quaelibet effundere posse maledicta, mihi autem loquendi non fore copiam; nam hac in re* (ταύτῃ, i. e. ἐν τῷ λέγειν) *me excellere probe norat.*

638. ηὐξανόμην] item nos *ik groeide er in.*

αὐτὸς ἔδοξα νήσοις,
ἡδόμενος λέγοντι.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ὥσθ' οὗτος ἤδη σκορδινᾶται κἄστιν οὐκ ἐν αὑτοῦ.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

(secum loquens:)

ἦ μὴν ἐγώ σε τήμερον σκύτη βλέπειν ποιήσω.

ΧΟΡΟΣ.

δεῖ δέ σε παντοίας πλέκειν
εἰς ἀπόφευξιν παλάμας.
τὴν γὰρ ἐμὴν ὀργὴν πεπᾶ-
ναι χαλεπὸν νεανίᾳ
μὴ πρὸς ἐμοῦ λέγοντι.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

πρὸς ταῦτα μύλην ἀγαθὴν ὥρα ζητεῖν σοι καὶ νεόκοπτον,
ἣν μή τι λέγῃς, ἥτις δυνατὴ τὸν ἐμὸν θυμὸν κατερεῖξαι.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

χαλεπὸν μὲν καὶ δεινῆς γνώμης καὶ μείζονος ἢ 'πὶ τρυγῳδοῖς,

---

640. αὐτὸς] εὐθὺς Blaydes probabiliter.
642. ὥσθ'] ὡς δ' Hirschig, ὡς Dindorf. — αὑτοῦ] αὐτῷ R, οὐκέθ' αὑτοῦ Fl. Christianus Bentley.
647. νεανίᾳ] supplevit Porson, vHerwerden coniecit μάλ' ἐστὶ τῷ.
649. μή] μοι Bergk.

---

642. σκορδινᾶται] *pandiculatur*, item Ach. 30 Ran. 922. — *Taedii* signa, quae filius edit, *perturbatum* eius *animum* testari putat pater.

— οὐκ ἐν αὑτοῦ] *non apud se est*, *il n'est pas dans son assiette ordinaire*, *hij is buiten zichzelf*, *er ist ausser sich.*

643. σκύτη βλέπειν] item Eupol. fr. 282 ἀτεχνῶς <μὲν> οὖν, τὸ λεγόμενον, σκύτη βλέπει. Plura supra ad vs. 455 contuli.

647. πρὸς ἐμοῦ] *a mea parte*, hinc *ex mente mea*, opinionem meam referens.

648. πρὸς ταῦτα] *proinde* (= ὡς οὕτως ἐχόντων, *quae cum ita sint*). Vid. infra ad vs. 1386.

— ὥρα] vid. ad vs. 242.

— νεόκοπτον] quam nuper lapidarius acuerit (*pas opgehakt*). Vid. Herod. Mimiamb. VI 82 sqq. αὕτη γὰρ ἡμέων ἡμέρην τε καὶ νύκτα | τρίβουσα τὸν 'όνον σκωρίην πεποίηκε | ὅκως τὸν ὡὕτῆς μὴ τετρωβόλου κόψῃ.

649. τι λέγῃς] *aliquid dicere habeas*, *iets te zeggen hebt*. Constr.: lapidem molarem, quo — si quod dicas desit — eius iram confringas.

650. τρυγῳδοῖς] = κωμῳδοῖς, item infra vs. 1537 Ach. 886 fr. 149[9], τρυγῳδία = κωμῳδία Ach. 499, qui locus cum nostro omnino est conferendus, τρυγικός = κωμῳδικός Ach. 628; vid. etiam fr. 333. Ducta sunt a verbo τρυγᾶν, quod de *vindemia* est sollemne; ab

ἰάσασθαι νόσον ἀρχαίαν ἐν τῇ πόλει ἐντετακυῖαν·
ἀτάρ, ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη ....

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

παῦσαι καὶ μὴ πατέριζε.
εἰ μὴ γὰρ ὅπως δουλεύω 'γὼ, τουτὶ ταχέως με διδάξεις,
οὐκ ἔστιν ὅπως οὐχὶ τεθνήξεις, κἂν χρῇ σπλάγχνων μ' ἀπέχεσθαι.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἀκρόασαί νυν, ὦ παππίδιον, χαλάσας ὀλίγον τὸ μέτωπον.
καὶ πρῶτον μὲν λόγισαι φαύλως, μὴ ψήφοις, ἀλλ' ἀπὸ χειρός,

651. ἐντετακυῖαν Reiske] ἐντετοκυῖαν codices, quod non videtur posse defendi Homerico perfectorum διέφθορα et τέτροφα usu O 128 ψ 237, licet epico dicendi genere hoc loco utatur filius, teste syllaba ultima vocis ἡμέτερε producta. Coniecerit quispiam ἐγγεγονυῖαν (ΕΝΓΕΓΟΝΥΙΑΝ), sed elegantior videtur Reiskii lectio.

652. ἀτάρ] ἀλλ' R.

654. τεθνήξεις Elmsley] τεθνήσει VR, τεθνήξει alii.

Aristophane autem ibi potissimum usurpantur, ubi comoedia et τραγῳδία sibi opponuntur.

651. ἐντετακυῖαν] participii ἐντετηκώς femininum secundum leges epicae dictionis conformatum, ut τεθᾰλυῖα, λελᾰκυῖα, μεμᾰκυῖα, ἀρᾰρυῖα a perfectis τέθηλα λέληκα μέμηκα ἄρηρα. Significatur id quod non cuti illitum est sed intus penetravit et in succum sanguinemque receptum est. Contrarium est ἐκτακῆναι, quod sua vi utitur Nub. 772, translatum autem est Aesch. Prom. 535. — Epica dictione (ἐντετᾰκυῖαν, ἡμέτερε̄) filius nunc utitur, partim iocans, partim ut spectatoribus indicet aliquanto graviora iam prolatum iri.

652. μὴ πατέριζε] *patris nomine ne utere*. Vid. ad vs. 609.

655. χαλάσας] *frontem* (id est frontis rugas) *relaxare* comitatis est indicium; Eq. 646 id vocatur τὰ πρόσωπα διαγαληνίσαι, idem autem valet καταβάλλειν τὰς ὀφρῦς (Eur. Cycl. 167) sive ὑποκαθεῖναι τὰς ὀφρῦς (fr. com. adesp. 916). Severitatis vero atque tristitiae signum est *supercilia tollere* (Catull. 67, 46), quod Graece dicitur ἀνασπάσαι τὸ πρόσωπον (Xenoph. Conviv. III § 10) vel τὸ μέτωπον (Eq. 631) vel τὰς ὀφρῦς (Ach. 1069 Alexid. fr. 16 Menandr. fr. 556 Philem. fr. 174), ἀνέλκειν τὰς ὀφρῦς Cratin. fr. 355, συνάγειν τὰς ὀφρῦς (Nub. 582 Plut. 756 Antiphan. fr. 218), ἐπαίρειν τὰς ὀφρῦς Amphid. fr. 13 ὦ Πλάτων, | ὡς οὐδὲν οἶσθα πλὴν σκυθρωπάζειν μόνον, | ὥσπερ κοχλίας σεμνῶς ἐπηρκὼς τὰς ὀφρῦς, cf. Baton. fr. 5[13]; simplex τὰς ὀφρῦς αἴρειν adhibuerunt Diphilus fr. 86 et Menander fr. 39 et 460, cui οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες sunt οἱ φιλόσοφοι, qui fr. com. adesp. 1005 dicuntur ἐξωφρυωμένοι, apud Athenaeum autem 162*a* appellantur ὀφρυανασπασίδαι, ῥινεγκαταπηξιγένειοι. Eleganter denique Lysistr. 7 dicitur μὴ σκυθρώπαζ' ὦ τέκνον, | οὐ γὰρ πρέπει σοι τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς. — Non huc pertinet Soph. Ai. 302, licet id contendat Eustathius p. 679, 61, quem secutus est Lobeckius.

656. φαύλως] *sic temere*, cf. Ach. 215

τὸν φόρον ἡμῖν ἀπὸ τῶν πόλεων συλλήβδην τὸν προσιόντα·
κἄξω τούτου τὰ τέλη χωρὶς καὶ τὰς πολλὰς ἑκατοστάς,
πρυτανεῖα, μέταλλ', ἀγοράς, λιμένας, μισθώσεις, δημιόπρατα.
τούτων πλήρωμα τάλαντ' ἐγγὺς δισχίλια γίγνεται ἡμῖν.
ἀπὸ τούτων νυν κατάθες μισθὸν τοῖσι δικασταῖς ἐνιαυτοῦ,
ἓξ χιλιάσιν, — κοὔπω πλείους ἐν τῇ χώρᾳ κατένασθεν —·

657. *τὸν προσιόντα*] *νῦν προσιόντα* Hamaker.
659. *μισθώσεις* Bergk] *μισθοὺς* VR, *μισθοὺς καὶ* alii.
661. *τούτων*] *τούτου* R. — *κατάθες*] *θὲς τὸν* Blaydes. — *ἐνιαυτοῦ* Bentley] *τοὐνιαυτοῦ* vel *τοῦ ἐνιαυτοῦ* codices.
662. *κατένασθεν*] *κατένασθε* (?) Kuster Hirschig.

Eq. 404, 509, 1293 Vesp. 1012 Pac. 25 Av. 961 Lys. 566 Thesm. 710 Eccl. 666. Accurate haec reputari non opus est, vel sic enim luculenter satis apparebit.

— *ἀπὸ χειρός*] *digitis*, quod Hom. δ 412 *πεμπάζεσθαι* dicitur. Nos: *Dat kunt ge wel op uw vingers narekenen.*

657.] sociorum tributa annua (*ὁ ἐπ' Ἀριστείδου φόρος* Thuc. I 96) anno 478, cum primum sunt instituta (*ἐπὶ Τιμοσθένους ἄρχοντος*, vid. [Aristot.] de Rep. Athen. 23) efficiebant talenta 460. Anno 454 commune aerarium ex insula Delo Athenas est translatum (Ol. LXXXI 3, vid. Dittenberger. Syllog. 15 et 19), ubi in Minervae templo asservabatur; praeerant hellenotamiae, templo autem quotannis *μνᾶ ἀπὸ ταλάντου* ($1^2/_3$ %) pendebatur. Anno 439 aucta est tributorum summa ad 600 talenta (Thuc. II 13, Plut. Aristid. 24), anno 425 vero ad 1200 talenta, vid. Andocid. de pace § 9 et [Andoc.] contr. Alcibiad. § 11. Quinto quoque anno tributorum, quae singulis civitatibus imperata erant, fiebat census, et si opus videretur, nonnulla addebantur vel detrahebantur; vid. [Xenoph.] de Rep. Athen. III § 5.

658. *τέλη*] inquilinorum praesertim servorumque tributa cogitanda sunt.

— *ἑκατοστάς*] *portoria*?

659. *πρυτανεῖα*] *sacramenta*, pecuniae quae in privatis causis (excepta *αἰκίας* actione) ab utroque litigante ante iudicium deponendae erant, in publicis autem ab accusatore, si rei damnatio ei profutura esset; vid. Nub. 1180. In causis, quae intra mille drachmarum summam consisterent, ternae ab utroque drachmae erant dependendae, in maioribus causis tricenae (Polluc. VIII 38). Is qui vicerat suum sacramentum ab adversario recuperabat.

— *μισθώσεις*] reditus ex agris ceterisque fundis publicis, qui redemtoribus elocabantur.

660. *δισχίλια*] ineunte bello Peloponnesiaco civitatis reditus mille talenta ad minimum effecisse dicit Xenophon Anab. VII 1 § 27; post illud tempus sociorum tributa, quae longe maxima eorum pars erant, sexcentis talentis sunt aucta (vid. supra ad vs. 657), ceteros vero reditus ordinarios belli tempore imminutos esse potius quam auctos satis certum videtur; itaque redituum summam tempore, quo Vespae scenae sunt commissae, MD fere talentorum fuisse si statuimus, non multum opinor a vero aberrabimus, comicum autem eam summam consulto in maius exaggerasse patet.

662. *κατένασθεν*] epica terminatio -*θεν* pro -*θησαν*, qua Euripides usus est Hippol. 1247 (in *ῥήσει ἀγγελικῇ*) *ἵπποι δ' ἔκρυφθεν καὶ τὸ δύστηνον τέρας | ταύρου*, a comica dictione quam maxime est aliena, ipsum autem verbum *καταναίεσθαι* poetarum tantum linguae est proprium;

γίγνεται ἡμῖν ἑκατὸν δήπου καὶ πεντήκοντα τάλαντα.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(admiratione perculsus:)

οὐδ' ἡ δεκάτη τῶν προσιόντων ἡμῖν ἄρ' ἐγίγνεθ' ὁ μισθός.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

μὰ Δί' οὐ μέντοι.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

καὶ ποῖ τρέπεται δῆτ', εἰπέ, τὰ χρήματα τἆλλα;

(Sequentia dum proferuntur, Philocleo magis magisque admirationem indignationemque gestu indicat.)

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

εἰς τούτους τοὺς „οὐχὶ προδώσω τὸν Ἀθηναίων κολοσυρτόν,

---

663. *ἡμῖν* R] *ὑμῖν* V contra loci sensum.
664. *ἐγίγνεθ' ὁ*] *ἐγίγνετο* Bergk.
665. *δῆτ', εἰπέ, τὰ* Blaydes] *δήπειτα* V, *δήπειτα τὰ* R.

---

notum igitur locum ex carmine aliquo citari apparet.

663 sq. *γίγνεται ἡμῖν — ἡμῖν ἐγίγνετο*] verborum hic est lusus. Filius enim dicit *fit nobis* (*s u m m a*), pater vero *ergo fit nobis* (*m e r c e d i s l o c o*). Nos item ambigue *dan krijgen wij.* — De imperfecto *ἐγίγνετο* vid. ad vs. 451.

665.] Bdelycleo sumit, quotannis trecentis diebus ius dici (tricenis in singulis prytaniis), quovis autem die fasto omnes iudices suo munere fungi, denique sex esse iudicum milia. Rotundum hunc numerum unde duxerit incertum est; fortasse causa inde est repetenda quod talento sunt sex milia drachmarum, ita ut facillime sic pecuniae summa computari possit: $300 \times \frac{1}{2}$ dr. $\times 6000 = 150$ talenta; sic singulis triremibus pro mense talentum integrum insumitur Thuc. VI 8 (200 enim viri per 30 dies singulas drachmas merebant). Sed veri est similius comicum hunc numerum habere ex lege, qua cautum erat ne *νόμος ἐπ' ἀνδρί*, e. g. ostracismus, ratus esset nisi sex milia civium ad minimum pro lege proposita suffragium tulissent, vid. Andocid. de Myster. § 87. — Id certum est, ex comici verbis non effici heliastarum unum eundemque semper fuisse numerum [1]); imo verba *οὕτω — κατένασθεν* luculenter docent Bdelycleonem tantum fingere numerum ut nemo cum probabilitatis specie contendere possit plures unquam iudices Athenis adfuisse; quemadmodum trecentis diebus ius dici finxit, licet nemo nesciret multo minorem dierum fastorum esse numerum. Cuivis civi Atheniensi, qui triginta annos natus esset, ad archontum collegium nomen suum deferre licebat, ut in iudicum sortitione eius ratio haberetur; quo tamen iure soli fere uti solebant homines grandaevi et pauperes, qui graviora agere nequirent et triobolum minime spernerent. Cf. Richter prolegom. Vesp. p. 95, M. Fränkel die attischen Geschworenengerichte p. 9.

666.] *εἰς τοὺς ἀεὶ δημίζοντας, Cleony-*

---

[1]) Quamquam ita Aristophanis locum interpretatus est is qui in [Aristot.] de Rep. Athen. c. 24 scripsit sex milia iudicum fuisse Athenis. Cui quominus fidem habeamus, obstant quae in proxima vicinia leguntur egregie absurda.

ἀλλὰ μαχοῦμαι περὶ τοῦ πλήθους ἀεί.” — σὺ γάρ, ὦ
πάτερ, αὐτοὺς
ἄρχειν αἱρεῖ σαυτοῦ, τούτοις τοῖς ῥηματίοις περιπεφθείς.
κᾆθ᾽ οὗτοι μὲν δωροδοκοῦσιν κατὰ πεντήκοντα τάλαντα
ἀπὸ τῶν πόλεων, ἐπαπειλοῦντες τοιαυτὶ κἀναφοβοῦντες·
„δώσετε τὸν φόρον, ἢ βροντήσας τὴν πόλιν ὑμῶν ἀνατρέψω;”
σὺ δὲ τῆς ἀρχῆς ἀγαπᾷς τῆς σῆς τοὺς ἀργελόφους περιτρώγων.
οἱ δὲ ξύμμαχοι ὡς ᾔσθηνται τὸν μὲν σύρφακα τὸν ἄλλον
ἐκ κηθαρίου λαγαριζόμενον καὶ τραγαλίζοντα τὸ μηδέν,
σὲ μὲν ἡγοῦνται Κόννου ψῆφον, τούτοισι δὲ δωροφοροῦσιν
ὕρχας, οἶνον, δάπιδας, τυρόν, μέλι, σήσαμα, προσκεφάλαια,

---

668. περιπεφθείς] περιπεμφθείς VR.
670. ἀπὸ] παρὰ Hamaker.
671. δώσετε τὸν φόρον ἢ] δωροφορεῖτ᾽ ἢ ᾽γὼ Hamaker. Meineke edidit οἴσετε (imperat., cf. Ach. 1099 etc.) τὸν φόρον ἤ. — ἀνατρέψω] ἀναστρέψω VR.
673.] vocula μέν et adiectivum τὸν ἄλλον quo referantur non habent, et corrupta sunt igitur, nisi post vs. 674 aliquid excidit.
674. λαγαριζόμενον Suidas] λαγαρυζόμενον codices. — Post hunc versum lacunae signa posuit Blaydes.
675. δωροφοροῦσιν V] δωροδοκοῦσιν R.
676. οἶνον] οἴνου Bergk cum Polluce VI 14 (et X 73).

---

mum nimirum eosque qui istius hominis sunt similes; cf. vs. 593 et 699.

— κολοσυρτόν] *turbam clamitantem*, vid. Hom. N 472 Ar. Plut. 536, hinc contumeliose admodum nostro loco adhibitum est vocabulum ad *faeculam urbanam* (*het janhagel*) designandam. Cleonymum dixisse τὸν δῆμον quivis intellegit.

668. περιπεφθείς] vid. Plut. 159.

672. ἀργελόφους] *carnium partes quae edi nequeant* (*de knarretjes*).

— περιτρώγων] cf. vs. 596.

673. σύρφακα] e dictione vulgari desumta est haec vox, quae idem valet quod ὁ συρφετός, nempe *paleas*, hinc *popellum* (*het uitvaagsel*); cf. Plat. Theaetet. 152 *c* τοῦτο ἡμῖν μὲν ᾐνίξατο Πρωταγόρας τῷ πολλῷ συρφετῷ, τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐν ἀπορρήτῳ τὴν ἀλήθειαν ἔλεγεν, Euphron. fr. 10 (apud Athen. 377 *d*) δεῖ δέ, Καρίων, | ὅταν μὲν ἔλθῃς εἰς τοιοῦτον συρφετόν, | .... εἶναι δίκαιον. Simili imagine usus Ach. 507 cives, inter quos peregrini nulli adsunt, comicus vocat περιεπτισμένους, fortasse etiam Plato comicus eam adhibuit in fabula, cui Σύρφαξ nomen fuit. — Ceterum textum corruptum aut lacunosum esse apparet, nam voces μέν et τὸν ἄλλον apte explicari nequeunt, nisi opponatur τοὺς δὲ δημαγωγοὺς δυσκόλους ὄντας καὶ τρυφεροὺς vel eiusmodi aliquid.

674. καὶ — μηδέν] *et id quod nihili est avide* (tanquam cibos pretiosissimos) *devorantes*.

675. Κόννου ψῆφον] locutio, quam ex Amipsiae fabula Κόννῳ (anno 423 acta) desumtam esse suspicor, quid significet contextus docet, nempe *hominem cuius nulla habetur ratio*, „*the man of no account*”, *een nul in 't cijfer* (cf. nostrum *een Joris goedbloed*); sed unde originem habeat ignoramus.

676. ὕρχας] *salsamenta*, pisces in vas-

[illegible] [περι-πέσσω überbacken, obcrustare] —

Φιάλας, χλανίδας, στεφάνους, ὅρμους, ἐκπώματα, πλουθυγίειαν·
σοὶ δ' ὧν ἄρχεις, π ο λ λ ὰ μ ὲ ν ἐ ν γ ῇ π ο λ λ ὰ δ' ἐ φ' ὑ γ ρ ᾷ π ι τ υ λ ε ύ σ α ς,
οὐδεὶς οὐδὲ σκορόδου κεφαλὴν τοῖς ἑψητοῖσι δίδωσιν.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

μὰ Δί' ἀλλὰ παρ' Εὐχαρίδου καὐτὸς τρεῖς γ' ἄγλιθας μετέπεμψα.
ἀλλ' αὐτήν μοι τὴν δουλείαν οὐκ ἀποφαίνων ἀποκναίεις.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οὐ γὰρ μεγάλη δουλεία ἐστὶν τούτους μὲν ἅπαντας ἐν ἀρχαῖς
αὐτούς τ' εἶναι καὶ τοὺς κόλακας τοὺς τούτων μισθοφοροῦντας;
σοὶ δ' ἤν τις δῷ τοὺς τρεῖς ὀβολούς, ἀγαπᾷς· οὓς αὐτὸς ἐλαύνων
καὶ πεζομαχῶν καὶ πολιορκῶν ἐκτήσω πολλὰ πονήσας.

---

678. σοὶ δ' Fl. Christianus] σὺ δ' R, σὺ δέ γ' V; Bentley σοὶ δέ γ' ὃς ἄρχεις.
680. καὐτὸς] Zacher κἀχθὲς coll. vs. 500 Lys. 700, quod placet, temporis enim indicium aliquod requiritur. — γ'] om. dett., delet Blaydes.
681. ἀποκναίεις] μ' ἀποκναίεις vHerwerden coll. vs. 1202 Pac. 166 Ach. 470 Thesm. 1073.
684. ἀγαπᾷς] ἀγαπᾶν σ' Blaydes sine causa. — οὓς] οἷς R, ὧν mavult Hamaker (= τούτων ἃ, *ex iis quae*), cf. vs. 467.

---

culis diotis conditos („*vaatjes nieuwe haring*").

— δάπιδας] item Eccl. 840 et Plut. 528.

677. πλουθυγίειαν] vox a comico ficta summam omnium quae praecedunt bonorum continet; cf. Eq. 1091 Av. 731.

678. πιτυλεύσας] vox πίτυλος indicat atque imitatur sonum remi aquam ferientis dum immergitur; verbum πιτυλεύειν igitur nonnisi ad id quod proxime praecedit ἐφ' ὑγρᾷ pertinet, sed per attractionem etiam ad ἐν γῇ referendum est; recte scholiasta suis verbis reddit πολλὰ πεζομαχήσας καὶ ναυμαχήσας (cf. vs. 684 sq. et 1119). Ex carmine aliquo in Athenarum honorem composito haec afferri patet.

680. ἄγλιθας] *allia*, σκορόδου κεφαλάς, cf. Ach. 763. Eucharidem olitorem fuisse contextus docet.

— μετέπεμψα] *peti iussi*. Activo etiam Thucydides utitur, sed medium multo est usitatius.

681. ἀποκναίεις] *taedio afficis*. Cf. Menandr. fr. 341 τί οὐ καθεύδεις; σύ μ' ἀποκναίεις περιπατῶν. Vid. Eccl. 1087.

682. οὐ γὰρ] ab his particulis loquendi initium faciunt qui cum indignatione rogant; vid. Ach. 576, 827 Eq. 1392 Vesp. 836, 1299 Ran. 25 Soph. Ai. 1320. — Totus autem locus conferendus est cum Ach. 600 sqq. et 676 sqq.

684. τοὺς] *notos illos*, quos crepant demagogi.

καὶ πρὸς τούτοις ἐπιταττόμενος φοιτᾷς, ὃ μάλιστά μ' ἀπάγχει,
ὅταν εἰσελθὸν μειράκιόν σοι κατάπυγον, Χαιρέου υἱός,
ὡδὶ διαβάς, διακινηθεὶς τῷ σώματι καὶ τρυφερανθείς,
ἥκειν εἴπῃ πρῷ κἀν ὥρᾳ δικάσονθ'· „ὡς ὅστις ἂν ὑμῶν
ὕστερος ἔλθῃ τοῦ σημείου, τὸ τριώβολον οὐ κομιεῖται".
αὐτὸς δὲ φέρει τὸ συνηγορικόν, δαρχμήν, κἢν ὕστερος ἔλθῃ·
καὶ κοινωνῶν τῶν ἀρχόντων ἑτέρῳ τινὶ τῶν μεθ' ἑαυτοῦ,
ἤν τίς τι διδῷ τῶν φευγόντων, ξυνθέντε τὸ πρᾶγμα δύ' ὄντε
ἐσπουδάκατον, κᾆθ' ὡς πρίονθ' ὁ μὲν ἕλκει, ὁ δ' ἀντενέδωκεν·
σὺ δὲ χασκάζεις τὸν κωλακρέτην, τὸ δὲ πραττόμενόν σε λέληθεν.

---

691. *δαρχμήν, κἢν ὕστερος*] codices *δραχμήν* contra metrum; correxit Bergk. Cobet coniecit *κἂν (κἢν) πάντων ὕστατος*.

694. *πρίονθ'* Reisig et Dobree] *πρίον(ες)* VR, *πρίων* alii. — *ἀντενέδωκεν* Dobree] *ἀντανέδωκεν*.

695. *χασκάζεις*] *χάσκεις πρὸς* Blaydes. — *κωλακρέτην* V] *-γρέτην* R non recte.

687.] *Chaeream*, oratorem (cf. v. 691) aliunde nobis ignotum, testibus scholiis derisit Eupolis in Baptis fabula ut *ξένον*. Aristophani cur nostro loco eius mentionem iniceret causa aut unica aut praecipua fuit sonus nominis, quod hominem gaudia appetentem significare potest (*een Jantje plezier*). Cf. *Χάρης* Acharn. 604 et vid. supra ad vs. 84.

688. *διακινηθεὶς*] *fracto elumbique incessu usus*. Cf. Nub. 477 Pac. 156.

689. *ἐν ὥρᾳ*] vid. vs. 242.

690.] *σημεῖον* quod dicitur est signum quo sessionis initium indicatur. Cf. vs. 775 et 891.

692 sqq.] simillima leguntur in Ach. 685 sqq.

692. *κοινωνῶν*] accuratius dictum foret *κοινωνεῖ . . . κἤν τις* etc.; non tamen credo corruptum esse textum.

694.] *ἐνδοῦναι* est *cedere*, *to give in*, *toegeven*.

695. *χασκάζεις*] eadem ratione formatum est qua *δρᾱσκάζειν* (*-δρᾶναι*), *σαρκάζειν* (*σέσηρα*); cf. etiam *νυστάζειν* vs. 12 etc. — *Ore late diducto* (ut pullus escam a matre flagitans) *quaestorem intueris*. Cf. Hom. I 323 *ὡς δ' ὄρνις ἀπτῆσι νεοσσοῖσι προφέρῃσι | μάστακ'* etc. — Imago qua utitur poeta quam sit faceta tum demum probe intellegimus cum recordamur Athenienses nummos oblatos ore recipere fuisse solitos, vid. supra vs. 609. — Praeterea os apertum stuporis esse signum non est cur moneam.

— *τὸν κωλακρέτην*] hi magistratus, quorum munus ante Clisthenem aliquanto gravius fuisse videtur, hoc tempore curam habebant aerarii, ex quo pendebantur iudicum merces, sumtus cenae quae in prytaneo habebatur, inscriptionum publicarum, alia.

— *τὸ πραττόμενον*] *id quod agitur, quod assequi cupiunt*. Minime confundenda sunt hoc participium et *τὸ γιγνόμενον*, *id quod fit*.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ταυτί με ποιοῦσ'; οἴμοι, τί λέγεις; ὥς μου τὸν θῖνα ταράττεις,
καὶ τὸν νοῦν μου προσάγεις μᾶλλον, κοὐκ οἶδ' ὅ τι χρῆμά με ποιεῖς.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

σκέψαι τοίνυν ὡς, ἐξόν σοι πλουτεῖν καὶ τοισίδ' ἅπασιν,
ὑπὸ τῶν ἀεὶ δημιζόντων οὐκ οἶδ' ὅπῃ ἐγκεκύκλησαι·
ὅστις πόλεων ἄρχων πλείστων, ἀπὸ τοῦ Πόντου μέχρι Σαρδοῦς,
οὐκ ἀπολαύεις πλὴν τοῦθ' ὃ φέρεις, ἀκαρές· καὶ τοῦτ' ἐρίῳ σοι
ἐνστάζουσιν κατὰ μικρὸν ἀεί, τοῦ ζῆν ἕνεχ', ὥσπερ ἔλαιον.
βούλονται γάρ σε πένητ' εἶναι· καὶ τοῦθ' ὧν οὕνεκ' ἐρῶ σοι·
ἵνα γιγνώσκῃς τὸν τιθασευτήν, κᾆθ', ὅταν οὗτός σ' ἐπισίξῃ,

698. καὶ τοισίδ' Cobet] καὶ τοῖσιν codices, κἀστοῖσιν Meineke.
699. ὅπῃ Suidas] ὅποι.
701. ἀκαρές Suidas] ἀκαρῆ (vel ἀκαρῆι) codices, quod servans Hamaker coniecit πλὴν μισθοφορεῖς ἀκαρῆ· καὶ ταῦτ'.
702. ἔλαιον V] ἄλευρον R absurde, farina enim lanae instillari nequit.
703. τοῦθ' ὧν Bentley] τούτων.
704. σ' Meineke] γ'. — ἐπισίξῃ V] -ζῃ.

696. μου τὸν θῖνα ταράττεις] locutio proverbialis = ἐκ βυθοῦ με κινεῖς (schol.), *funditus commoveor*. Cf. Plaut. Rudent. vs. 539 *a fúndamento mihi úsque movistí mare*. Pulcherrimis versibus eandem imaginem pinxit Sophocles Antig. 586 ὁμοῖον ὥστε πόντιον | οἶδμα, δυσπνόοις ὅταν | Θρῄσσαισιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς, | κυλίνδει βυσσόθεν 'κελαινὰν | θῖνα, καὶ δυσάνεμοι | στόνῳ βρέμουσιν ἀντιπλῆγες ἀκταί. Praeterea vid. Verg. Aen. I 107 *furit aestus arenis*.

697. χρῆμα] vid. vs. 266.

699. δημιζόντων] eorum qui populum crepant, partibus popularibus se addictos esse nunquam non asseverant (vs. 666). Cf. πατερίζειν vs. 652, παππίζειν vs. 609.

701. φέρεις] *meres, accipis*, nempe τὸ δικαστικόν, τὸν μισθόν. Tu, qui toti Graeciae imperare te putas (cf. Eq. 162 sqq.), paucos istos nummos, qui e tantis civitatis reditibus tibi conceduntur, non gratis accipis sed prius merere debes. Idem Demosthenes Olynth. III § 37 his verbis dixit: τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν προσοφείλετε, quem locum contulit Bergler.

— ἀκαρές] vid. ad vs. 91 sq.

702.] et ne istam quidem mercedem larga manu tibi praebent, sed guttatim instillant, veluti remedium aliquod a medico lanae infusum ut vulneri applicetur ad dolorem leniendum. Cf. Deianirae verba narrantis quomodo philtro lanae infuso pallium illeverit Soph. Trachin. 689 ἔχρισα μὲν κατ' οἶκον ἐν δόμοις κρυφῇ | μαλλῷ, σπάσασα κτησίου βοτοῦ λάχνην etc.

704. ἐπισίξῃ] *incitare*, ut canem; idem valet ἐπιρρύζειν vs. 705. A canibus trans-

ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν τιν' ἐπιρρύξας, ἀγρίως αὐτοῖς ἐπιπηδᾷς.
εἰ γὰρ ἐβούλοντο βίον πορίσαι τῷ δήμῳ, ῥᾴδιον ἦν ἄν.
εἰσίν γε πόλεις χίλιαι, αἳ νῦν τὸν φόρον ἡμῖν ἀπάγουσιν·
τούτων εἴκοσιν ἄνδρας βόσκειν εἴ τις προσέταξεν ἑκάστῃ,
δύο μυριάδ' ἂν τῶν δημοτικῶν ἔζων ἐν πᾶσι λαγῴοις
καὶ στεφάνοισιν παντοδαποῖσιν καὶ πυῷ καὶ πυαρίτῃ,
ἄξια τῆς γῆς ἀπολαύοντες καὶ τοῦ ἐν Μαραθῶνι τροπαίου.
νῦν δ' ὥσπερ ἐλαολόγοι χωρεῖθ' ἅμα τῷ τὸν μισθὸν ἔχοντι.

705. τῶν ἐχθρῶν Kuster] τὸν ἐχθρόν.
708. προσέταξεν] προσέταττεν Dawes.
709. μυριάδ' ἂν Dobree] μυριάδες.
710. πυαρίτῃ] πυριάτῃ VR.
711. τοῦ (ἐ)ν] τοῦ Bentley, sed vid. fr. 413 ibique Kock.

latum est etiam verbum σπαράττειν Ach. 688 Pac. 641 Plat. Rep. VII 539 *b*; vid. etiam infra vs. 943.

707. γε] *opinor*, vel *ut oratores dicere solent*. Numerum rotundum eumque vero longe maiorem a filio proferri quivis videt.

709. ἐν πᾶσι λαγῴοις] iocose sic dicitur pro ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς (Pherecrat. fr. 108[2], cf. πάντ' ἀγάθ' ἔχειν Ach. 982), ut ἐν πᾶσι βολίτοις Ach. 1026, ad beatam vitae condicionem significandam. Nempe ab Atheniensibus lepores inter animalia terrestria eodem fere loco habebantur quo anguillae (supra vs. 510) inter aquatilia; vid. Ach. 1006, 1110, Eq. 1192 sqq. In ipsa tamen Attica venatoribus lepusculum captare vix facilius erat quam leonem; Nausicrat. fr. 3 ἐν τῇ γὰρ Ἀττικῇ τίς εἶδε πώποτε | λέοντας ἢ τοιοῦτον ἕτερον θηρίον; | οὗ δασύποδ' εὑρεῖν ἐστιν οὐχὶ ῥᾴδιον. Quapropter ex Megaride (Ach. 520) vel ex Boeotia (Ach. 878) afferri solebant. Meris autem leporinis vesci felicitatis videbatur non minus incredibilis quam ὀρνίθων γάλα πίνειν, vid. supra vs. 508.

710. πυῷ] πυός est *colostrum*, lac vaccae vel capellae recens enixae (nostr. *biest*). Martial. XIII 38 *surripuit pastor quae nondum stantibus hoedis | de primo matrum lacte colostra damus*. Vid. Pac. 1150, fr. 318[5] et 569[4].

— πυαρίτῃ] sic, non πυριάτῃ, scribendum est, ni fallor; deducta enim est vox a substantivo τὸ πῦαρ, correpta prima vocali ante vocalem more epico, significare autem videtur cibum e lactis parte pinguiore paratum (*roomkaas?*). Iunguntur πυός et πυαρίτης etiam in comici alicuius, Cratini fortasse, versu quem afferunt scholia: πυὸν δαινύμενοι κἀμπιμπλάμενοι πυαρίτῃ.

711. Μαραθῶνι] cf. Ach. 181 Eq. 1334 fr. 413.

712. ἐλαολόγοι] olivae maturae nisi cito magnaque cum cura prelis mandantur, brevi corrumpuntur rancidumque praebent oleum; itaque locis ubi olivae coluntur certo anni tempore multae simul requiruntur manus ad fructus colligendos et mercenarii igitur sunt conducendi. Quapropter Atticos ἐλαολόγους haud inepte comparaveris cum herbae messoribus, qui in nostram patriam mense Iunio quotannis confluunt („*hannekemaaiers*") vel cum operariis qui in Anglia ad humuli semina decerpenda conducuntur („*hop-pickers*"), quos vel e Dickensii fabulis romanensibus novimus omnes. — Cf. Eccl. 308 sqq. τριώβολον ζητοῦσι λαβεῖν — ὥσπερ πηλοφοροῦντες.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(animum despondens et veluti attonitus adstat, gladius autem de manu eius excidit.)

οἴμοι, τί πέπονθ'; ὡς νάρκη μου κατὰ τῆς χειρὸς καταχεῖται,
καὶ τὸ ξίφος οὐ δύναμαι κατέχειν, ἀλλ' ἤδη μαλθακός εἰμι.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἀλλ' ὁπόταν μὲν δείσωσ' αὐτοί, τὴν Εὔβοιαν διδόασιν
ὑμῖν καὶ σῖτον ὑφίστανται κατὰ πεντήκοντα μεδίμνους
ποριεῖν· ἔδοσαν δ' οὐπώποτέ σοι, πλὴν πρῴην πέντε μεδίμνους —
καὶ ταῦτα μόλις ξενίας φεύγων ἔλαβες κατὰ χοίνικα — κριθῶν.

---

713. *πέπονθ'* Suidas] *ποθ'*. — *ὡς* Kuster] *ὥσπερ* codices; Meineke *ὥσπερ νάρκη μου τῆς χ. κ.*, alii aliter.
718. *κριθῶν*] *κριθάς* mavult Dobree, recepit Dindorf.

---

713. *νάρκη*] proprium hoc est nomen *raiae torpedinis*, piscis in mari mediterraneo degentis, qui ictu electrico percellit contrectantes; vox autem *torporem* significat et verbum *ναρκᾶν* *torpere*, vid. e. g. Hom. Θ 328 *νάρκησε δὲ χεὶρ ἐπὶ καρπῷ*, Menandr. fr. 498 *ὑπελήλυθέν τέ μου | νάρκα* (sic) *τις ὅλον τὸ δέρμα*. Notissimam hinc comparationem duxit Plato Menon. p. 80.

714. *κατέχειν*] cf. Ran. 160. Scholia contendunt iocose hic alludi ad Menelaum nudo Helenae pectore conspecto demittentem gladium quo uxorem adulteram percussurus erat (Eur. Andromach. 629 Ar. Lysistr. 156, quibus praeivit parvae Iliadis auctor; cf. Helbig Hom. Epos p. 125). Nimis tamen obscura haec foret parodia, quapropter non credo comicum de Menelao hoc loco cogitasse.

715. *τὴν Εὔβοιαν διδόασιν*] *promittunt vobis omne Euboeae frumentum*, quicquid in agris Euboicis frumenti crescit. Nihil hoc significat nisi ingentes et vere insanas largitiones; perabsurdum vero est quod contendunt scholia, praecedenti anno Athenienses expeditionem in Euboeam — in suam ipsorum scilicet regionem — fecisse, quod de nihilo fictum esse commentum optime demonstravit Mueller Struebing Aristophanes und seine Zeit p. 75 sqq.

716. *κατὰ πεντήκοντα μεδίμνους*] promissum hoc est ridicule exaggeratum; tantum nimirum singulis civibus largituros se dicunt demagogi, quantum per leges patrias domi suae habere iis licebat; lege enim cautum erat ne quis plus quinquaginta medimnis frumenti coëmeret, vid. Lys. Or. XXII 5, Boeckh Staatshaushaltung I p. 89.

717. *πρῴην*] *nuper*. Qua occasione civibus egenis datum sit frumentum quod spectat comicus, ignoramus; sed belli tempora multas huiusmodi tulerunt occasiones, cara enim iam erat annona et urbis moeniis inclusa erant multa hominum milia, quae rure vivere olim solebant. Certum est non alludi ad largitionem quae anno 444 facta est.

718.] et si tandem aliquando eo perducta est res ut frumenti distribuatur aliquid inter cives esurientes, primo probandum tibi est civem te esse; quod ubi

ὧν οὕνεκ' ἐγώ σ' ἀπέκλῃον ἀεί,
βόσκειν ἐθέλων καὶ μὴ τούτους
ἐγχάσκειν σοι στομφάζοντας.
καὶ νῦν ἀτεχνῶς ἐθέλω παρέχειν
ὅ τι βούλει σοι,
πλὴν κωλακρέτου γάλα πίνειν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἦ που σοφὸς ἦν ὅστις ἔφασκεν, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς,
οὐ δεῖν δικάσαι. σὺ γὰρ οὖν νῦν μοι νικᾶν πολλῷ δεδόκησαι·
ὥστ' ἤδη τῆς ὀργῆς χαλάσας τοὺς σκίπωνας καταβάλλω.

(Choreutae scipiones proiciunt.)

---

724. *κωλακρέτου*] *τοῦ κωλακρέτου* (*-γρέτου* R²) VR.

725. *ἦ που σοφὸς ἦν*] alludi ad Aesch. Prom. 887 putat Porson, quem secutus Elmsley *ἦ σοφὸς ἦ σοφὸς* h. l. (ut legitur apud Aeschylum) scribendum proponebat.

726. *οὐ δεῖν δικάσαι* Blaydes] *οὐκ ἂν δικάσαις*. Meineke *οὐ μὴ δικάσεις* (male); conici potest etiam *οὐκ εὖ δικάσεις* vel *οὐ χρὴ* (*δεῖ*) *δικάσαι* vel, quod melius placet, **ἀκούσῃ* | *οὐκ ἂν δικάσαι* (*nisi utraque parte audita se non esse iudicaturum*). — Simillimo vitio laborat Pac. 405.

727. *τῆς ὀργῆς* Blaydes] *τὴν ὀργήν*.

---

testibus adhibitis evicisti, vix decima pars frumenti quod promissum fuerat tibi persolvitur; apparet autem non triticum esse, quod speraveras, sed vile illud hordeum; neque vero rata pars sic statim tibi dono datur, sed quotidie recurrendum est ad magistratum ut unius diei victum tibi petas. — Maximas igitur copias qui modo promittebant, tantum porrigunt tibi quantum satis est ad vitam per paucas horas sustentandam. — Cf. quae ad vs. 440 sunt annotata.

721. *ἐγχάσκειν*] *irridendi* sensu etiam Ach. 221 Eq. 1313 Nub. 1436 Vesp. 1007 Lysistr. 271 adhibuit comicus. — *στομφάζοντας*] cf. Nub. 1367.

722.] vid. Nub. 439.

724.] vid. vs. 508 et de colacretis vs. 695.

725.] proverbium, quod h. l. et vs. 919 spectatur, ab Hesiodo aut Phocylide his verbis fuerat enunciatum: *μηδὲ δίκην δικάσῃς πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς*. Vid. praeterea Eur. Androm. 957 Heraclid. 179. In iureiurando, quod iudices praestare debebant (*τῷ ἡλιαστικῷ ὅρκῳ*), disertis verbis dicebatur „utrique pariter aurem praebebo", vid. Lys. Or. XIV § 40, Demosth. XXIV § 151.

726.] victum se fatetur chorus; cf. Ach. 626 Av. 540. — *δεδόκησαι*] = *δοκεῖς*, cf. *κεχάρησαι* vs. 389 = *χαίρεις*.

727.] cf. Av. 383 et supra ad vs. 574.

SCENA DECIMA QUARTA.

Eidem.

Stropha (vs. 728—736).

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ὦ τῆς ἡλικίας ἡμῖν τῆς αὐτῆς ξυνθιασῶτα,
πιθοῦ, πιθοῦ λόγοισι, μηδ' ἄφρων γένῃ
μηδ' ἀτενὴς ἄγαν ἀτεράμων τ' ἀνήρ.
εἴθ' ὤφελέν μοι κηδεμὼν ἢ ξυγγενὴς
εἶναί τις ὅστις τοιαῦτ' ἐνουθέτει.
σοὶ δὲ νῦν τις θεῶν παρὼν ἐμφανὴς
ξυλλαμβάνει τοῦ πράγματος,
καὶ δῆλός ἐστιν εὖ ποιῶν·
σὺ δὲ παρὸν δέχου.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

καὶ μὴν θρέψω γ' αὐτὸν | παρέχων
ὅσα πρεσβύτῃ ξύμφορα, χόνδρον
λείχειν, χλαῖναν μαλακήν, σισύραν,
πόρνην, ἥτις τὸ πέος τρίψει
καὶ τὴν ὀσφύν.

Antistropha (vs. 741—749).

ἀλλ' ὅτι σιγᾷ κοὐδὲν γρύζει, τοῦτ' οὐ δύναταί με προσέσθαι.

---

736. *παρὸν* Blaydes] *παρών*.
742. *οὐ δύναται*] nonne requiritur **οὐκ ἐθέλει*?

---

728. *ξυνθιασῶτα*] item Plut. 508.

730.] metro dochmiaco Ar. interdum usus est cum tragicam dictionem imitaretur: Nub. 1163 sq., Vesp. 730 = 744, Plut. 637, 639 sq.; praeterea adhibitum est Ach. 358—363 = 385—390, 489—491, 494—496, 566—571 et Av. 427—430, 1188—1194, 1262—1268.

— *ἀτενής*] *lentus*, *tenax*, cf. e. g. Soph. Antig. 826 *κισσὸς ἀτενής*.

— *ἀτεράμων*] *qui flecti nescit*, item Ach. 181 Plat. Legg. IX 880*e*, cf. *ἀτέραμνος* Hom. ψ 167, Ruhnken. ad Tim. p. 248 (s. v. *τέγγεσθαι*).

737. *χόνδρον*] *pultem*, item fr. 203 *ἢ χόνδρον ἕψων εἶτα μυῖαν ἐμβαλὼν | ἐδίδου ῥοφεῖν ἄν*. Vid. praeterea Pherecrat. fr. 108[18], Antiphan. 34, Eubul. 90, Ephipp. 8, Alexid. 191.

738. *σισύραν*] *stragulam vestem*, *lodicem*, cf. vs. 1138 Nub. 10 Ran. 1459 etc.

742.] *non mihi placet* (*dat wil mij niet aanstaan*). Item. Eq. 359 *ἓν δ' οὐ προσίεταί με*, Herodot. I 48 *τῶν μὲν δὴ οὐδὲν προσίετο μίν*. Cf. *προσίσταταί μοι* = *stomachum mihi movet* (*het staat mij tegen*). — Iocose admodum Aristophanes h. l. imitatur tragicorum artem; vid. Soph. Antig. 1251 (postquam tacita discessit regina): *ἐμοὶ δ' οὖν ἥ τ' ἄγαν σιγὴ βαρὺ | δοκεῖ προσεῖναι χἠ μάτην πολλὴ βοή*, item Oed. R. 1074 Trach. 813.

ΧΟΡΟΣ.

νενουθέτηκεν αὐτὸν εἰς τὰ πράγμαθ' οἷς
τότ' ἐπεμαίνετ'· ἔγνωκε γὰρ ἀρτίως
λογίζεταί τ' ἐκεῖνα πάνθ' ἁμαρτίας
ἃ ⟨σοῦ κελεύοντος⟩ οὐκ ἐπείθετο.
νῦν δ' ἴσως τοῖσι σοῖς λόγοις πείθεται,
καὶ σωφρονεῖ μέντοι μεθι-
στὰς εἰς τὸ λοιπὸν τὸν τρόπον
πιθόμενός τέ σοι.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(desperanti atque vesanienti similis:)

ἰώ μοί μοι.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οὗτος, τί βοᾷς;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

μή μοι τούτων μηδὲν ὑπισχνοῦ.
κείνων ἔραμαι, κεῖθι γενοίμαν,
ἵν' ὁ κῆρυξ φησί· „τίς ἀψήφι-
στος; ἀνιστάσθω."
κἀπισταίην ἐπὶ τοῖς κημοῖς
ψηφιζομένων ὁ τελευταῖος.
σπεῦδ' ὦ ψυχή. ποῦ μοι ψυχή;

---

747. σωφρονεῖ μέντοι] σωφρονεῖν μέλλει Blaydes male.

748. μεθιστὰς ... τὸν τρόπον] μεθεστὼς ... τῶν τρόπων Hirschig coll. Vesp. 1451 Plut. 365 (et Eq. 397, ubi μεθέστηκε scribit pro μεθίστησι); sed videtur falsam analogiam captasse, nam si μεθεστὼς hic legeretur, sequi deberet τῶν πρὶν vel τῶν προτέρων vel τῶν σκληρῶν τρόπων vel simile quid. Adde quod hoc ipso temporis articulo prima in sene cernuntur vacillantis mentis signa; nondum *mutavit* consilia totamque vitae suae rationem sed *mutat* vel in eo est ut mutet, itaque μεταστὰς certe praestaret, si quid videretur mutandum, quod nego.

749. πιθόμενος] πειθόμενος codices. — τί V] τί μοι R.

---

749. οὗτος] vid. ad vs. 1.

751.] colorem Euripideum haec habent manifestum; subsimilia autem sunt quae leguntur Alcest. 867 ζηλῶ φθιμένους, κείνων ἔραμαι, Hippol. 215 πέμπετέ μ' εἰς ὄρος etc., 230 εἴθε γενοίμαν ἐν σοῖς δαπέδοις etc. (qui locus ridetur fr. 51); sed alludi videtur ad locum ex deperdito aliquo tragici dramate.

752.] insolita admodum in anapaestico rhythmo est caesura feminina, vid. Christ Metrik² p. 252.

754. κημοῖς] vid. vs. 99.

756. ψυχή] hic quoque Euripidis dictionem imitatur comicus. Sic Medea dum frustra secum colluctatur, animum variis affectibus iactatum tanquam extra se collocatum sibique oppositum his verbis

πάρες ὦ σκιερά — μὰ τὸν Ἡρακλέα,
μή νυν ἔτ' ⟨ἐγὼ ἐν τοῖσι δικασταῖς⟩
κλέπτοντα Κλέωνα λάβοιμι.

SCENA DECIMA QUINTA.

Eidem.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἴθ' ὦ πάτερ, πρὸς τῶν θεῶν, ἐμοὶ πιθοῦ.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

τί σοι πίθωμαι; λέγ' ὅ τι βούλει, πλὴν ἑνός.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ποίου; φέρ' ἴδω.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

τοῦ ⟨μὴ δικάζειν⟩· τοῦτο δὲ
Ἅιδης διακρινεῖ πρότερον ἢ 'γὼ πείσομαι.

---

increpat (Eur. Med. vs. 1056 sqq.): *μὴ δῆτα θυμέ, μὴ σύ γ' ἐργάσῃ τάδε. | ἔασον αὐτούς, ὦ τάλαν· φεῖσαι τέκνων· | ἐκεῖ μεθ' ἡμῶν ζῶντες εὐφρανοῦσί σε*, quae pressius etiam sequitur Aristophanes Ach. 450, 480, 483, 485, 488 Eq. 1194. Vid. etiam Hecuba in fabula cognomini vs. 736 ita se ipsam alloquens: *δύστην', ἐμαυτὴν γὰρ λέγω λέγουσα ⟨σέ⟩, | Ἑκάβη, τί δράσω;* — Idem loquendi genus adhibitum est in notissimo dicto Homerico *τέτλαθι δὴ κραδίη υ* 18. Cf. praeterea Soph. Antig. 227.

— *ποῦ μοι ψυχή*] perridicule copulantur verba cothurnata quaeque socco unice sunt apta; nam illud *ποῦ μοι* quam sit alienum a tragica dignitate nemo non sentit.

757.] scholia afferunt locum ex Euripidis Bellerophonte, quem comicus imitatur: *πάρες ὦ σκιερὰ φυλλάς, ὑπερβῶ | κρηναῖα νάπη* (fr. 310 Dind.; cf. Valcken. Diatrib. p. 166). Sed in Philocleonis ore quid significet imperativus *πάρες* non capio, versus autem 758 sq. nullum sensum idoneum praebent, quantum video. Quapropter vix dubito quin corruptus sit locus. — Cleonis furtum quid dicatur nescio, sed libenter contulerim Ach. vs. 6; nimirum in fabula Babyloniis Cleonem equites cogebant reddere quinque talenta, quae ab insulanis dono accepisse fingebatur; vid. Gregorius Corinthius in Rhetor. Graec. VII 1345 [1]).

762 sq.] in Euripidis tragoedia Cressis, quae anno 438 scenae est commissa, Cretae rex Catreus haec verba dicebat ad filiam suam Aëropen in ministri amplexu deprehensam; mercatori deinde puellam tradidit mari mergendam, sed hic vivam eam Argos abduxit, ubi nupsit Atreo. — In scholio pro *ὁ Ἀτρεὺς πρὸς τὴν Ἀερόπην* legendum est *ὁ Κατρεύς*, quod restitui in commentatione de Sophoclis Aiace 1881 p. 177.

---

1) Sic in Acharnensium editione mea anno 1885 locum explicavi. Ex recensione quadam deinde didici, eadem ratione Aristophanis verba interpretatum esse virum d. Lübke in observationibus criticis in historiam veteris Graecorum comoediae 1883 p. 17 sq.; tertius autem philologus nuper idem contendit Merry in editione cum annot. Angl.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

σὺ δ' οὖν, ἐπειδὴ τοῦτο κεχάρηκας ποιῶν,
ἐκεῖσε μὲν μηκέτι βάδιζ', ἀλλ' ἐνθαδὶ
αὐτοῦ μένων δίκαζε τοῖσιν οἰκέταις.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

περὶ τοῦ; τί ληρεῖς;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ταὖθ' ἅπερ ἐκεῖ πράττεται.
ὅτι τὴν θύραν ἀνέῳξεν ἡ σηκὶς λάθρα,
ταύτης ἐπιβολὴν ψηφιεῖ μίαν μόνην.
πάντως γε κἀκεῖ ταῦτ' ἔδρας ἑκάστοτε.
καὶ ταῦτα μέν νυν εὐλόγως, ἢν ἐξέχῃ
εἵλη κατ' ὄρθρον, ἡλιάσει πρὸς ἥλιον·
ἐὰν δὲ νίφῃ, πρὸς τὸ πῦρ καθήμενος.
† ὕοντος, εἴσει· † κἂν ἔγρῃ μεσημβρινός,
οὐδείς σ' ἀποκλήσει θεσμοθέτης τῇ κιγκλίδι.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

τουτί μ' ἀρέσκει.

---

765. ἐνθαδὶ Meineke] ἐνθάδε.

767. ταὖθ' Boissonade] ταῦθ'. Meineke πρᾶτθ'. An *ταὖθ' ἅπερ ἐκεῖ πρᾶττ' ἀεί? Dobree pro ἐκεῖ malebat ἃ κἀκεῖ.

769. ταύτης] ταύτῃ γ' Blaydes. — Post hunc versum aliquid excidisse suspicatur Meineke.

770. γε] δὲ VR. — ταῦτ'] Cobet proposuit τοῦτ', postea ταὖτ'.

771 sq. ἐξέχῃ | εἵλη] ἐξέγρῃ | εὐνῆς Reiske, ἐξέγρῃ | εἵλης (ἕλης) Meineke.

772. εἵλη] ἕλη V.

774. ὕοντος] ὕοντας V sine sensu, sed fortasse veri aliquod indicium servans, nam vulgata quoque sensu caret; expectatur fere *ἐὰν δ' ὑποπίῃς.

776. μ'] γ' VR.

---

768. σηκὶς] *serva in heri domo nata.*

769. μίαν] sc. δραχμήν, quae vox omitti solet cum multa statuitur. In iurisconsultorum ore vox ἐπιβολή *multam* valet, vid. Ruhnk. ad Tim. p. 116, Frohberger ad Lys. XV § 5; sed aliud genus poenae iocose nunc innui, illud nimirum quod Ach. 275 apertis verbis significatur, apparet coll. Av. 1215 et 1256.

771. ἐξέχῃ] cf. popularis cantilena ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε, *prodi* (*e nubibus*) *o carissime sol* (*zonnetje-lief*, *kom door*). — Totus hic locus in mentem revocat Euripidis versus Cycl. 323 sqq.

772.] de verborum lusu cf. vs. 353.

775. τῇ κιγκλίδι] vid. ad vs. 124.

776. μ'] quoniam locis, ubi integrum extat pronomen, verbum ἀρέσκειν *placere* apud Aristophanem, ut apud alios, dativum adsciscit (Eq. 1311 Vesp. 818 Pac. 1143 Eccl. 710; unus versus Ran. 103 discrepat, quem corruptum esse suspicor),

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

πρὸς δὲ τούτοις γ', ἢν δίκην
λέγῃ μακράν τις, οὐχὶ πεινῶν ἀναμενεῖς,
δάκνων σεαυτὸν καὶ τὸν ἀπολογούμενον;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

πῶς οὖν διαγιγνώσκειν καλῶς δυνήσομαι
ὥσπερ πρότερον τὰ πράγματ', ἔτι μασώμενος;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

πολλῷ γ' ἄμεινον· καὶ λέγεται γὰρ τουτογί,
ὡς οἱ δικασταὶ ψευδομένων τῶν μαρτύρων
μόλις τὸ πρᾶγμ' ἔγνωσαν ἀναμασώμενοι.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἀνά τοί με πείθεις. ἀλλ' ἐκεῖν' οὔπω λέγεις,
τὸν μισθὸν ὁπόθεν λήψομαι.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

παρ' ἐμοῦ.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

καλῶς,
ὁτιὴ κατ' ἐμαυτὸν κοὐ μεθ' ἑτέρου λήψομαι.
αἴσχιστα γάρ τοί μ' εἰργάσατο Λυσίστρατος

---

781. γ'] 'τ' (id est ἔτι) Lenting non improbante Cobeto.

---

nostro loco ceterisque qui similes sunt (Ach. 189 Eq. 359 Vesp. 1339 Thesm. 406 Plut. 353 Antiph. fr. 223) non *με* sed *μοι* intellegendum esse puto, servatam autem esse loquendi hanc formulam e prisca arte, quae diphthongum *οι* in pronominum personalium dativo singulari summa libertate elidi sinebat (vid. Enchiridium dictionis epicae p. 68—71). Comparo igitur interiectionis *οἴμοι* elisionem in Aristophane pervulgatam (Ach. 590, 1117 Eq. 998 etc.) et Sophocli quoque minime inauditam (Ai. 354, 587 Ant. 320, 1270), alienos autem hinc duco vetustorum poetarum locos, ubi verbo *ἀρέσκειν*, *placandi* sensu adhibito, accusativus subicitur.

780. *ἔτι μασώμενος*] *inter manducandum*; cf. Eq. 717 Thesm. 494 Eccl. 554 Plut. 321 etc.

783. *ἀναμασώμενοι*] *iterum manducantes* (*ut animalia ruminantia*), id est causam ampliatam denuo cognoscentes. — Gnomico aoristo poeta h. l. usus est, cf. vs. 574.

786.] cf. Eur. Cycl. 334.

787 sqq.] scurram fuisse Lysistratum etiam ex Ach. 855 Eq. 1266 Vesp. 1302, 1308 fr. 198[a] apparet. Nunc quendam eius iocum narrat Philocleo. Nempe cum iudices sedissent aliquando et officio perfuncti coniunctim mercedem suam accepissent a magistratu, drachmam nimirum integram, e tribunali recta in macellum tetenderunt, ibique ab institore aliquo pro nummo suo sex sibi obolos petiverunt, ut pecuniam inter se

ὁ σκωπτόλης. δραχμὴν μετ᾽ ἐμοῦ πρῴην λαβών,
ἐλθὼν διεκερμάτιζεν ἐν τοῖς ἰχθύσιν,
κἄπειτ᾽ ἐνέθηκε τρεῖς λοπίδας μοι κεστρέων·
κἀγὼ ᾽νέκαψ᾽, ὀβολοὺς γὰρ ᾠόμην λαβεῖν·
κᾆτα βδελυχθεὶς ὀσφρόμενος ἐξέπτυσα,
κᾆθ᾽ εἷλκον αὐτόν.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὁ δὲ τί πρὸς ταῦτ᾽ εἶφ᾽;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ὅ τι;
ἀλεκτρυόνος μ᾽ ἔφασκε κοιλίαν ἔχειν·
„ταχὺ γοῦν καταπέττεις ἀργύριον", ἦ δ᾽ ὃς γελῶν.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὁρᾷς ὅσον καὶ τοῦτο δῆτα κερδανεῖς;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οὐ πάνυ τι μικρόν. ἀλλ᾽ ὅπερ μέλλεις ποίει.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἀνάμενέ νυν· ἐγὼ δὲ πάνθ᾽ ἥξω φέρων.
(domum intrat.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(secum loquens:)
ὅρα τὸ χρῆμα· τὰ λόγι᾽ ὡς περαίνεται.

---

789. διεκερμάτιζεν R] -ζετ᾽ V, -ζε μ᾽ ceteri, unde -ζε μοι Lenting non recte.
790. ἐνέθηκε V (κάπειθεν ἔθηκε)] ἐπέθηκε R.
795. *καταπέττεις] καθέψεις VR, κατέψεις Suidas s. v. ἀλεκτρυών. *Concoquendi* sive *digerendi* verbum requiri optime perspexit Hirschig, sed non perfecit emendationem, scripsit enim καταπέψεις, futuro vero tempori nullus hic est locus. — γελῶν Tyrwhitt] λέγων.
798. πάνθ᾽ Reiske] ταῦθ᾽. Vid. vs. 805.

---

dividere possent. Tum Lysistratus tres squamas digitis tenens ad amicum accessit, qui alia agens labra diduxit ut ore reciperet quos offerri sibi putaret obolos (vid. ad vs. 609); sed statim oboluit ei fraus squamasque revomuit; tum vero alter ridens contendit galli gallinacei ei esse stomachum, qui vel argentum uno temporis puncto concoqueret, — squamas scilicet, quas sodalis cum abominatione respuerat, modo integros obolos fuisse perhibens.

789. διεκερμάτιζεν] a voce κέρματα Av. 1108 Plut. 379.

— ἐν τοῖς ἰχθύσιν] item Ran. 1068.

790. κεστρέων] de hoc piscium marinorum genere cf. Athenaeus VII p. 306 sq.

791. ἐνέκαψα] item Pac. 7, ἀνακάπτειν Av. 579 etc.

799. τὸ χρῆμα] vid. vs. 266.

ἠκηκόη γὰρ ὡς Ἀθηναῖοί ποτε
δικάσοιεν ἐπὶ ταῖς οἰκίαισι τὰς δίκας,
κἂν τοῖς προθύροισιν οἰκοδομήσοι πᾶς ἀνὴρ
αὑτῷ δικαστηρίδιον μικρὸν πάνυ,
ὥσπερ Ἑκάτειον, πανταχοῦ πρὸ τῶν θυρῶν.

(*Bdelycleo* redit cum *Sosia* aliisque servis nonnullis. Onusti sunt omnes variis vasis aliaque supellectile, quae disponuntur dum habetur sequens colloquium. Servi lectum et mensam ante domum collocant.)

SCENA DECIMA SEXTA.

Chorus, Philocleo, Bdelycleo, Sosias.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἰδού, τί ἔτ' ἐρεῖς; ὡς ἅπαντ' ἐγὼ φέρω
ὅσαπερ ἔφασκον, κἄτι πολλῷ πλείονα.
ἁμὶς μέν, ἢν οὐρητιάσῃς, αὑτηὶ
παρὰ σοὶ κρεμήσετ' ἐγγὺς ἐκ τοῦ παττάλου.

(matulam e paxillo ad parietem suspendit.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

σοφόν γε τουτὶ καὶ γέροντι πρόσφορον
ἐξηῦρες ἀτεχνῶς φάρμακον στραγγουρίας.

---

802. -οισιν οἰκοδομήσοι Hirschig] -οις ἐνοικοδομήσει V, -οις ἀνοικοδομήσει R.
806. ὅσαπερ V] ὅσαπέρ γ' R, ὅσαπέρ τ' Cobet.
808. ἐκ Bergk] ἐπὶ codices, ἀπὸ Halbertsma.

---

804. Ἑκάτειον] vid. vs. 96.

807.] a cenis, ubi genio suo indulgebant convivae, matula aliena non erat; quin Aeschylus in dramate satyrico τοῖς Ὀστολόγοις (fr. 179 Dind.) mentionem eius inicere non est dedignatus, Ulixi haec tribuens verba: ὅδ' ἐστὶν ὅς ποτ' ἀμφ' ἐμοὶ βέλος | γελωτοποιόν, τὴν κάκοσμον οὐράνην, | ἔρριψεν οὐδ' ἥμαρτε· περὶ δ' ἐμῷ κάρᾳ | πληγεῖσ' ἐναυάγησεν ὀστρακουμένη. Perplacuisse autem Atheniensibus Aiacem matula aemuli caput petentem testatur Sophocles in Ἀχαιῶν συνδείπνῳ (fr. 147 Dind.) Aeschyli locum imitatus.

810. ἀτεχνῶς] vid. vs. 722 Ach. 37 etc.

— φάρμακον στραγγουρίας] cavisti ne afficerer *stranguria* sive *strictura uretrae*. Stirps στραγγ subest etiam verbis *stringere* et *strangulare* nostrisque vocibus *streng* et *strik*, significat autem *angere* [1]), ut clare apparet in verbis στραγγεύομαι Ach. 126 (= Hom. στρεύγομαι) et στραγγαλίζω.

---

[1]) Substantivum στράγξ *guttam* valere, non recte Curtius aliique effecerunt e schol. Apoll. Rhod. IV 1058, quo loco poeta Homericum verbum στρεύγεσθαι adhibuit, scholia autem dicunt cognatam esse vocem στραγγουρία = κατὰ στράγγα οὐρεῖν, quae non *guttatim mingere* significant sed *spasmis cruciatum*.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

καὶ πῦρ γε τουτί, καὶ προσέστηκεν φακῆ
ῥοφεῖν, ἐὰν δέῃ τι.

(foculum, cui superimposita est olla pulte repleta, ante patrem in mensa collocat. Interim unus e servis corbem, in qua gallus est gallinaceus, supra senis caput ad parietem suspendit.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

τοῦτ' αὖ δεξιόν.
κἂν γὰρ πυρέττω, τόν γε μισθὸν λήψομαι·
αὐτοῦ μένων γὰρ τὴν φακῆν ῥοφήσομαι.
ἀτὰρ τί τὸν ὄρνιν ὡς ἔμ' ἐξηνέγκατε;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἵν', ἢν καθεύδῃς ἀπολογουμένου τινός,
ᾄδων ἄνωθεν ἐξεγείρῃ σ' οὑτοσί.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἓν ἔτι ποθῶ, τὰ δ' ἄλλ' ἀρέσκει μοι.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

τὸ τί;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

θηρῷον οὔπω μοι ἐκόμισας τὸ τοῦ Λύκου.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

(tabulam pictam exhibens, in qua cernitur sacellum lupi simulacrum continens, quod Cleonis refert vultum ridicule detortum:)

πάρεστι τουτί, καὐτὸς ἄναξ οὑτοσί.

814.] addubitat Hamaker. Si quid abundat, deletum malim versum 813, quem post vs. 797 collocant Hermann et Meineke, alieno me iudice loco.

815. *ὡς ἔμ' ἐξηνέγκατε*] *ὧδέ μοὐξην*. Blaydes.

816. *ἵν'* Cobet] *ἵνα γ'*.

819. *οὔπω μοι ἐκόμισας* (*μοὐκόμισας*) Hamaker] *εἴ πως ἐκκομίσαις* codices, Meineke *οὔπω 'ξεκόμισας*, Reiske *εἴ πως ἐκκομίσειας τοῦ Λύκου*.

---

811. *φακῇ*] *ἔτνος φάκινον*, *puls e lentibus*, simplex admodum vilisque cibus, cf. Eq. 1007 Plut. 192, 1004; hinc proverbium fuit *ἐπὶ φακῇ μύρον* ad rerum exquisitarum viliumque iuncturam denotandam (*een vlag op een modderschuit*). — Vid. praeterea infra vs. 814, 918, 984.

812 sqq. *ῥοφεῖν*] hominibus edentulis vel debilibus, qui solitis *σιτίοις* vesci nequeunt, *ῥοφήματα* praebentur; quorum vero stomachus ne haec quidem admittit, *πώμασι* horum vita est sustentanda; vid. Hippocrat. I p. 29 Kühn.

815. *τὸν ὄρνιν*] *gallum gallinaceum*, cuius mentio facta est vs. 100. Integrum nomen fuit *ὁ Περσικὸς ὄρνις*, Av. 485, 707.

819. *Λύκου*] vid. ad vs. 389.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ὦ δέσποθ' ἥρως, ὡς χαλεπὸς ἄρ' ἦσθ' ἰδεῖν.

ΣΩΣΙΑΣ.

οἷόσπερ ἡμῖν φαίνεται Κλεών . . . . υμος.
οὔκουν ἔχει γ' ⟨οὐδ' αὐτὸς ἥρως ὢν⟩ ὅπλα.

(Sosias ceterique servi abeunt.)

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

εἰ θᾶττον ἐκαθίζου σύ, θᾶττον ἂν δίκην
ἐκάλουν.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(considit:)

κάλει νυν, ὡς κάθημαι ἐγὼ πάλαι.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

(secum loquens:)

φέρε νυν, τίν' αὐτῷ πρῶτον εἰσαγάγω δίκην;
τί τίς κακὸν δέδρακε τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ;

(alta voce:)

ἡ Θρᾷττα προσκαύσασα πρῴην τὴν χύτραν . . . .

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἐπίσχες οὗτος· ὡς ὀλίγου μ' ἀπώλεσας.
ἄνευ δρυφάκτου τὴν δίκην μέλλεις καλεῖν,
ὃ πρῶτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν ἐφαίνετο;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

μὰ τὸν Δί' οὐ πάρεστιν.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἀλλ' ἐγὼ δραμὼν
αὐτὸς κομιοῦμαι τό γε παραυτίκ' ἔνδοθεν.

(rapido pede domum intrat.)

---

821. χαλεπὸς] χαλεπὸν VR.
823. αὐτὸς] οὗτος Blaydes fortasse recte.
826. εἰσαγάγω] εἰσάγω R.
827. ἐν τῇ] ἐν Hirschig Dindorf, ut Ach. 975.
833. αὐτὸς] αὑτὸν Hirschig, praeterea κομιῶ σοι commendans; cui non assentior, patris enim haec sunt verba: *ipse igitur mihi petam.* Blaydes αὐτὸς κομιοῦμ' αὐτὸν π.

---

821. ἄρ' ἦσθα] vid. ad vs. 451.
822. Κλεώνυμος] vid. ad vs. 19.
828.] *nudiustertius eius culpâ adusta est olla* (i. e. puls quae in olla coquebatur (*zij heeft de pot laten aanbranden*).
829. οὗτος] vid. ad vs. 1.
830. δρυφάκτου] vid. ad vs. 386.
831.] cf. Thesm. 629.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

(solus:)

τί ποτε τὸ χρῆμ'; ὡς δεινὸν ἡ Φιλοχωρία.

(Sosias iratus foras procurrit.)

SCENA DECIMA SEPTIMA.

Bdelycleo, Chorus, Sosias.

ΣΩΣΙΑΣ.

βάλλ' εἰς κόρακας. τοιουτονὶ τρέφειν κύνα.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

τί δ' ἔστιν ἐτεόν;

ΣΩΣΙΑΣ.

οὐ γὰρ ὁ Λάβης ἀρτίως
ὁ κύων παρᾴξας εἰς τὸν ἰπνὸν ὑφαρπάσας
τροφαλῖδα τυροῦ σικελικὴν κατεδήδοκεν;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

τοῦτ' ἆρα πρῶτον τἀδίκημα τῷ πατρὶ
εἰσακτέον μοι· σὺ δὲ κατηγόρει παρών.

---

834. *τί ποτε τὸ*] *ὅ τι ποτὲ* Hermann et Meineke, patri haec verba continuantes.
837. *ὑφαρπάσας* Elmsley] *ἁρπάσας* codices, *ἐξαρπάσας* Brunck, *ἀναρπάσας* Dobree.
840. *παρών*] *λαχών* coniecit Hamaker.

---

834. *τί ποτε τὸ χρῆμα;*] *quid tandem hoc significat?* Vid. ad vs. 266.

835. *βάλλ' εἰς κόρακας*] *in malam rem abi*, item Nub. 133 Thesm. 1079 Plut. 782 fr. 462, et omisso verbo infra vs. 852 alibi.

836. *ἐτεόν*] vid. vs. 8.

— *οὐ γὰρ*] vid. vs. 682.

— *Λάβης*] nomen *Lachetis* (de quo cf. vs. 240) ita refinxit comicus, ut aptissimum sit factum ad canem furacem designandum (vid. ad vs. 84 et 401).

837. *ἰπνὸν*] cf. vs. 139.

838. *τροφαλῖδα*] *caseum recentem*, *νεωστὶ τεθραμμένον τυρόν*, cf. Eupol. fr. 277 *ἡ τροφαλὶς ἐκεινηὶ | ἐφ' ὕδωρ βαδίζει σκῖρον ἠμφιεσμένη*. Verbum *τρέφειν* de *lacte cogendo* adhibuerunt e.g. Hom. Ε 902 Theocrit. XXV 106.

— *σικελικὴν*] facete admodum his verbis Lachetis expeditio siciliensis indicatur. Nam Siciliae prata inde ab aetate Polyphemi — quem ibi vixisse fama ferebat — gregibus abundabant, et ingens casei praestantissimi copia inde exportari solebat; vid. Hermipp. fr. 63[9] *αἱ δὲ Συράκουσαι σῦς καὶ τυρὸν παρέχουσιν*, Philemon. fr. 76 *ἐγὼ πρότερον μὲν ᾤόμην τῇ Σικελίᾳ | ἓν τοῦτ' ἀπότακτον αὐτό, τοὺς τυροὺς ποιεῖν | καλούς* etc., Antiphan. fr. 236 *ἐξ Ἤλιδος μάγειρος, ἐξ Ἄργους λέβης, | Φλειάσιος οἶνος, ἐκ Κορίνθου στρώματα, | ἰχθῦς Σικυῶνος, Αἰγίου δ' αὐλητρίδες, | τυρὸς Σικελικός ...., | μύρον ἐξ Ἀθηνῶν, ἐγχέλεις Βοιώτιαι.* — Hinc Pac. 250, cum singulae civitates in Martis mortarium coniciuntur ut moretum ex iis fiat, Siciliae signum est caseus, ut allium Megaridis.

840. *εἰσακτέον*] thesmothetarum est

ΣΩΣΙΑΣ.

μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ'· ἀλλ' ἅτερος φησὶν κύων
κατηγορήσειν, ἤν τις εἰσάγῃ γραφήν.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἴθι νυν ἄγ' αὐτὼ δεῦρο.

ΣΩΣΙΑΣ.

ταῦτα χρὴ ποιεῖν.

(domum intrat. *Philocleo* redit, dorso ferens chortem vimineam, quam deinde magna cum gravitate iuxta mensam collocat.)

SCENA DECIMA OCTAVA.

Bdelycleo, Chorus, Philocleo.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

τουτὶ τί ἐστι;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

χοιροκομεῖον Ἑστίας.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

εἶθ' ἱεροσυλήσας φέρεις;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οὔκ, ἀλλ' ἵνα
ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος ἐπιτρίψω τινά.
ἀλλ' εἴσαγ' ἀνύσας, ὡς ἐγὼ τιμᾶν βλέπω.

---

842. εἰσάγῃ] εἰσαγάγῃ Bergk; versum delet Hamaker.
843. αὐτὼ] αὐτῷ V et l. a. in schol.
847. τιμᾶν] τιμῶν(?) mavult Dobree.

εἰσάγειν γραφήν (cf. vs. 842), *actionem dare*; thesmothetae autem munere iam fungitur Bdelycleo, vid. e. g. vs. 935.

844. χοιροκομεῖον Ἑστίας] haram domesticam, suile in quo porcellos saginare soleo. Redit vocabulum Lysistr. 1073, ubi Spartiatarum legati χοιροκομείῳ inguina protexisse perridicule dicuntur. Idem vocatur χοιροτροφεῖον Eupol. fr. 453 et Phrynich. fr. 43.

846. ἀφ' Ἑστίας] vox proverbialis, qua indicatur initium fieri ab eo quod summum est, vid Plat. Euthyphr. 3*a*. In libationibus Vesta prima invocari solebat, vid. Sophocl. fr. 650*b* Dind. ὦ πρῶρα λοιβῆς Ἑστία, κλύεις τάδε; et Eurip. fr. 781[35] Dind. Ἑστίας ἕδος, | ἀφ' ἧς τὸ σῶφρον πᾶν ἂν ἄρχεσθαι θέλοι | εὐχὰς ποιεῖσθαι.

847. ἀνύσας] vid. vs. 30.

— τιμᾶν] pro infinitivo expectatur nomen, vid. ad vs. 455.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

Φέρε νυν ἐνέγκω τὰς σανίδας καὶ τὰς γραφάς.

(domum intrat.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οἴμοι, τί διατρίβεις; ἀπολεῖς τριψημερῶν·
ἐγὼ δ' ἀλοκίζειν ἐδεόμην τὸ χωρίον.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

(rediens cum ligneis aliquot patellis, quas e culina petiit:)

ἰδού.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

κάλει νυν.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ταῦτα δή.

(alta voce clamans:)

τίς οὑτοσὶ
ὁ πρῶτός ἐστιν;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(e lecto exiliens:)

εἰς κόρακας· ὡς ἄχθομαι,
ὁτιὴ ἐπελαθόμην τοὺς καδίσκους ἐκφέρειν.

(abiturus est.)

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οὗτος σύ, ποῖ θεῖς;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἐπὶ καδίσκους.

---

849. *τί διατρίβεις; ἀπολεῖς* Blaydes] *διατρίβεις κἀπολεῖς* R, *διατρίψεις κἀπολεῖς* V.
850. *χωρίον*] corruptum ducit Meineke; *κηρίον* coniecit Bentley.

---

848. *σανίδας*] requiruntur tabulae dealbatae, de quibus cf. vs. 349; quorum in locum filius mox ligneas patellas nescio quas (*σανίδια* Pac. 202, *borden*) vel opercula e culina affert.

— *γραφάς*] libellum accusatoris quaeque praeterea ad causam pertinent scripto consignata.

850. *ἀλοκίζειν ... τὸ χωρίον*] *sulcos ducere per agellum meum*, i. e. ungue secare tabellam aestimatoriam (*τὸ τιμητικὸν πινάκιον*, vid. vs. 106). Ad suas delicias, rei nimirum damnationem, senex properat. Quod autem iocose adhibuit verbum *ἀλοκίζειν*, componendum est cum voce *αὔλαξ* Thesm. 782 de litterarum ductu usurpata; nec non ad idem loquendi genus pertinent verba *bustrophedon, exarare litteras*, alia.

851. *ταῦτα δή*] cf. vs. 142.

852. *εἰς κόρακας*] cf. vs. 835.

853. *καδίσκους*] vid. vs. 321.

854. *οὗτος σὺ ποῖ θεῖς*] item Ach. 564 Thesm. 224; praeterea vid. ad vs. 1.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

μηδαμῶς·
ἐγὼ γὰρ εἶχον τούσδε τοὺς ἀρυστίχους.

(duo haustra in mensa collocat.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

κάλλιστα τοίνυν· πάντα γὰρ πάρεστι νῷν
ὅσων δεόμεθα, — πλήν γε δὴ τῆς κλεψύδρας.

(denuo surgit ut abeat).

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

(matulam digito indicans:)

ἡδὶ δὲ δὴ τίς ἐστιν; οὐχὶ κλεψύδρα;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

εὖ γ' ἐκπορίζεις πάντα κἀπιχωρίως.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἀλλ' ὡς τάχιστα πῦρ τις ἐξενεγκάτω
καὶ μυρρίνας καὶ τὸν λιβανωτὸν ἔνδοθεν,
ὅπως ἂν εὐξώμεσθα πρῶτα τοῖς θεοῖς.

(Servi iussa exequuntur, pater autem et filius sacrificium parant quo iudicium de more inauguraturi sunt.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

καὶ μὴν ἡμεῖς ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς
καὶ ταῖς εὐχαῖς
‹Φήμην ἀγαθὴν› λέξομεν ὑμῖν,
ὅτι γενναίως ἐκ τοῦ πολέμου
καὶ τοῦ νείκους ξυνεβήτην.

---

856. κάλλιστα τοίνυν] κάλλιστ' ἔχει νῦν Blaydes.
857. γε δὴ] γε δεῖ vel ἔδει mavult Richter.
859. πάντα Meineke] αὐτά.
861.] om. V. — καὶ τὸν] νῷν καὶ Blaydes.
865. λέξομεν] ἕξομεν V.
867. ξυνεβήτην Elmsley] ξυνέβητον.

---

855. εἶχον] *iam attuleram* (vid. vs. 806). — ἀρυστίχους] *haustra*, cf. ἀρύταινα Eq. 1091, ἀρύβαλλος Eq. 1094.

857. κλεψύδρας] vs. 93.

858.] matula, quae ad recipienda stillicidia senilia est apposita, ridicule nunc ‹clepsydra› vocatur; vid. ad vs. 353.

860.] cf. Thesm. 37 Ran. 871.

861.] corona myrtea indicio est publicam personam ab aliquo sustineri, itaque coronam gerebant senatores et magistratus et qui in concionibus ad verba facienda prodibant; neque abesse poterant coronae a sacrificiis; cf. Eq. 221 Nub. 257 Pac. 948 Plut. 820, Athen. XV p. 674*e* etc.

Stropha (vs. 868—874).

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

εὐφημία μὲν πρῶτα νῦν ὑπαρχέτω.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον Πύθι', ἐπ' ἀγαθῇ τύχῃ
τὸ πρᾶγμ', ὃ μηχανᾶται
ἔμπροσθεν οὗτος τῶν θυρῶν,
ἅπασιν ἡμῖν ἁρμόσαι
(παυσαμένοις πλάνων).
Ἰήιε Παιάν.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὦ δέσποτ' ἄναξ, γεῖτον ἀγυιεῦ, τοὐμοῦ προθύρου προφυλάττων,
δέξαι τελετὴν καινήν, ὦναξ, ἣν τῷ πατρὶ καινοτομοῦμεν·
παῦσόν τ' αὐτοῦ τοῦτο τὸ λίαν στρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθος,
ἀντὶ σιραίου | μέλιτος μικρὸν τῷ θυμιδίῳ παραμίξας·
ἤδη δ' εἶναι τοῖς ἀνθρώποις
ἤπιον αὐτόν,
τοὺς φεύγοντάς τ' ἐλεεῖν μᾶλλον
τῶν γραψαμένων

---

873. *πλάνων*] *γραφῶν* Blaydes, quod nimis humile videtur vocabulum pro huius loci gravitate.

875. *προθύρου προφυλάττων* Blaydes] *προθύρου προσθ' πύλας* R, *προπύλου προσπύλας* V, *προπύλου πρὸ πυλάων* Fl. Christianus, *πρόσθεν προπύλαιε* Scaliger, *προθύρου προπύλαιε* Bentley, *πρόσθεν προπυλαίου* Bergk, *προπύλου πάρος αὐλᾶς* Meineke.

---

868. *εὐφημία*] cf. Av. 959 Thesm. 295 *εὐφημία ἔστω*, Eq. 1316 Nub. 263 Pac. 96 *εὐφημεῖν χρή*, Ach. 237 Pac. 434 *εὐφημεῖτε*, etc.; *favete linguis.*

869—874.] non per iocum hic invocatur Phoebus, nedum in ridiculum nunc detorqueantur res divinae, sed serio haec accipi voluit poeta: „Utinam ea, quae in scena iam repraesentantur, nos omnes (id est cives Atticos) in veram viam revocent et litigandi illud studium retundant". Conferendi sunt Nub. vs. 300, 564, 595 aliaeque huiusmodi deorum invocationes complures.

875.] cf. Pherecrat. fr. 87 *ὦ δέσποτ' Ἀγυιεῦ, ταῦτα νῦν μέμνησό μοι.* Etiam Thesmoph. 489 mentio fit *τοῦ ἀγυιῶς*, quae erat columna coni figuram referens, Apollini sacra, in via publica ante domum erecta.

877. *στρυφνὸν καὶ πρίνινον*] cf. vs. 383. Euripides (teste Alexandro Aetolo apud Gellium XV 20) erat *στρυφνὸς προσειπεῖν.*

878. *σιραίου*] ita vocabatur *mustum ad tertiam partem mensurae decoctum* (Plin. XIV 11), quod latine *sapa* dici solebat.

880.] cf. Lys. Or. XIX § 3 *εἰκὸς οὖν ὑμᾶς εὔνοιαν πλείω ἔχειν τοῖς ἀπολογουμένοις* etc.

κἀπιδακρύειν ἀντιβολούντων,
καὶ παυσάμενον τῆς δυσκολίας
ἀπὸ τῆς ὀργῆς
τὴν ἀκαλήφην ἀφελέσθαι.

Antistropha (vs. 885—890).

ΧΟΡΟΣ.

ξυνευχόμεσθα ταῦτά σοι κἀπᾴδομεν
νέαισιν ἀρχαῖς ἕνεκα τῶν προλελεγμένων.
εὔνοι γάρ ἐσμεν ἐξ οὗ
τὸν δῆμον ᾐσθήμεσθά σου
φιλοῦντος ὡς οὐδεὶς ἀνὴρ
τῶν γε νεωτέρων.
Ἰήιε Παιάν.

(*Sosias* exit domo cum duobus *canibus*, id est cum duobus hominibus canes referentibus. Alter canis accusatoris partibus fungitur, similis autem est *Cleoni*; alter est reus et *Lachetis* faciem in mentem revocat.)

SCENA DECIMA NONA.

Bdelycleo, Philocleo, Chorus, Sosias, canes duo.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

εἴ τις θύρασιν ἡλιαστής, εἰσίτω·
ὡς ἡνίκ' ἂν λέγωσιν οὐκ εἰσφρήσομεν.

---

885. *ταῦτα*] supplevit Dindorf praeeunte Reisigio (*ταῦτα ξυνευχόμεσθα*).
886.] damnat Hamaker, stropham a versu 869 incipere ratus.
888. *ᾐσθήμεσθα* Cobet] *ᾐσθόμεσθα*.
890. *γε νεωτέρων*] *γενναιοτέρων* VR. — *Ἰήιε Παιάν*] addidit Meineke.

---

884. *τὴν ἀκαλήφην*] *urticam*, Eq. 422; hinc translatum est vocabulum ad ingenium truculentum atque mordax designandum, cf. nostrum *een netelige stemming*.

891.] dum habetur iudicium, quod sacrificio precibusque rite iam auspicatus est qui magistratus munere fungitur Bdelycleo, mirabile admodum spectaculum praebet forum. Unicus enim iudex intra haram suilem sedet, immo molliter veluti cenans recubat; proxima in foculo puls adstat fumans, qua taedia sua levet; de muro pendet matula, clepsydrae vicem obitura; duo haustra e stabulo petita pro urnis erunt iudiciariis; supra senis caput in paxillo dormitat gallus gallinaceus; post eius tergum autem conspicitur Cleonis in lupum conversi vultus teterrimus; circumpositae denique sunt ligneae tabulae, quarum non ad tribunal sed in culina hactenus usus fuit. Ita spectatorum animi aptissime praeparantur ut lite canum de casei crustula disceptantium mox plene possint perfrui.

892. *εἰσφρήσομεν*] vid. ad vs. 125.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

τίς ἄρ' ὁ φεύγων;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οὗτος.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ὅσον ἁλώσεται!

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἀκούετ' ἤδη τῆς γραφῆς· „ἐγράψατο
κύων Κυδαθηναιεὺς Λάβητ' Αἰξωνέα,
τὸν τυρὸν ἀδικεῖν ὅτι μόνος κατήσθιεν
τὸν Σικελικόν. τίμημα κλῳὸς σύκινος."

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

θάνατος μὲν οὖν κύνειος, ἢν ἅπαξ ἁλῷ.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

καὶ μὴν ὁ φεύγων οὑτοσὶ Λάβης πάρα.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ὦ μιαρὸς οὗτος. ὡς δὲ καὶ κλέπτον βλέπει.
οἷον σεσηρὼς ἐξαπατήσειν μ' οἴεται.
ποῦ δ' ἔσθ' ὁ διώκων, ὁ Κυδαθηναιεὺς κύων;

ΚΥΩΝ.

αὖ αὖ.

---

894. γραφῆς] γραφῆς ἧς codices; correxit Bentley.

901. σεσηρὼς] σεσηνὼς Richter novum perfectum fingens nimis audacter et sine causa.

902. ἔσθ' Toup] om. codices; ποῦ ποῦ δ' ὁ Lenting, ποῦ μοὐ (μοι ὁ) Dindorf.

903. αὖ αὖ] poetam hos clamores extra versum collocasse, spuria autem esse

---

893.] reus ubi sit, rogat senex; accusatorem nihil moratur, nihil enim requirit nisi hominem in quem effundat iram.

— ὅσον ἁλώσεται] cf. Ran. 279.

895.] Κυδαθηναιεὺς erat *Cleo* (vid. CIG. 213 = Dittenberg. Syllog. 420), *Laches* vero Αἰξωνεύς (vid. prolegomena).

896.] felle venenoque imbuta sunt quae comicus, dum ludere videtur, nunc profert; significat enim integerrimae illos probitatis demagogos tum demum de aerarii publici commodo sollicitos se ostendere cum ipsi parte praedae surreptae frustrentur. Cf. vs. 914 sqq. et 923.

897. κλῳὸς] *collare* sive ligneum sive ferreum, vid. Solonis lex apud Plut. Solon. 24, Xenoph. Hellen. II 4 § 41, III 3 § 11. De *aureo monili* per iocum adhibuit vocem Eur. Cyclop. 184.

— σύκινος] cf. vs. 145.

900. οὗτος] cf. vs. 1.

— κλέπτον βλέπει] vid. ad vs. 455.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

πάρεστιν.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἕτερος οὗτος αὖ Λάβης,
ἀγαθός γ' ὑλακτεῖν καὶ διαλείχειν τὰς χύτρας.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

σίγα, κάθιζε,

(ad Sosiam:)

σὺ δ' ἀναβὰς κατηγόρει.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

Φέρε νυν, ἅμα τῆσδ' ἐγχεάμενος κἀγὼ ῥοφῶ.
(pultis aliquid poculo infundit, unde identidem haustum ducit.)

ΣΩΣΙΑΣ.

(cum accusatore „suggestum" conscendit eiusque nomine verba facit:)

τῆς μὲν γραφῆς ἠκούσαθ' ἧς ἐγραψάμην,
ἄνδρες δικασταί, τουτονί. δεινότατα γὰρ
ἔργων δέδρακε κἀμὲ καὶ τὸ ῥυππαπαῖ.
ἀποδρὰς γὰρ εἰς τὴν γωνίαν τυρὸν πολὺν
κατεσικέλιζε κἀνέπλητ' ἐν τῷ σκότῳ ....

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

νὴ τὸν Δί', ἀλλὰ δῆλός ἐστ'· ἔμοιγέ τοι
τυροῦ κάκιστον ἀρτίως ἐνήρυγεν
ὁ βδελυρὸς οὗτος.

ΣΩΣΙΑΣ.

κοὐ μετέδωκ' αἰτοῦντί μοι.

---

verba quae sequuntur πάρεστιν ἕτερος οὗτος αὖ Λάβης, suspicatur Hamaker. Meineke dedit αὖ αὖ. — | πάρεστιν οὗτος. — ἕτερος οὗτος αὖ Λ., secutus codicem R, qui habet πάρεστιν οὗτος οὗτος ἕτερος.

906. τῆσδ' Blaydes vHerwerden] τήνδ'.

907. ἧς Brunck cum cod. Parisino] ἥν.

904.] cf. Eq. 1034.

909. τὸ ῥυππαπαῖ] cf. Eq. 602 Ran. 1073. Hoc loco idem valet vocabulum atque τὸ ναυτικόν.

911. κατεσικέλιζε] de *saltatione* quadam verbum σικελίζειν usurpatum esse docet Theophrastus apud Athenaeum 22 *c*, itaque compositum κατασικελίζειν significare debuit *saltando absumere* vel *perdere* (*verdansen*); cf. ἀπορχεῖσθαι in Herodoti loco notissimo VI 129 ὦ παῖ Τισάνδρου, ἀπωρχήσαο τὸν γάμον. Sed novam verbo potestatem nunc tribuit comicus; vid. ad vs. 353.

καίτοι τίς ὑμᾶς εὖ ποιεῖν δυνήσεται,
ἢν μή τι κἀμοί τις προβάλλῃ τῷ κυνί;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οὐδὲν μετέδωκεν; οὐδὲ τῶν κοινῶν ἐμοί·
θερμὸς γὰρ ἀνὴρ οὐδὲν ἧττον τῆς φακῆς.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

πρὸς τῶν θεῶν, μὴ προκαταγίγνωσκ', ὦ πάτερ,
πρὶν ἄν γ' ἀκούσῃς ἀμφοτέρων.

(reus miseros clamores edit.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἀλλ', ὤγαθέ,
τὸ πρᾶγμα φανερόν ἐστιν· αὐτὸ γὰρ βοᾷ.

ΣΩΣΙΑΣ.

μή νυν ἀφῆτ' ἔτ' αὐτόν, ὡς ὄντ' αὖ πολὺ
κυνῶν ἁπάντων ἄνδρα μονοφαγίστατον,
ὅστις περιπλεύσας τὴν θυΐαν ἐν κύκλῳ
ἐκ τῶν πόλεων τὸν σκῖρον ἐξεδήδοκεν.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἐμοὶ δέ γ' οὐκ ἔστ' οὐδὲ τὴν ὑδρίαν πλάσαι.

ΣΩΣΙΑΣ.

πρὸς ταῦτα τοῦτον κολάσατ'· οὐ γὰρ ἄν ποτε

---

915. εὖ ποιεῖν] ἔτι λαθεῖν infelix est Hamakeri coniectura.

917. τῶν κοινῶν Dobree] τῷ κοινῷ (κυνῷ) γ' codices.

922. ἀφῆτ' ἔτ' Cobet] ἀφῆτέ γ'. — αὖ πολὺ] verba corrupta; ἐν πόλει Bergk. Blaydes μή νυν ἀφῆτε τόνδ', ἅτ' ὄντα παρὰ πολύ.

---

918. θερμὸς] ut latinum *calidus* transfertur ad animum promptum atque temerarium denotandum; cf. Ach. 119 Plut. 415 etc.

920.] cf. vs. 725.

921. αὐτὸ] sc. τὸ πρᾶγμα vel τοὔργον, *res clamat* — ipse scilicet nunc clamat reus. Sic etiam dici solebat αὐτὸ δείξει, αὐτὸ διδάξει, vid. Eq. 204 Vesp. 994 Lys. 375 Ran. 1261 Plat. Protag. 324*a* etc.

922. αὖ πολὺ] haec verti nequeunt; vid. ann. crit.

923. μονοφαγίστατον] *sordidum*; cf. Amips. fr. 24 ἔρρ' εἰς κόρακας, μονοφάγε καὶ τοιχωρύχε, Antiphan. fr. 298 μονοφαγεῖς ἤδη τι καὶ βλάπτεις ἐμέ.

925. σκῖρον] *crustam* casei, cui *gypsum* (λατύπη vel σκῖρος) illinebatur ne cito aresceret; vid. ad vs. 838.

926.] *at mihi ne tantum quidem crustulae* (*vel gypsi*) *relictum est quantum sufficiat ad ollam rimosam obturandam.*

927. πρὸς ταῦτα] *proinde*, *quae cum ita sint*; imperativo additum *concludentis* est, saepe autem animum commotum indicat, ut nostrum *dan nu maar*; vid. Ach. 659 (= Eur. fr. 910) Nub. 1433 Vesp. 1386 Eccl. 851, Aesch. Prom. 915, 992, 1043, Soph. Ai. 971, 1115,

τρέφειν δύναιτ' ἂν μία λόχμη κλέπτα δύο·
ἵνα μὴ κεκλάγγω διὰ κενῆς ἄλλως ἐγώ·
ἐὰν δὲ μή, τὸ λοιπὸν οὐ κεκλάγξομαι.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἰοὺ ἰού.
ὅσας κατηγόρησε τὰς πανουργίας.
κλέπτον τὸ χρῆμα τἀνδρός· οὐ καὶ σοὶ δοκεῖ,
ὠλεκτρυών; νὴ τὸν Δί' ἐπιμύει γέ τοι.

(ad Bdelycleonem:)

ὁ θεσμοθέτης. ποῦ 'σθ' οὗτος; ἀμίδα μοι δότω.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

αὐτὸς καθελοῦ· τοὺς μάρτυρας γὰρ εἰσκαλῶ.

(senex utitur matulâ.)

Λάβητι μάρτυρας παρεῖναι, τρυβλίον,
δοίδυκα, τυρόκνηστιν, ἐσχάραν, χύτραν,
καὶ πάντα τὰ «σκεύη» τὰ προσκεκλημένα.

(„Testes", quorum partes agunt homines ita exornati ut catinum, pistillum, radulam, ollam ceteramque supellectilem culinariam repraesentent, in scenam procedunt.)

ἀλλ' ἔτι σύ γ' οὐρεῖς καὶ καθίζεις οὐδέπω;

---

932. κατηγόρησε V] -ρευσε ceteri.

935.] Cobet distinxit ὁ θ. ποῦ 'σθ'; οὗτος, etc., at sic non δότω sed δός foret dicendum.

939. πάντα τὰ Blaydes] τἄλλα τὰ codd., τἄλλα δὲ Reiske. — προσκεκλημένα Dobree Hamaker] προσκεκαυμένα.

1313, Eur. Med. 1358 Phoen. 521, Xenoph. Cyrop. IV 2 § 26 etc., Cobet Nov. Lect. p. 271. Cf. etiam supra ad vs. 648.

928.] maligne admodum alluditur ad proverbium μία λόχμη δύο ἐριθάκους οὐ τρέφει. Quemadmodum unum viretum non tantam praebet vermiculorum copiam quanta ad duos ἐριθάκους enutriendos sufficiat, quapropter is qui loco potitus est ceteros sui generis e vicinia abigit, sic duobus furibus non sufficit aerarium publicum. — Cf. Aelian. Var. Hist. XI 7 ἔλεγεν Ἐτεοκλῆς ὁ Λάκων δύο Λυσάνδρους τὴν Σπάρτην μὴ ἂν ὑπομεῖναι, καὶ Ἀρχέστρατος ὁ Ἀθηναῖος ἔλεγε δύο Ἀλκιβιάδας τὴν τῶν Ἀθηναίων.

929. διὰ κενῆς] frustra, ut „vox clamantis in deserto." Voci rarae neque apud Aristophanem alibi obviae subiunctum est id quod magis est vulgatum et idem significat ἄλλως. Cf. μάτην ... διὰ κενῆς Plat. com. fr. 174[2] et αὐτίκα παραχρῆμα passim.

933. τὸ χρῆμα τἀνδρός] vid. ad vs. 266.

935.] magistratum, qui iudicio praeest, advocat — ut matulam poscat.

938. δοίδυξ] *pistillum*; cf. Eq. 984 Pac. 288, 295 Plut. 711, fr. 7 δοίδυξ θυΐα τυρόκνηστις ἐσχάρα.

— ἐσχάραν] cf. Ach. 888 Strattid. fr. 55.

940.] cf. Thesmoph. 615 Eccl. 351.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

τοῦτον δέ γ' οἶμαι ἐγὼ χεσεῖσθαι τήμερον.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οὐκ αὖ σὺ παύσει χαλεπὸς ὢν καὶ δύσκολος,
καὶ ταῦτα τοῖς φεύγουσιν, ἀλλ' ὀδὰξ ἔχει;

(ad reum:)

ἀνάβαιν', ἀπολογοῦ.

(*Labes* suggestum conscendit, ubi tacitus adstat.)

τί σεσιώπηκας; λέγε.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἀλλ' οὐκ ἔχειν οὗτός γ' ἔοικεν ὅ τι λέγῃ.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οὔκ, ἀλλ' ἐκεῖνό μοι δοκεῖ πεπονθέναι,
ὅπερ ποτὲ φεύγων ἔπαθε καὶ Θουκυδίδης·
ἀπόπληκτος ἐξαίφνης ἐγένετο τὰς γνάθους.

---

942. οὐκ αὖ R] οὐκ ἂν V, οὔκουν Reisig.
943. ἀλλ'] ὢν Blaydes. — ἔχει] ἔχεις Hotibius sine causa.
945. οὗτός γ' ἔοικεν] ἔοικεν οὗτος Cobet.

---

942. αὖ] respicitur versus 919; *repetisne infinitas istas minas?* — δύσκολος] opponitur εὔκολος Ran. 82, 359; derivatur autem verbum δυσκολαίνειν Nub. 36 etc.

943.] ὀδὰξ ἔχεσθαί τινος est *mordicus tenere*; a canibus translatum est verbum, vid. supra ad vs. 704.

947.] quo tempore fabula nostra scenae est commissa, Athenis in omnium ore erat Thucydides is, qui ob Amphipolim amissam nuper in exilium erat pulsus; vid. prolegomena. Haec autem ni fallor causa fuit car comicus nunc Thucydidis nomine uteretur; quamquam particula ποτε indicio est non historiarum scriptorem hic spectari sed alium virum cognominem, cuius etiam Ach. 703 mentio inicitur ut senis nuper in iudicio male habiti. Quo loco non satis constat *Melesiaene* filius ille, qui Pericli olim strenue adversatus fuerat, sitne intellegendus necne, id quod in Acharnensium fabulae editione mea post alios negavi, quoniam ex totius loci tenore efficiebam de humillimae condicionis homine sermonem fieri. Nunc tamen retracto sententiam, motus ipsius verbis a Plutarcho Pericl. 8 allatis: „*ab Archidamo interrogatus* πότερον αὐτὸς ἢ Περικλῆς παλαίει βέλτιον, „ὅταν" εἶπεν „ἐγὼ καταβάλω παλαίων, ἐκεῖνος ἀντιλέγων ὡς οὐ πέπτωκε νικᾷ καὶ μεταπείθει τοὺς ὁρῶντας", et Platonis in Menone 94c Θουκυδίδης δύο υἱεῖς ἔθρεψε, Μελησίαν καὶ Στέφανον, καὶ τούτους ἐπαίδευσε τά τε ἄλλα εὖ καὶ ἐπάλαισαν κάλλιστα Ἀθηναίων, unde apparet cum patrem tum filios *luctae* fuisse peritissimos, quod optime convenit in Aristophanis verba Acharn. l. l. (vs. 708 sqq.) ἐκεῖνος ἡνίκ' ἦν Θουκυδίδης, | ... κατεπάλαισεν ἂν μὲν πρῶτον Εὐάθλους δέκα etc. — Ergo Acharn. 703 et Vesp. 947 alludi ad rem quae Thucydidi *Melesiae* filio his annis acciderit nunc statuo.

(ad Labetem:)

πάρεχ' ἐκποδών· ἐγὼ γὰρ ἀπολογήσομαι.

(ipse suggestum conscendit.)

χαλεπὸν μέν, ὦνδρες, ἐστι διαβεβλημένου
ὑπεραποκρίνεσθαι κυνός· λέξω δ' ὅμως.
ἀγαθὸς γάρ ἐστι καὶ διώκει τοὺς λύκους.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

κλέπτης μὲν οὖν οὗτός γε καὶ ξυνωμότης.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

μὰ Δί' ἀλλ' ἄριστός ἐστι τῶν νυνὶ κυνῶν,
οἷός τε πολλοῖς προβατίοις ἐφεστάναι.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

τί οὖν ὄφελος, τὸν τυρὸν εἰ κατεσθίει;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὅ τι; σοῦ προμάχεται καὶ φυλάττει τὴν θύραν
καὶ τἄλλ' ἄριστός ἐστιν. εἰ δ' ὑφείλετο,
ξύγγνωθι· κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταται.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἐγὼ δ' ἐβουλόμην ἂν οὐδὲ γράμματα,
ἵνα μὴ κακουργῶν ξυνέγραφ' ἡμῖν τὸν λόγον.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἄκουσον, ὦ δαιμόνιε, μου τῶν μαρτύρων.
ἀνάβηθι, τυρόκνηστι, καὶ λέξον μέγα·
σὺ γὰρ ταμιεύουσ' ἔτυχες.

(procedit Radula.)

ἀπόκριναι σαφῶς,

---

955. οἷός τε] an *χοῖός τε?
957. ὅ τι; Dobree] ὅτι codices.
961. ξυνέγραφ' Blaydes] ἐνέγραφ' codices, ἔγραφεν Cobet.
962. μου] μοι Reiske.

---

952. τοὺς λύκους] demagogos. Haec cum diceret, manu indicavit opinor Lyci herois simulacrum, Cleonymi vel potius Cleonis vultum referens, de quo vid. vs. 822 et ad vs. 389.

959.] cf. Av. 1432. Artem nimirum non didicit, nihil aliud habet quo vitam sustineat.

960.] alluditur ad proverbium „οὔτε νεῖν οὔτε γράμματα," ἐπὶ τῶν ἀμαθῶν, ταῦτα γὰρ ἐκ παιδόθεν ἐν ταῖς Ἀθήναις ἐμάνθανον, Diogenian. VI 56.

εἰ μὴ κατέκνησας τοῖς στρατιώταις ἄλαβες.
(Radula ita esse nutu capitis affirmat.)
Φησὶ καταχνῆσαι.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

νὴ Δί', ἀλλὰ ψεύδεται.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὦ δαιμόνι', ἐλέει ταλαιπωρούμενον.
οὗτος γὰρ ὁ Λάβης καὶ τὰ τραχήλι' ἐσθίει
καὶ τὰς ἀκάνθας, κοὐδέποτ' ἐν ταὐτῷ μένει.
ὁ δ' ἕτερος οἷός ἐστιν οἰκουρεῖν μόνον.
αὐτοῦ μένων γάρ, ἅττ' ἂν εἴσω τις φέρῃ,
τούτων μεταιτεῖ τὸ μέρος· εἰ δὲ μή, δάκνει.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

αἰβοῖ, τί τὸ κακόν; ἔσθ' ὅπως μαλάττομαι;
καινόν τι περιβαίνει με κἀναπείθομαι.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἴθ', ἀντιβολῶ σ', οἰκτίρατ' αὐτόν, ὦ πάτερ,

---

967. ἐλέει Hirschig] ἐλέει τοὺς codd.; Dindorf coniecit ἔλει τοὺς ταλαιπορουμένους. Ego secutus sum Hirschigium, sed praeterea cum Blaydesio ταλαιπορούμενον scribendum duxi. An latet vitium in ὦ δαιμόνιε? Bentley ὦ δαῖμον coniciebat.

970. οἰκουρεῖν Brunck] οἰκουρός. — μόνον] μόνος φύλαξ V.

973. *τί τὸ κακόν; ἔσθ' ὅπως] τί τὸ κακόν ποτ' ἔσθ' ὅτῳ. Reisig αἰβοῖ | τουτὶ τὸ κακὸν τί ποτ' ἔσθ' ὅτῳ, Hirschig Annot. crit. p. 73 τὸ κακὸν τί ποτ' ἔσθ' ὅτῳ, Hamaker αἰβοῖ. — τί τὸ κακόν; — ἔσθ' ὅτῳ μαλάττομαι (sine signo interrogationis); item, sed sine interpunctione versum totum seni tribuens, Richter; Blaydes αἰβοῖ τί ποτ' ἐστὶ τὸ κακὸν ὅτι μαλάττομαι.

974. καινόν Blaydes] κακόν. — περ(ι)βαίνει V] περιμένει R; Meineke coniecit περισαίνει.

---

968 sq.] vescitur etiam iis quae herus spernit, cartilaginibus pisciumque spinis.

969. ἐν ταὐτῷ] *eodem loco*, cf. Av. 170. Nunquam requiescit.

970. οἷος οἰκουρεῖν] olim inter (τοῖος) .... οἷος et οἷός τε cum infinitivo finali vix ullum fuit discrimen, nascens autem deprehenditur hoc loquendi genus in Homeri Odyssea (vid. β 60 φ 172 τ 170 φ 117). In Attica vero lingua οἷός τε dicitur de eo cuius *vires* ad aliquid perficiendum *sufficiunt* (*in staat*), vid. vs. 955, οἷος de eo cuius *indoles* aliquid *admittit* (*van dien aard dat*). Saepe ita adiectivum οἷος adhibuit Plato, e. g. Phaedon. 80 *a* τὸ μὲν θεῖον οἷον ἄρχειν πέφυκε τὸ δὲ θνητὸν οἷον ἄρχεσθαι. Nostro igitur loco vertatur *huius enim natura fert ut otiosus domi desideat*; absurdum autem foret οἷός τε οἰκουρεῖν, id enim nemo facere nequit.

974.] sibi ipse stomachatur senex propter animi affectum insuetum; cf. vs. 983.

καὶ μὴ διαφθείρητε. ποῦ τὰ παιδία;

(catuli aliquot, quorum partes agunt pueri, e domo prosiliunt et cum stridulo eiulatu suggestum invadunt.)

ἀναβαίνετ', ὦ πόνηρα, καὶ κνυζούμενα
αἰτεῖσθε κἀντιβολεῖτε καὶ δακρύετε.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(flebili voce:)

κατάβα, κατάβα, κατάβα, κατάβα.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

καταβήσομαι.
καίτοι τὸ „κατάβα" τοῦτο πολλοὺς δὴ πάνυ
ἐξηπάτησεν. ἀτὰρ ὅμως καταβήσομαι.

(Bdelycleo et canes de suggestu descendunt.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(lacrimas detergens:)

εἰς κόρακας. ὡς οὐκ ἀγαθόν ἐστι τὸ ῥοφεῖν.
ἐγὼ γὰρ ἐπεδάκρυσα νῦν, γνώμην γ' ἐμήν,
οὐδέν ποτ' ἀλλ' ἢ τῆς φακῆς ἐμπλήμενος.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οὐκοῦν ἀποφεύγει δῆτα;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

χαλεπὸν εἰδέναι.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἴθ' ὦ πατρίδιον, ἐπὶ τὰ βελτίω τρέπου.
τηνδὶ λαβὼν τὴν ψῆφον ἐπὶ τὸν ὕστερον
μύσας παρᾷξον κἀπόλυσον, ὦ πάτερ.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οὐ δῆτα· κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.

---

978. αἰτεῖσθε Hirschig] αἰτει R, αἰτεῖτε V.
981. ἐξηπάτησεν Cobet] -κεν.
983. ἐπεδάκρυσα Hirschig coll. vs. 882] ἀπεδάκρυσα. — γ'] addidit vHerwerden; cf. Pac. 232 Eccl. 349.
984. ποτ' Invernizi] ποτέ γ'.

979.] ut imperativum κατάβα saepius posset iterare, quinque anapaestos in unum trimetrum comicus per iocum intulit, cuiusmodi licentiae metricae nullum aliud extat exemplum.

983 sq.] lacrimas non animus mihi civit commotus, sed puls fervida, quam incautus modo sorbui (vs. 918).

989.] ego quoque id unum facio quod didici; respicitur vs. 959.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

Φέρε νύν σε τῃδὶ τὴν ταχίστην περιάγω.

(senem brachio tenens celeriter circum mensam ducit.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ὅδ' ἔσθ' ὁ πρότερος;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οὗτος.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(calculum suum alteri haustro immittit.)

αὕτη ἐνταῦθ' ἔνι.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

(secum loquens:)

ἐξηπάτηται, κἀπολέλυκεν οὐχ ἑκών.

---

991. (ἐ)νταῦθ' ἔνι Dobree] 'ντευθενί. Cf. Equit. 127 Nub. 211 Av. 989.
992.] spurium ducit Hamaker.

---

991. ὁ πρότερος] vid. Xenoph. Hellen. I 7 § 9 θεῖναι δύο ὑδρίας ...., τὸν δὲ κήρυκα κηρύττειν, ὅτῳ δοκοῦσιν ἀδικεῖν .... εἰς τὴν προτέραν ψηφίσασθαι, ὅτῳ δὲ μή, εἰς τὴν ὑστέραν. Phrynich. com. fr. 32 ἰδού, δέχου τὴν ψῆφον· ὁ καδίσκος δέ σοι | ὁ μὲν ἀπολύων οὗτος, ὁ δ' ἀπολλὺς ὁδί. Duae urnae etiam Av. 1032 commemorantur; vid. praeterea Lys. or. XIII § 37 δύο τραπέζα ἐν τῷ πρόσθεν τῶν τριάκοντα ἐκείσθην· τὴν δὲ ψῆφον οὐκ εἰς καδίσκους ἀλλὰ φανερὰν ἐπὶ τὰς τραπέζας ταύτας ἔδει τίθεσθαι, τὴν μὲν καθαιροῦσαν <ἐπὶ τὴν προτέραν, τὴν δ' ἀπολύουσαν> ἐπὶ τὴν ὑστέραν. — Hac igitur ratione sententiae cum feruntur, singulis calculis utuntur cives, a magistratu acceptis; cf. Aesch. Eum. 674 sqq., praesertim vs. 735. Alias mentio fit calculorum *diversi coloris* in iudiciis adhibitorum, vid. Plut. Alcibiad. 22 (Aelian. Var. Hist. XIII 38) εἰπόντος τινός „οὐ πιστεύεις, ὦ 'Αλκιβιάδη, τῇ πατρίδι;" — „τὰ μὲν ἄλλα" ἔφη „πάντα, περὶ δὲ τῆς ψυχῆς τῆς ἐμῆς οὐδὲ τῇ μητρί, μήπως ἀγνοήσασα τὴν μέλαιναν ἀντὶ τῆς λευκῆς ἐπενέγκῃ ψῆφον," quo tamen loco Plutarchum verbis minus aptis usum suspicor, e iudicum sortitione, quae albarum nigrarumque tesserarum (κύβων) ope fiebat, desumtis. — *Duos* vero calculos, quorum alter integer esset alter perforatus, singulis iudicibus praebitos esse apertis verbis dicit Aeschines I § 79 ὁ κήρυξ ἐπηρώτα ὑμᾶς τὸ ἐκ τοῦ νόμου κήρυγμα· „τῶν ψήφων ἡ τετρυπημένη ὅτῳ δοκεῖ πεπορνεῦσθαι Τίμαρχον, ἡ δὲ πλήρης ὅτῳ μή," neque alia sententias ferendi ratio commemoratur in [Aristotelis] opere de rep. Athen. col. XXXV sq. (pag. 159 et 161 ed. nostrae). Quae pars operis etsi lacunosa est admodum nec nisi e grammaticis (Harpocrat. s. v. τετρυπημένη, schol. Ar. Eq. 1150, Polluc. VIII 123, lex. Cantabr. p. 670) partim restitui potuit, satis tamen apparet, morem singulos calculos iudicibus tribuendi antiquiorem fuisse, postea vero binos iis esse ministratos. Cf. Schoemann Att. Proces IV c. 11.

— ἔνι] cf. Eq. 128 Nub. 211 Av. 989.

(ad patrem:)

φέρ' ἐξεράσω.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

πῶς ἄρ' ἠγωνίσμεθα;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

δείξειν ἔοικεν.

(utrumque haustrum invertit.)

ἐκπέφευγας, ὦ Λάβης.

(reus gaudio elatus in brachia, imo in pedes liberorum suorum se conicit. Philocleo tacitus humi procidit, animi deliquium passus.)

πάτερ, πάτερ, τί πέπονθας; οἴμοι· ποῦ 'σθ' ὕδωρ;

(servus aquam affert. Bdelycleo patrem ad se revocare conatur.)

ἔπαιρε σαυτόν.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(attollens oculos:)

εἰπέ νυν ἐκεῖνό μοι·

ὄντως πέφευγε;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

νὴ Δί'.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

«οὐδέν εἰμ' ἄρα.»

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

μὴ φροντίσῃς, ὦ δαιμόνι', ἀλλ' ἀνίστασο.

(erigit patrem.)

---

996. ἔπαιρε] ἔπαιρ' ἔπαιρε codices; corr. Dindorf. — In versus fine deteriores habent εἴπ' ἐκεῖνό μοι. Fortasse scribendum est *εἴπ' ἐκεῖνό μοι μόνον vel *εἴπ' ἐκεῖν' ἐκεῖνό μοι.

997 πέφευγε R] ἀπέφυγε V.

---

993. ἐξεράσω] verbum ἐξερᾶν *effundere* legitur etiam Ach. 341, Cratet. fr. 14[6] (Pherecrat. fr. 131[1] pro ἐξερῶν Porson restituit ἐξεμῶν).

— πῶς ἄρ' ἠγωνίσμεθα] *quem igitur eventum habet causa?* Cf. Xenophontis Oecon. 11 § 25 πῶς ἀγωνίζει; *quomodo causam agis?*

994. δείξειν ἔοικεν] mente supplendum est subiectum τοὔργον sive τὸ πρᾶγμα; vid. ad vs. 921.

995. τί πέπονθας;] vid. ad vs. 1.

996. ἔπαιρε σαυτόν] *erige te, ad te redi.* Manifesta est dictionis tragicae imitatio; cf. verba chori ad Peleum nunciata filii morte humi prolapsum in Eur. Andromach. 1076 sq.: ἂ ἄ, τί δράσεις, ὦ γεραιέ; μὴ πέσῃς· | ἔπαιρε σαυτόν. Respondet autem senex οὐδέν εἰμ'· ἀπωλόμην. — Proprio sensu dictum est ἔπαιρε σαυτόν = *altius escende* Eur. Ion. 727.

997. οὐδέν εἰμ' ἄρα] *de me actum est*

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

πῶς οὖν ἐμαυτῷ δῆτ' ἐγὼ ξυνείσομαι
φεύγοντ' ἀπολύσας ἄνδρα; τί ποτε πείσομαι;
ἀλλ', ὦ πολυτίμητοι θεοί, ξύγγνωτέ μοι·
ἄκων γὰρ αὔτ' ἔδρασα κοὐ τοὐμοῦ τρόπου.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

καὶ μηδὲν ἀγανάκτει γ'· ἐγὼ γάρ σ', ὦ πάτερ,
θρέψω καλῶς, ἄγων μετ' ἐμαυτοῦ πανταχοῖ,
ἐπὶ δεῖπνον, εἰς ξυμπόσιον, ἐπὶ θεωρίαν,
ὥσθ' ἡδέως διάγειν σε τὸν λοιπὸν χρόνον·
κοὐκ ἐγχανεῖταί σοι ἐξαπατῶν Ὑπέρβολος.
ἀλλ' εἰσίωμεν.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ταῦτά νυν, εἴπερ δοκεῖ.

(Pater et filius domum intrant. Accusator, reus cum suis, testes, omnes abeunt. Servi absportant quae in scenam sunt allata; solus lectus ante ianuam manet collocatus.)

---

999. δῆτ' Blaydes] τοῦτ'.
1004. πανταχοῖ Brunck] -χοῦ. Cf. Lysistr. 1230.
1007. σοὶ ἐξαπατῶν (σοὐξαπατῶν) Blaydes] σ' ἐξαπατῶν.

---

igitur. Tragico hoc verbulo (vid. ad vs. 996 et cf. Aesch. Eum. 38) senem non sine causa uti apparet ex vs. 160.

1001. πολυτίμητοι] de *diis* usurpari solet hoc adiectivum, cf. Megarensis verba Ach. 759 (ὁ σῖτος) παρ' ἁμὶ πολυτίματος ᾇπερ τοὶ θεοί, et vid. praeterea Ach. 807 Eq. 1390 Nub. 269 Pac. 1016 Av. 667 etc.; nec nisi per iocum nonnunquam de cibis aliisve rebus pretiosis usurpatur = τίμιος vel πολύτιμος, vid. fr. 387[8] ἰχθύδια ... πολυτίμητα.

1007. ἐγχανεῖται] ad vs. 721.

— Ὑπέρβολος] Hyperbolus, qui ex lucernarum officina quaestum faciebat (Eq. 739, 1315 Nub. 1065), rabula forensis, ut nostro loco, vocatur Ach. 846 Nub. 876. Anno, quo Equitum fabula acta est, praetoris munere fungebatur (Eq. 1300—1315, 1363), sequenti autem anno hieromnemon fuit (Nub. 623). Post Cleonis mortem inter eos qui a parte populari stabant plurimum valuit auctoritate, itaque comicorum ioci aculeati statim in ipsum sunt conversi (Pac. 681, 921, 1319, Nub. 551—558, 623.) Anno 417 ostracismo pulsus est (vid. Cobet ad Platon. com. p. 143), casu magis quam consulto (vid. Plut. Nic. 11, Alcib. 13, Aristid. 7, Thucyd. VIII 73 § 2); unde cum apparuisset testarum suffragium non iam reip. conducere (οὐ γὰρ τοιούτων εἵνεκ' ὄστραχ' ηὑρέθη Plat. com. fr. 187), nunquam postea eo usi sunt Athenienses. Samum deinde abiit Hyperbolus, ubi anno 411 a nobilitatis sectariis est occisus (Thucyd. l. l.), corpus culeo insertum et mari mersum (Theopomp. in schol. ad nostrum locum). Quid quod ne mortuo quidem pepercerunt inimici, contumeliose enim admodum de ipso eiusque matre locutus est Aristophanes Thesm. 840 Ran. 570.

1008. ταῦτα] vid. vs. 142.

PARABASIS CHORI.

(vs. 1009—1121).

(Cantus.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

Commation.

ἀλλ' ἴτε χαίροντες ὅποι βούλεσθ'.
ὑμεῖς δὲ τέως, ὦ μυριάδες
ἀναρίθμητοι,
νῦν τὰ μέλλοντ' εὖ λέγεσθαι
μὴ πέσῃ φαύλως χαμᾶζ'
εὐλαβεῖσθε.
τοῦτο γὰρ σκαιῶν θεατῶν
ἐστι πάσχειν, κοὐ πρὸς ὑμῶν.

(Chorus spectatores versus se convertit.)

Parabasis.

νῦν αὖτε λεῴ πρόσσχετε τὸν νοῦν, εἴπερ καθαρόν τι φιλεῖτε.
μέμψασθαι γὰρ τοῖσι θεαταῖς ὁ ποιητὴς νῦν ἐπιθυμεῖ.
ἀδικεῖσθαι γάρ φησιν πρότερος, πόλλ' αὐτοὺς εὖ πεποιηκώς,
τὰ μὲν οὐ φανερῶς ἀλλ' ἐπικουρῶν κρύβδην ἑτέροισι ποιηταῖς,
μιμησάμενος τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν καὶ διάνοιαν,

1011. νῦν Burgess] νῦν μὲν. An *νῦν γοῦν? *Ne nunc certe* (ut anno praecedenti).

1012. εὐλαβεῖσθε] ἐξευλαβεῖσθε legendum et verba ἀναρίθμητοι — ἐξευλαβεῖσθε in duo versus trimetros trochaicos distribuenda esse coniecit Dindorf.

1014.] in fine versus Hermann addit οὐδαμῶς.

1015. πρόσσχετε] προσέχετε VR.

1009. ἴτε χαίροντες] loquendi formula, de qua videantur quae ad vs. 186 observavi, occurrit etiam Ach. 1143 Eq. 498 Nub. 510 Pac. 729 etc.

1011.] aliena verba afferri cum orationis tumor ostendit tum adiectivi ἀναρίθμητοι media syllaba epico more producta.

1012. φαύλως] *sic temere*; vid. vs. 656.

1015. λεῴ] vid. Pac. 298 Av. 1275 sq., Plut. Thes. 25, et formula ἀκούετε λεῴ Ach. 1000 Pac. 551 Av. 448 Susarion. fr. 1; conferenda autem sunt quae ad vs. 186 observavi.

1016. μέμψασθαι] simillima leguntur Ach. 676 Nub. 575.

1017.] cf. Ach. 633.

1018. τὰ μὲν] *partim*; opponitur μετὰ τοῦτο δὲ vs. 1021.

— ἑτέροισι ποιηταῖς] cf. prolegomena et Nub. 531.

1019.] *Euryclem* ventriloquum (ἐγγαστρίμυθον) fuisse, qui daemonem aliquem suo ore loqui perhiberet, ex comici verbis apparet.

† εἰς ἀλλοτρίας γαστέρας ἐνδὺς κωμῳδικὰ πολλὰ χέασθαι· †
μετὰ τοῦτο δὲ καὶ φανερῶς ἤδη κινδυνεύων καθ' ἑαυτόν,
οὐκ ἀλλοτρίων ἀλλ' οἰκείων Μουσῶν στόμαθ' ἡνιοχήσας.

ἀρθεὶς δὲ μέγας καὶ τιμηθεὶς ὡς οὐδεὶς πώποτ' ἐν ὑμῖν,
οὐκ ἐκτελέσαι φησὶν ἐπαρθεὶς οὐδ' ὀγκῶσαι τὸ φρόνημα,
οὐδὲ παλαίστρας περικωμάζειν πειρῶν· οὐδ' εἴ τις ἐραστής,
κωμῳδεῖσθαι παιδίχ' ἑαυτοῦ ⟨μισῶν⟩ ἔσπευδε πρὸς αὐτόν,
οὐδενὶ πώποτέ φησι πιθέσθαι, γνώμην τιν' ἔχων ἐπιεικῆ,
ἵνα τὰς Μούσας αἷσιν χρῆται μὴ προαγωγοὺς ἀποφήνῃ·
οὐδ' ὅτε πρώτιστ' ἦρξε διδάσκειν, ἀνθρωπίσκοις ἐπιθέσθαι,

1020.] delerem hunc versum, nisi poetam consulto parabasin in quinque pericopas 8, 7, 6, 7, 8 versuum distribuisse mihi viderer observasse. — εἰς] εἴς τ' Dobree. — χέασθαι] soloecum pro χέαι. Reiske χέσασθαι proposuit absurde, nec multo felicius Blaydes διδάσκων.

1025. πειρῶν Brunck] περιϊών R, περιὼν V, παριών Bentley.

1026. ἑαυτοῦ] ἑαυτὸν Dobree, i. e. ὡς παιδικά, quod tamen aptum sensum non praebet. — ἔσπευδε] ἔσπευσε RV.

1027. φησι πιθέσθαι] non recte Bentley φησ' ἐπιθέσθαι (ut vs. 1029), sic enim προαγωγούς verti nequit.

1029—1036.] e Pace desumtos esse vidit Hamaker; cf. supra prolegomena.

1029. πρώτιστ' ἦρξε Meineke] πρῶτον ἦρξε R, πρῶτον φησὶν V, πρῶτόν γ' ἦρξε Kuster, πρῶτον ὅδ' ἦρξε Porson. — ἀνθρωπίσκοις ἐπιθέσθαι Conze] ἀνθρώποις φήσ' ἐπιθέσθαι V, ἀνθρώποις φησὶ πιθέσθαι R, νάννοισίν φησ' ἐπιθέσθαι Winckelmann, τοῖς ἰδιώταις ἐπιθέσθαι Richter, ἀνδραρίοις φησ' ἐπιθέσθαι Meineke. Cf. Pac. 751. Versum spurium ducit Cobet.

1021. κινδυνεύων καθ' ἑαυτόν] *suo marte, suo periculo (op eigen risico) certamen iniens*, id est suo nomine fabulam proponens. Nugas meras praebet scholion: διὰ γὰρ τὸν κίνδυνον οὐδεὶς ὑπεκρίθη τοὺς Ἱππέας, — quae e nostro versu male intellecto fluxerunt, opinor.

1024. ἐκτελέσαι . . . ἐπαρθείς] = τελέως ἐπαρθῆναι, *non superbus omnino evasit*. — ὀγκῶσαι] *tumefacere, inflare*, quod ad *fastum* saepe transfertur verbum; cf. Pac. 465 Ran. 703, Soph. Ai. 129, Eur. Hec. 623 etc.

1025.] *non* — ut Eupolis — *per palaestras insidiabatur pueris formosis*. Cf. Pac. 762 sq.

1026.] iung. μισῶν τὰ ἑαυτοῦ παιδικά, ἔσπευσε πρὸς αὐτὸν κωμῳδεῖσθαι (αὐτά); *si amator, odio in puerum incitatus, ab ipso peteret ut amasius in comoedia derideretur*. — *Autolycum*, Lyci filium, quem e Xenophontis Convivio novimus, Eupolis in fabula *Urbibus* nuper riserat (fr. 215), biennio autem post Vespas scenae commissas, anno 420, totam comoediam *Autolycum* iuveni deridendo insumsit. — In scholio legendum est δι' Εὔπολιν· ἐπ' (vulgo ἐν) Αὐτολύκῳ δὲ τοιαῦτά φησι (nempe *Aristophanes*).

1028. προαγωγοὺς] redit vocabulum Thesm. 341 Ran. 1079. Cum toto versu cf. Ran. 1053 sqq.

1029 sqq.] de hoc loco, qui e Pace fabula vs. 751 sqq. desumtus est et a

ἀλλ' Ἡρακλέους ὀργήν τιν' ἔχων τοῖσι μεγίστοις ἐπεχείρει,
θρασέως ξυστὰς εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς αὐτῷ τῷ καρχαρόδοντι,
οὗ δεινότεραι μὲν ἀπ' ὀφθαλμῶν Κύννης ἀκτῖνες ἔλαμπον,
ἑκατὸν δὲ κύκλῳ κεφαλαὶ κολάκων οἰμωξομένων ἐλιχμῶντο
περὶ τὴν κεφαλήν· φωνὴν δ' εἶχεν χαράδρας ὄλεθρον τετοκυίας,
φώκης δ' ὀσμήν, Λαμίας δ' ὄρχεις ἀπλύτους, πρωκτὸν δὲ καμήλου.

τοιοῦτον ἰδὼν τέρας οὔ φησιν δείσας καταδ . . . . ωροδοκῆσαι,

---

1030. *τοῖσι*] *τοῖς* VR. — *ἐπεχείρει* Meineke] *ἐπιχειρεῖν*.
1032. *οὗ*] *ᾧ* Hecker. — *δεινότεραι* Kiehl] *δεινόταται*.
1033. *κεφαλαὶ*] *γλῶτται* Bentley.

---

prima igitur Vesparum recensione afuit, vid. prolegomena. Imitatur poeta Hesiodi Theogoniae versus 820—835, ubi describitur *Typhoeus* Iovis fulmine prostratus, sed intermixta sunt nonnulla quibus Cleo cum *Cerbero* comparatur; vid. Eq. 511 et 1030.

1031. *ἀπ' ἀρχῆς*] Daetalenses Babylonios Acharnenses poeta alieno nomine in certamen commisit; Equitum vero fabulam docuit ipse, de hac igitur sola nunc sermo fit.

— *τῷ καρχαρόδοντι*] Eq. 1017 et 1030.

1032. *δεινότεραι Κύννης*] per comparationem compendiariam haec dicta sunt; quae figura redit vs. 1064, conferri autem potest e. c. Homericum illud *κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι* (P 51). Cynne meretrix famosa fuit hoc tempore, vid. Equit. 765 Thesm. 805.

1033. *οἰμωξομένων*] facete admodum *sibilandi* verbo comicus, veluti lingua lapsus, substituit participium futuri temporis *οἰμωξομένων*, quod idem valet atque *κάκιστ' ἀπολουμένων* (vid. supra vs. 412).

1034.] vid. ad vs. 36, haud inepte autem contulerit quispiam Megabyzi verba Herod. III 81, populum suo arbitrio utentem torrenti hiberno assimulantis.

1035. *φώκης δ' ὀσμήν*] etiam ad coriorum, inter quae vitam degebat Cleo, graveolentiam designandam epica imagine usus est comicus, Protei enim phocae *πικρὸν ἀποπνείουσαι ἁλὸς πολυβενθέος ὀδμήν* (Hom. δ 406 etc.) nemini ignotae sunt. Cf. supra vs. 35, 38.

—] *Lamiam* in scenam produxerat Crates. De ea vid. Horat. ad Pison. vs. 340 *neu pransae Lamiae visum puerum extrahat alvo*, Plutarch. Moral. 515 *f*, Diodor. XX 41, Philostrat. vit. Apollon. IV 25 p. 165, Apuleius Metam. I 17 V 11, multum autem in arte *τοῦ ἀποπαρδεῖν* eam valuisse infra vs. 1177 apparet, et haec ni fallor causa fuit cur huius larvae mentionem nunc faceret comicus; sed acumen ioci latet, nam de feminae *ὄρχεσι* loqui, id non festivum est sed absurdum.

1036.] verbo *καταδειλιᾶσαι* cum vellet uti, per errorem scilicet dixit *καταδωροδοκῆσαι*, ita Cleonem operam dedisse ut poetam corrumperet maligne admodum significans. Verbum redit Ran. 361.

ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν ἔτι καὶ νυνὶ πολεμεῖ. Φησὶν δὲ μετ' αὐτὸν
τοῖς ἠπιάλοις ἐπιχειρῆσαι πέρυσιν καὶ τοῖς πυρετοῖσιν,
οἳ τοὺς πατέρας τ' ἦγχον νύκτωρ καὶ τοὺς πάππους ἀπέπνιγον,
κατακλινόμενοί τ' ἐπὶ ταῖς κοίταις ἐπὶ τοῖσιν ἀπράγμοσιν ὑμῶν
ἀντωμοσίας καὶ προσκλήσεις καὶ μαρτυρίας ξυνεκόλλων,
ὥστ' ἀναπηδᾶν δειμαίνοντας πολλοὺς ὡς τὸν πολέμαρχον.

τοιόνδ' εὑρόντες ἀλεξίκακον, τῆς χώρας τῆσδε καθαρτήν,
πέρυσιν καταπρούδοτε καινοτάταις σπείραντ' αὐτὴν διανοίαις,
ἃς ὑπὸ τοῦ μὴ γνῶναι καθαρῶς ὑμεῖς ἐποιήσατ' ἀναλδεῖς.

1037—1042.] aliunde irrepsisse, fortasse ex Νήσων fabula, demonstratum ivit Hamaker, qui ad Avium locos quosdam h. l. alludi contendit errore manifesto.

1037. πολεμεῖ] πολεμεῖν Blaydes. — δὲ] τε V, om. R. — αὐτὸν Bentley] αὐτοῦ. Dindorf mavult αὐτό.

1039. οἳ] χὠ Hamaker.

1040. κατακλινόμενοί τ' ἐπὶ ... τοῖσιν] κατακλινομένους ἐν ... τοῖσί τ' Hamaker.

1044. σπείραντ' R] σπαίροντ' V. — αὐτὴν Hecker] αὐτὸν codices, quod servans Bothe καινοτάτας ... διανοίας coniecit.

1037 sqq.] post *Cleonem* perstrinxit *sophistas*, post Equitum nimirum fabulam scripsit Nubes. Adverbium πέρυσιν vs. 1044, quo indicatur Nubium fabula anno 423 aemulorum dramatis posthabita, docet haec ex prima Vesparum recensione intacta superesse.

1038. ἠπιάλοις ... πυρετοῖσιν] cf. vs. 284. Contumeliose Chaerephon, quique praeterea squallore orisque pallore insignes erant, designantur hisce vocabulis, quae pestis tempore increbruisse veri simile est; sic nostris diebus fuit qui per iocum diceret „bacillum socialismi" strenue insectandum esse.

1039 sq.] videtur alludi ad rem aliquam nobis ignotam, unde Aristophanes primum ceperit consilium Socratem eiusque sodales in Nubium fabula deridendi; recordemur autem oportet eam fabulam primitus multa habuisse a recensione, quam nos traditam accepimus, diversa. Videantur prolegomena.

1040.] *quique in lectulo molliter recubantes* — ut Socrates Nub. 218 nec non Euripides Acharn. 399 — *placidis civibus insidias struebant.* — ἀπράγμονες dicuntur qui refugiunt πράγματα (ad vs. 1392), vid. Eq. 265 Av. 44 Nub. 1007; oppositum autem est adiectivum πολυπράγμων. Huiusmodi hominum quieti inimica est fallax ars sophistarum, qui τὸν ἥττω λόγον adhibent ut ius pervertant.

1041. ἀντωμοσίας] cf. vs. 545.

— ξυνεκόλλων] vid. Nub. 446.

1042. πολέμαρχον] nempe ὅσα τοῖς πολίταις ὁ ἄρχων, τοῖς μετοίκοις ὁ πολέμαρχος [Aristot.] de Rep. Athen. c. 58. Multi polemarchum perterriti adierunt, ut peregrinos istos sophistas accusarent vel opem contra eos ab ipso peterent.

1043. ἀλεξίκακον] Herculis hoc est epitheton; vid. praeterea Pac. 422, Hom. K 20 (μῆτιν) ἥ τις ἀλεξίκακος πᾶσιν Δαναοῖσι γένοιτο.

καίτοι σπένδων πόλλ' ἐπὶ πολλοῖς ὄμνυσιν τὸν Διόνυσον,
μὴ πώποτ' ἀμείνον' ἔπη τούτων κωμῳδικὰ μηδέν' ἀκοῦσαι.
τοῦτο μὲν οὖν ἐσθ' ὑμῖν αἰσχρὸν τοῖς μὴ γνοῦσιν παρα-
χρῆμα,
ὁ δὲ ποιητὴς οὐδὲν χείρων παρὰ τοῖσι σοφοῖς νενόμισται,
εἰ παρελαύνων τοὺς ἀντιπάλους τὴν ἐπίνοιαν ξυνέτριψεν.

Pnigos sive macron.

ἀλλὰ τὸ λοιπὸν τῶν ποιητῶν,
ὦ δαιμόνιοι, τοὺς ζητοῦντας
καινόν τι λέγειν κἀξευρίσκειν
στέργετε μᾶλλον καὶ θεραπεύετε,
καὶ τὰ νοήματα σῴζεσθ' αὐτῶν
εἰσβάλλετέ τ' εἰς τὰς κιβωτοὺς
μετὰ τῶν μήλων.
κἢν ταῦτα ποιῆθ', ὑμῖν δι' ἔτους
τῶν ἱματίων
ὀζήσει δεξιότητος.

ΧΟΡΟΣ.

Oda sive stropha.

ὦ πάλαι ποτ' ὄντες ἡμεῖς ἄλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς,
ἄλκιμοι δ' ἐν μάχαις,
† καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο μόνον ἄνδρες μαχιμώτατοι, †

1050. εἰ παρελ. Bothe e schol.] εἴπερ ἐλ. codices.

1062.] verba corrupta nemo hactenus probabiliter correxit. In fine versus ἀλκιμώτατοι (sic Bentley) scribendum esse videtur, sed cetera obscura sunt. Bergk in versu antistr. κεῖσε pro ἐκεῖσε scribit; Brunck vero hoc loco corrigit τοῦτο δὴ μόνον, Bentley δὴ μόνον τοῦτ'. Sed quid hoc loco sibi velint verba *hac ipsa in re* me fugit, inest enim gradatio quaedam his versibus: *nos, qui olim strenui fuimus in pace strenuique in bello, praesertim autem strenui fuimus* .... quid addendum?

1046.] cf. Nub. 519, 522.

1050. εἰ] = εἴπερ. *Licet opus suum fregerit dum aemulos praetervehitur, mala fortuna usus*; i. e. licet iniqui iudices merito praemio eum frustrarint. Pro voce ἐπίνοια utrum ἅρμα an ναῦν intellegi voluerit poeta, incertum, nam utramque explicationem admittit lingua praebentque scholia. *Novum* autem *inventum*, argumentum a nullo antea excogitatum, significat vocabulum ἐπίνοια, quod obsoletis decantatisque aemulorum iocis opponit comicus.

1053.] cf. Nub. 547.

1058.] vid. Pac. 529 sq., Xenoph. Sympos. II § 4 ὄζειν καλοκαγαθίας.

1060.] cf. supra vs. 231; alluditur ad proverbium πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι, cf. Plut. 1002, 1075.

1062.] vid. annot. crit.

πρίν ποτ' ἦν, πρὶν ταῦτα, νῦν δ'
οἴχεται, κύκνου τε πολιώτεραι
αἵδ' ἐπανθοῦσιν τρίχες.
ἀλλὰ κἀκ τῶν λειψάνων δεῖ
τῶνδε ῥώμην νεανικὴν σχεῖν·
ὡς ἐγὼ τοὐμὸν νομίζω
γῆρας εἶναι κρεῖττον ἢ πολ-
λῶν κικίννους νεανιῶν καὶ
σχῆμα κεὐρυπρωκτίαν.

Epirrhema.

εἴ τις ὑμῶν, ὦ θεαταί, τὴν ἐμὴν ἰδὼν φύσιν,
εἶτα θαυμάζει μ' ὁρῶν μέσον διεσφηκωμένον,
ἥτις ἐστὶν ἡ ἐπίνοια τῆσδε τῆς ἐγκεντρίδος,
ῥᾳδίως ἐγὼ διδάξω, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.
ἐσμὲν ἡμεῖς, οἷς πρόσεστι τοῦτο τοὐρροπύγιον,
ἀττικοὶ μόνοι δικαίως ἐγγενεῖς αὐτόχθονες,

1064.] in fine versus delevi δή, quod omittunt VR. Si quid mutandum, pro αἵδ' in vs. 1065 malo *τῷδ' aut τοῖσδ'.

1066. ῥώμην] γνώμην V.

1067. νεανικὴν] *ἀνδρικήν?

1069. νεανιῶν] Κλεινιῶν coniecit Meineke.

1073. ἥτις ἐστὶν ἡ ἐπίνοια τῆσδε Bentley] ἤ τις ἡμῶν ἐστιν ἡ 'πίνοια τῆς VR, τῆσδε τῆς alii repugnante metro.

1076.] spurium ducit Hamaker.

1064. *κύκνου πολιώτεραι*] de verborum structura vid. vs. 1032; praeterea conferri potest adiectivum *κυκνόμορφοι*, quod *Graeis* tribuit Aeschylus Prom. 795.

1065. *ἐπανθοῦσιν*] = Homericum *ἐπανήνοθε* B 219 etc.

1066. *ἐκ τῶν λειψάνων*] cf. Hom. ξ 214 *καλάμην γέ σ' οἴομαι εἰσοράοντα | γιγνώσκειν.*

1070.] cf. Eur. Androm. 764 *πολλῶν νέων γὰρ κἂν γέρων εὔψυχος ὢν | κρείσσων* et proverbium *ἀετοῦ γῆρας κορύδου νεότητος κρεῖττον* (Zenob. II 38).

1073. *ἥτις ἐστὶν ἡ ἐπίνοια*] *quid sibi velit, quid significet* (*de bedoeling*). Vid. Pac. 127 Av. 405; idem valet *ὁ νοῦς* Ran. 47.

1074.] iocose comicus imitatur dictum Euripideum (fr. 666 Dind. e Stheneboea desumtum, cf. Valcken. Diatr. p. 207): *ποιητὴν δ' ἄρα | ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.*

1075. *ὀρροπύγιον*] cf. Nub. 158, 162.

1076.] agricolarum gens olim fuerant Attici, necdum pratorum montiumque ille amor evanuerat, sed multi hisce annis, ut Dicaeopolis Acharnensium fabulae initio, in ore habebant illud *o rus, quando ego te adspiciam*, dum urbis moeniis inclusi procul a suis arvis vineisque marcebant; vid. Thucyd. II 14—17, Plut. Themist. 19, Arist. Eq. 40 fr. 387, Philemon. fr. 71. Veram autem matrem sibi esse terram Atticam gloriari solebant Attici; vid. e. g. Isocrat. XII 125 *ταύτην ἔχοντες τὴν χώραν τροφὸν ἐξ ἧσπερ*

ἀνδρικώτατον γένος καὶ πλεῖστα τήνδε τὴν πόλιν
ὠφελῆσαν ἐν μάχαισιν, ἡνίκ' ἦλθ' ὁ βάρβαρος,
(τῷ καπνῷ τύφων ἅπασαν τὴν πόλιν καὶ πυρπολῶν,
ἐξελεῖν ἡμῶν μενοινῶν πρὸς βίαν τἀνθρήνια.)
εὐθέως γὰρ ἐκδραμόντες ξὺν δορὶ ξὺν ἀσπίδι
ἐμαχόμεσθ' αὐτοῖσι, θυμὸν ὀξίνην πεπωκότες,
στὰς ἀνὴρ παρ' ἄνδρ', ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων·
ὑπὸ δὲ τῶν τοξευμάτων οὐκ ἦν ἰδεῖν τὸν οὐρανόν.
ἀλλ' ὅμως ἐωσάμεσθα ξὺν θεοῖς πρὸς ἑσπέραν,
γλαῦξ γὰρ ἡμῶν, πρὶν μάχεσθαι, τὸν στρατὸν διέπτετο.
οἱ δ' ἔφευγον τὰς γνάθους καὶ τὰς ὀφρῦς κεντούμενοι·
εἶτα δ' εἰπόμεσθα θυννάζοντες εἰς τοὺς θυλάκους,

1084 sq.] damnat Hamaker.

1085. *ἐωσάμεσθα* Anecdot. Oxon. IV p. 446] *ἐσωζόμεσθα* V, *ἐπαυσάμεσθα* R, *ἀπεωσάμεσθα* alii. — *ἑσπέραν* V] *ἑσπέρας* R, *ἑσπέρᾳ* reliqui.

1086. *διέπτετο* Brunck] *διέπτατο.*

1087 sq.] in codicibus leguntur ordine praepostero; restituit Hamaker.

1088. *εἰπόμεσθα* R] in V est *ἐπόμεσθα*, in ceteris *ἑσπόμεσθα*, unde Hirschig coniecit *εἶτ' ἐσεπτόμεσθα* coll. vs. 431.

ἔφυσαν, στέργοντες αὐτὴν ὁμοίως ὥσπερ οἱ βέλτιστοι τοὺς πατέρας καὶ τὰς μητέρας τὰς αὑτῶν. Cuius in rei memoriam aureis cicadis capillos comere solebant olim (vid. Eq. 1331 Nub. 984, Thucyd. I 6, Isocrat. IV 24 sq., Aelian. Var. Hist. IV 22), qui tamen mos Aristophanis tempore in desuetudinem abierat. Vespae autem, quae sub solo saepe nidificant, non minus apte nunc a comico vocantur *αὐτόχθονες*, quam *cicadae*, quae e pulvere nasci roreque vesci credebantur.

1079. *καπνῷ τύφων*] cf. vs. 457.

1080. *ἀνθρήνια*] *favos*, cf. vs. 1107 et Nub. 947.

1081.] cf. Sulpiciae carmin. vs. 51 sqq. *cum defendier armis | suadet amor patriae et captiva penatibus uxor, | convenit* (Romana propago), *ut vespis, quarum domus arce Monetae, | turba rigens strictis per lutea corpora telis.*

1082. *ὀξίνην*] cf. Eq. 1304 et supra ad vs. 151.

1083.] cf. Hom. N 131 *ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυθ', ἀνέρα δ' ἀνήρ*, Tyrtaei fr. 10 *ἀλλά τις εὖ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι | στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδοῦσι δακών*, Eur. Heraclid. 837 *ἀνὴρ δ' ἐπ' ἀνδρὶ στὰς ἐκαρτέρει μάχῃ*, Bacch. 620 *θυμὸν ἐκπνέων, ἱδρῶτα σώματος στάζων ἄπο, | χείλεσιν διδοὺς ὀδόντας*, Verg. Aen. X 361 *concurrunt, haeret pede pes densusque viro vir.*

1084.] alluditur ad dictum Leonidae ex Herod. VII 226 notissimum. Marathonomachae autem quamquam ipsius pugnae Marathoniae praesertim recordantur, intermixta tamen est Thermopylarum et Salaminis et urbis a barbaris combustae memoria.

1086.] ante praelium Salaminium *γλαῦκα ὀφθῆναι διαπετομένην ἐπὶ τὰ δεξιὰ τῶν νεῶν* refert Plut. Themist. 12.

1088. *θυννάζοντες*] imagine ex epicis carminibus nota (*ἰχθῦς δ' ὣς πείροντες ἀτερπέα δαῖτ' ἐφέροντο* Hom. κ 124, vid. etiam Π 407) feliciter admodum usus est Aeschylus in praeclara illa victoriae Sa-

ὥστε παρὰ τοῖς βαρβάροισι πανταχοῦ καὶ νῦν ἔτι
μηδὲν ἀττικοῦ καλεῖσθαι σφηκὸς ἀνδρικώτερον.

Antoda sive antistropha.

ἆρα δεινὸς ἦ τόθ', ὥστε πάντας ἐμὲ δεδοικέναι,
καὶ κατεστρεψάμην
τοὺς ἐναντίους, πλέων ἐκεῖσε ταῖς τριήρεσιν.
οὐ γὰρ ἦν ἡμῖν ὅπως
ῥῆσιν εὖ λέξειν ἔμελλέν τις ἢ
συκοφαντήσειν τινὰ
φροντίς, ἀλλ' ὅστις ἐρέτης ἔ-
σοιτ' ἄριστος. τοιγαροῦν πολ-
λὰς πόλεις Μήδων ἑλόντες
αἰτιώτατοι φέρεσθαι
τὸν φόρον δεῦρ' ἐσμέν, ὃν κλέ-
πτουσιν οἱ νεώτεροι.

Antepirrhema.

πολλαχοῦ σκοποῦντες ἡμᾶς εἰς ἅπανθ' εὑρήσετε
τοὺς τρόπους καὶ τὴν δίαιταν σφηξὶν ἐμφερεστάτους.
πρῶτα μὲν γὰρ οὐδὲν ἡμῶν ζῷον ἠρεθισμένον
μᾶλλον ὀξύθυμόν ἐστιν οὐδὲ δυσκολώτερον·
εἶτα τἄλλ' ὅμοια πάντα σφηξὶ μηχανώμεθα.
ξυλλεγέντες γὰρ καθ' ἑσμούς, ὥσπερ εἰς τἀνθρήνια,

1091. πάντας ἐμὲ Hirschig] πάντα μὴ codices, πάντα με Bergk, qui in strophae versu 1060 delet ἐν.

1095. *ἔμελλέν τις ἢ] ἐμέλλομεν τότ' οὐδὲ. Mutavi metri causa, ut concineret hic versus cum vs. 1064.

1097. ὅστις Dindorf] ὅστις ἂν VR, ὃς ἂν alii.

1103. ἐμφερεστάτους] ὄντας ἐμφερεῖς Cobet.

1107. ξυλλεγέντες Bentley] -γοντες codices. — εἰς Blaydes in add.] εἰ. Deinde fortasse praestat ἀνθρήνια deleta littera τ.

laminiae descriptione: τοὶ δ' ὥς τε θύννους ἤ τιν' ἰχθύων βόλον | ἀγαῖσι κωπῶν θραύμασίν τ' ἐρειπίων | ἔπαιον ἐρράχιζον, Pers. 424 sqq., comicus autem nunc ad Aeschyli haec verba alludit, quae quin spectatorum menti inhaeserint non est dubium. — Etiam in oraculo quod Pisistrato datum est, Herod. I 62, inimici per insidias circumventi cum thynnorum agmine irretito comparantur.

— θυλάκους] *Persarum braccas*, cf. vs. 431 εἰς τὸν πρωκτόν. Eodem vocabulo Paridis sodaliumque vestitum Asiaticum designavit Euripides Cyclop. 182: τὴν πρόδοτιν (Helenam), ἣ τοὺς θυλάκους τοὺς ποικίλους | περὶ τοῖν σκελοῖν ἰδοῦσα etc. — Proprie *peram* significabat vox θύλακος (vid. vs. 315), hinc vero, per iocum opinor, a militibus Graecis usurpata est ad barbaras ἀναξυρίδας indicandas.

1107. τἀνθρήνια] cf. vs. 1080.

οἱ μὲν ἡμῶν οὗπερ ἄρχων, οἱ δὲ παρὰ τοὺς ἕνδεκα,
οἱ δ' ἐν ᾠδείῳ δικάζουσ', οἱ δὲ πρὸς τοῖς τειχίοις,
ξυμβεβυσμένοι πυκνοί, νεύοντες εἰς τὴν γῆν, μόλις
ὥσπερ οἱ σκώληκες ἐν τοῖς κυττάροις κινούμενοι.
εἴς τε τὴν ἄλλην δίαιτάν ἐσμεν εὐπορώτατοι·
πάντα γὰρ κεντοῦμεν ἄνδρα κἀκπορίζομεν βίον.
ἀλλὰ γὰρ κηφῆνες ἡμῖν εἰσιν ἐγκαθήμενοι,
οὐκ ἔχοντες κέντρον· † οἳ μένοντες ἡμῶν τοῦ φόρου †
τὸν πόνον κατεσθίουσιν οὐ ταλαιπωρούμενοι.
τοῦτο δ' ἔστ' ἄλγιστον ἡμῖν, ἤν τις ἀστράτευτος ὢν
ἐκροφῇ τὸν μισθὸν ἡμῶν, τῆσδε τῆς χώρας ὕπερ
μήτε κώπην μήτε λόγχην μήτε φλύκταιναν λαβών.

1110. πυκνοί Hamaker] πυκνὸν codices, Πυκνὸς Meineke.

1112 sq.] delet Hamaker.

1112. τε] δὲ Richter. — εὐπορώτατοι] ἐμφερέστατοι Bentley coll. vs. 1103.

1114. ἡμῖν Brunck] ἡμῶν.

1114 sqq.] deleto vs. 1115 Hamaker rescripsit ἀλλὰ γὰρ κηφῆνες ἡμῶν ἔσθ' ὅτ' ἐγκαθήμενοι | τὸν πόνον κατεσθίουσιν, usus Dobrei emendatione, qui vs. 1116 πόνον correxit pro γόνον coll. Hesiod. Oper. 305 Xenoph. Anab. VII 6 § 9. Quos secutus Meineke dedit εἰσὶν οἳ καθήμενοι | τὸν πόνον κατεσθίουσιν. Corruptum esse locum quivis videt, certum autem duco πόνον, quod legit scholiasta; sed spurium esse versum 1115 non credo; Bergk tentavit μένοντες ἔνδον τοὐρόφου | τὸν πόνον κ., ingeniose admodum attamen infeliciter, nam vix Graecum id foret.

1117 sq.] in V librarii culpa omissa sunt verba ἡμῖν — μισθὸν.

1118. ἐκροφῇ Reiske] ἐκφορῇ.

1109. τειχίοις] hanc vocem non intellego, vereor autem ut sit integra.

1111. κυττάροις] vocabulum quod *putamen* ovi vel nucis proprie significat, cf. Pac. 199 Thesm. 516, nunc de alveorum cellulis, quibus vespae suam prolem includunt, usurpatur.

1112 sq.] verba importuna quin corrupta aut spuria sint non dubito; etiam vs. 1115 vitium contraxit. Vid. annot. crit.

1114. κηφῆνες] *fuci*, mares (praeter coitum ad nihil utiles); qua imagine cives desidiosos indicavit primus Hesiodus Oper. 304 sqq., a quo desumsit Socrates, hunc autem Xenophon et Plato imitati sunt; vid. Ruhnkenius ad Tim. s. v.

1115.] viri qualis est ῥίψασπις iste Cleonymus (vid. ad vs. 19).

1116. πόνον] id est laboris nostri fructus. Cf. Hesiod. l. l.

1119. φλύκταιναν] *papulam*, qualis in cute attrita surgere solet; de remigum potissimum manibus haec sunt accipienda, vid. Ran. 236. Ludens autem comicus duplicem potestatem nunc tribuit participio λαβών, *sumendi* atque *accipiendi*. Pedestri sermone reddenda sunt haec μήτε ναυμαχήσας ποτὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως μήτε πεζομαχήσας, cf. vs. 678 πολλὰ μὲν ἐν γῇ πολλὰ δ' ἐφ' ὑγρᾷ.

ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ τὸ λοιπὸν τῶν πολιτῶν ἔμβραχυ
ὅστις ἂν μὴ ἔχῃ τὸ κέντρον, μὴ φέρειν τριώβολον.

SCENA VIGESIMA.

(*Pater* et *filius* foras procedunt, pater autem motu gestuque iram prodit. Sequitur servus laenam praedensam atque hirsutam brachio gestans et novum par calceorum manu tenens.)

Chorus, Philocleo, Bdelycleo.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(pallium suum ambabus manibus in pectore retinens:)

οὔτοι ποτὲ ζῶν τοῦτον ἀποδυθήσομαι,
ἐπεὶ μόνος μ' ἔσωσε παρατεταγμένον,
ὅθ' ὁ βορέας ὁ μέγας ἐπεστρατεύσατο.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἀγαθὸν ἔοικας οὐδὲν ἐπιθυμεῖν παθεῖν.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

μὰ τὸν Δί', οὐ γὰρ οὐδαμῶς μοι ξύμφορον.
καὶ γὰρ πρότερον ἐπανθρακίδων ἐμπλήμενος
ἀπέδωκ' ὀφείλων τῷ κναφεῖ τριώβολον.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἀλλ' οὖν πεπειράσθω γ', ἐπειδήπερ γ' ἅπαξ
ἐμοὶ σεαυτὸν παραδέδωκας εὖ ποιεῖν.

1128. ἀπέδωκ' ὀφείλων] Richter ἀποδοὺς ὀφείλω(?), Blaydes ἀποδὺς ὀφείλω.

1121. τὸ κέντρον] si quis aculeum ostendere nequit; ut alias iudicibus *symbolum*, quod acceperant, exhibendum erat, priusquam mercedem suam acciperent a colacretis; vid. ultima verba [Aristotelis] de Rep. Athen.

1122. τοῦτον] nempe τὸν τρίβωνα.

1124. βορέας] haec vox substituta est βασιλέως nomini, quoniam de veste sermo fit; vid. vs. 11 sq. Non alluditur ad certam aliquam rem ex historia notam, reicio autem operosam explicationem scholiastae, procellam quae persicam classem ad Sepiadis littus quassavit intellegendam esse contendentis. — Vetusti pallii amorem non minorem prodit homo qui Plut. 846 loquens inducitur; cf. etiam Thesm. 214 sqq.

1127. ἐπανθρακίδων] *apuarum* (τριχίδων Eccles. 51) *in foco tostarum;* redit vox Ach. 670, derivatur autem verbum ἀπανθρακίζειν Av. 1546 Ran. 506. Vid. supra vs. 329, si quis autem parum intellegat quid tectis verbis senex nunc significet, inspiciat Eccles. 347, ubi apertiora extant.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

τί οὖν κελεύεις δρᾶν με;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

τὸν τρίβων' ἄφες,
τηνδὶ δὲ χλαῖναν ἀναβαλοῦ νεανικῶς.

(invito atque repugnanti adimit pallium.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἔπειτα παῖδας χρὴ φυτεύειν κἀκτρέφειν,
ὅθ' οὑτοσί με νῦν ἀποπνῖξαι βούλεται;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἔχ', ἀναβαλοῦ τηνδὶ λαβὼν καὶ μὴ λάλει.

(servus laenam offert Philocleoni, qui anxius recedit.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

τουτὶ τὸ κακὸν τί ἐστι πρὸς πάντων θεῶν;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οἱ μὲν καλοῦσι Περσίδ', οἱ δὲ καυνάκην.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἐγὼ δὲ σισύραν ᾠόμην Θυμαιτίδα.

1132. ἀναβαλοῦ] ἀναλαβοῦ VR, item V vs. 1135. — *νεανικῶς] τριβωνικῶς codd., quod nihil est. Ex lectione altera, quam scholia praebent, γεροντικῶς, apparet solas litteras ικως genuinas esse, ceteras male esse suppletas aut e praecedenti versu huc aberrasse. Correxi coll. vs. 1204.

1133. κἀκτρέφειν Hirschig] καὶ τρέφειν.

1132. τηνδί] post ὁδί articulus omissus est etiam Ach. 908 Lys. 1072 Eccl. 27, item post ὅδε Ach. 336, (454), 810, 985 Eq. 1166, post οὑτοσί Ach. 130, 187, 960, 1049 Eq. 1177, 1181. Vid. etiam supra vs. 262.

— χλαῖναν] vid. vs. 739. Vox vetusta indicat vestem amplam atque pretiosam, ex Asia importatam nec nisi festis diebus aptam; cf. Av. 493 Eccles. 606 et infra ad vs. 1138.

— νεανικῶς] elegantér, ut si iuvenis esses adhuc; vid. vs. 1204, et cf. πλουσίως vs. 1168.

1133. ἔπειτα] hanc particulam interrogationi praemittere mirantis est vel indignantis; cf. Ach. 917 Nub. 226, 1249 Thesm. 637 Plut. 1148.

1136.] item Ach. 156 Pac. 181, 322 Av. 1036, 1207 (1213 Thesm. 1080, 1085). Cf. supra vs. 183.

1137. καυνάκην] filius utitur vocabulo, quo densae atque villosae hae vestes, de quibus conferri possunt Polluc. VI 11, I. Müller Privatalterth. p. 386, in ipsa Persia designabantur. Pausanias cum regis Xerxis satrapes haberi vellet, τὴν καυνάκην et τὸν κάνδυν induit (Plut. Cimon. 6), id est τὴν μηδικὴν σκευήν, ut loquitur Thucydides I 130.

1138. σισύραν] cf. vs. 739. *Equidem rusticam lodicem esse putabam.* Demo

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

κοὐ θαῦμά γ'· εἰς Σάρδεις γὰρ οὐκ ἐλήλυθας.
ἔγνως γὰρ ἄν· νῦν δ' οὐχὶ γιγνώσκεις.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἐγὼ
μὰ τὸν Δί' οὐ τοίνυν· ἀτὰρ δοκεῖ γέ μοι
προσεικέναι μάλιστα Μορύχου σάγματι.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οὔκ, ἀλλ' ἐν Ἐκβατάνοισι ταῦθ' ὑφαίνεται.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἐν Ἐκβατάνοισι γίγνεται κρόκης χόλιξ;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

πόθεν, ὠγάθ'; ἀλλὰ τοῦτο τοῖσι βαρβάροις
ὑφαίνεται πολλαῖς δαπάναις. αὕτη γέ τοι
ἐρίων τάλαντον καταπέπωκε ῥᾳδίως.

1140.] delet Hamaker.
1142. *προσεικέναι* Cobet] *ἐοικέναι*. Cf. Eccles. 1161.

cuidam tribus Hippothontidis nomen erat *οἱ Θυμοιτάδαι*, ridicule autem senex splendidam laenam, quae sibi offertur, pro vili stragulo habet in Atticae vico aliquo confecto. Cf. proverbium *τούτῳ οὔτε χλαῖνα οὔτε σισύρα συμφέρει* Ran. 1459.

1139.] nempe extra Atticam tuam, utpote rusticus homo de plebe, pedem vix unquam extulisti; aliorum est Asiam visere. Cf. Ach. 613. — Sardianae vestes commemorantur etiam Platon. com. fr. 208; cf. praeterea Ach. 112 Pac. 1174.

1142. *Μορύχου*] de delicato hoc homine vid. vs. 506.

— *σάγματι*] iocose Morychi vestis ingens, sub qua homo frigoris impatiens abdere se solebat, hac voce designatur, quae a verbo *σάττω* ducta est, *involucrum* autem significat, quo *arma* asservabantur circumdata *(foudraal)*; vid. Eur. Andr. 617 *κάλλιστα τεύχη δ' ἐν καλοῖσι σάγμασιν*. Hinc Lamachus cum pugnam parat exclamat *τίς Γοργόν'* (clipei insigne) *ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ σάγματος*; Ach. 574. Vid. etiam Ach. 1120 Xenoph. Anab. I 2 § 16.

1144.] *numquid igitur Ecbatanis farta e lana fiunt (worst van wol)*? Vox *χόλιξ* (*intestinum*) *isicias* significat etiam Eq. 1179 Pac. 717 Ran. 576 (cf. *γαστήρ* et *ἤνυστρον*), *κρόκη* autem dicitur *subtemen*, lana quae staminibus intertexitur; cf. Lys. 896 Thesm. 738, Hes. Oper. 538 *στήμονι δ' ἐν παύρῳ πολλὴν κρόκα μηρύσασθαι*.

1145. *πόθεν;*] *unde hoc habes*, *quomodo tandem in mentem tibi venit huiusmodi quid?* Cf. Ach. 1023 Nub. 242 et supra vs. 204.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οὔκουν ἐριώλην δῆτ' ἐχρῆν αὐτὴν καλεῖν
δικαιότερον ἢ καυνάκην;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἔχ', ὠγαθέ,
καὶ στῆθί γ' ἀμπισχόμενος.

(servus Philocleonem laenà amicturus est; sed hic denuo recedit.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οἴμοι δείλαιος·
ὡς θερμὸν ἡ μιαρά τί μου κατήρυγεν.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

(morae impatiens:)

οὐκ ἀναβαλεῖ;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ'.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἀλλ' ὠγαθέ ....

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

εἴπερ γ' ἀνάγκη, κρίβανόν μ' ἀμπίσχετε.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

Φέρ', ἀλλ' ἐγώ σε περιβάλω.

(servo laenam adimit. Ad servum:)

σὺ δ' οὖν ἴθι.

(servus abit. Bdelycleo vi adhibita patrem frustra renitentem nova veste amicit.)

1148. *αὐτὴν* V] *ταύτην* R.
1150. *στῆθί γ' ἀμπισχ.*] *στῆθ' ἀναμπ.* R, *στῆθ' ἀμπ.* V, *στῆθ' ἐναμπ.* Bergk.
1153. *ἀμπίσχετε*] *ἄμπισχε σύ* Blaydes, deleto versu sequenti.
1154. *περιβάλω* Blaydes] *περιβαλῶ.* — *σὺ δ' οὖν ἴθι*] patri tribuit Lenting.

1148. *ἐριώλην*] voce, ab *ἐρι-* *valde* et *ὄλλυμι* ducta, quae vehementem procellam sive aëris turbinem (*hoos*) significat (vid. Eq. 511), nunc iocose abutitur poeta ad *lanae perniciem* indicandam, a nomine *τὰ ἔρια* derivatam esse fingens. Vid. ad vs. 353.

1151. *κατήρυγεν*] cf. vs. 913.

1153.] *siquidem coqui me oportet, clibanum potius* — quo citius res conficiatur — *mihi induite.* Cf. Nub. 696 *εἴπερ με χρή, | χαμαί μ' ἔασον αὐτὰ ταῦτ' ἐκφροντίσαι.* — In culina *furnus* erat collocatus, in quo torrebantur hordei grana, e quibus polenta parabatur (id quod *φρύγειν* dici solebat, tosta autem grana *κάχρυες* vocabantur, vid. infra vs. 1305 Nub. 1358 Cratin. fr. 274). Hinc *κρῖβανος* eius nomen erat, e vocibus *κρῖ* = *κριθή* et *βαῦνος* *caminus* compositum; praeterea autem furnum etiam carnibus panibusve assandis inserviisse prouti opus esset, per se intellegitur; cf. Ach. 86 sqq. et 1123.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

παράθου γε μέντοι καὶ κρεάγραν.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

τιὴ τί δή;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἵν' ἐξέλῃς με πρὶν διερρυηκέναι.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἄγε νυν, ὑπολύου τὰς καταράτους ἐμβάδας,
ὑποδοῦ δ' ἀνύσας τι τάσδε τὰς λακωνικάς.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(in lecto considit, deinde ponit soleas.)

ἐγὼ γὰρ ἂν τλαίην ὑποδήσασθαί ποτε
ἐχθρῶν παρ' ἀνδρῶν δυσμενῆ καττύματα;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἔνθες ποτ', ὦ τᾶν, κἀπίβαιν' ἐρρωμένως
εἰς τὴν λακωνικὴν ἀνύσας.

(novum calceum alteri senis pedi induit.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἀδικεῖς γέ με

1155. παράθου (παραθοῦ) V] κατάθου R.

1157. ὑπολύου Hirschig] ὑποδύου VR, ἀποδύου deteriores.

1158. *ὑποδοῦ δ' ἀνύσας τι τάσδε τὰς] τασδὶ δ' ἀνύσας ὑπόδυθι τὰς codices, τασδὶ δ' ἀνύσας ὑποδοῦ λαβὼν Hirschig, qui verbum ὑποδοῦ certa emendatione revocavit, sed cetera minus probabiliter constituit. Quod dedi, nunc poscit etiam vHerwerden.

1159. ὑποδήσασθαι Scaliger Hirschig] ὑποδύσασθαι.

1161. ποτ'] πόδ' male Brunck. Cf. vs. 1168 Plut. 349, 648 etc. — κἀπίβαιν' Cobet Hirschig] κἀπόβαιν' VR, καὶ κατάβαιν' alii, unde Bentley κᾆτα βαῖν', Reisig καὶ πρόβαιν' (cf. vs. 230 et 1169).

1155. κρεάγραν] fuscinam quatuor vel quinque dentibus recurvis munitam; cf. Eq. 772 Eccl. 1002.

— τιὴ τί δή] cf. Nub. 755.

1156.] *ut eximas me priusquam omnino dissolvar*, ut in carnibus nimis diu elixis fieri solet.

1158. ἀνύσας τι] cf. vs. 30.

— λακωνικάς] optimae notae erant calcei laconici, vid. Thesm. 142 Eccl. 345, 508. Cf. feminei calceamenti nomen περσικαί Nub. 151.

1160.] imitando expressit comicus versum Eur. Heracl. 1006 ἐχθροῦ λέοντος δυσμενῆ βλαστήματα.

— καττύματα] cf. Ach. 301 Eq. 314, 869.

1162. ἀνύσας] cf. vs. 30.

εἰς τὴν πολεμίαν ἀποβιβάζων τὸν πόδα.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

Φέρε καὶ τὸν ἕτερον.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

μηδαμῶς τοῦτόν γ', ἐπεὶ
πάνυ μισολάκων αὐτοῦ ἐστιν εἷς τῶν δακτύλων.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα.

(seni repugnanti alterum calceum induit.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

κακοδαίμων ἐγώ,
ὅστις ἐπὶ γήρως χίμετλον οὐδὲν λήψομαι.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἄνυσόν ποθ' ὑποδησάμενος, εἶτα πλουσίως
ὡδὶ προβὰς τρυφερόν τι διασαικώνισον.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(eleganti gressu ambulare frustra conatur, novà veste praepedītus:)

ἰδοὺ θεῶ τὸ σχῆμα, καὶ σκέψαι μ' ὅτῳ
μάλιστ' ἔοικα τὴν βάδισιν τῶν πλουσίων.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὅτῳ; Δοθιῆνι σκόροδον ἠμφιεσμένῳ.

1163. *τὴν*] *γῆν* R (male).
1167. *γήρως* Hirschig] *γήρῳ* V, *γήρᾳ* R.
1168. *ὑποδησάμενος* Scaliger Hirschig] *ὑποδυσάμενος*.
1169. *διασαικώνισον* Hesych. Phot.] *διασαλακώνισον* codices, unde Richter deleto *τι* coniecit *διασαυλολακώνισον*.
1172. *Δοθιῆνι* Meineke] *δοθιῆνι*.

1163. *πολεμίαν*] nempe in *τὴν λακωνικὴν γῆν* pedem conferre pater cogi se fingit. Similis verborum lusus extat in fr. 108 *<καὶ γένη> συκῆς φυτεύω πάντα πλὴν λακωνικῆς· | τοῦτο γὰρ τὸ σῦκον ἐχθρόν ἐστι καὶ τυραννικόν· | οὐ γὰρ ἦν ἂν μικρόν, εἰ μὴ μισόδημον ἦν σφόδρα.*

1166. *οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα*] *velis nolis nil refert*; redit locutio Nub. 698 Pac. 110.

1167.] *ne perniones quidem misello seni conceduntur scilicet.* Ridiculae querelae, molestissima enim, grandaevis praesertim hominibus, sunt *χίμετλα*. Cf. Hipponact. fr. 19 *ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔδωκας οὔτε κω χλαῖναν | δασεῖαν, ἐν χειμῶνι φάρμακον ῥίγευς, | οὔτ' ἀσκέρῃσι τοὺς πόδας δασείῃσι | ἔκρυψας, ὥς μή μοι χίμετλα ῥηγνῦτο.*

1170. *ἰδοὺ θεῶ*] item Ach. 366 *ἰδοῦ θέασαι.*

1172.] homini alicui divitiis pollenti, *νεοπλούτῳ* fortasse, *Pustulae* cognomen fuisse ex hoc loco effecerit quispiam; sed

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

καὶ μὴν προθυμοῦμαί γε σαυλοπρωκτιᾶν.

(motus dat indecoros.)

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἄγε νυν, ἐπιστήσει λόγους σεμνοὺς λέγειν
ἀνδρῶν παρόντων πολυμαθῶν καὶ δεξιῶν;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἔγωγε.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

τίνα δῆτ' ἂν λέγοις;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

πολλοὺς πάνυ.

πρῶτον μὲν ὡς ἡ Λάμι' ἁλοῦσ' ἐπέρδετο·
ἔπειτα δ' ὡς ὁ Καρδοπίων τὴν μητέρα ....

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

μή μοί γε μύθους, ἀλλὰ τῶν ἀνθρωπικῶν,

1173. σαυλοπρωκτιᾶν] σαυλοπυγιᾶν verum esse suspicatur Nauck Mél. VI 171, graece enim non dici τὸν πρωκτὸν κινεῖν sed τὴν πυγὴν κινεῖν.

1176. τίνα] τίνας deteriores.

1179. ἀνθρωπικῶν Meineke e Bekk. Anecd. p. 21] ἀνθρωπίνων.

---

tertium comparationis inter *caunacen* et *allia* quid sit frustra quaero, risum autem movet Richter annotans: „cur non convenit comparatio senis pinguis et propter aetatem tardi cum pustula, sagi villosi cum allio?" Praestat opinor fateri ioci acumen nos fugere, ut olim fugit commentatores Alexandrinos (ἀπροσλόγως παίζει schol., quod de salso et venusto poeta credibile omnino non est). Fortasse cohaeret Teleclidis dictum fr. 43 ὅδ' ἀπ' Αἰγίνης νήσου χωρεῖ δοθιῆνος ἔχων τὸ πρόσωπον, quae verba de Aristophane dicta esse suspicor. — Comparatio nihilo minus mirifica invenitur Eccles. 126; vid. etiam Eccl. 1057.

1173. σαυλοπρωκτιᾶν] in comici ore idem valet hoc verbum quod σαυλοῦσθαι Eur. Cycl. 40 vel διασαυλοῦσθαι Arist. fr. 624, nempe σαῦλα βαίνειν h. Merc. 28, Anacreont. fr. 168, Semonid. Amorg. 18, cf. Etym. M. 270, 45; *pedes alte tollere, iactare crura*, solutiore nimirum saltationis genere usum.

1176. τίνα] sc. λόγον.

1177.] de Lamia vid. vs. 1035.

1178. Καρδοπίων] huic in nutricularum fabulis aliquas partes fuisse noster locus docet, ipsum autem nomen (a voce κάρδοπος *mactra* ductum) indicare videtur *genium* aliquem rei pistoriae praepositum aut pistoribus infestum; nam *hominum* nomina hinc aliena sunt. Sed nihil aliunde de eo notum aut nunc est aut olim fuit Alexandriae. — Aposiopesis autem in versus fine eadem est fortasse atque Theocrit. I 105, Verg. Ecl. III 8 *novimus et qui te*; cf. Soph. Oed. R. 1289 (Eur. Electr. 43?).

1179. μή μοί γε μύθους] i. e. μή μοι λέγε μύθους. Vs. 1400 redit hoc loquendi genus, de quo vid. ad vs. 231.

οἵους λέγομεν μάλιστα, τοὺς κατ' οἰκίαν.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἐγῷδα τοίνυν τῶν γε πάνυ κατ' οἰκίαν
ἐκεῖνον, ὡς „οὕτω ποτ' ἦν μῦς καὶ γαλῆ".

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὦ σκαιὲ κἀπαίδευτε, ... Θεογένης ἔφη
τῷ κοπρολόγῳ, καὶ ταῦτα λοιδορούμενος,
μῦς καὶ γαλᾶς μέλλεις λέγειν ἐν ἀνδράσιν;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ποίους τινὰς δὲ χρὴ λέγειν;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

μεγαλοπρεπεῖς,
ὡς ξυνεθεώρεις Ἀνδροκλεῖ καὶ Κλεισθένει.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἐγὼ δὲ τεθεώρηκα πώποτ'; οὐδαμοῖ,
πλὴν εἰς Πάρον· καὶ ταῦτα δύ' ὀβολὼ φέρων.

1185. *μέλλεις λέγειν*] *λέγεις* V.
1188. *πώποτ'*;] interrogandi signum inserui, item vHerwerden. — *οὐδαμοῖ* Bekker] *οὐδαμοῦ*.

1182. *οὕτω ποτ' ἦν*] eodem exordio, quod in narratiunculis sollemne fuisse apparet (*daar was ereis*), utitur Plato Phaedr. p. 237 *b*. Vid. etiam Protag. 320 *c*.

1183.] ira abreptus in senem invehitur filius; sed statim se reprehendens, ne patrem probris insectari videatur, fingit aliena a se verba afferri, ex ore spurci cuiusdam hominis (cf. Pac. 928) cum stercorum collectore rixantis excepta. Simili artificio utuntur Dionysus in Ran. 659 sqq., Haemon in Soph. Antig. 700. — Viri *κοπρολόγοι* commemorantur etiam Pac. 9, [Aristot.] de Rep. Athen. c. 50, Dittenberger Syllog. 337[39, 40]; cf. praeterea Equit. 899.

1185. *ἐν ἀνδράσιν*] inter viros, qui quidem eo nomine digni sint, lautos urbanosque homines; cf. Ach. 77 Isocrat. XV § 121.

1187.] cum ad ludos sacros legatus publice missus esses cum duobus e nobilitate viris. *Androclis* Cratinum mentionem fecisse scholiasta docet, *Clisthenem* autem Aristophanes saepissime risit ob mollitiem (Ach. 118 Eq. 1374 Nub. 355 Av. 831 Lys. 1092 Thesmoph. 235, 571 sqq. Ran. 48, 57, 422, cf. Cratin. fr. 195). Perridicule autem delicatorum horum iuvenum, quorum claros natales ipsi nominum soni -*κλῆς* et *Κλει-* testantur (cf. *ἱππο-* Nub. 64 sqq.), collega aliquando fuisse fingitur senex morosus.

1189.] *semel tantum per totam meam vitam in ludos publicos missus sum, nempe Parum, duos autem obolos quotidie tunc merui*. Remex igitur tunc fuit in navi publica, qua legati Parum ex Piraeo transvecti sunt. — De mercede cf. vs. 52); invalidis duo oboli quotidie dabantur ex aerario publico, [Aristot.] Rep. Athen. 49. Bellicam expeditionem contra

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἀλλ' οὖν λέγειν χρή σ' ὡς ἐμαχέσατ' αὐτίκα
'Εφουδίων παγκράτιον 'Ασκώνδᾳ καλῶς,
ἤδη γέρων ὢν καὶ πολιός, ἔχων δέ τοι
πλευρὰν βαθυτάτην καὶ χέρας καὶ λαγόνε καὶ
θώρακ' ἄριστον.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

παῦε, παῦ'; οὐδὲν λέγεις.
πῶς ἂν μαχέσαιτο παγκράτιον θώρακ' ἔχων;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οὕτω διηγεῖσθαι νομίζουσ' οἱ σοφοί. —
— ἀλλ' ἕτερον εἰπέ μοι, παρ' ἀνδράσι ξένοις
πίνων σεαυτοῦ ποῖον ἂν λέξαι δοκεῖς
ἐπὶ νεότητος ἔργον ἀνδρικώτατον;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἐκεῖν', ἐκεῖν' ἀνδρειότατόν γε τῶν ἐμῶν,
ὅτ' 'Εργασίωνος τὰς χάρακας .... ὑφειλόμην.

1190. ἐμαχέσατ' Dobree] ἐμάχετό γ' codices, ἄρ' ἐμάχετ' Cobet.

1192. ὢν καὶ πολιός] ὢν πολιὸς ὢν V, quapropter Bergk καὶ πολιὸς ὤν mavult. — δέ τοι] δ' ἔτι Blaydes.

1193. βαθυτάτην] καθυτάτην V, βαρυτάτην R. — λαγόνε Dindorf] λαγόνα V, λαγόνας R, λαγόνας τε καὶ alii.

1195. πῶς V] πῶς δ' R.

Parum hic spectari, id quod scholiastae verba ἀντὶ τοῦ μισθωτὸς ὢν στρατιώτης significare videntur, optimo iure negavit Boeckh Staatsh. I. p. 230 (271[3]); quamquam ne ipse quidem ioci acumen expedivit. Veram loci explicationem debeo discipulo meo J. Hooykaàs.

1191.] *Ephudionem* anno 464 olympia vicisse dicit scholion.

1194. παῦε] vid. vs. 37.

1194 sq. θώρακα] *pectus* (non *loricam*) dicit filius, pater vero voci eam tribuit potestatem quam in conviviis habere solebat, ubi θωρήσσω *ebriare* significabat, vid. Theognid. 841 οἶνος ἐμοὶ τὰ μὲν ἄλλα χαρίζεται, ἓν δ' ἀχάριστον, | εὖτ' ἂν θωρήξας μ' ἄνδρα πρὸς ἐχθρὸν ἄγῃ, vs. 507 δέδοικα δὲ μή τι μάταιον | ἕρξω θωρηχθείς, vid. etiam ibid. vs. 413, 470, 884; θωρηχθείς autem qui l.l. a Theognide vocatur, ἀκροθώραξ audiebat Athenis vel θώρακα ἔχειν dicebatur, *ebriolus*, *aangeschoten*, *monté*, *angeheitert* etc. — Simili verborum lusu comicus usus est Ach. 1133—1135 et Pac. 1286, vid. autem ad vs. 353.

1196.] *talia narrare solent cultioris ingenii homines.*

1201. χάρακας] *vineae ridicas* (cf. infra vs. 1291 Ach. 986, 1178 Pac. 1263). Sed vox etiam *vallum* (χαράκωμα) denotare potuit, de hoc autem sermonem nunc fieri quivis putet, quoniam res iuventutis tempore strenue a se gestas nar-

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἀπολεῖς με. ποίας χάρακας; ἀλλ' ὡς ἢ κάπρον
ἐδιώκαθές ποτ' ἢ λαγών, ἢ λαμπάδα
ἔδραμες, ἀνευρὼν ὅ τι νεανικώτατον.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἐγῷδα τοίνυν τό γε νεανικώτατον·
ὅτε τὸν δρομέα Φάϋλλον, ὢν βούπαις ἔτι,
εἷλον διώκων .... λοιδορίας ψήφοιν δυοῖν.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

παῦ'· ἀλλὰ δευρὶ κατακλινεὶς προμάνθανε
ξυμποτικὸς εἶναι καὶ ξυνουσιαστικός.

1208. προμάνθανε Dobree] προσμάνθανε.

rare incepit senex; itaque ἀπροσδόκητον est quod sequitur ὑφειλόμην (*surripui*), expectabatur enim διεῖλον vel καθεῖλον (*scidi* vel *deieci*). Videantur quae eiusdem farinae facinora Philocleo commemoravit vs. 238 et 355. — *Ergasionis* nomen agricolae aptissimum, vid. ad. vs. 401.

1202. ποίας] *quasnam*. Ridetur vel contemnitur quem sic increpant; vid. Ach. 62, 109, 157, 761 Eq. 32, 162 Nub. 367, 1337 Vesp. 1369, 1378 Av. 1233, 1346 Lys. 730, 922, 1178 Thesm. 30, 874 Ran. 529 Plut. 1046. Articulus praemissus est Ach. 418, 963 Nub. 1233, 1270.

1203. λαγών] rarissimum in Attica animal, vid. ad vs. 709.

— λαμπάδα | ἔδραμες] *taedarum certaminis* (λαμπαδοδρομίας) *particeps fuisti*. Vid. Ran. 1086 sqq., Plato Rep. 328*a* Legg. VI 776*b*, CIA. II 1229, [Aristot.] de Rep. Ath. 57 etc.

1206. βούπαις] vocabulum aliunde ignotum, quo etiam Eupolim usum esse dicit Pollux II 9 (sed Eupolidis Aristophanisque nomina eum permutasse suspicor), in dictione familiari *adulescentulum* cum contemtu quodam iocose significasse videtur (*toen ik nog maar een kwajongen was*).

— Φάϋλλον] Phayllus Crotoniata, ἀνὴρ τρὶς πυθιονίκης (bis πεντάθλου semelque σταδίου, Paus. X 9 § 1), in pugna Salaminia triremi praefuit (Herodot. VIII 47); Delphis eius statua collocata erat, in scholiis autem ad Ach. 215 affertur epigramma πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάυλλος, | δίσκευσεν δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων, cf. Zenob. VI 23 (ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα). Qualis saltus cum hominis vires longe excedat, aut ioci causa ei tributum esse sumamus necesse est, aut non simplicem saltum intellegendum esse, quod demonstratum ivit F. Fedde (Fünfkampf der Hellenen, 1889) coll. Hesych. et Anecd. Bekk. p. 224 s. v. βατήρ. Velocissimo autem huic viro olim se non cessisse cursu etiam Acharnensis senex gloriatur Acharn. 215.

1207.] verbis διώκειν et αἱρεῖν suam *persequendi* et *capiendi*, *attingendi* vim tribui cum nemo non putaret post celerrimi cursoris mentionem iniectam, prorsus alium finem habuit enunciatum quam expectabatur; cf. vs. 332 et 1201. Non *rure* sed *in iure* Phayllum olim vicit homo noster, cum λοιδορίας eum insimulasset; quales lites parvi momenti erant et accusatori parum honorificae; vid. Lys. Or. VIII. Neque splendidam tunc reportavit victoriam forensem, sed duabus vicit sententiis, in eo igitur fuit ut causa caderet. — Idem verborum lusus reperitur Ach. 699.

1208. παῦε] cf. vs. 37.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

πῶς οὖν κατακλινῶ; φράζ' ἀνύσας.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

εὐσχημόνως.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(in lectum ineleganter subductis genubus se proicit.)

ὡδὶ κελεύεις κατακλινῆναι;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

μηδαμῶς.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

πῶς δαί;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

τὰ γόνατ' ἔκτεινε, καὶ γυμναστικῶς
ὑγρὸν χύτλασον σεαυτὸν ἐν τοῖς στρώμασιν.
ἔπειτ' ἐπαίνεσόν τι τῶν χαλκωμάτων,
ὀροφὴν θέασαι, κρεκάδι' αὐλῆς θαύμασον·
„ὕδωρ κατὰ χειρός"· „τὰς τραπέζας εἰσφέρειν"·

1211. κατακλινῆναι] κατακλίναι V, κατακλιθῆναι R.
1215. κρεκάδι'] καὶ ἰκρίδι' Bisetus.

1210. ἀνύσας] cf. vs. 30.

— εὐσχημόνως] *eleganter, decore.* Iocans filius patri responsum dat ridiculum. Similia leguntur infra 1222, Ran. 26, 133.

1213. ὑγρὸν χύτλασον] *molliter reclinari oportet et veluti effundi.* Adiectivum ὑγρός indicat id quod *liquidum* est, accedente *lenitatis* notione; hinc ὑγρὸν ἔλαιον est unguentum cutem artusque leniens atque emolliens, a liquoribus autem ad quaevis *mobilia* vel *flexilia* translatum opponitur adiectivo σκληρός (vid. vs. 1452 etc.), quemadmodum latinae voces *mollis* et *durus* sibi sunt contrariae. Nostrum locum optime illustrat Hippocrat. Prognost. p. 92 Kühn: χρὴ καταλαμβάνεσθαι τὸν νοσέοντα ὑπὸ τοῦ ἰητροῦ .... τὸ ξύμπαν σῶμα ὑγρὸν κείμενον, corpus enim recubantis leniter inflexum optimi est praesagii, graviter vero aegrotantem indicant artus rigide porrecti vel violenter intorti. Vid. praeterea Platon. Conviv. 196 *a*, Theocrit. I 55 XXV 206. — Hinc a tragicis etiam de ea mollitie, quae languoris est indicium, usurpatur ὑγρός, vid. Soph. Antig. 1236, Eur. Phoen. 1439.

1214.] cf. Hom. δ 44 et 70 sqq.; Plutarch. Conviv. septem sap. p. 148 *b* Θαλῆς τούς τε δρόμους ἐθεᾶτο καὶ τὰς παλαίστρας καὶ τὸ ἄλσος τὸ παρὰ τὴν θάλατταν ἱκανῶς διακεκοσμημένον, ὑπ' οὐδενὸς ἐκπληττόμενος τῶν τοιούτων, ἀλλ' ὅπως μὴ καταφρονεῖν δοκοίη τοῦ Περιάνδρου.

1215. κρεκάδια] vox ignota, quae si a verbo κρέκειν ducta est, *textilia* quaedam ornamenta significari videntur.

1216. ὕδωρ κατὰ χειρός] item Av. 464 fr. 502 Teleclid. fr. 1[2] etc. — Sic Athenis vocabatur aqua quae ante cenam convivis praebebatur, verbum ἀπονίζεσθαι autem de purgatione manuum quae post cenam fiebat usurpari solebat, vid. Ari-

δειπνοῦμεν· ἀπονενίμμεθ'· ἤδη σπένδομεν.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

πρὸς τῶν θεῶν, ἐνύπνιον ἑστιώμεθα;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

αὐλητρὶς ἐνεφύσησεν. οἱ δὲ ξυμπόται
εἰσὶν Θέωρος, Αἰσχίνης, Φανός, Κλέων,
ξένος τις ἕτερος πρὸς κεφαλῆς, Ἀκέστορος.
τούτοις ξυνὼν τὰ σκόλια πῶς δέξει;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

καλῶς.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἄληθες;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ὡς οὐδεὶς Διακρίων δέξεται.

1221. *Ἀκέστορος* Dindorf, item Müller Strübing Aristoph. p. 561] *ἀκέστερος* codices, *Ἀκέστορος* Bentley.

1222. *σκόλια πῶς* Meineke] *σκόλι' ὅπως* codices sine signo interrogandi.

1223. *οὐδεὶς Διακρίων δέξεται*] verba obscura, fortasse corrupta. In VR est *οὐδείς γε δ. δεδέξεται*, Meineke dedit *οὐδ' εἰ Δ. δέξεται*, Dobree verbum (*δε*)*δέξεται* glossema esse suspicatus coniecit *ὥς γε Διακρίων ἂν οὐδ' ἂν* (immo *οὐδὲ*) *εἷς*. Sed quid significet hoc nomen proprium ignoratur; ecquid latitat vox *δειλακρίων* (cf. Pac. 193 Av. 143)?? Blaydes nimis audacter *κάλλιστ' ἔγωγ'· οὐδεὶς ἄμεινον δέξεται*.

---

stophanes grammaticus apud Athenaeum IX 408*f*. Homerus vero utrumque voce *χέρνιβα* designat, et postea quoque alteram pro altera locutionem haud raro esse adhibitam docet Athenaeus l. l. 408*e*—409*a*.

1218. *ἐνύπνιον*] *per somnum*; adverbii vicem vox obtinet h. l. et Hom. B 56 = ξ 495. Cf. *ὄναρ in somno* (*specie*), *ὕπαρ revera*, *νύκτωρ noctu*.

1220 sqq.] hunc locum, qui Pacis fabulae finem (vs. 1265—1301) in mentem nobis revocat, post Cleonis demum mortem inseruisse videtur comicus. Cf. prolegomena.

1220.] de *Theoro* vid. ad vs. 42, de *Aeschine* ad vs. 325, *Phanus* autem Cleonis sodalis etiam Eq. 1256 vocatur, ubi *ὑπογραφεύς* audit.

1221. *ἕτερος*] *alter peregrinus;* invidiose dictum, ipsum enim Cleonem civem non fuisse tecte sic significatur.

— *Ἀκέστορος*] tragici poetae Acestoris filius, quem dicit Bdelycleo, est *Tisamenus*, Cleonis sectarius, qui in Thraciam missus est praetor. Hunc virum a Cleonis manu sinistra, superiore igitur loco, accubare fingit Bdelycleo, Theorum vero a dextra eius manu sive inferiorem (vid. vs. 1236).

1222. *καλῶς*] cf. vs. 1210.

1223. *Diacrio* quis fuerit — si nominativus hic est — nescimus. Verbum *δέξεται* bifariam ni fallor accipi voluit comicus: *nemo me peritior est in scoliis canendis* et *nemo cupidius quam ego dona oblata arripit;* cf. epica vox *δέκτης* de *mendico* usurpata δ 248.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

τάχ' εἴσομαι· καὶ δὴ γάρ εἰμ' ἐγὼ Κλέων·
ᾄδω δὲ πρῶτος Ἁρμοδίου· δέξει δὲ σύ.

(canit:)

„οὐδεὶς πώποτ' ἀνὴρ ἔγεντ' Ἀθήναις" ....

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(cantilenam continuans:)

οὕτως ὡς σὺ πανοῦργος οὐδὲ κλέπτης.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

τουτὶ γὰρ ᾄσει; παραπολεῖ βοώμενος·
φήσει γὰρ ἐξολεῖν σε καὶ διαφθερεῖν
καὶ ἐκ τῆσδε τῆς γῆς ἐξελᾶν.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἐγὼ δέ γε,
ἐὰν ἀπειλῇ, νὴ Δί' ἕτερον ᾄσομαι·

(canit:)

„ὦνθρωφ', οὗτος ὁ μαιόμενος τὸ μέγα κράτος,
„ἀντρέψεις ἔτι τὰν πόλιν· ἁ δ' ἔχεται ῥοπᾶς."

1224. τάχ' Burgess] ἐγώ.

1225. δέξει] δέξαι V.

1226. ἔγεντ' Ἀθήναις Bentley Elmsley] ἐγένετ' Ἀθηναῖος codices; Meineke dedit Ἀθηναῖός γε.

1227. οὕτως ὡς σὺ πανοῦργος οὐδὲ κλέπτης Blaydes] οὐχ οὕτω γε πανοῦργος κλέπτης codices, quae servans Bentley post πανοῦργος inserit ὡς σὺ, Bergk οὐδὲ.

1228. *γὰρ ᾄσει] σὺ δράσεις codices. *Canendi* verbum hic requiri vidit Brunck, qui σύ γ' ᾄδεις dedit, melius σὺ δ' ᾄσεις (debebat ᾄσει) Markland, Blaydes οὐ μὴ τάδ' ᾄσει. Languet quod Porson coniecit τοῦτ' εἰ σὺ δράσεις.

1230. καὶ ἐκ (κἀκ) Blaydes] καί.

1231. ἕτερον ᾄσομαι Brunck] ἑτέραν ᾄσομαι codices, unde Dobree ἕτερ' ἀντᾴσομαι, sed requiritur singularis.

1233. μαιόμενος R] μαινόμενος V.

1234. ἀντρέψεις Bentley] ἀνατρέψεις.

1224.] *iamque ego Cleo sum*, iamque finge tibi me Cleonem esse. Idem particularum καὶ δή est usus Eur. Med. 386 καὶ δὴ τεθνᾶσι, cf. ibidem vs. 1107.

1226. ἔγεντ'] aoristi ἐγένετο concisa haec forma ab Homeri lingua est aliena, — nam ab alia stirpe ductum est verbum γέντο (δ' ἱμάσθλην vel δὲ δοῦρε) Θ 43 Ν 25, 241 Σ 476 sq., — neque apud Hesiodum extat nisi spuriis quibusdam locis (Theogon. 199, 283, 705); sed in lyricis carminibus satis fuit usitata, vid. e. g. Sapph. fr. 17 ταῖσι δὲ ψῦχρος μὲν ἔγεντο θῦμος.

1228. παραπολεῖ βοώμενος] *clamore enecaberis.*

1229 sq.] iisdem minis Cleonem ipsum terruisse poetam, tute statueris; vid. prolegomena.

1234. οὗτος] vid. vs. 1.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

τί δ', ὅταν Θέωρος πρὸς ποδῶν κατακείμενος
ᾄδῃ Κλέωνος λαβόμενος τῆς δεξιᾶς·
„Ἀδμήτου λόγον, ὦταῖρε, μαθὼν τοὺς ἀγαθοὺς φίλει,"
τούτῳ τί λέξεις σκόλιον;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ᾠδέ πως ἐγώ·

(canit:)

οὐκ ἔστιν ἀλωπεκίζειν,
οὐδ' ἀμφοτέροισι γίγνεσθαι φίλον.

1236. πρὸς] πρὸ VR.

1240. λέξεις] insolite dictum pro ᾄσει, quapropter Bergk coniecit δέξει. Hamaker et Meineke totum versum damnant. — ᾠδέ πως] sic scripsi praeeunte Dindorfio, qui ᾠδί πως coniecit; codices ᾠδικῶς.

1236.] Theorus, turpissimus adulator (cf. vs. 42), ad pedes Cleonis accubat; cf. vs. 1221.

1238 sq.] popularis huius carminis versum secundum fuisse τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου, γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγη χάρις docet scholion. Verbo autem φιλεῖν tributa est h. l. potestas, quam ex Homero novimus, *hospitaliter excipiendi* (vid. e. g. Z 15 πάντας γὰρ φιλέεσκεν ὁδῷ ἔπι ϝοικία ναίων); itaque inculcatur praeceptum, quod apostoli verbis exprimere licebit: τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε, διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους (ad Hebraeos XIII 2), vertendum autem est cantilenae initium: *cum fortibus* (vel probis) *viris hospitium coniungere prodest, nequam vero homines beneficia in se collata non rependunt.* Hercules enim Alcestidem ab inferis reduxit, ut eius marito Admeto grates referret. — In scolio autem adiectivum ἀγαθός more epico *principes* significabat, qui et claris sunt natalibus et virtute insignes; sed Theorus poetae verbis utitur ut *bonis viris* (τοῖς χρηστοῖς) *favere* se indicet. Theorum igitur — ut postea Theramenem — simul a parte populi stare et cum optimatibus facere voluisse, ex verbis quae ipsi tribuuntur patet, et clarius etiam ex iis quae subiungit senex.

1241 sq.] teste (Didymo in) scholio hi versiculi, quos Alcaeo vel Sapphoni erant qui tribuerent, legebantur ἐν τοῖς Πραξίλλης παροινίοις. Quae verba ita interpretari solent viri docti, ut comicum ex Praxillae cuiusdam poetriae carmine, ab ipsa composito, versus quos seni nunc tribuit desumsisse statuant. Nisi tamen fallor, aliter res habet. De Praxilla enim certi nihil compertum habemus, neque fecisse eam scolia puto sed collegisse quae sive in populi ore extarent sive apud veteres poetas invenirentur; in illud autem opus, quo cuncta eiusmodi carmina, quae sibi innotuissent, complexa est [1]), recepit etiam nostrum locum ex Aristophanis Vespis excerptum, specie tamen decepta, non enim verum scolion nunc citat Philocleo sed suis ipsius ver-

---

[1]) Alterum inde affertur scolion ad Thesm. 528: ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκόρπιος ὦταιρ' ὑποδύεται· | φράζευ μή σε βάλῃ· τῷ δ' ἀφανεῖ πᾶς ἕπεται δόλος.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

μετὰ τοῦτον Αἰσχίνης ὁ Σέλλου δέξεται,
ἀνὴρ σοφὸς καὶ μουσικός· κᾆτ' ᾄσεται·

(canit:)

„χρήματα καὶ βίον
Κλειταγόρᾳ τε κά-
μοὶ μετὰ Θετταλῶν ....”

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(filium excipiens:)

πολλὰ δὴ διεκόμπασας σὺ κἀγώ.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

τουτὶ μὲν ἐπιεικῶς σύ γ' ἐξεπίστασαι. — —
— ὅπως δ' ἐπὶ δεῖπνον εἰς Φιλοκτήμονος ἴμεν.
παῖ παῖ, τὸ δεῖπνον οἶσε· συσκεύαζε νῷν,
ἵνα καὶ μεθύωμεν διὰ χρόνου.

(Sosias affert corbem, quam dapibus implet dum colloquium quod sequitur habent pater et filius.)

1244. *κᾆτ' ᾄσεται*] *κἀντᾴσεται* Dobree.
1245. *βίον* Tyrwhitt] *βίαν*.
1248. *διεκόμπασας* Burgess] *διεκόμισα(ς)* codices. Meineke *νὴ Δί' ἐκόμπασας* dedit.
1249. *τουτὶ*] *ταυτὶ* V.
1251. **οἶσε*] *χρυσὲ* codices. Edebatur hactenus Χρυσὲ sine sententiae incisione. — *συσκεύαζε*] *σκεύαζε* V.
1252. *μεθύωμεν δ. χ. — μή, μηδαμῶς* Cobet] *μεθυσθῶμεν δ. χ. — μηδαμῶς*.

---

bis de Theoro *τῷ κοθόρνῳ, τῷ ἐπαμφοτερίζοντι* quid sentiat aperte prodit. Praxillam autem non quinto, ut fert Eusebius, sed quarto potius vel etiam tertio saeculo vixisse crediderim.

1243.] de *Aeschine* cf. vs. 325.

1245 sqq.] vid. Lys. 1236 sq. *νυνὶ δ' ἅπαντ' ἤρεσκεν· ὥστ' εἰ μέν γέ τις | ᾄδοι Τελαμῶνος, Κλειταγόρας ᾄδειν δέον, | ἐπῃνέσαμεν ἄν*, scholia autem ad Vesp. 1239 afferunt simillimum Cratini versiculum (fr. 236) *Κλειταγόρας ᾄδειν ὅταν Ἀδμήτου μέλος αὐλῇ*. Ex quibus locis id unum tute confici potest, de *Clitagora* nescio qua extitisse carmen convivale, cuius initium a filio nunc canitur, cui deinde pater nonnulla subiungit verbula ex suo ipsius ingenio exprompta. Male factum vero quod ex ipso carmine nihil praeter prima verba nobis innotuit, ita ut ne id quidem constet quomodo prima sententia decurrerit. Sic acumen loci nos fugit; apparet tamen Aeschinem nuper in Thessaliam missum esse legatum, ea occasione quae vs. 1271 sqq. tangitur.

1251. *οἶσε*] Homerico hoc imperativo (vid. *χ* 106, 481, *οἰσέτω* Τ 173 *θ* 255, *οἴσετε* Γ 103 Ο 718 *υ* 154) Aristophanes usus est etiam Ach. 1099, 1101, 1122 Pac. 259 Ran. 482; vid. etiam supra vs. 671.

— *συσκεύαζε*] *compone*, ut Ach. 1096 *σύγκλῃε καὶ δεῖπνόν τις ἐνσκευαζέτω*, qui locus nostro est simillimus.

1252. *διὰ χρόνου*] *aliquando* (*weer eens*), item Pac. 570, 710 Lys. 904 Plut. 1055

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

μή, μηδαμῶς.
κακὸν τὸ πίνειν· ἀπὸ γὰρ οἴνου γίγνεται
καὶ θυροκοπῆσαι καὶ πατάξαι καὶ βαλεῖν,
κἄπειτ' ἀποτίνειν ἀργύριον ἐκ κραιπάλης.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οὔκ, ἢν ξυνῇς γ' ἀνδράσι καλοῖς τε κἀγαθοῖς.
ἢ γὰρ παρῃτήσαντο τὸν πεπονθότα,
ἢ λόγον ἔλεξας αὐτὸς ἀστεῖόν τινα,
Αἰσωπικὸν γέλοιον ἢ Συβαριτικόν,
ὧν ἔμαθες ἐν τῷ ξυμποσίῳ· κᾆτ' εἰς γέλων
τὸ πρᾶγμ' ἔτρεψας, ὥστ' ἀφείς σ' ἀπέρχεται.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

μαθητέον τἄρ' ἐστὶ πολλοὺς τῶν λόγων,
εἴπερ ἀποτείσω μηδέν, ἤν τι δρῶ κακόν.

1254. πατάξαι] κατάξαι VR, quod fortasse receptum oportuit (κατᾶξαι), sed propter βαλεῖν quod sequitur reiciendum duxi.
1256. γ' R] om. V.
1261. ἀπέρχεται Cobet] ἀποίχεται.
1262. τἄρ' Hermann] γ' ἄρα R, ἄρα V.
1263. εἴπερ V] εἴπερ γ' R.

Pherecrat. fr. 132 Teleclid. fr. 38 Thuc. II 94 § 3 Xenoph. Commentar. II 8 § 1 Cyrop. I 4 § 28 V 5 § 41 Lys. Or. I § 12 Aeschin. III § 220. Additur adiectivum διὰ πολλοῦ χρόνου *tandem aliquando* Vesp. 1476 Plut. 1045, item πολλοῦ χρόνου Plut. 98, διὰ μακροῦ χρόνου Aesch. Pers. 741, διὰ μακροῦ Eur. Cycl. 439. Suspicionem movet genitivus χρόνου nudus positus Eq. 944 et Thuc. VII 27 § 3.

1253.] de vini effectu Bacchum Eubulus (fr. 94) induxit eleganter ita disserentem: τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω | τοῖς εὖ φρονοῦσι· τὸν μὲν ὑγιείας ἕνα, | ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι· τὸν δὲ δεύτερον | ἔρωτος ἡδονῆς τε· τὸν τρίτον δ' ὕπνου, | ὃν ἐκπιόντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι | οἴκαδε βαδίζουσ'· ὁ δὲ τέταρτος οὐκέτι | ἡμέτερός ἐστ' ἀλλ' ὕβρεος· ὁ δὲ πέμπτος βοῆς· | ἕκτος δὲ κώμων· ἕβδομος δ' ὑπωπίων· | ὁ δ' ὄγδοος κλητῆρος· ὁ δ' ἔνατος χολῆς· | δέκατος δὲ μανίας, ὥστε καὶ βάλλειν ποιεῖ. | πολὺς γὰρ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς | ὑποσκελίζει ῥᾷστα τοὺς πεπωκότας.

1255. ἐκ κραιπάλης] *postquam crapulam edormivisti*, sequenti igitur die. Item Ach. 277 Alexid. fr. 9; hinc κραιπαλᾶν dicuntur quibus caput dolet propter hesternam comissationem, Plut. 298, Alexid. fr. 286 ἐχθὲς ὑπέπινες, εἶτα νυνὶ κραιπαλᾷς, Platon. Conviv. 176*d* κραιπαλῶν ἔτι ἐκ τῆς προτεραίας, et κραιπαλόκωμοι Ran. 217 vocantur qui Χύτρους celebrant, quoniam inhaeret eis vinum praecedentis diei, quo Χοῶν festum actum est.

1257. παρῃτήσαντο] *exorarunt*; cf. Eq. 37, Herodot. V 33.

1259.] cf. vs. 566.

1262. πολλοὺς τῶν λόγων] cf. vs. 199.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἄγε νυν ἴωμεν· μηδὲν ἡμᾶς ἰσχέτω.

(pater et filius dextrorsum abeunt. Comitatur Sosias corbem ferens dapibus repletam.)

PRIMUM CHORI STASIMUM.

(vs. 1265—1291).

(Cantus.)

ΧΟΡΟΣ.

Stropha.

πολλάκις δὴ ἔδοξ' ἐμαυτῷ δεξιὸς πεφυκέναι,
καὶ σκαιὸς οὐδεπώποτε·
ἀλλ' Ἀμυνίας ὁ Σέλλου μᾶλλον οὐκ τῶν Κρωβύλου
οὗτος, ὅν γ' ἐγώ ποτ' εἶδον (ἀντὶ μήλου καὶ ῥοᾶς)
δειπνοῦντα μετὰ Λεωγόρου.
[πεινῇ γὰρ ἧπερ Ἀντιφῶν.]
ἀλλὰ πρεσβεύων γὰρ εἰς Φάρσαλον ᾤχετ'· εἶτ' ἐκεῖ
μόνος μόνοις
τοῖς Πενέσταισι ξυνῆν τῶν

1267. Κρωβύλου] Κρωβύλων V, quod praefert Meineke.
1271 sqq.] malim *πρεσβεύων γὰρ εἰς Φάρσαλον, | εἶτ' ἐκεῖ μόνος μόνοισι | τοῖς etc.

1265. δεξιὸς] *sollers*, ut Ach. 629 Eq. 228 Nub. 428 Vesp. 1315 Pac. 190 Ran. 1370.

1267 sqq.] *Amynias* Pronapis filius, qui etiam vs. 74 commemoratus est, hoc loco ἐκ τῶν Κρωβύλου (aut Κρωβύλων, ut nominis demotici formam referat) oriundus dicitur propter praelongos capillos, quemadmodum vs. 466 vocabulum κωμηταμυνίας finxit comicus; κρωβύλος enim vocabatur capillorum nodus (τέττιξιν ornatus), quo prisci Attici verticem ornare solebant (Thuc. I 6). — Olim ditissimo illi Leogorae (vid. Nub. 109) heluandi comitem se adiungere solebat Amynias, sed mox decoctorem egit, et tum demum quam sollers (δεξιός) esset apparuit; legatus enim ut in Thessaliam mitteretur effecit, ubi inter Penestas cum maximo suo emolumento versatus est — ipse quippe πένης ὤν. *Selli* autem filium nunc eum vocat comicus, ut *Aeschinis* (vs. 325), quocum nuper Thessaliam visit, sodalem et veluti fratrem germanum esse significet. Comparetur Nub. 830, ubi Socrates vocatur Μήλιος.

1268.] pomis iam vescitur is quem hisce meis oculis olim vidi apud Leogoram pretiosissimis dapibus se ingurgitantem.

1270.] *Antiphon* etiam vs. 1301 commemoratur, ubi vid.

1273. ξυνῆν] collato Nubium versu 691 poetam verbo ambiguo consulto usum

Θετταλῶν, αὐτὸς πενέστης ὢν ἔλαττον οὐδενός.

ὦ μακάρι' Αὐτόμενες, ὥς σε μακαρίζομεν,
παῖδας ἐφύτευσας ὅτι χειροτεχνικωτάτους.
πρῶτα μὲν ἅπασι φίλον, ἄνδρα τε σοφώτατον,
τὸν κιθαραοιδότατον, ᾧ χάρις ἐφέσπετο·
τὸν δ' ὑποκριτὴν ἕτερον, ἀργαλέον ὡς σοφόν·
εἶτ' Ἀριφράδην, πολύ τι θυμοσοφικώτατον,
ὅντινά ποτ' ὤμοσε, μαθόντα παρὰ μηδενός,
ἀλλ' ἀπὸ σοφῆς φύσεος αὐτόματον ἐκμαθεῖν
γλωττοποιεῖν εἰς τὰ πορνεῖ' εἰσιόνθ' ἑκάστοτε.

Antistropha.

(Deest pars prior.)

* * * * *

εἰσί τινες οἵ μ' ἔλεγον ὡς καταδιηλλάγην,
ἡνίκα Κλέων μ' ὑπετάραττεν ἐπικείμενος
† καί με κάκιστ' † ἔκνισε· κᾆθ' ὅτ' ἀπεδειρόμην,
οὐκτὸς ἐγέλων μέγα κεκραγότα θεώμενοι,
οὐδὲν ἄρ' ἐμοῦ μέλον, ὅσον δὲ μόνον εἰδέναι,

1274. ἔλαττον Bentley] ἐλάττων.

1282.] delet Bothe; vid. ad vs. 1288.

1284. καταδιηλλάγην] abundare videtur altera utra praepositio; vHerwerden τότε διηλλάγην coniecit. An κατα- *animum demissum* significat?

1286.] κάκιστ' V, κακίσταις R et reliqui; κακίαις pessime Fl. Christianus, κἄπεσι κακοῖς ἐκύκα Blaydes nimis audacter. Verum latet.

1287. οὐκτὸς ... θεώμενοι] ἐκτὸς ... μ' οἱ θεώμενοι VR.

1288.] versum hic excidisse statuit Bergk; vid. ad vs. 1282.

esse suspicor. Ceterum *Penestas* commemorasse poeta videtur non solum ut verborum lusum captaret sed praesertim quod Amynias ἐν Θετταλίᾳ δημοκρατίαν κατασκευάσαι καὶ τοὺς Πενέστας ὁπλίσαι ἐπὶ τοὺς δεσπότας diceretur, ut utar verbis Theramenis Critiae idem aliquot annis post exprobrantis (Xenoph. Hell. II 3 § 36).

1275 sqq.] non ut Automenes eiusve filius Arignotus laudaretur, sed ut alter filius Ariphrades probris obrui posset, haec omnia proferri nemo non intellegit; in cauda venenum. Cf. Eq. 1275 sqq. Pac. 883 sqq. (Eccles. 129). — Anaxagorae discipulos fuisse Ariphradem et Philoxenum (vid. vs. 84) refert Athen. V 220 *b*.

1280. θυμοσοφικώτατον] cf. θυμόσοφος Nub. 877.

1282. φύσεος] eadem est genitivi figura vs. 1458 Thesm. 465 Plut. 1044 Soph. Antig. 162 etc.

1284 sqq.] de his versibus, quos postmodo inseruit poeta, consulantur prolegomena.

1288. ὅσον μόνον] cf. Lys. 732, Thuc. VI 105 § 2 ὅσον σχόντας μόνον ξὺν ὅπλοις ἐς τὴν Λακωνικὴν ... ἀπελθεῖν.

σκωμμάτιον εἴποτέ τι θλιβόμενος ἐκβαλῶ.
ταῦτα κατιδὼν ὑπό τι μικρὸν ἐπιθήκισα·
εἶτα νῦν ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον.

SCENA VIGESIMA PRIMA.

(Sosias flens clamitansque a dextra scenae parte procedit.)

Chorus, Sosias.

ΣΩΣΙΑΣ.

ἰὼ χελῶναι μακάριαι τοῦ δέρματος,
καὶ τρισμακάριαι τοῦ ἐπὶ ταῖς πλευραῖς τέγους.
ὡς εὖ κατηρέψασθε καὶ νουβυστικῶς
κεράμῳ τὸ νῶτον, ὥστε τὰς πλευρὰς στέγειν.
ἐγὼ δ' ἀπόλωλα στιζόμενος βακτηρίᾳ.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τί δ' ἔστιν ὦ παῖ; παῖδα γάρ, κἂν ᾖ γέρων,
καλεῖν δίκαιον ὅστις ἂν πληγὰς λάβῃ.

ΣΩΣΙΑΣ.

οὐ γὰρ ὁ γέρων ἀτηρότατον ἄρ' ἦν κακὸν

1291. ἐξηπάτησεν] ἐξηπάτηκεν Blaydes.

1293. τέγους Bentley] στέγειν R, om. V, ἐμαῖς alii. Lenting coniecit κύτους.

1294 sq.] om. R, appinxit margini manus recens.

1295. πλευρὰς VR] πληγὰς Kuster cum aliis codicibus. Ecquid *ὥστε πρὸς πληγὰς στέγειν?

1297. ᾖ] ἦς R.

1290. ἐπιθήκισα] cf. Thesm. 1133 et πιθηκισμοί Eq. 887.

1292.] cf. vs. 429 et vid. prolegomena.

1294. νουβυστικῶς] vid. Eccl. 441.

1295. ὥστε τὰς πλευρὰς στέγειν] *ita ut latera tua probe munita sint*, proprie *non perpluant*. Verbum στέγειν, quod apud Aristophanem non redit, obiectum adsciscere solet et tum significat *continere liquorem, ita ut nihil per rimas possit effluere;* sed etiam οἰκία εὖ στέγουσα dicitur cuius tectum atque parietes pluviam non transmittunt.

1296. στιζόμενος] *dum compungor.* Plerumque de notis quae *inuruntur* adhibetur, vid. Ran. 1511.

1297. ὦ παῖ] ut puerum alloquitur, quoniam vapulare puerorum est. Nempe ὁ μὴ δαρεὶς ἄνθρωπος οὐ παιδεύεται, quapropter lexicographi a verbo παίειν stirpem vocis παῖς repetiverunt, quam originationem absurdam comico quoque nostro non ignotam fuisse propter versum 1307 suspicor. — Ceterum conferendi sunt Thesm. 582 Plut. 963.

1299. οὐ γὰρ] vid. vs. 682.

— ἀτηρότατον] adiectivum tragicum, apud comicos alias non obvium.

— ἄρ' ἦν] vid. vs. 451.

καὶ τῶν ξυνόντων πολὺ παροινικώτατος;
καίτοι παρῆσαν Ἱππύλος, Ἀντιφῶν, Λύκων,
Λυσίστρατος, Θούφραστος, οἱ περὶ Φρύνιχον.
τούτων ἁπάντων ἦν ὑβρίστατος μακρῷ.
εὐθὺς γὰρ ὡς ἐνέπλητο πολλῶν κἀγαθῶν,
ὥσπερ καχρύων ὀνίδιον ηὐωχημένον

1301. *παρῆσαν* Blomfield] *παρῆν* codices; *παρῆν Ἵππυλλος* Bentley cum R.
1303. *ὑβρίστατος* Cobet] *ὑβριστότατος*.
1305 sq.] ordine inverso leguntur in codicibus; correxit Meineke.

1300. *παροινικώτατος*] cf. *πάροινος* Ach. 981. Xenoph. Conviv. VI § 2 *τὸ παρ' οἶνον λυπεῖν τοὺς συνόντας, τοῦτο κρίνω παροινίαν.*

1301 sq.] *quamquam totum istud Phrynichi sodalicium aderat.* — Phrynichum factionis ducem famosum cum sectatoribus suis hic derideri, post Droysenium statuit vir ingenio affluens Mueller Struebing (Ar. und die hist. Kritik p. 708). *Antiphontem*, qui etiam vs. 1270 commemoratur, notum esse oratorem, eundem autem *Philoctemonis* nomine indicatum esse vs. 1250, quod avarus esse ferretur (teste Platone in Pisandro, vid. Plut. Mor. 833 *c*). *Hippyli* iocoso nomine designari *Thucydidem* historiarum scriptorem, Hippiae ceterisque Pisistratidis cognatum et Ach. 603 simili *Hipparchidae* cognomento a comico designatum. — Sed longe a vero hanc explicationem aberrare mihi persuasum est; ioci enim insulsi atque innocui, quibus Phrynichus, quisquis fuit, ceterique convivae se invicem vellicasse feruntur, indicio sunt non viros qui magnas aliquas in rep. partes agant a comico nunc peti, sed litterarium quoddam sodalicium, e poetis cantoribus histrionibus horumque admiratoribus compositum; mirum autem quantum distant haec omnia a locis ubi ridentur homines ambitiosi vel praepotentes. Verum vidit quem scholia laudant Symmachus [1]); Phrynichum enim comicus spectat actorem tragicum, *τὸν ὀρχησάμενον* quem dicit Andocides de Myster. p. 24 R.; libenter autem ad eum rettulerim epigramma a Plutarcho Mor. 732 *f* allatum: *σχήματα δ' ὄρχησις τόσα μοι πόρεν ὅσσ' ἐνὶ πόντῳ | κύματα ποιεῖται χείματι νὺξ ὀλοή*, licet ipse Plutarchus tragoediarum *poetae* id tribuerit. Hic histrio nuper plausum tulit, cum *Cyclopem* Euripidis agens (cf. vs. 1318 *εὖ πράττοντα*, vs. 1490, 1524) aurium oculorumque lenociniis, quibus Euripides artem suam infecit, spectatores captasset; haec autem causa fuit cur Aristophanes hunc hominem deridendum nobis propinaret in comoediae exitu. — Umbram Phrynichus sibi adiunctam habuit *Lysistratum* scurram (vid. vs. 787 sqq. et ad 1313). *Antiphon* quis fuerit non constat, sed non significari clarum illum artis oratoriae praeceptorem certum duco; videtur autem idem esse homo, cuius Cratinus *ἐν Πυτίνῃ* mentionem fecit *ὡς πονηροῦ* (fr. 201). Neque *Theophrastum* aliunde novimus, sed cuiusmodi homo fuerit vs. 1318 manifeste patet.

1305. *καχρύων*] sic vocabantur hordei grana tosta (cf. ad vs. 1153), quibus non asini pascebantur sed homines.

---

[1]) Cui adstipulatus est Meineke Hist. Com. p. 148.

ἀνῄλλετ', ἐσκίρτα, ἐπεπόρδει, κατεγέλα,
καὶ ἔτυπτε δή με νεανικῶς· „παῖ παῖ" καλῶν.
εἶτ' αὐτὸν ὡς εἶδ', ᾔκασεν Λυσίστρατος·
„ἔοικας, ὦ πρεσβῦτα, νεοπλούτῳ Φρυγί,
κλητῆρί τ' εἰς ἀχυρμὸν ἀποδεδρακότι."
ὁ δ' ἀνακραγὼν ἀντῄκασ' αὐτὸν πάρνοπι
τὰ θρῖα τοῦ τρίβωνος ἀποβεβληκότι,
Σθενέλῳ τε τὰ σκευάρια διακεκαρμένῳ.

1306. ἀνῄλλετ' Lenting] ἐνήλ(λ)ατ' codices, ἐνήλλετ' Kuster. — κατεγέλα] κἀγέλα Dindorf, κᾆτ' ἔφλα Meineke.

1307. δή] om. VR, quapropter Elmsley κἄτυπτεν ἐμὲ.

1309. *Φρυγί] τρυγὶ codices absurde.

1310. ἀχυρμὸν Dindorf] ἄχυρον VR, ἀχυρῶνας ceteri.

1306.] item Pac. 335 ἥδομαι γὰρ καὶ γέγηθα καὶ πέπορδα καὶ γελῶ. Vid. etiam Ach. 30.

1307. παῖ] alluditur ad verbum παῖε. Vid. ad vs. 1297.

1308. ᾔκασεν] festivis comparationibus inter pocula se invicem petere solebant convivae, unde inter homines παροίνους rixas haud raro esse obortas facile intellegimus. Huiusmodi facetias nonnullas Convivio suo inseruit Xenophon VI § 8 sqq., hinc idem argumentum desumsit Plato, quo ita est usus ut ex iocis insulsis procresceret splendida illa, quam Alcibiadi tribuit, Socratis cum Sileno comparatio (Conv. p. 215). Conferri potest rixa Sarmenti scurrae Messique Cicirri in Horatii Sat. I 5, 52 sqq. — Verbum εἰκάζειν adhibitum est etiam Eq. 1076.

1309. νεοπλούτῳ Φρυγί] senex laena asiatica ineleganter involutus dum pueriliter lascivit, similis esse dicitur barbaro homini recens ditato, servo qui libertus nuper divesque factus splendidis vestibus se condecoraverit. Synonyma fere sunt Φρύξ et ὄλεθρος, vilissimorum enim mancipiorum nomina erant Φρύξ, Λυδός, Κάρ (cf. Av. 1244 = Eur. Alc. 675). Cf. proverbium Φρὺξ ἀνὴρ πληγεὶς ἀμείνων καὶ διηκονέστερος (Suid. s. v.), quo festive usus est leno, quem Herodas in Mimiambo II induxit apud iudices conquerentem de iniuriis a divite quodam Phryge sibi illatis, qui χλαῖναν ἔχων τριῶν μνέων ἀττικῶν (vs. 21) quidvis in hominem de plebe sibi licitum esse putasset; vid. vs. 100.

1310. κλητῆρι] et *testem* et *asinum* vox significare videtur, cf. vs. 189.

1311.] iratus senex hominem, qui tam rustice se compellavit, assimulat *locustae* (Ach. 150 Av. 185, 588), animalculo arido et mirifice voraci, *cui praereptae sint alae;* nam has significari voce θρῖα, quae de foliis ficulneis usurpari solet (vid. ad vs. 436), docet contextus. Mea si nimis splendida videtur vestis, at tua ne integra quidem est sed mendico condigna. — Cf. Av. 286 de Callia.

1313.] Sthenelus pessimae notae fuit poeta tragicus, cuius versus nisi aceto vel sale conspersos devorari posse negavit Aristophanes fr. 151, ut aptissima autem exempla τῆς ταπεινῆς λέξεως designavit Aristoteles Poet. 22. Cum Morsimo illo, cuius monologias excribere parricidio periuriove gravius vocatur piaculum Ran. 151, coniunxit eum Plato com. fr. 128. Itaque non est quod miremur eum κακῶς πράττοντα ἐν τῇ τέχνῃ τὴν τραγικὴν σκευὴν ἀποδόσθαι διὰ πενίαν, ut dicit scholiasta. Quae verba indicio sunt, ni fallor, non poetam tantum sed etiam

οἱ δ' ἀνεκρότησαν, πλήν γε Θουφράστου μόνου·
οὗτος δὲ διεμύλλαινεν, ὡς δὴ δεξιός.
ὁ γέρων δὲ τὸν Θούφραστον ἤρετ'· „εἰπέ μοι,
ἐπὶ τῷ κομᾷς καὶ κομψὸς εἶναι προσποιεῖ,
κωμῳδολοιχῶν περὶ τὸν εὖ πράττοντ' ἀεί;"
τοιαῦτα περιύβριζεν αὐτοὺς ἐν μέρει,
σκώπτων ἀγροίκως καὶ προσέτι λόγους λέγων
ἀμαθέστατ', οὐδὲν εἰκότας τῷ πράγματι.
ἔπειτ' ἐπειδὴ ἐμέθυεν, οἴκαδ' ἔρχεται
τύπτων ἅπαντας, ἤν τις αὐτῷ ξυντύχῃ.
ὁδὶ δὲ καὶ δὴ σφαλλόμενος προσέρχεται.
ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπειμι, πρὶν πληγὰς λαβεῖν.

(proripit se in interiora domus. —
Philocleo ebrius a dextra scenae parte procedit. Corona est ornatus et facem manu tenet, altera autem manu tibicinam ducit item facem et coronam habentem. Post breve intervallum eas sequuntur *convivae* aliquot. Ante Philocleonis domum consistunt omnes.)

1324. καὶ δὴ Dobree] δὴ καὶ R, καὶ V, καὐτὸς Meineke.

---

histrionem fuisse; Lysistrato autem, qui cum tali homine comparatur, cum scena commune aliquid fuisse videtur.

1314. ἀνεκρότησαν] cf. Eq. 651.

1315. διεμύλλαινεν] ὑπερηφάνως τὰ χείλη διέστρεφεν (schol. et Anecd. Bekk. p. 36).

— δή] notetur particulae vis ironica. Riserunt omnes, excepto uno Theophrasto; nostis enim hominem difficilis palati, cui nullae facetiae satis placent.

— δεξιός] vid. vs. 1265.

1317. ἐπὶ τῷ κομᾷς] *cur supercilia ducis?* Cf. e. g. Herodot. V 71 Κύλων ἐπὶ τυραννίδι ἐκόμησε, et vid. supra vs. 466 et 476.

1318.] *tune iocos nostros fastidis, qui actoribus inhias, ut si quis re prospera nuper usus sit eius ollas lambas (gij die het vet van den ketel komt likken bij iederen komediant dien het voor den wind gaat)?* Sic fere sunt reddenda quae novo verbo κωμῳδολοιχεῖν (κωμῳδολοιχός, λείχειν) vivide et breviter, ut assolet, comicus indicavit magis quam expressit. — Ad participium τὸν εὖ πράττοντα e contextu supplendum est substantivum κωμῳδόν, *Phrynichum* nimirum populi favore nunc florentem. Quamquam e re navali desumta est locutio, et mente addendum fuerat potius τοῖχον, navis latus quod a vento fluctibusque tutum est; vid. Ran. 537 Euripid. fr. 90.

1319. περιύβριζεν] item Thesm. 535.

— ἐν μέρει] *vicissim*; item Av. 1228 Herodot. I 26 Aesch. Choeph. 330. Plerumque addito articulo dicitur ἐν τῷ μέρει Ran. 32, 497 etc.

1320. καὶ προσέτι] adverbii vice fungitur πρός (*insuper*), ut Ach. 701, 1229 Eq. 401, 578 Vesp. 1420 Pac. 19 Lys. 628, 1238 Ran. 415, 611 Plut. 1001 Soph. Oed. R. 232 Plat. Apolog. 20*a* etc.

— λόγους λέγων] *verba dare*, item Ach. 298, 303 Eur. Med. 322. Vid. ad vs. 466.

1324.] *at ecce titubanti pede huc venit.*

SCENA VIGESIMA SECUNDA.

Chorus, Philocleo, unus convivarum.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἄνεχε, πάρεχε·
κλαύσεταί τις τῶν ὄπισθεν
ἐπακολουθούντων ἐμοί·
οἷον, εἰ μὴ ἐρρήσεθ', ὑμᾶς
ὦ πονηροὶ ταυτηὶ τῇ
δᾳδὶ Φρυκτοὺς σκευάσω.

ΞΥΜΠΟΤΗΣ ΤΙΣ.

ἦ μὴν σὺ δώσεις αὔριον τούτων δίκην
ἡμῖν ἅπασι, κεἰ σφόδρ' εἶ νεανίας.
ἄθροι γὰρ ἥξομέν σε προσκαλούμενοι.

(convivae dextrorsum abeunt.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(proterve iis illudens:)

ἰεῦ, ἰεῦ, καλούμενοι.
ἀρχαῖά γ' ὑμῶν· ἆρά γ' ἴσθ'
ὡς οὐδ' ἀκούων ἀνέχομαι

1332 sqq.] non *filii* sed *convivae* alicuius haec esse verba perspexit Lenting.

1334. ἄθροι Hirschig] ἀθρόοι.

1335. ἰεῦ, ἰεῦ Bergk] ἰῆ ἰεῦ codices.

1336. ἀρχαῖά γ' ὑμῶν] haec vix sana; Hermann scripsit τἀρχαῖα, sed sic ferri nequit γ'. Malo *ἀρχαῖα θὐμῶν (= τὰ ὑμῶν) aut *ἀρχαῖά γ' ὑμεῖς.

1337. ἀνέχομαι] οὐκέτ' ἀνέχομαι Meineke, versum aliter dividens.

1326. ἄνεχε πάρεχε] Eur. Cycl. 203; vid. etiam Troad. 308 Ar. Av. 1720. — Philocleo ebrius cum tibicina procedens in mentem revocat Dicaeopolidem cum duabus suis puellis Megarensibus a cena rediens Acharn. 1198 sqq.

1332.] ceteri convivae, qui simul cum Philocleone aedes, ubi cenaverunt, reliquerunt ἐπὶ κῶμον βαδίζοντες (Plut. 1040), hunc persequuntur, quia surripuit cantatricem; postquam autem ad ipsius senis domum pervenerunt, frustra voce gestuque ei minati abeunt.

1335.] *in ius vocabitis me scilicet!* Simillimus est locus Nub. 818 sqq.

1336.] casca loquimini, in desuetudinem enim ista iam abierunt. Senex appotus, qui iudicandi curam deposuit, nulla iam extare iudicia nullamque igitur litem intendi sibi posse putat. — Adiectivum ἀρχαῖος de iis quae *obsoleta* sunt comicus etiam Nub. 821, 984 Plut. 323 etc. usurpavit.

1337.] *de litibus posthac nihil audire volo.*

δικῶν; ἰαιβοῖ, αἰβοῖ.
τάδε μ' ἀρέσκει· βάλλε κημούς.
οὐκ ἄπει σύ; ποῦ ἐστιν ἡμῖν
ἡλιαστής; ἐκποδών.
(ad tibicinam:)
ἀνάβαινε δεῦρο χρυσομηλολόνθιον,
τῇ χειρὶ τουδὶ λαβομένη τοῦ σχοινίου.
ἔχου· φυλάττου δ', ὡς σαπρὸν τὸ σχοινίον·
ὅμως γε μέντοι τριβόμενον οὐκ ἄχθεται.
ὁρᾷς ἐγώ σ' ὡς δεξιῶς ὑφειλόμην
μέλλουσαν ἤδη λεσβιεῖν τοὺς ξυμπότας·
ὧν οὕνεκ' ἀπόδος τῷ πέει τῳδὶ χάριν.
ἀλλ' οὐκ ἀποδώσεις οὐδ' ἐφιαλεῖς, οἶδ' ὅτι,
ἀλλ' ἐξαπατήσεις κἀγχανεῖ τούτῳ μέγα·
πολλοὺς γὰρ ἤδη χἀτέρους ταῦτ' εἰργάσω.
ἐὰν γένῃ δὲ μὴ κακὴ νυνὶ γυνή,

1338. *ἰαιβοῖ*] om. V, quem sequitur Meineke.

1340. *ἄπει σύ*; Dindorf] *ἄπεισι* (*γὰρ*) codices; Meineke *οὐκ ἀποίσεις* coniecit. — *ἡμῖν*] addidit Hermann; Richter *ποῦ 'στὶ ποῦ 'σθ' ὁ*, Blaydes *οὐκ ἄπεισιν ὅστις ἐστὶν*. Lectio dubia; fortasse praestat **οὐκ ἄπει σὺ κεἴ τίς ἐστιν ἡ. ἐκποδών*; — *ἡλιαστής*] num sanum? Vellem *οὐκ ἀπολιβάξεις ἐκποδών* (cf. Av. vs. 1467) vel tale quid legi posset.

1348.] Blaydes lusit *ἀλλ' οὐκ ἀποδώσεις οὐδὲ φνεί, εὖ οἶδ' ὅτι*.

1350. *πολλοὺς* ... *χἀτέρους* Lenting] *πολλοῖς* ... *χἀτέροις*. — *ταῦτ'* Cobet] *αὔτ'*.

1339. *τάδε*] *hoc iuvat*, nova mea vita, quam inter pocula cum venustis puellis sum transacturus. Alia omnia seni olim placebant; vid. 751 sqq., qui locus nunc respicitur.

— *μ' ἀρέσκει*] cf. vs. 776.

— *βάλλε κημούς*] *apage sitellas* (vs. 99). Sic certe interpretanda videntur verba, quamquam dubito num sint integra.

1340.] *quantocius proripe te, et si quis adest iudex, in malam rem abeat.*

1341. *ἀνάβαινε δεῦρο*] *procede in proscenium*; cf. Ach. 732 Eq. 149.

— *χρυσομηλολόνθιον*] *μηλολόνθη* quid sit et aliunde novimus et e Nub. 763, *χρυσίω* autem Ach. 1200 a Dicaeopolide vocantur puellae quas secum duxit.

1342.] vid. Ach. 1216.

1343. *σαπρὸν*] in dictione familiari adiectivum *σαπρός* idem valet quod *παλαιός* vel *γέρων*, cf. vs. 1380 Ach. 1101 Pac. 698 Lys. 378 Thesm. 1025 Eccl. 884, 926, 1098 Plut. 323, 1086, Pac. 554 *εἰρήνη σαπρά* *prisca* (id est genuina) *pax*, Eupol. fr. 221 *οὐδέν ἐσμεν οἱ σαπροί* *actum est de senibus*.

1348. *ἐφιαλεῖς*] verbum *ἐφ-ιάλλειν* etiam Nub. 1299 et Pac. 432 extat. Dictioni epicae proprium est *ἐπ-ιάλλειν* (e. g. χ 49 *ἐπίηλεν τάδε ἔργα*) vel *ἐπιπροϊάλλειν*.

1351 sqq.] iocose admodum de filio pater nunc ita loquitur ut filii dissoluti de patribus suis — in scena certe — loqui solent.

ἐγώ σ', ἐπειδὰν οὑμὸς υἱὸς ἀποθάνῃ,
λυσάμενος ἕξω παλλακὴν ὦ χοιρίον.
νῦν δ' οὐ κρατῶ πω τῶν ἐμαυτοῦ χρημάτων·
νέος γάρ εἰμι καὶ φυλάττομαι σφόδρα.
τὸ γὰρ υἵδιον τηρεῖ με, κἄστι δύσκολον
κἄλλως κυμινοπριστοκαρδαμογλύφον.
ταῦτ' οὖν περί μοι δέδοικε μὴ διαφθαρῶ.
πατὴρ γὰρ οὐδείς ἐστιν αὐτῷ πλὴν ἐμοῦ.

(*Bdelycleo* a dextra scenae parte procedit, item coronatus et facem tenens.)

ὁδὶ δὲ καὐτός· ἐπὶ σὲ κἄμ' ἔοικε θεῖν.
ἀλλ' ὡς τάχιστα στῆθι ⟨τάσδε τὰς δετὰς
λαβοῦσ'⟩ ἵν' αὐτὸν τωθάσω νεανικῶς,
οἵοις ποθ' οὗτος ἐμὲ πρὸ τῶν μυστηρίων.

(suam facem praebet tibicinae, quae immota consistit, statuam imitata.)

SCENA VIGESIMA TERTIA.

Chorus, Philocleo, Bdelycleo.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὦ οὗτος, οὗτος, τυφεδανὲ καὶ χοιρόθλιψ,
ποθεῖν ἐρᾶν τ' ἔοικας ὡραίας σοροῦ.

1354. πω Elmsley] 'γὼ codices.
1358. μοι Blaydes] μου.
1363. οἵοις VR] οἵως alii.
1365. ποθεῖν] ποθεῖς V, unde Dindorf coniecit ληρεῖς.

1353. λυσάμενος] *postquam te redemero*. Servam esse tibicinam vix est cur moneam. — χοιρίον] ex Ach. 767 sqq. patet quomodo factum sit ut puella hac voce blande compellari posset.

1357.] κυμινοπρίστης et καρδαμογλύφος vocatur homo σμικρολόγος *sordidus (krenterig)*.

1360. ὁδὶ δὲ καὐτός] item Ach. 1189 Av. 1718. Vid. etiam Eccl. 934, 951.

1361. δετὰς] *taedas*, = δᾷδας vs. 1372. Cf. Hom. Λ 554 [1]).

1362 sq.] haec quoque dicit quasi filio suo iunior esset. Nempe cum celebrabantur sacra Eleusinia, ii qui per aetatem nondum initiati essent a mystis iocose terreri variisque facetiis peti solebant.

1364. οὗτος] vid. ad vs. 1. Probra autem similia inveniuntur Nub. 908 Lys. 335.

1365. σοροῦ] capulum potius quam meretriculam anquire. Adiectivum ὡραῖος usurpatur de pueris et puellis quibus

---

[1]) Restituendum ni fallor est vocabulum Aelian. Var. Hist. XIII 1 (p. 145, 23 Hercher), ubi narratur, Centauros duo comissatum ivisse ad Atalantam, ἦν δ' ἄρα ὁ κῶμος αὐτῶν οὔτε αὐλητρίδες οὔτε δεταὶ (vulg. αὐτὰ) δήπου, τὰ τῶν μειρακίων τῶν κατὰ πόλιν, ἀλλὰ πεῦκαι μὲν ἦσαν, καὶ ταύτας ἐξάψαντες καὶ ἀναφλέξαντες κτέ.

οὔ τοι καταπροίξει μὰ τὸν Ἀπόλλω τοῦτο δρῶν.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ὡς ἡδέως φάγοις ἂν ἐξ ὄξους δίκην.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οὐ δεινὰ τωθάζειν σε, τὴν αὐλητρίδα
τῶν ξυμποτῶν κλέψαντα;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ποίαν αὐλητρίδα;
τί ταῦτα ληρεῖς, ὥσπερ ἀπὸ τύμβου πεσών;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

νὴ τὸν Δί', αὕτη πού ἐστί σοί γ' ἡ Δαρδανίς.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οὔκ, ἀλλ' ἐν ἀγορᾷ τοῖν θεοῖν δᾲς καίεται.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

δᾲς ἥδε;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

δᾲς δῆτ'. οὐχ ὁρᾷς ἐστιγμένην;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

τί δὲ τὸ μέλαν τοῦτ' ἐστὶν αὐτῆς τοὐν μέσῳ;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἡ πίττα δήπου καομένης ἐξέρχεται.

1369. *ποίαν*] metri causa Fl. Christianus coniecit *πῶς*, Meineke *τήν*, Dindorf *πόθεν*.

1371. *πού* (*ἐ*)*στί*] *τοὔστι* mavult Meineke. — *σοί*] *τοί* VR. Blaydes dedit *που 'στιν ἡ σὴ Δαρδανίς*.

1372. *τοῖν θεοῖν* Richter] *τοῖς θεοῖς*. Cf. vs. 378.

1373. *ἐστιγμένην*] *ἐσχισμένην* coniecit Meineke.

1374. *αὐτῆς*] om. V.; Blaydes *αὐτῇ*.

---

aetatis flos est integer. De voce *σορός* autem cf. Ach. 691 Nub. 846 Lys. 600 Plut. 277 Eccl. 994 sqq.

1366. *οὔ τοι καταπροίξει*] *non sic tibi abibit, haud impune feres.* Item vs. 1396 Eq. 435 Nub. 1240 Thesm. 566.

1367.] *quam libenter litem ederes aceto maceratam (een procesje uit het zuur).* Cum ridicula locutione cf. vs. 511 et 1082.

1368. *οὐ δεινὰ*] item Ran. 610.

1369. *ποίαν*] vid. vs. 1202.

1370. *ἀπὸ τύμβου*] dicendum fuerat *ἀπ' ὄνου*, vid. Nub. 1273; sed senex mutat hanc locutionem ut verba filii 'silicernium' se vocantis retorqueat (vs. 1365).

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὁ δ' ὄπισθεν οὐχὶ πρωκτός ἐστιν οὑτοσί;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ὄζος μὲν οὖν τῆς δᾳδὸς οὗτος ἐξέχει.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

τί λέγεις σύ; ποῖος ὄζος;

(ad tibicinam:)

οὐκ εἶ δεῦρο σύ;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἆ, ἆ, τί μέλλεις δρᾶν;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἄγειν ταύτην λαβὼν
ἀφελόμενός σε καὶ νομίσας σ' εἶναι σαπρὸν
κοὐδὲν δύνασθαι δρᾶν.

(tibicinam domum intrare cogit ianuamque claudit.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἄκουσόν νυν ἐμοῦ.
Ὀλυμπίασιν ἡνίκ' ἐθεώρουν ἐγώ,
Ἐφουδίων ἐμαχέσατ' Ἀσκώνδᾳ καλῶς,
ἤδη γέρων ὤν· εἶτα τῇ πυγμῇ θενὼν
ὁ πρεσβύτερος κατέβαλε τὸν νεώτερον.
πρὸς ταῦτα τηροῦ μὴ λάβῃς ὑπώπια.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

νὴ τὸν Δί' ἐξέμαθές γε τὴν Ὀλυμπίαν.

(*Mulier* panes venditans a dextra scenae parte procedit, corbem vacuam manu tenens. Testis eam comitatur *Chaerephon.*)

1380. *σ'*] addidit Hirschig.
1386. *ὑπώπια* R] *ὑπώπιον* V.
1387.] immerito damnat Hamaker.

1378. *ποῖος*] vid. vs. 1202.
1380. *σαπρὸν*] vid. ad vs. 1343.
1382.] praeceptis quae accepit (vs. 1190 sqq.) iam utitur senex.
1384. *θενὼν*] redit aoristus Eq. 640 Lys. 364, 821 Av. 1613 Ran. 855.
1386. *πρὸς ταῦτα*] vid. vs. 927.
— *ὑπώπια*] Ach. 551 Pac. 541; vid. Eubuli fr. quod ad vs. 1253 allatum est.
1387.] *nae Olympiam ut digitos tuos te nosse apparet (gij kent O. al van buiten).*

SCENA VIGESIMA QUARTA.

Eidem, mulier.

ΑΡΤΟΠΩΛΙΣ.

ἴθι μοι παράστηθ', ἀντιβολῶ πρὸς τῶν θεῶν.
ὁδὶ γὰρ ἀνήρ ἐστιν ὅς μ' ἀπώλεσεν
τῇ δᾳδὶ παίων, κἀξέβαλεν ἐντευθενὶ
ἄρτους δέκ' † ὀβολῶν κἀπιθήκην τέτταρας. †

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὁρᾷς ἃ δέδρακας; πράγματ' αὖ δεῖ καὶ δίκας
ἔχειν διὰ τὸν σὸν οἶνον.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οὐδαμῶς γ', ἐπεὶ
λόγοι διαλλάξουσιν αὐτὰ δεξιοί·
ὥστ' οἶδ' ὁτιὴ ταύτῃ διαλλαγήσομαι.

ΑΡΤΟΠΩΛΙΣ.

οὔ τοι μὰ τὼ θεὼ καταπροίξει Μυρτίας,
τῆς Ἀγκυλίωνος [θυγατέρος] καὶ Σωστράτης.

1391. δέκ' ὀβολῶν V] δέκα βαλὼν R. — κἀπιθήκην R] κἀπιθήκαν V, κἀπιθήκας Meineke, κἀπιθήκην τεττάρων Dobree Cobet. Versus corruptus, dubito autem num sana sit vox ὀβολῶν; fortasse sufficit κἀπιθήκης: *quatuor panes plus quam denorum obolorum*, sed singulos panes decem obolis prostitisse non est credibile.

1394.] hoc versu deleto Hamaker in vs. 1395 legit εὖ pro ὥστ', non recte.

1395. *διαλλαγήσομαι] -χθήσομαι.

1397. θυγατέρος] aliena hinc est forma epica; videtur esse emblema; expectatur καταγελῶν vel simile quid, cf. vs. 1406.

1390. ἐντευθενὶ] *ex hacce corbe* [1]). Nempe senex postquam iudiciali furore excusso novam iuventutem ingressus est, non minus quam olim in aniculis panariis fortem se praestitit. Sic in fabula, cui Γῆρας nomen fuit, poeta ἀρτόπωλιν produxit panibus suis spoliatam ὑπὸ τῶν τὸ γῆρας ἀποβαλόντων, vid. fr. 125 apud Athen. III 109 *f*. Cf. praeterea ad vs. 238.

1391. ἐπιθήκην] *superpondium*, *mantissa* (*overwicht*) significari videtur, sed vix integer est locus.

1392. πράγματα ἔχειν] *negotia habere*, item Pac. 1345, πράγματα παρέχειν negotia *facessere* Av. 931 Plut. 20, 102. Vid. praeterea Ach. 269, 757 Vesp. 1426 Pac. 191, 293, 352, 1297 Av. 128 Plut. 652 etc. et supra ad vs. 1040.

1394.] cf. vs. 1258.

1396. μὰ τὼ θεὼ] i. e. μὰ τὴν Δήμητρα καὶ τὴν Κόρην, quo iureiurando Athenis *feminae* tantum utebantur (vid. Eccl. 158). In Boeotii vero ore Ach. 905 verba νεὶ τὼ θιώ significant *per Amphionem et Zethum*, et Spartiatis τὼ θιώ (σιώ) sunt *Dioscuri*, *Castor* et *Pollux*.

— καταπροίξει] cf. vs. 1366.

[1]) Fortasse non corbem sed τηλίαν vel σανίδα aliquam manu tenet vetula (cf. vs. 147).

οὕτω διαφθείρας ἐμοῦ τὰ φορτία.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἄκουσον ὦ γύναι· λόγον σοι βούλομαι
λέξαι χαρίεντα.

ΑΡΤΟΠΩΛΙΣ.

μὰ Δία μή μοί γ' ὦ μέλε.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

Αἴσωπον ἀπὸ δείπνου βαδίζονθ' ἑσπέρας
θρασεῖα καὶ μεθύση τις ὑλάκτει κύων.
κἄπειτ' ἐκεῖνος εἶπεν· „ὦ κύον, κύον,
εἰ νὴ Δί' ἀντὶ τῆς κακῆς γλώττης ποθὲν
πυροὺς πρίαιο, σωφρονεῖν ἄν μοι δοκεῖς."

ΑΡΤΟΠΩΛΙΣ.

καὶ καταγελᾷς μου; προσκαλοῦμαί σ', ὅστις εἶ,
πρὸς τοὺς ἀγορανόμους βλάβης τῶν φορτίων,
κλητῆρ' ἔχουσα Χαιρεφῶντα τουτονί.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

μὰ Δί' ἀλλ' ἄκουσον, ἤν τί σοι δόξω λέγειν.
Λᾶσός ποτ' ἀντεδίδασκε καὶ Σιμωνίδης.
ἔπειθ' ὁ Λᾶσος εἶπεν· „ὀλίγον μοι μέλει."

1405. *δοκεῖς*] sic recte VR; cf. Cobet Var. Lect. p. 92.

1400. *μή μοί γ'*] cf. vs. 1179.

1402. *μεθύση*] item Nub. 555. — Cf. Menandr. fr. 546 *πέρας αὔλειος θύρα* | *ἐλευθέρᾳ γυναικὶ νενόμιστ' οἰκίας.* | *τὸ δ' ἐπιδιώκειν εἴς τε τὴν ὁδὸν τρέχειν* | *ἔτι λοιδορουμένην, κυνός ἐστ' ἔργον, Ῥόδη.*

1405. *δοκεῖς*] iungenda sunt *δοκεῖς μοι σωφρονεῖν ἂν εἰ πρίαιο*, = *σωφρονοίης ἄν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, εἰ πρίαιο.* Cf. vs. 1198.

1406 sqq.] *etiamne illudis? ad aediles te voco, quisquis es* (nam nomen senis ignorat), *hocce teste usa Chaerephonte.*

1408. *κλητῆρα*] vid. vs. 189.

— *Χαιρεφῶντα*] Socratis huic sodali, quem comicus etiam in Nubium fabula saepius perstrinxit propter squallorem et pallorem (Nub. 104, 144 sqq., 504), in Avibus 1296 et 1564 *vespertilio* iocose appellatur. Hinc efficio eum solitum fuisse nocte intempesta philosophiae problematis intentum per urbis plateas obambulare, cum silerent cuncta ceterique cives exceptis comissatoribus et sicariis dormirent; similem morem Dickensio fuisse haud abs re videtur observasse. — Lucifugum igitur hunc virum caupona circumspectans quem posset antestari solum in via publica repperit.

1410.] poetas qui se puero inclaruerunt nominat senex; cf. vs. 220 et 269.

ΑΡΤΟΠΩΛΙΣ.

ἄληθες, οὗτος;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

καὶ σὺ δή μοι, Χαιρεφῶν,
† γυναικὶ κλητεύειν ἐοικὼς θαψίνῃ
Ἰνοῖ κρεμαμένῃ πρὸς ποδῶν Εὐριπίδου. †

(*Civis*, cui caput vulneratum linteoque circumligatum est, a dextra scenae parte procedit. Comitatur eum *testis*.)

SCENA VIGESIMA QUINTA.

Eidem, civis.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὁδί τις ἕτερος, ὡς ἔοικεν, ἔρχεται
καλούμενός σε· τόν γέ τοι κλητῆρ' ἔχει.

ΠΟΛΙΤΗΣ.

οἴμοι κακοδαίμων. προσκαλοῦμαί σ', ὦ γέρον,
ὕβρεως.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὕβρεως; μή, μὴ καλέσῃ, πρὸς τῶν θεῶν.
ἐγὼ γὰρ ὑπὲρ αὐτοῦ δίκην δίδωμί σοι,
ἣν ἂν σὺ τάξῃς, καὶ χάριν πρὸς εἴσομαι.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἐγὼ μὲν οὖν αὐτῷ διαλλαγήσομαι

1413. κλητεύειν] κλητεύων Dobree. — ἐοικὼς] ἔοικας Reiske. An *κλητεύεις ἐοικὼς θ. Ἰνοῖ; sed sequentia non intellego.

1414. πρὸς ποδῶν] προσπολῶν Hermann. Locus nondum emendatus; cur autem *suspensa esse* dicitur Ino?

1416. ἔχει] fortasse praestat ἄγει.

1418. καλέσῃ Reiske] καλέσῃς.

1421. *διαλλαγήσομαι] διαλλαχθήσομαι V, διαλεχθήσομαι R.

1412. οὗτος] vid. ad vs. 1.

1413 sq.] color θάψινος (*luteus* = *luridus*) etiam aliunde notus est, cf. Theocrit. II 88 καί μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ, Euripidis autem Inoni, cum in eo esset ut mortem sibi conscisceret, vepallidam fuisse faciem facile intellegimus, denique philosophi noctivagi vultum miserae huic mulieri assimulari nemo mirabitur; sed non decurrit sententia neque apparet quid sibi velit Ino ad poetae pedes suspensa. Ad vs. 1417 legitur scholion παραγίνεταί τις ἀνὴρ Εὐριπίδης ὠνομασμένος, κατηγορῶν τοῦ Φιλοκλέωνος ὕβρεως, quae tamen merae videntur esse nugae e versu 1414 confictae.

1420. πρὸς] cf. vs. 1320.

ἑκών· ὁμολογῶ γὰρ πατάξαι καὶ βαλεῖν.

(blande et comiter accusatorem allocutus:)

ἀλλ' ἐλθὲ δευρί. πότερον ἐπιτρέπεις ἐμοὶ
ὅ τι χρή μ' ἀποτείσαντ' ἀργύριον τοῦ τραύματος
εἶναι φίλον τὸ λοιπόν, ἢ σύ μοι φράσεις;

ΠΟΛΙΤΗΣ.

σὺ λέγε. δικῶν γὰρ οὐ δέομ' οὐδὲ πραγμάτων.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

(ut praecedentia:)

ἀνὴρ Συβαρίτης ἐξέπεσεν ἐξ ἅρματος,
καί πως κατεάγη τῆς κεφαλῆς μάλα σφόδρα·
(ἐτύγχανεν γὰρ οὐ τρίβων ὢν ἱππικῆς.)
κἄπειτ' ἐπιστὰς εἶπ' ἀνὴρ αὐτῷ φίλος·
„ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην."
οὕτω δὲ καὶ σὺ παράτρεχ' εἰς τὰ Πιττάλου.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὅμοιά σου καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις τρόποις.

ΠΟΛΙΤΗΣ.

(ad testem:)

ἀλλ' οὖν σὺ μέμνησ' οὗτος ἀπεκρίνατο.

(in eo est ut abeat.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἄκουε, μὴ φεῦγ'. ἐν Συβάρει γυνή ποτε

1423. πότερον Bentley] πρότερον.
1424. τραύματος Reiske cum codice Florentino] πράγματος.
1428. *μάλα] μεγάλ' V, μέγα R.
1432.] post vs. 1440 collocat Hamaker, iniuria nisi fallor. — παράτρεχ'] ταχὺ τρέχ' Blaydes. — εἰς τὰ] ὡς τοὺς Elmsley ad Ach. 1222.
1433. σου] σοι R, idque recepit Hirschig.
1434. οὗτος Meineke] αὐτός.

1426. πραγμάτων] vid. vs. 1392.
1429. τρίβων] item Nub. 869.
1431.] Cic. Tusc. I § 18 *quam quisque norit artem, in hac se exerceat.* Horat. Ep. I 14, 44 *quam scit uterque libens, censebo, exerceat artem.* Propert. II 1, 46 *qua pote quisque, in ea conterat arte diem.*

1432. εἰς τὰ Πιττάλου] eius *domum* vel *officinam*. Cf. Herod. Mimiamb. V 52 βάδιζε καὶ μὴ παρὰ τὰ Μικκάλης αὐτὸν | ἄγε, quod proverbium de tergiversantibus videtur fuisse (*de mijl op zevenen*). *Pittalus*, qui medicus publicus (δημόσιος ἰατρός) fuit, etiam Ach. 1032 et 1222 commemoratur.

κατέαξ' ἐχῖνον.

ΠΟΛΙΤΗΣ.

ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οὐχῖνος οὖν ἔχων τιν' ἐπεμαρτύρατο.
εἶθ' ἡ Συβαρῖτις εἶπεν· „αἰ ναὶ τὰν κόραν
τὰν μαρτυρίαν ταύταν ἐάσας ἐν τάχει
ἐπίδεσμον ἐπρίω, νοῦν ἂν εἶχες λῷονα."

ΠΟΛΙΤΗΣ.

ὕβριζ', ἕως ἂν τὴν δίκην ἄρχων καλῇ.

(mulier et civis cum testibus suis abeunt.)

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οὔ τοι μὰ τὴν Δήμητρ' ἔτ' ἐνταυθὶ μενεῖς,
ἀλλ' ἀράμενος ἐγώ σε ....

(patrem correptum veluti puerulum in domum absportat.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

τί ποιεῖς;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὅ τι ποιῶ;
εἴσω φέρω σ' ἐντεῦθεν· εἰ δὲ μή, τάχα
κλητῆρες ἐπιλείψουσι τοὺς καλουμένους.

1437. *ἔχων*] *ἔχιν* Reiske, frigidum admodum verborum lusum appetens. Si quid mutandum, malim **τρέχων* (= *ἀνύσας*), cf. Ach. 176, 828 Nub. 780 etc.

1438 sq. *αἰ ... τὰν ... ταύταν*] *εἰ ... τὴν ... ταύτην* codices.

1440. **λῷονα*] *πλείονα*. Non est Graecum *πολὺν νοῦν ἔχειν*.

1442. *ἐνταυθὶ* Elmsley] *ἐνταυθοῖ*.

1443. *ἐγώ σε* Hamaker] *ἔγωγε* codices Parisini non male, *οἴσω σε* VR, unde *εἴσω σε* Reisig, fortasse recte. — *ποιεῖς*; — *ὅ τι ποιῶ*; | *εἴσω φέρω σ'*] *ποιήσεις*. — *ὅ τι*; | *οἴσω τρέχων* Hamaker audacius quam felicius, nam sana est vulgata.

1436. *ἐχῖνον*] huius vasculi (Hor. Sat. I 6, 117) cur mentio iniceretur duae fuerunt causae. Nempe nomen, quod etiam *animal* (sive marinum sive terrestre) significare potest, fabulae Aesopicae quam maxime est accommodatum; praeterea autem seni in iudiciis multum versato fieri non potuit quin *ἐχῖνοι* essent notissimi, sic enim vocabantur capsae in quibus instrumenta litis afferebantur a diaetetis obsignata; vid. [Aristot.] de Rep. Athen. c. 53 et ibi Sandys, Demosthen. XXXIX § 17, XLV § 17, 57, XLVII § 16, XLVIII § 48, LIV § 27 etc. — *μαρτύρομαι*] ita clamat qui iniuriae sibi illatae testes advocat; item Ach. 926 Nub. 495, 1222, 1297 Pac. 1119 Av. 1031 Ran. 528.

1442.] simillimus est versus Nub. 814, vid. etiam Thesm. 225.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

Αἴσωπον οἱ Δελφοί ποτ' ....

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὀλίγον μοι μέλει.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

φιάλην ἐπῃτιῶντο κλέψαι τοῦ θεοῦ.
ὁ δ' ἔλεξεν αὐτοῖς, ὡς ὁ κάνθαρός ποτε ....

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

οἴμ', ὡς ἀπολῶ σ' αὐτοῖσι τοῖσι κανθάροις.

(abeunt ambo.)

ALTERUM CHORI STASIMUM.

(vs. 1450—1473).

(Cantus.)

ΧΟΡΟΣ.

Stropha.

ζηλῶ γε τῆς εὐτυχίας
τὸν πρέσβυν, οἷ μετέστη
σκληρῶν τρόπων καὶ βιοτῆς·
ἕτερα δὲ νῦν ἄρτι μαθὼν
ἢ μέγα τι μεταπεσεῖται
ἐπὶ τὸ τρυφῶν καὶ μαλακόν.
τάχα δ' ἂν ἴσως οὐκ ἐθέλοι.

1449. ἀπολῶ σ' Reiske] ἀπολεῖς codices, ἀπόλοι' Meineke. — τοῖσι] τοῖς VR, hinc Meineke τοῖς σοῖς.
1450. γε] σε schol.; utrumque importunum.
1452. σκληρῶν Hirschig] ξηρῶν.
1453. *ἄρτι μαθὼν] ἀντιμαθών. Cf. Nub. 852.
1454. ἢ μέγα τι μεταπεσεῖται Bergk praeeunte Bentleio] ἢ μεγάτι μεταπείσεται V, ἢ μέγα πείσεται R. Sed num μέγα sanum est? Dobree coniecit ἤδη μεταπεσεῖται, Blaydes ἤδη μετ' αὖ πεσεῖται, quod verum videtur.
1455. ἐπὶ τὸ τρυφῶν Dindorf] ἐπὶ τὸ ῥυφᾶν V, ἐπιτρυφὸν R, ἐπὶ τὸ τρυφερὸν alii.

1448.] fabula de aquilae et scarabaei inimicitia, quam narraturus est senex, respicitur etiam Pac. 129 sqq. et Lys. 695.
1449. αὐτοῖσι τοῖς κ.] vid. vs. 119.
1450.] simillima leguntur Ach. 1008. Duae autem recensiones hoc loco infeliciter admodum sunt consutae, qua de re videantur prolegomena.
1451.] cf. Plut. 365.
1453.] vid. Nub. 852 ταῦτ' ἔμαθες τὰ δεξιὰ | εἴσω παρελθὼν ἄρτι.

τὸ γὰρ ἀποστῆναι χαλεπὸν
φύσεος, ἣν ἔχοι τις ἀεί.
καίτοι πολλοὶ τοῦτ' ἔπαθον·
ξυνόντες γνώμαις ἑτέρων
μετεβάλλοντο τοὺς τρόπους.

Antistropha.

πολλοῦ δ' ἐπαίνου παρ' ἐμοὶ
καὶ τοῖσιν εὖ φρονοῦσιν
τυχὼν ἄπεισιν διὰ τὴν
φιλοπατρίαν καὶ σοφίαν
ὁ παῖς ὁ Φιλοκλέωνος.
οὐδενὶ γὰρ οὕτως ἀγανῷ
ξυνεγενόμην, οὐδὲ τρόποις
ἐπεμάνην, οὐδ' ἐξεχύθην.
τί γὰρ ἐκεῖνος ἀντιλέγων
οὐ κρείττων ἦν, βουλόμενος
τὸν φύσαντα σεμνοτέροις
κατακοσμῆσαι πράγμασιν;

EXODUS.

(vs. 1474—1537.)

(*Sosias* cum magna animi conturbatione foras proruit.)

SCENA VICESIMA SEXTA.

Chorus, Sosias.

ΣΩΣΙΑΣ.

νὴ τὸν Διόνυσον, ἄπορά γ' ἡμῖν πράγματα

1458. ἔχοι R] ἔχει V.
1459. τοῦτ' Dindorf] ταῦτ'.
1461. μετεβάλλοντο VR] μετεβάλοντο alii non recte, est enim imperfectum de conatu.
1473. κατακοσμῆσαι] in V affertur l. a. κατακηλῆσαι. Meineke κατακομῆσαι (et -βάλοντο in vs. 1461).
1474. πράγματα] τὰ πράγματα VR.

1457—1461.] de ipso poeta haec sunt dicta, qui cum Cleone pactionem iniisse fertur et nunc igitur μεταβάλλεται τοὺς τρόπους, *sui dissimilis esse conatur*. Qua de re videantur quae disputavi in prolegomenis.

1458. φύσεος] vid. ad vs. 1282.

1460.] cf. Nub. 1404.

δαίμων τις εἰσκεκύκληκεν εἰς τὴν οἰκίαν.
ὁ γὰρ γέρων ὡς ἔπιε διὰ πολλοῦ χρόνου
ἤκουσέ τ' αὐλοῦ, περιχαρὴς τῷ πράγματι
ὀρχούμενος τῆς νυκτὸς οὐδὲν παύεται
τἀρχαῖ' ἐκεῖν' οἷς Θέσπις ἠγωνίζετο·
καὶ τοὺς τραγῳδούς φησιν ἀποδείξειν κρόνους
τοὺς νῦν † διορχησάμενος † ὀλίγον ὕστερον.

(*Pater* et *filius* exeunt domo. Philocleo corona est ornatus, „caunaca" autem sua ita se involvit ut pelle solent pastores. Inter cantandum saltus dat perridiculos, ceu hoedus lasciviens, Polyphemum ebrium, qualem Euripides in fabula satyrica Cyclope nuper exhibuerat, iocose imitatus.)

SCENA VIGESIMA SEPTIMA.

Eidem, Philocleo, Bdelycleo.

(Cantus.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

τίς ἐπ' αὐλείοισι θύραις θάσσει;

ΣΩΣΙΑΣ.

τουτὶ καὶ δὴ χωρεῖ τὸ κακόν.

1475. *εἰσκεκύκληκεν*] *εἰσκεκύλικεν* coniecit Reiske.

1480. *τραγῳδούς*] *τρυγῳδούς* Lenting male.

1481. *τοὺς νῦν* Bentley] *τὸν νοῦν* codices. — *διορχησάμενος* VR] *-σόμενος* alii (cf. vs. 1499). Neque illud neque hoc aptum sensum praebet; suspicor aut spurium esse versum 1481 aut post *τοὺς νῦν* intercidisse finem versus et initium sequentis.

1482. *αὐλείοισι*] *-αισι* V, fortasse recte, quoniam lyrico dicendi genere hic utitur senex.

1476. *διὰ πολλοῦ χρόνου*] vid. ad vs. 1252.

1478.] in extrema semper ruens senex postquam naturam suam exuit totam iam noctem (vesperam) saltando transigit.

1479.] prisca carmina amat vir marathonomachus, ut senex Strepsiades Nub. 1356 sqq.; cf. supra vs. 220 et 269.

1480. *κρόνους*] vid. Nub. 398, 929 Plut. 581, *κρόνιππος* Nub. 1070, Philonid. fr. 15 *νυνὶ δὲ Κρόνου καὶ Τιθωνοῦ παππεπίπαππος νενόμισται*, cf. *Τιθωνός* Ach. 688, *Ἰαπετός* Nub. 998.

1481.] ludicra imitatione senex superaturus est recentiores poetas tragicos. Nempe Aristophanes, utpote temporis praeteriti laudator scenaeque Aeschyleae admirator, ridere solebat Euripidis *μονῳδίας*, quae ab histrione cantabantur simul et saltando transigebantur. Cuius artificii luculenta exempla extant Orest. vs. 960 sqq., 1369 sqq., Phoeniss. 301 sqq., facete autem monodiam Euripideam finxit Aristophanes Ran. 1331 sqq.

1482.] tragico sive satyrico dicendi genere iam utitur senex; cf. Thesm. 889.

1483.] cf. Nub. 907 Ran. 1018; praeterea vid. Nub. 18 Pac. 472.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.
κλῇθρα χαλάσθω τάδε. καὶ δὴ γὰρ
σχήματος ἀρχὴ . . . .
ΣΩΣΙΑΣ.
μᾶλλον δέ γ᾽ ἴσως μανίας ἀρχή.
ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.
πλευρὰν λυγίσαντος ὑπὸ ῥύμης,
οἷον μυκτὴρ μυκᾶται καὶ
σφόνδυλος ἀχεῖ . . . . .
ΣΩΣΙΑΣ.
πῖθ᾽ ἐλλέβορον.
ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.
πτήσσει Φρύνιχος ὥς τις ἀλέκτωρ . . . .
ΣΩΣΙΑΣ.
τάχα βαλλήσεις.
ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.
σκέλος οὐράνιόν γ᾽ ἐκλακτίζων.
ΣΩΣΙΑΣ.
πρωκτὸς χάσκει.
ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.
κατὰ σαυτὸν ὅρα·
νῦν γὰρ ἐν ἄρθροις τοῖς ἡμετέροις
στρέφεται χαλαρὰ κοτυληδών.
οὐκ εὖ;

1487. ῥύμης Lobeck] ῥώμης.
1490. πτήσσει] πλήσσει Bentley.
1491. βαλλήσεις] -σῃ R, -σει Bergk.
1492. γ᾽] om. VR.
1496. οὐκ εὖ; — μὰ Dobree] οὐκ εὖ μά. — πράγματα] *σχήματα?

1484.] cf. Lys. 264.
1487. λυγίσαντος] vid. Ran. 775.
— ῥύμης] vox poetica etiam Pac. 86 legitur.
1490.] *iam cedit mihi Phrynichus ut gallus devictus* (*Phrynichus kruipt al voor mij in zijn schulp*). De Phrynicho histrione, qui nuper Euripidis Cyclopem egit, vid. supra vs. 1301, de verbo πτήσσω autem cf. Av. 71, 777 Ran. 315.
1491. βαλλήσεις] nempe με. Futuri eadem est figura supra vs. 222.
1492.] cf. Pac. 332, 889. Saltatio, qua tragicorum artem imitari se dicit senex, quam fuerit indecora clare ostendit verbum ἐκλακτίσαι, nam ἐκλακτίσματα erant γυναικῶν ὀρχήματα, ἐν οἷς ἔδει ὑπὲρ τὸν ὦμον ἐκλακτίσαι (Polluc. IV 102). Vid. vs. 1524.
1496. οὐκ εὖ;] *nonne pulcre?*

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

μὰ Δί' οὐ δῆτ', ἀλλὰ μανικὰ πράγματα.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

φέρε νυν ἀνείπω κἀνταγωνιστὰς καλῶ.
εἴ τις τραγῳδός φησιν ὀρχεῖσθαι καλῶς,
ἐμοὶ διορχησόμενος ἐνθάδ' εἰσίτω.
φησίν τις, ἢ οὐδείς;

(*Saltator* perexiguae staturae in orchestram procedit et exadversus Philocleonem consistit ut in certamen eum provocet.)

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

εἷς γ' ἐκεινοσὶ μόνος.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

τίς ὁ κακοδαίμων ἐστίν;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

υἱὸς Καρκίνου
ὁ μέσατος.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ἀλλ' οὗτός γε καταποθήσεται·
ἀπολῶ γὰρ αὐτὸν ἐμμελείᾳ κονδύλου.
ἐν τῷ ῥυθμῷ γὰρ οὐδέν ἐστ'.

(*Alter nanus saltator* accedit.)

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἀλλ' ᾠζυρὲ

1502. μέσατος] μεσαίτατος R.

1498 sq. εἴ τις . . . εἰσίτω] festive respicitur vs. 891. Quantum mutatus ab illo!

1500.] Carcinus tragicus poeta tresque eius filii Xenocles Xenotimus Xenarchus, quorum primus et ipse tragoedias fecit, etiam Nub. 1261 et fusius Pac. 781 sqq. et 864 deridentur. E Sicilia oriundi erant, unde eorum dictioni vitia quaedam inhaeserunt, quapropter Xenocli *Datidis* (i. e. barbari) cognomen inditum est ab auritis Atheniensibus; vid. quae de Pac. 289 disputavi Mnemosyn. 1888 p. 435—438. Perexiguae autem staturae eos fuisse et noster locus testatur et clarius etiam Pac. 790, ubi ναννοφυεῖς vocantur.

1502. καταποθήσεται] *hunc integrum per gulam demittam.* Senex haec dicit quoniam hominum voratorem Polyphemum nunc agit, simul tamen alludens ad nominis καρκίνος *cancer* (*krab*) propriam significationem (vid. ad vs. 84).

1503. ἐμμελείᾳ] tragicum saltandi genus erat ἐμμέλεια, satyricum σίκιννις, comicum κόρδαξ.

1504.] *in rhythmica arte nihil valet.*

ἕτερος τραγῳδὸς Καρκινίτης ἔρχεται,
ἀδελφὸς αὐτοῦ.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

νὴ Δί' ὠψώνηκ' ἄρα.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

μὰ τὸν Δί' οὐδὲν ἄλλο πλήν γε καρκίνους.
προσέρχεται γὰρ ἕτερος αὖ τῶν Καρκίνου.

(*Tertius pumilio* prodit.)

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

τουτὶ τί ἦν τὸ προσέρπον; ὀξίς, ἢ φάλαγξ;

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ὁ πιννοτήρης οὗτός ἐστι τοῦ γένους.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ὦ Καρκίν', ὦ μακάριε τῆς εὐπαιδίας,
ὅσον τὸ πλῆθος κατέπεσεν τῶν ὀρχίλων.
ἀτὰρ καταβατέον γ' ἐπ' αὐτούς μοι· σὺ δὲ

1507. οὐδὲν Brunck] οὐδέν γ'.

1511. ὁ σμικρότατος ὃς τὴν τραγῳδίαν ποιεῖ] insulsum emblema, quo locus festivus misere corrumpitur, delevit Hamaker. Videtur natum esse ex scholio quod casu trimetrum efficeret.

1514. μοι· σὺ δὲ Hermann] μ' ὠζυρέ VR, ὠζυρέ reliqui. Recepi Hermanni coniecturam, quia abesse nequit μοι neque adiectivo οἰζυρός hic locus esse videtur; quamquam mirum si vox rarior et vere Aristophanea ὠζυρέ librariorum culpa in textum irrepsit. Filio versum tribuebat Bentley.

1506.] ὠψώνηκ' ἄρα] *paratum igitur mihi habeo opsonium.*

1507.] *ita, sed meris cancris vescendum tibi erit.*

1509.] *quid vero istud est quod huc repit? squillulane an crangon?* Quae animalcula marina a comico ὀξίς et φάλαγξ vocentur nescimus, sed contextus docet crustacea quaedam animalcula esse intellegenda; ὀξίς alias *acetabulum* significat et φάλαγξ *araneam.*

— τί ἦν] vid. ad vs. 183.

1510.] *pinnoteres* (id est *pinnae custos*) vocatur cancrorum genus pusillum, intra *pinnarum* viventium conchas degens; veteres autem credebant pinnam, si quod instaret periculum, a contubernali suo admoneri ut caveret. Vid. Cic. de Finib. III 19, Plinius Hist. Nat. IX 66 [1]).

1513. ὀρχίλων] huic avis nomini (Av. 568) novam nunc *salisubsuli* tribuit significationem, ab ὀρχεῖσθαι verbo repetens. Vid. ad. vs. 353.

1514. καταβατέον] sc. εἰς ἀγῶνα, *in certamen descendendum est.*

---

[1]) Subsimilis vitae ratio est animalculo in nostris litoribus satis frequenti *paguro bernardo* (*heremiet-kreeft*), quod tamen non viventium molluscorum contubernio utitur, sed *sollertia ei est inanium ostrearum testis se condere* (Plin. IX 51).

ἄλμην κύκα τούτοισιν, ἣν ἐγὼ κρατῶ.

(Bdelycleo et Sosias domum intrant.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

Φέρε νυν ἡμεῖς αὐτοῖς ὀλίγον ξυγχωρήσωμεν ἅπαντες,
ἵν' ἐφ' ἡσυχίας ἡμῶν πρόσθεν βεμβικίζωσιν ἑαυτούς.

(Chorus recedit in orchestrae latus alterum. Philocleo orchestram intrat et tres saltatores persequitur, quos frustra captare conatur huc illuc discurrentes.
Pantomimica haec saltatio imitatur finem fabulae Euripideae Cyclopis.
Interim chorus canit canticum sequens:)

ΧΟΡΟΣ.

ἄγ' ὦ μεγαλώνυμα τέκνα
τοῦ θαλασσίοιο,
πηδᾶτε παρὰ ψάμαθον
καὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτου,
καρίδων ἀδελφοί·

ταχὺν πόδα κυκλοσοβεῖτε,
καὶ τὸ Φρυνίχειον
ἐκλακτισάτω τις, ὅπως
ἰδόντες ἄνω σκέλος ὤ-
ζωσιν οἱ θεαταί.

1518—1520.] om. R, in margine addidit manus recens.
1519. *θαλασσίοιο* Dindorf] *θαλασσίου* codices, *θαλασσίου θεοῦ* Bergk Meineke.
1521. *ἀτρυγέτου* Dindorf] *-τοιο* codices. Richter h. l. *-τοιο* servat et in vs. 1526 scribit *ὢ ὤζωσιν*.
1523. *πόδα κυκλοσοβεῖτε* Dindorf] *πόδ' ἐν κύκλῳ σοβεῖτε* R alii, *στροβεῖτε γρ. σοβεῖτε* V.
1525 sq. *ὅπως* | *ἰδόντες*] *ἵνα* | *ῥίπτοντος* Blaydes.

1515. *ἄλμην*] cf. Ach. 671 Cratin. fr. 143 et supra ad vs. 331. — *ἣν ἐγὼ κρατῶ*] *modo manibus eos teneam.*

1517. *βεμβικίζωσιν*] *gyros ducant ut turbines*, *βέμβικες* (vs. 1530); cf. Av. 1461—1465. Eidem homines Pac. 864 vocantur *στρόβιλοι*, quae vox item *turbines* significat.

1519.] Neptuni soboles filii Carcini et propter nomen dicuntur et quoniam peregre in Atticam venerunt; sic Socrates *καρκίνον* vocat *σοφιστὴν ἐκ θαλάττης νεωστὶ καταπεπλευκότα* Plat. Euthyd. 297 *c* et in Platonis comici fabula Sophista Xenocles contumeliose admodum appellabatur *ὁ δωδεκαμήχανος* (cf. Ar. Ran. 1328) *Καρκίνου παῖς τοῦ θαλαττίου* (fr. 134.). — Epicam dictionem comicus h. l. imitatur, teste prima syllaba vocum *τέκνα* et *κυκλοσοβεῖτε* producta.

1524. *τὸ Φρυνίχειον*] vid. ad vs. 1301, 1490, 1492.

1526. *ὤζωσιν*] *„oh!" clament*, ut admirationis edant testimonium; cf. Aesch. Eum. 124, Valcken. ad Theocrit. XV 124.

στρόβει, περίβαινε κύκλῳ καὶ γάστρισον σεαυτόν.
ῥῖπτε σκέλος οὐράνιον· βέμβικες ἐγγενέσθων.
καὐτὸς γὰρ ὁ ποντομέδων ἄναξ πατὴρ προσέρπει
ἡσθεὶς ἐπὶ τοῖσιν ἑαυτοῦ παισί, τοῖς τριόρχοις.
ἀλλ' ἐξάγετ', εἴ τι φιλεῖτ', ὀρχούμενοι θύραζε
ἡμᾶς ταχύ· τοῦτο γὰρ οὐδείς πω πάρος δέδρακεν,
ὀρχούμενον ὅστις ἀπήλλαξεν χορὸν τρυγῳδῶν.

(saltantes abeunt omnes; praeeunt Carcini filii, quos persequitur senex.)

1536. *ἡμᾶς*] *ὑμᾶς* Bentley non recte.
1537. *ὀρχούμενον ὅστις*] *ὀρχούμενός τις* R, quod ex *ὀρχούμεν' ὅστις* videtur natum esse; hinc *ὀρχούμενος ὅστις* codex Florentinus, quod placet Meinekio.

1529 sqq.] eodem metro (⏓–́ ⏑⏑–́ ⏑⏑–́ ‖ ⏓–́ ⏑–́ ⏑–́⏓) scripta sunt Cratin. fr. 57, 58, 323; vid. Hephaest. de Metr. c. 15 initio (*περὶ ἀσυναρτήτων*), qui affert etiam Archilochi versum (fr. 80) *Ἐρασμονίδη Χαρίλαε, χρῆμά τοι γελοῖον.*
1529. *γάστρισον*] vid. Eq. 273, 454.
1530. *βέμβικες ἐγγενέσθων*] *in cruribus vestris turbines versentur oportet;* vid. vs. 1517.
1534. *τριόρχοις*] avis hoc nomen fuisse ex Av. 1181 et 1206 apparet, sed comica audacia ad *τρεῖς παῖδας ὀρχουμένους* indicandos nunc est adhibitum; vid. vs. 1513 et ad vs. 353.
1537. *τρυγῳδῶν*] vid. vs. 650.

APPENDIX.

Ad vs. 1.

Apollonius Pronomin. p. 25 *b* Bekker. hoc versu exempli loco utitur, ut pronomen *οὗτος* vocativi vicem obire posse (*ἐπὶ κλήσεως τάσσεσθαι*) doceat; addit autem alterum exemplum e Cratino desumtum *οὗτος, καθεύδεις; οὐκ ἀναστήσεις;* (fr. 51). Ceteri loci Aristophanei, qui huc pertinent, sunt:

1) *in interrogatione: οὗτος (αὕτη) τί πάσχεις;* Av. 1044 Lys. 880. — *οὗτος (αὕτη) τί ποιεῖς;* Nub. 723, 1502 Av. 1164 Ran. 198 Eccles. 372 Pac. 682. — *οὗτος τί δρᾷς;* Pac. 164 Av. 1567

Plut. 439, item *οὗτος τί δέδρακας;* Ran. 479. — *οὗτος τί φεύγεις;* Eq. 240. — *οὗτος τί κύπτεις;* Eq. 1354 Thesmoph. 930. — *οὗτος τί βοᾷς;* Vesp. 749. — *οὗτος τί περιγράφεις;* Pac. 879. — *τί λέγεις οὗτος;* Av. 57. — *οὗτος τί λαλεῖς;* Thesmoph. 1083. — *οὗτος τί κόπτεις;* Eccles. 976. — *οὗτος τίς εἶ σύ;* Vesp. 144. — *οὗτος καθεύδεις;* Nub. 732. — *ἔδεισας οὗτος;* Lys. 437. — *ποῖ θεῖς οὗτος;* Eccles. 703. — *αὕτη πόθεν ἥκεις;* Eccles. 520. — *οὗτος τί τὰ σκευάρια ταυτὶ βούλεται;* Eccles. 753. — *ἄληθες οὗτος;* Eq. 89 Vesp. 1412 Av. 1048. — *οὗτος οὐ μενεῖς;* Av. 354, 1055 Thesmoph. 689. — *οὗτος οὐ καλεῖς;* Lys. 878.

2) cum *imperativo: οὗτος ἐγείρου* Vesp. 395. — *ἐπίσχες οὗτος* Vesp. 829 Ran. 522, 851. — *ἄκουσον αὕτη* Av. 1243. — *οὗτος εἰπέ μοι* Plut. 1100.

3) *exclamationis* loco adhibitum: *ὦ μιαρὸς οὗτος* Vesp. 900 Thesmoph. 649. — *ὦ οὗτος* Vesp. 1364. — *οὗτος ὦ σέ τοι* (sc. *λέγω*) Av. 274. — *οὗτος* (nulla voce addita) Vesp. 1234 Pac. 253, 268 Av. 49, 225, 658, 933, 1631 Ran. 171, 312 Plut. 926.

Nonnumquam additur alterum pronomen *σύ*; vid. Ach. 564 Vesp. 854 Thesm. 224 *οὗτος σὺ ποῖ θεῖς;* Lys. 728 *αὕτη σὺ ποῖ θεῖς;* Av. 1199 Eccl. 1049 *αὕτη σὺ ποῖ;* Thesm. 610 *αὕτη σὺ ποῖ στρέφει;*

Ad vs. 119.

Haec verborum structura, qua inde ab Homero frequenter Graeci usi sunt, apud Aristophanem redit locis sequentibus:

1) *sine articulo:* Ran. 226 *αὐτῷ κοάξ*, Eccl. 691 *αὐτῷ στεφάνῳ*, Thesm. 826 *αὐτῇ λόγχῃ*, Ran. 476 *αὐτοῖσιν ἐντέροισιν*, Eq. 3 *αὐταῖσι βουλαῖς* (malim **βύρσαις*), 7 *αὐταῖς διαβολαῖς*, Pac. 1288 *αὐταῖς μάχαις*.

2) *cum articulo:* Eq. 849 *αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξιν*, Nub. 1302 *αὐτοῖς τροχοῖς τοῖς σοῖσι καὶ ξυνωρίσιν*, Vesp. 170 *αὐτοῖσι τοῖς κανθηλίοις*, 1449 *αὐτοῖσι τοῖς σοῖς κανθάροις*, Ran. 560 *αὐτοῖς τοῖς ταλάροις*.

Vid. praeterea Pherecrat. fr. 108[5] *αὐταῖσι μυστίλαισι*, Lysipp. fr. 5 *αὐτοῖς αὐλοῖς*.

Ad vs. 191.

Aristotele in *Διδασκαλίαις* teste comoedia Archippi fuit *Ὄνου*

σκιά, vid. Photius s. v. p. 338. Unde tantum non certum fit, huius fabulae argumentum fuisse id quod in scholio nobis narratur tanquam res quae revera aliquando Athenis acciderit: *Φασί ποτε ἐν Ἀθήναις τινὰ δεηθέντα ὀνηλάτου μισθώσασθαι ὄνον ἐπὶ τῷ τὰ φορτία μόνον βαστάσαι ἐπὶ τὰ Μέγαρα. καὶ δὴ οὕτω δόξαν, τὰ φορτία ἐπιθέντες ὥδευον. μεσημβρίας δὲ γενομένης καὶ τῶν ὑπὸ κύνα καυμάτων σφοδρῶς αὐτοῖς ἐπικειμένων, οὐχ εὑρίσκοντες σκέπην, καθεῖλε τὰ φορτία ἀπὸ τοῦ ὄνου ὁ δεσπότης αὐτῶν, καὶ δι' αὐτῶν ἑαυτῷ σκιὰν ἐποίησε. πρὸς ὃ μαχόμενος ὁ ὀνηλάτης ἔλεγεν ὄνον μεμισθωκέναι ἐπὶ τῷ φορτία φέρειν, οὐ σκιὰν παρέξειν. ὁ δ' ἔλεγε μεμισθῶσθαι ὅπως ἂν ὡς βούλοιτο χρῷτο. ἐκ δὲ ταύτης τῆς φιλονικίας, μηδὲν οὔσης, εἰς δικαστήριον κατηνέχθησαν. ὅθεν ἡ παροιμία.*

Haec quam sint insulsa demonstrare nihil attinet, nam usque adeo delirasse populum acutum nemo qui sanae sit mentis credere potest. Sed quo alienior a vita publica est lis de asini umbra, eo magis apta est loco ubi etiam cani, qui siculum caseum praerosisset, dies est dicta. Verbum autem illud *Φασί*, unde narrandi initium fecit scholiasta, in mentem nobis revocat alias eiusdem farinae narratiunculas, quae ex comicorum pulpitis, ubi natae fuerant, ab hominibus semidoctis in historiam politicam vel litterariam sunt detrusae; reputemus modo qualia commenta de belli peloponnesiaci causis, de Aeschyli morte, de Sophoclis dementia, de Euripide a mulieribus capitis damnato, apud veteres circumferantur; qualia ubi referuntur, praemitti solet illud *Φασί*, quod qui sapit ita accipit ut „fabulam sibi narrari" statim suspicetur.

Archippus igitur, nisi omnia nos fallunt, iudiciorum studium, quo Athenienses flagrabant — certe flagrare dicebantur — festive traduxit in comoedia sua, cui *Asini umbra* nomen fuit; quam fabulam ante Vespas, brevi opinor, actam esse noster locus testatur, ad eandem autem Aristophanes allusit in fr. 192 [1]).

In vulgus autem notum est, Demosthenem aliquando iudicibus aures parum attentas sibi praebentibus hanc narrationem referre coepisse, tunc autem omnes strenue auscultatos esse, quibus talia scilicet auditu essent iucundiora quam res seriae.

---

1) Etiamne Sophocles in Cedalione satyrico, fr. 308 Dind.?

Itaque tunc temporis proverbium *περὶ ὄνου σκιᾶς μάχεσθαι* nondum extitisse apparet, alioquin post prima Demosthenis verba audita iudices „desine plura'' clamassent, „cetera novimus''. Sed facillime haec omnia componi possunt, si statuimus Demosthenem auditoribus suis enarrasse argumentum fabulae quae oblivio iam premeretur, a frigido poeta Archippo scenae olim commissae [1]); post Demosthenis autem oratorium illud artificium asini umbram in proverbium abiisse, quod in populi ore nunquam potuisset nasci; nam *certare de lana caprina* vel nostra *de varkens scheren* et *veel geschreeuw maar weinig wol* quid significent quivis sua sponte intellegit, sed lis de asini umbra quid sit is demum perspicit cui Demosthenis vel Archippi ista fabula est enarrata [2]).

Itaque ex asse adstipulor veteri commentatori, qui in scholiis ad Platon. Phaedr. p. 260*c* scripsit: *Φασὶ δὲ εἱλκύσθαι τὴν παροιμίαν ἀπὸ τοῦ Δημοσθένει συμβάντος*, et deinde enarrato Demosthenis invento addit *ὅθεν τό τε τοῦ διηγήματος εὔστοχον καὶ τὸ τοῦ φρονήματος παρρησιαστικὸν διαμνημονευθὲν παροιμίας ἔλαβε τάξιν*. Cui opinioni non repugnant ipsius Platonis verba l. l. *μὴ περὶ ὄνου σκιᾶς ὡς ἵππου τὸν ἔπαινον ποιούμενος*, nam vocem *σκιᾶς* a contextu quam maxime alienam sciolo deberi, cuius menti inhaereret illud proverbium, intellexerunt Spalding Heindorff Schanz, neque igitur est cur Platoni proverbium *περὶ ὄνου σκιᾶς μάχεσθαι* notum fuisse statuamus [3]).

Veram autem esse meam explicationem inde quoque ni fallor apparet, quod sex homines, qui de proverbio hoc exposuerunt, scholiastae Aristophanis l.l. et Platonis l.l., pseudo-Plutarchus in vita Demosthenis p. 848*a*, Zenobius VI 28, Photius s. v. eiusque umbra Suidas, prorsus inter se consentiunt, quin iisdem fere verbis utuntur, et omnes referunt viatoribus urbem Megara

1) Sic Iphicrates ad milites suos fallendos usus est ioco, quem ex Acharnensibus et nos novimus et ille norat, si fides Polyaeno III 9 § 59.

2) Nam quod *περὶ σκιᾶς μάχεσθαι* solita fuit plebecula per fervidam aestatem umbrae amantissima, id cum per se intellegitur tum apparet e verbis Socratis in Xen. Comm. I 6 § 6: *ἤδη οὖν ποτε ᾔσθου με διὰ θάλπος μαχόμενόν τῳ περὶ σκιᾶς*; sed *asini*, quem solum nunc curamus, nullum in his verbis est vestigium.

3) Alterum glossema in dialogo Phaedro reperiri *ἡ δὴ καλουμένη σταθερά* p. 242*a*, de quibus verbis videatur Ruhnken. ad Tim. p. 235, annotavit Heindorff.

itineris fuisse scopum; unde satis apparet omnes e communi aliquo fonte sapere, vetustis opinor ad Demosthenem commentariis.

In argumento subsimili versata est Leuconis fabula Ὄνος ἀσκοφόρος, quam Boeckhius ingeniose enarravit Oecon. Attic. I p. 347, vid. Meinek. Hist. Com. pag. 217. Nec non conferri possunt quae Zenobius V 39 de Menandri Ἱερείᾳ refert.

Ad vs. 273 sqq.

Hoc canticum, cui corporis motus, satis vehemens opinor, accessit, metro ionico est compositum, cuius indoles mollis eademque incitatior ludicre admodum repugnat cantorum torpori senili. Perpetue autem adhibita est *anaclasis* quae dici solet, quod parum aptum tamen est nomen ad rem qua de agitur significandam; volunt enim confractionem vel *conversionem* quandam metro inesse, qua syllabae –◡ in duorum pedum confinio positae in ◡– mutentur. Sed talia oculis demonstrari et in chartis pingi possunt, auribus commendari ipsave voce proferri non item, nedum metrum tam salebrosum saltando quis possit comitari. Revera autem, ut signis utar quae hodie cuivis sunt perspicua, pedum nonnullorum schema non est ♪ ♪ ♩ ♩ sed ♪. 𝅘𝅥𝅯 ♩ ♩ vel ♪ ♪ ♩. ♪. — Praeterea pro duabus longis syllabis nonnumquam una est collocata, ita ut trisyllabus pes nasceretur ♪ ♪ 𝅗𝅥 vel ♪. 𝅘𝅥𝅯 𝅗𝅥.

Metricorum signis idem ita indicatur ut schema ◡◡–́– ◡◡–́– in ◡◡–́⏓ –◡–́– identidem mutari dicamus. Ergo cum prima tum ultima pedis syllaba longa aut brevis esse potest. Quapropter versus 274 et 282 sine vitio sibi opponi potuerunt, irrationales enim sunt syllabae -λε- 274 et καὶ 282, item in versibus 276 et 284 syllabae εἶτ' et δι- [1]).


Cavetur ne finalis syllaba et sequentis pedis syllaba initialis ambae sint breves.

Versuum 278 et 281 syllaba ultima -ετ'(ο) systema claudit; accurate tamen loqui si volumus, dicendum est syllabas -ετο ambas esse prolatas.

---

1) Non huc pertinet vs. 283 vox φιλαθήναιος, cuius syllaba penultima pro brevi habetur, ut alibi apud Aristophanem δειλαῖος, ποιῶ et similia passim diphthongum corripiunt.

Itaque si signis utimur hodiernis et singulos modos musicos ordimur a syllaba quae ictum habet, ita fere repraesentandum est hoc canticum:



INDEX

RERUM ET NOMINUM

QUAE IN ANNOTATIONIBUS TANGUNTUR.